Veritas eſt mater iuſtitiæ,& quale ſit iudicis officium. q. 51. num.12
Veritatem aliter haberi nõ poſſe,quomodo cognoſcatur. q.51. num.89

V I.

Villa,quæ tenetur ad damnum datum ex incendio, ex forma ſtatuti Paduæ,non tenetur,ſi fulgur de cœlo cadat,cuius ictu ſequatur incendium.q.31.nu.56

Vincentia

I N D E X.

Vincentia ciuitas ſubdita Sereniſſimo Dominio Venetorum, de prouincia Marchia Taruiſinæ, in caſibus non prouiſis a ſuis ſtatutis quod regi debeat ſecundum ordines ciuitatis dominantis.q.21.nu.14.& 16

Vir tenetur miniſtrare neceſſaria vxori, licet ſufficientem dotem non dederit.q.40.nu.3

Vitalis, qui ſcripſit tractatum clauſularum, erat Conſiliarius Regis Galliæ.q.14.num.14

Vitia perſonalia cum perſona expirant.q.10.nu.10

Vicium inhærens perſonæ non tranſit ab ea cum re in alium, ſed reſidet cum ipſa perſona, & cum ea moritur.q.10.num.9

V O.

Voluntas, dat legem contractui.q.31.nu.31

Extinguitur per mortem.q.28.nu.5

Principis ſola non eſt apta auferre ius ſuum alicui.q.19.num.41

Teſtatoris, ex quibus declaretur.q.45.nu.27

Voluntatem alterius declarare quis poteſt ſine preſentia vel citatione prætendentium declarationem.q.12.nu.23. Declaratur, num.24

Reuocare, & voluntatem ceſſare, ſunt diuerſa.q.28.nu.6

V S.

Vſura, intentione ſola committitur.q.3.nu.11

Non committitur in contractu emptionis.q.2.nu.4

Quæ communiter reputatur licita, non poteſt appellari vſura.q.2.nu.10

Vſurarij cadauer non poteſt prohiberi quin ſepeliatur, ſaltem in loco profano, etiam quod vſuræ non ſint reſtitutæ.q.29.nu.11

Vſurarius punitus ab eccleſiaſtico ſecundum ſuas leges, poterit & a iudice layco puniri ſecundum ſuas.q.17.num.4

V T.

Vtile per inutile non vitiatur, maxime in recipientibus diuiſionem.q.45.nu.21

V X.

Vxor ali debet a marito iuxta dotis quantitatem, & eius conditionem.q.46.nu.5

Extraneis, vel filijs inſtitutis, qui poſtea mortui ſunt, debet habere vſumfructum integrum.q.48.nu.19

Quando non relinquitur a marito vſufructuaria, ſed ſolum Donna, Madona, Gubernatrix ſeu adminiſtratrix bonorum, etiam extraneis hæredibus inſtitutis, non habebit vſumfructum, ſed tantum alimenta, & præeminentiam in domo, quam habebat viuente marito.q.48.nu.17

Regulariter tenetur ſequi virum bannitum.q.26.num.26

Relicta a marito domina, & adminiſtratrix, non adiecto, vſufructuaria, quid conſequatur.q.48.num.10. Et quod in hoc attendatur voluntas teſtatoris.nu.11. in materia vi.nn.1.2.3.& 5.& nu.14

Virum dimittere non debet, qualiſcumque ſit, ex quo ſibi ſemel placuit.q.40.nu.2

Vxorem dimittens ante baptiſmum propter fornicationem, & eam poſt baptiſmum recipiens, dicitur bigamus.q.32.num.19

Propriam adulteram cognoſcens dicitur bigamus.q.32.num.15

Vxores plures, eodem tempore habens, vna de iure, alteram de facto, vel ambas de facto, & vtramque cognouit, dicitur bigamus q.32.nu.12.& id quomodo intelligatur.num.11

Vxori nõ eſt licitũ occidere virũ bãnitũ, nec ecõtra.q.26.n.21

Relicta domina, adiuncto verbo, vſufructuariæ, nedum alimenta, ſed ẽt fructus bonorũ mariti debẽt.q.48.n.18

F I N I S.

QVAESTIONES LEGALES,

Quæ vt plurimum in facto occurrerunt:

AVTORE BRVNORO A' SOLE,

Decretorum, & Cæſarei Iuris, D. Veneto.

QVAESTIO. I.

De cenſu, & eius conſtitutione; Quando ſit licita, vel illicita.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus alius publicus, alius priuatus.*
2 *Cenſus publicus, quid ſit, & vnde dicatur.*
3 *Cenſus priuatus, quid ſit.*
4 *Cenſualis contractus ad vitam ementis conſtitutus, eoq; mortuo extinguendus abſque redditione ſortis, an ſit licitus.*
5 *Fideicommiſſum reciprocum quando remittitur, neutra pars læditur.*
6 *Contractus ſe habens ad lucrum, & damnum, eſt licitus.*
7 *Contractus claudicans non eſt licitus.*
8 *Fraus præſumitur ex curſu.*
9 *Redditus annui cum bona conſcientia emi poſſunt.*
10 *Contractus ratione incerti euentus valet.*
11 *Malus ſemel, ſemper præſumitur malus in eodem genere mali.*
12 *Contractus iuſtificatur ratione incertitudinis.*
13 *Redditus annuus, quando ſit licitus.*
14 *Emptio redditus vitalis vel perpetui, an ſit permiſſus vel vſurarius.*
15 *Cognitio contractuum an ſint liciti vel non, ad quem forum ſpectet.*
16 *Cogitationes hominum, Deo nequeunt occultari.*
17 *Emens cenſum ad vitam, ſi tantum viuat, vt redditus percepti ſint maiores quam pecunia data, an teneatur illud plus reſtituere.*
18 *Delictum præſumitur in foro conſcientiæ.*
19 *Dubia in meliorem partem ſunt interpretanda.*
20 *Argumentum de perſona ad res valet.*
21 *Contractus in foro iudiciali præſumitur licitus, non vſurarius.*

CENSVS, quatenus
pertinet ad materiam
noſtram legalem, eſt,
vel publicus, vel pri-
1 uatus: † Publicus reſpi
cit perſonam ſubiecti
reſpectu Principis; Pri
uatus conſideratur ra-
tione contractuum inter priuatos, ſeu etiam
inter Principes & priuatos innitorum.

Primo modo ſumptus accipitur pro tri-
buto, quod ſubditus Principi debet in reco-
gnitionem ſubiectionis, vt habetur Matth. c.
22. & Luc. c. 20. & in legi. & canon. vt l. 2. C.
ſine cenſu vel reliq. Inn. in c. præterea. in glo.
ſua. in verſicu. tranſactione. de tranſact. & de
hoc in gl. 2. q. 1. magnum. 22. q. 8. tributum.
in glo. Bal. in margar. ver. cenſus. Ang. in l. 3.
C. de natural. liber. c. 2. & ibi Abb. de cenſ.
Alex. conſi. 34. vol. 4. Bal. in d. l. 3. & in l. data
opera. C. qui accuſ. nō poſ. & in Auth. quib.
mod. natur. effic. ſui. §. ſi quis. & eſt perſona-
rum, rerumq́ue deſcriptio, l. 2. §. poſt deinde.
2 ff. de orig. iur. Et dicitur † æſtimatio patrimo
nij, vt annuum tributū ſoluatur, dictus à cen-
ſendo ſiue æſtimando, l. vitia. & l. forma. ff.
de cenſi. l. 2. & 3. C. de cenſi. lib. 11. l. cenſus.
ff. de probat. l. de creationibus. C. de epiſcop.
audien. & alibi dicitur quædam annua por-
tio, quæ de prouentibus debetur. 1. q. 3.
c. quæſitum. in fi. Goffr. in ſum. eo. tit. Ang.
de Clauaſ. Silueſt. & alij in ſuis Sum. nā cen-
ſus, tributum, annua præſtatio, annona mili-

 taris,

taris,ſunt ſinonima.gloſ. in l. 1. in prin. ff. de publ.& vectig.Rubr.& l. 1. de annon.& trib. lib. 10.C.Parpal.in l.placet.in fi.C.de ſacroſ. eccleſ.Remig. de Gonne. de charit. ſubſi. q. 74. in fi.De hoc cenſu,cum hic non intendã tractare (ſuus enim locus erit in materia gabellarum & tributorum,) ideo remitto pro nunc ad ſupracit.& ad Felyn.in c.ad audientiam.de præſcr.in 7.col.vbi plene, ad Socin. in conſi.74.incip.in præſenti.uerſ.tertio probatur.ibi,& hoc ẽt declarat. vol. 1. & eund. Felyn.in c. cum Bertoldus.col. 13.de re iud. & ad alios paſſim, quos ſuis locis citabo cũ Menoc.conſi.63.nu.5.par.3.

3 Secundo modo ſumptus, † dicitur contractus quidam, quo quis vendit vel alienat omne ius quod habet in re, ſiue ſit directum, ſiue vtile dominium, & conſtituit ſuper illa re annuum cenſum ſibi ſoluẽdum ab eo, in quem per venditionem vel alienationem eſt tranſlatum ipſum ius. c. conſtitutus. de religioſ. domib. l. 2. C. ſine cen. uel reliqu. Archid. in c. 2. 1. q. 3. Socin. conſi. 167. col. 2. poſt Bart. in l. 1. §. 1. ff. de public. Imo. in c. ad audientiã. il 2. col. 2. de reb. eccl. Iaſ. in auth. qui rẽ. col. 8. C. de ſacroſ. eccleſ. cum concor. vt ibi per eum. in quo cum aſſignetur certa portio ſoluenda, & certum illud eſſe dicatur quod in ſtrumento conſtat, Bartol. in l. 1. in prin. ff. de no. ope. nunt. Bald. in l. intereſt. C. de ſolut. Marſi. conſi. 113. nu. 19. & conſi. 125. nu. 2. ideo, cum de hoc intentio noſtra ſit,

4 Quæro, An † cenſus conſtitutio ſeu cenſualis contractus ad vitam ementis conſtitutus, eoque mortuo extinguendus, abſq; redditione ſortis, licitus ſit? & cõcluſio Doct. eſt talem contractum licitum eſſe propter incertitudinem lucri & damni, per tex. in l. ſi ea lege. C. de vſur. ubi tex. clarus. Si ea lege poſſeſſionem mater tua apud creditorem ſuũ obligauit, vt fructus in vicem vſurarum conſequeretur, obtentu maioris percepti emolumenti propter incertum fructuum euentum, reſcindi placita non poſſunt. quem text. ſic ſummat Bal. Ratione incertitudinis futurorũ fructuum aliquid iudicatur iuſtum, quod ſi appareret certum, eſſet iniuſtum. & hoc ibi firmat glo. vnica in ver. non poſſunt. & alibi idem probatur per tex. in l. de fideicommiſ-
5 ſo. C. de tranſact. vbi dicit Bald. Quando † reciprocum fideicommiſſum remittitur, neutra pars lędi videtur. Doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres. vbi Rip. num. 19. de verb. oblig. Alex. conſi. 100. nu. 11. uol. 7. Bero. cõſ. 130. nu. 9. & 11. vol. 2. Ruyn. conſi. 139. incip. de duobus. vol. 2. Deci. conſ. 79. in 2. dub. Crau. conſi. 24. nu. 2. Burſ. conſi. 12. num. 44. & 45. Becci. conſi. 111. ſub nu. 25. in fi. Simon de Præt. cõſi. 137. nu. 127. Fran. Marz. de fideic. q. 59. in fi. Gabriel. lib. 4. de fideic. concl. 1. nu. 28. uerſi. 2. limita. & hoc, ratione æqualitatis, quæ præſupponitur in incertitudine lucri, quod in caſu præſenti procedit. Pro quo facit etiam tex. in l. ſi pater puellę. C. de inoff. teſtam. vbi not. Bal. per illum text. quod propter fideicommiſſum inuicem inter filios relictum, neuter filiorũ videtur grauatus, quia omnes ſunt in pari ſpe, & ideo non habet locum querela inofficioſi teſtamenti. ita & in propoſita concluſione, ſumpto argumento ab vltimis voluntatibus ad contractus, quod valet. l. pactum inter hæredem. & ibi Bar. no. ff. de pact. l. vlt. C. de lega. l. ſeruum filij. §. eum qui chirographum. de leg. 1. l. vn. de lege. ſuſ. can. tol. & Inſt. eo. Euerar. in ſpecie in centur. leg. in loco a contract. ad vlt. volunt. & econtra. nu. 2. cum inter emptorem & venditorẽ ſit æqualis conditio, & ſors mortuo emptore non ſit reddẽda, contractum hunc licitum eſſe concluditur. Et ita communiter * tenent omnes Legiſtæ, & Canoniſtæ, prout patet per Innoc. & alios in c. in ciuitate. de vſur. & per Abbat. Panorm. ibi, col. vlt. verſic. extra gloſſam. & alibi late idẽ Panorm. in q. 5. quæ incipit, Augerio patronatum. col. 13. verſi. 2. ad idem induco, vbi ex d. l. ſi ea lege, & ex d. c. in ciuitate. concludit quod talis cõtractus alias in ſe illicitus toleratur ratione incertitudinis, tum quia dubium eſt quantum poterit percipere, & quantum valebit ſolutionis tempore; tum etiam, quia dubium eſt quanto tempore contrahens ſit victurus, cum nihil hora mortis incertius ſit. l. 1. ff. de condit. & demonſtrat.

Cum igitur, attentis præmiſſis, dubitetur probabiliter, an plus vel minus quã debeat ſit percepturus; & an diu uel breui victurus
6 ſit, † talis contractus eſt licitus, quia poteſt ſe habere ad lucrum, & ad damnum, & idem firmat in ea. q. ipſe Abb. col. pen. verſi. ſed ſi quærimus. vbi dicit not. Quod ſi quis ſe obligat in perpetuum, vel ad tempus incertum, puta ad vitam ſe obligantis vel recipientis, talis contractus eſt licitus: ſecus ſi tempus ſit

certum,

certum,ita quod ſit amplius certitudinaliter
percepturus, quam dederit,vt ibi per eum.
Quod ēt clare conſulendo tenuit Old.in cōſ.
207.incip. Vniuerſis præſentes, per tot.cōſ.
in quo argumentis,& rōnibus concludit iſtū
contractum eſſe licitum,& præſertim, col.2.
verſi.ultimo iſta qō. vbi allegat ita determi-
naſſe Hoſt.in d.c.in ciuitate.& in Sum. tit.de
vſur.§.in alijs aūt caſibus,in verſ.quid de ijs,
qui oues.& in uerſi.quid de ijs,qui emerunt.
& idem tenuiſſe Inn. Vinc. & Goff. in d.c.in
ciuitate.& Bernar.in c.nauiganti.de vſur.qui
oēs tenent,quod talis contractus rōne incer
titudinis eſt licitus, vbi per eum pulchre. &
Arch.in c.quicunq;.14.q.4.Io.And.in rubr.
de uſur.Cyn.& Bald.in l.pater puellæ. C. de
inoff.teſt.& in l.ea pactione.vbi ēt Saly.C.de
vſur.Alex.in l.de fideicommiſſo.C. de tranſ.
Laur.de Rodul.in repet.c.conſuluit. de vſur.
par.2.q.15.& in tract.vſur.q.12.Rom.conſi.
7 512.incip.pro pleniori.in 3.dub.nā † ſic cō-
tractus non claudicat,ſecus ſi claudicaret,nā
tunc nō eſſet licitus rōne iniuſtitiæ,& inæqua
litatis, quia quod claudicat,iuſtum nō eſt.l.ſi
ſocius pro filia.ff.pro ſocio.l.Iulianus.§.ſi qs
a pupillo.ff.de act.empti.l.fi.ff.de acceptil. &
not.Bal.cōſ. 18.incip. notiſſimum eſt. col.2.
num.2.verſ.non autem.vol.1.

Contrariū tñ verius eſſe probari poſſe vr̃,
nam ſi talis contractus eſſet licitus,& valeret,
vſurarijs aperiret via ad committendas frau
des,nam iſtos redditus emerēt, & maiora lu
cra inde perciperent, quam ſi erogarent pe-
8 cunias in emptiones prædiorū, ex quo † ex-
ceſſus præſumitur fraus.l.cum ij.§.vult igitur.
verſ.modus.ff.de tranſact.l. oēs. §. Lucius.de
his,quę in frau.cred.Bar.in l.poſt contractū.
in 1.præſump.ff.de donat.Alex.conſ.55.nu.
7.& 8.uol. 1. aliās conſ.108.nu.3. & 4.lib.4.
Oſaſ.deciſ.67.nu.7.& deciſ.168.num. 15. &
hoc contrarium vr̃ ēt tangere Abb.in d. c.in
ciuitate.nū.7.circa med. uerſ.nec obſtat ſi di-
catur.& ita hunc contractū illicitum eſſe cē-
ſet Henr.de Gand.quodlib.1.q.39. & quod-
lib.ij.q.15.vbi ēt ipſum vſurarium eſſe aſſeue
rat, ut refert Couuar. variar. reſol. lib. 3.c.7.
num.3.in prin.

Tamen ijs nō obſtantib. veritas eſt, iſtum
contractum eſſe licitum,& ualere.nā,ultra ſu
9 pradicta,clarū eſt,quod annui † redditus poſ
ſunt emi cum bona cōſcientia,l. iubemus.C.
de ſacroſ.eccleſ.Abb.in c.in ciuitate.nu.7.de
vſur.poſt Inn. & Hoſt. ſequit̃ Rom. cōſ.302.
in verſ.3.probatur.Cum.conſ. 181.Rip.li.1.
reſp.c.19.nu.6.ubi dicit ita cōiter tenere Ca
noniſtas, dūmodo emptio iuſto precio fiat,
vt dicit Anch.in diſput.inci.Antiquis,& mo-
dernis temporib.in 1. caſu. & alter Anch.q.
33.incip.Venditor.nu. 8. & 9.par.2. de quo
alibi dicam latius.Item iſte contractus eſt lici
tus attenta contrahentiū intentione, qui in
contrahendo uitā ſuā pro termino ſtatuunt,
quę poſſet ſic eſſe unius diei,q̃ multorum,&
talis contractus ſimilis vr̃ contractui,de quo
in l.ſi iactum.ff.de act.emp. ubi ualet contra-
10 ctus † rōne incerti euentus.c.fi.de uſur.l.ſi ea
lege.c.eo.Abb.ubi ſup.& in c.cōqueſtus.nu.
8.uerſ.9.eſt.eod.tit.Rom.d. conſ. 302. uerſi.
Quartò. Caſt.in l.de fideicōmiſſo.nu.3.C.de
tranſ.nam taliter contrahentiū uoluntas at-
tendit̃ in initio,qualitercunq; eueniat finis,l.
ſed an ultro.§.fi. ff.de neg. geſt. iō rōne peri-
culi,ualet,l.ſi pater.C. de inoff. teſta. attento
maxime, quod,vt poſitū eſt in concluſione,
ſors non reddit̃, & cum ſors ſeu capitale nō
reddit̃,non cadit conſideratio illiciti, ꝑut in
mutuo eſſet;nec in hoc contractu cadit cōſi-
deratio an ſic contrahens ſit ſolitus exercere
vſuras necne,l.cum allegas.C.de uſur.qui ēt
ex alio validat̃, nā iſte emptor exponit ſe pe-
riculo,quia forte ille vendior efficit̃ inops,&
hac cōſideratione utitur Abb. in d.c.in ciui-
tate.ſub d.nu.7.uerſi.item iſte emptor.

Contrariū tñ procedere poſſet,qñ expreſ
ſe,uel iuris p̃ſumptione poſſet apparere,ꝙ ta
lis eſſet certus de lucro: nā tūc,ut ſupradictū
eſt,cōtractus claudicaret, & non eſſet licitus,
iux.no.in d.c.in ciuitate.& d.c.nauigāti. Vel
ēt qñ iſte talis eſſet ſolitus dare ad vſuras, &
uſuraria inſtr̃a conficere,nā inde ſumit̃ argm̃
iuris præſumptione,quod & hoc caſu ita cō
11 traxerit, quia † ſemel malus ſemper p̃ſumit̃
malus in eodē genere mali,reg.ſemel malus.
lib.ſex.& l.nō oēs.§.à barbaris.ff. de re milit.
Hipol. late in pract.crim.§.diligenter.nu.99
Calcan.conſ.63.num.2.Oſaſ.alios referens,
deciſ.88.nu.27.Vel & tertio,quādo ſi cōtra-
hens erat iuuenis,& ita robuſtus,qui legis,&
hominis præſumptione multo longius vi-
cturus eſſet,prout in caſu.§. vult igitur.verſic.
modus. alleg. in contr.& ff.ad l.Falc.l.hære-
ditatum. Vel & quarto, quando cōſtare poſ
ſet, quod res valeret multo plus quam ven-
dita eſt, & id cognitum fuiſſet ſi ſubhaſtata

eſſet:hoc enim caſu quantitas ſeu modicitas precij arguit dolum.l.per diuerſas.C. mand. cuius ratione contractus dicitur illicitus, & retractabilis,vt alibi ſuo loco dicam. Vel ēt quinto,ſi talis contractus non erat in frequē ti vſu, ſed potius erat inſolitus in regione, iux.not.in l.3.ff.de condit. inſt. Et hinc eſt, quod Oldr.in ſuprad.cōſi.207.ſentiens hoc contrarium,illud expreſſe tollit, dum ibi nu. 7.dicit:Corroborat etiam cōtractum ipſummet, & ab omni ſuſpitione illiciti reddit alienum,ipſius Regni, immo ferè totius mundi conſuetudo, ſecundum quam tales contractus continue celebrantur,arg. ff. de contrahen.empt.l.ſi in emptione,§.1.&l.1.§.ſi cōſtat. com.præd. cū ſimil. Et ſic ex prædictis quinque coadiuuantibus obiectum factum conclusioni,poſſet limitari concluſio.

Aduerte tamen,quod illud dictum proxime in verſi.vel & tertio, non poteſt procedere,nam omnino tolleret concluſionem,quæ multum, immo principaliter ſe fundat ſuper incertitudine ætatis, vnde eo obiecto nō obſtante,concluſio eſt vera,vt not.dicit Dec.in cōſi.123.incip.Perlectis.nu.1.ubi poſt Doc. quos ipſe citat,& præſertim Ioan. de Anan. & alios in d.c.in ciuitate.ſubdit:in quibus locis Doct.concludunt, Quod valeat venditio annui redditus facta etiam ab eccleſia, ad vitam alicuius pro certo precio, non obſtante quod tanto tempore ille ſuperuixerit, quod multo plus percepit, quam ab eo ſolutū fuerit, & ſubinfert rationem, quia hoc fuit à ſu longioris vitæ: nam cum ille ſtatim mori potuiſſet,d.l.1.ff.de condit. & demon. rōne

12 † incertitudinis contractus iuſtificatur, & hoc confirmat per d.ll.de fideicommiſſo. ſi pater puellæ.ſi ea lege.& per c. in ciuitate,ſupra allegat. quod etiam per plura concludit pulchre Bal.in conſi.292.incip. Quia ex facto.colu.1.uerſi.& ad primum. ubi per præmiſſas, & alias rationes oſtendit iſtum contractum eſſe licitum.vol.5.

* Et ſic iſta eſt cōmunis opinio, vt teſtatur Abb.in d.c.in ciuitate.d. uerſi. extra gl.nu.7. vbi ampliat,ſiue iſte annuus redditus conſtituatur ex redditib.alicuius fundi vel domus, ſiue ex laborib.liberę perſonæ vel ſerui,quia non pōt dici, quod hoc ſit vſura,cū in veritate non interueniat mutuum, vt ibi per eū pulchre poſt Inn.in eo.c.nu.2.in uer.Ex forma.

13 vbi not.dicit,† hmōi contractum eſſe licitū, dūmodo redditus annuus, cōi æſtimatione non excedat redditum quem haberet vel habere poſſet ſi terram de tanta pecunia emiſſet.& hoc eſt quod ſupra, pro obiecto deductum eſt.& ſic ſaluantur cōcluſio,& obiectū. Nam ſi excedat cōiter,cōtractus non eſt licitus,arg.c.conſuluit.eo.tit.de vſur. & vt latius per eum ibi. Et ita cum iſta cōi opinione ſic pertranſeunt oēs Doct.Cy.& Bal.in d.l.ſi pater puellæ.per illum tex.Cyn.& Bal.in l.ſi ea pactione.& ibi Ang.& Saly.C.de vſur.Ioan. And.in tit.de uſur. ſuper Rubr.Paul.& Alex. in d.l.de fideicommiſſo.Iaſ.in l. cunctos populos.in 1.Lect.nu.63.uerſic. quinto quæro. C.de ſum.Trin.& fide cathol. Deci.cōſ.111. incip.Et pro tenui.nu.6.in l.fi.nu.4.C.de trāſact.Rom.conſ.302.incip.Ego hunc contractum. verſi. Vnde rō huius incertitudinis. & conſ.423.incip.pro pleniori.num.10.Guielmus Bont.in tract.de uſur.quem totū per viā

14 quodlibeti ſcripſit in hac part.mat.An † emptio redditus vitalis,aut ēt perpetui ſit cōtractus iure permiſſus vel vſurarius.Guid.Pap.in ſim.tract.nu.30.31.& 32. Laur.de Rodulph. in tract.de vſur.ad repetit.c.conſuluit. eo.tit. q.11.Ambr. de Vignate in ſim. tract. nu.73. cum plur.ſeq.præſertim per ſuprad.rōnes incertitudinis vitæ, & periculi incidētiæ in inopiam. & hoc in foro fori, & ſic in iudicio exteriori.

Quid aūt ſit in foro cōſcientiæ, ad nrām nō pertinet intentionē, quia tantūmodo ea inquirimus,quæ ualidant uel inualidāt cōtractus in iudicijs:materiā aūt reſpicientem cōſcientiā remitto ad ſacros Theologos, cum

15 fori ſint ſeparati,&cognitio cōtractum,† an ſint liciti vel nō,quo ad illorū reſciſſionē vel confirmationē iudicialē, pertineat nō ad ipſos Theologos,ſed ad Legiſtas, & Canoniſtas ut p multa exēpla proſequit Guiel. Bōt. in d.quodl.in uerſi.octauum motiuum. & latiſſime Arnal.Albert.in tracta. de agnoſc.aſſer.Cath.& hæret.q.10.nu.10.ubi ponit, ꝙ licet ad Theologos ſpectet cognoſcere, an dicens vſuras non eſſe peccatū ſit hereticus, tn̄ an aliquis contractus ſit licitus uel illicitus & vſurarius ptinet ad Canoniſtas.vide Dec. d.cōſ.111.nu.6.& 7.Nihilominus vt cōſulūt oēs Doct.melius eſſet conſulendo aīæ abſtinere ab huiuſmodi contractibus,quam ſe ali

16 cui periculo ſubmittere,cum † cogitationes hominum Deo nequeant occultari.d.c.in ciuitate,

uitate,vt dicit Bont.vbi ſup.in fi. & alij. & ex hac potiſſima ratione,quia ex huiuſmodi cõtractu inducitur votum captandæ mortis,vt dicit Silueſ.in Sum.in verſ.vſura.il 2.per tot. & præſertim uerſi. Quintum, vbi dicit quod non eſt tutũ facere hmõi contractus ad vitã.

Ne autem oblata occaſione ſicco pede
17 tranſeã,quicunq; cupit ſcire,an ſi iſte † emẽs cenſum ad vitã, tãtum viuat, vt redditus percepti ſint maiores quam pecunia quam dedit,'teneatur illud reddere , qđ accepit ultra pecuniam datam,videat Cyn.Bal.& Saly.in d.l.ſi pater puellæ.& in d.l.ſi ea pactione.Io. And.in d.c.in ciuitate. & in addit. Specul. in tit.de vſur.ſuper Rubr.Laur.de Rodulp. in d. c.conſuluit.in 2.par.q.2.Paul. de Caſt. Alex. & Rom.in locis ſupracit.Oldr.in d.cõſ. 207. Ant.de Butr.conſi.17.in addit.ad Abb.in d. c.in ciuitate.in fi.in lit.A.& Iaſ.in d.l.cunctos populos.in 2.Lect.nu.42.

Pro generali igitur ſolutione dubij diſtinguendum eſt:Aut loquimur in foro conſciẽtię , aut in foro iudiciali.Primo caſu,quia tractatur de anima,talis contractus iudicabitur illicitus & vſurarius,vt concludit Gemin. in conſ.112.in fine,ex mente Guilel.de monte
18 Laud.in Clem.1.de vſur.† ad imponendam enim pœnitentiam melius eſt præſumere cõtractum illicitum,& delictum,quam licitum, & non delictum in foro conſcientiæ.ut concludit Anch. conſ. 179. incip. Prima facie. quia in tali foro timenda eſt culpa,ubi culpa non eſt.c.conſilium.de obſeru.ieiun. Felyn. in c. dudum.col.5.de præſumpt. Vnde dicit Inn.in c. ad audientiam. de homici.quod in foro animæ debet quis in dubio ſe pręſumere irregularem, quia in hoc foro durior ſententia eſt ſecurior,c.iuuenis.de ſponſal. & dicit Imo. in clem.1.col.fi.de hæret.quod pro pœnitentia iniungenda in dubio præſumendum eſt pro hæreſi.ſic igitur talis contractus præſumetur illicitus ex duplici conſideratione ſupra poſita , ſcilicet ex voto præſumpto captandæ mortis, & ex longiori vita quam quis viuere poſſet,adiuuãte maxime illa præſumptione,cum præſumatur, quod quis viuere poſſit vſque ad centum annos, iux.gl.1. &Bar.in l.3.§.ſi dubitat.in prin.ff.quemadm. teſtam.aperian. Guliel. de Cun.in l. omnib. ex quib.cauſ.maior.Firm.in repert.in ver.Vita hominum.uerſ.2 Secundo caſu, ſcilicet in foro iudiciali, vbi non agitur ad pœnitentiã iniungendam,ſed ad reſciſſionem cõtractus & pœnam infligendam,cõtractus pręſumet licitus,rõne incertitudinis uitæ,& conſuetudinis celebrãdi tales cõtractus , & alijs reſpectib.de quib.ſup.nam quando agitur de pœna irroganda, in dubio pro reo iudicandũ eſt,ut dicit Abb. in d.c. ad audientiã.col.1.

Pro quo facit illud quod dicit S.Doct.Auguſt.in li.de concor. Euang.exponens illud Matthæi,Nolite iudicare, & non iudicabimini.ubi ait,in hoc loco nihil aliud præcipi exi
19 ſtimo,niſi † vt de quib.dubium eſt quo aĩo fiant,in meliorem partem interpretemur.& ſic ex hac doct. iudicabit contractus licitus. quod ẽt poſt longam diſputationem concludit Bal.conſ.105.Ad euidentiã.li.1.Dec.cõſ. 415.Viſo.colu.1.quod ẽt firmat ex not.d. S. Tho.2.2.q.60.art.4.ad 3.ubi dicit, ꝙ in iudicio perſonarum definiendo debemus in melius interpretari.quem ibi ſequit Caiet.Et ne quis dicat quod loquit quo ad perſonas, nõ
20 quo ad contractus,iõ, cum † valeat argumẽtum de perſona ad res,vt poſt Doct.quos citat dicit Euerar.in cẽt. leg. in loco à perſona ad res,dic idẽ eſſe in contractu. & hoc ꝓbo ex Bal.in l. rogaſti.§. ſi ſibi.col.fi.uerſi. extra noto.ff.ſi cert.pet.vbi in terminis dicit,quod
21 contractus † qui põt cenſeri licitus & vſurarius , in foro iudiciali præſumat licitus, non uſurarius.quod ẽt tenet Alex.conſ. 221.col. 2.in princ.verſ.Accedit ẽt.vol. 2. refert & ſequit Iaſ.in l.ſeruum fugitiuum.col.5.verſ.hic ẽt dicimus.C.de ſeru.fug.Alex.cõſ.200.col. 1.in fi.uerſ.accedit ẽt.uol.6. Soc.iun. cõſ.83. col.1.verſ.ſtãtib. itaq; prędictis. vol.2. Marſ. conſ.15.nu.11.verſ.& adduci põt.in foro vero cõſcientiæ præſumat illicitus & vſurarius fauore aĩæ,ut dicit Gemin.in d.conſ.112.Et iſta diſtinctio ſumitur ex uerbis gl.in c. nauigãti.de vſur.in uer. dubitatur.& ibi Ioã.And. Hoſt.& Abb.col.1.uer.in eadẽ gl.& ibi Ant. de But.in fi.& Card.col.1. uerſi. oppono in eo qui ꝑ dubiũ. ubi oẽs diſtinguũt clare in materia fori. Et ſic iſte cõtractus eſt licitus.

QVAESTIO II.

Contractus Cenſus annui in ratione quinq; pro centenario,an ſit licitus.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus viginti annis collectus continens rei aſtimationem dicitur iuſtus.*

2 *Contractus quando de illicito, & vſura argui non poſſit.*
3 *Contractus ex quo præſumatur illicitus, & in fraudem uſu rarum.*
4 *Vſura non committitur in contractu emptionis.*
5 *Cenſus quinque pro centenario in anno, an ſit licitus. & 8.*
6 *Conſuetudo in contractibus attenditur.*
7 *Pretium iuſtum attenditur ſecundum conſuetudinem loci vbi celebratur contractus.*
9 *Conſuetudo facit licitum, quod aliàs eſſet illicitum.*
10 *Vſura, quę communiter reputatur licita, non poteſt appellari uſura.*
11 *Contractus recipit interpretationem ſecundum morem loci, in quo fit.*
12 *Conſuetudo non poteſt mutare legem Diuinam, nec naturalem.*
13 *Conſuetudo poteſt leges limitare, diſtinguere, declarare, & augere.*
14 *Conſuetudinis validitas cõſiderari poteſt uel quo ad Deũ, vel quo ad homines.*
15 *Contractus annui liuelli quinque pro cẽtenario, eſt licitus.*

QVAERO de materia pulchra,
vtili,& quotidie frequẽtata, An
ſcilicet valeat cõtractus emptio
nis quinque pro centenario, &
an licitus ſit? & dico quod lex
hunc caſum iuſtum vocat, ex ea rõne, quia
1 † in viginti annis collectus continet rei æſti.
mationem. tex. eſt pro iſta concluſ. in auth..
perpetua.C.de ſacroſ.eccleſ.in illis verbis, vt
ex hac penſio iuſta conſtituatur.iuncta gl.in
ver.iuſta.quæ dicit, iuſta, ſcilicet detur talis
pẽſio, quæ collecta in viginti annis cõtineat
rei ęſtimationem;Itẽ & alius tex.eſt in Auth.
de non alien.aut permut.rebus eccleſ.ſub.§.
quia vero Leonis. in verſi. ſi vero alicuius.in
illis uer.& reputare ex precio collecto reddi
tus poſſibiles in viginti ãnnis cõputari.quaſi
dicat,in rõne quinque pro centenario,vt innuit ibi glo.in ver.computari.dum dicit, cõ-
putari,quaſi dicat,talis detur penſio quę col
lecta vſq;ad viginti annos,an cõtinet ęſtima
tionem rei, id eſt capitale, quod fit quando
dantur quinque pro centum. nam viginti vi-
ces quinque faciunt centum. & poſt dictum
tex.& glo.hanc ſententiam tenuit Sal. ſuper
d.auth.perpetua.in pen. q.& Rom. conſil.
423.incip. pro pleniori diſcuſſione.in prin.
verſi.& quidem dicendum.vbi in contingẽ-
tia facti dicit,quod iure cõi quo vtimur,iuſta
penſio locatæ rei illa dicitur,quæ collecta in
viginti annis,continet iuſtam rei æſtimatio-
nem,& allegat gloſſas ſupra citatas.Idem te
net Guid.Pap.in conſi.180.Ang.in d.verſi.ſi
uero alicuius.Specu.tit.de loc.§.nunc aliqua.
* verſi.dicitur autem,qui eſt ſub.7.q.& eſt cõis
opinio, ſecundum quod dicit Tiraq. lib. 1.
retract.§.1.glo.6.nu.19.Et iſta opinio,ſecun
dum Inn.& Hoſtien.in c. in ciuitate. de vſur.
quos cõiter ſequuntur omnes Doct.ibi,vt te
ſtatur Abb.ſuper eo.c.col.3.uerſi.Extra gloſ
ſam.procedit ſiue iſte cenſus conſtituatur ex
redditib. alicuius fundi vel domus, ſiue ex la
boribus liberæ perſonæ vel ſerui.

Et huius concluſionis ratio eſt, quia non
poteſt dici,quod ita facere ſit uſura, cum in
veritate non interueniat mutuum,& ẽt rõne
temporis,ſcilicet viginti annorum, prout ẽt
rationem temporis conſideraui in præcedẽ
ti concluſione ad eius validitatem.Niſi enim
adſit mutuum verum vel fictum ex conuen-
2 tione partium, non poteſt † cõtractus argui
de illicito,& de vſura, vt per Crau. conſ. 45.
col.2.Abb.conſi.62.in fi.uol.1.Deci.in l.2.§.
creditum.in 3.not.in fi.ff.ſi cert.pet. prout in
propoſito contractu,qui eſt emptionis.& ita
hanc ſententiam tenet Iaſ.in l.ſi fundum per
fideicommiſſum.col.2.in prin.uerſi.item ad
de quod iuſtum precium.ff.de leg.1.Nam in
iſto contractu non habetur reſpectus ad fru-
ctus ſi excedunt,ſed ad quantitatem pecunię
ſolutæ pro precio, ita quod vt ſupra dictum
eſt,talis pẽſio multiplicata per viginti annos
aſcendat ad totalem, & integram æſtimatio-
nem rei ſic locatæ, vt ſic veniant quinq; pro
centenario,iur.præd. & hoc tenuit Bar. in l.
3 1.C.de iure emph.Vnde aduertẽdũ, † quod
ſi res locaretur ſimpliciter pro ſex, non poſ.
ſet dari ad cenſum niſi pro quinque, aliàs ta
lis contractus eſſet illicitus,& in fraudem vſu
rarum, vt dicit Angel. de Clauaſ.in Sum. in
ver.vſura.il primo.ſub num.44.in fi.verſi.Et
propterea debet haberi reſpectus. & ibi vi-
de bonam addit.in materia, ſuper ver. & in
fraudem vſurarum.

Et licet contra iſtam concluſionem com-
muniter à Legiſtis, & Canoniſtis probatam
nonnulla poſſent adduci, quæ etiam tangit
tacite Abb.in d.c.in ciuitate, in fi. vbi ipſam
quæſt.tractat:tamen quia ſunt debilia, & ab
eodem ibidem proponuntur, & ſoluuntur,
remittendo ad eius dicta, cum paſſim habea
tur, dico qđ iſta concluſio in iſto præſuppo-
ſito contractu emptionis, & venditionis,eſt
4 citra difficultatem,per præmiſſa:nam † in cõ
tractu emptionis non committitur vſura, vt
dicit Socin.iun. conſilio 66. nu.7.vol.2.& in
conſi.

conſi.83.nu.6.eo.vol. vbi dicit, quod in dubio quilibet contractus celebratus tam emẽdo quam vendendo, debet præſumi licitus, & non vſurarius, & allegat inter alios Doct. Alex.conſ.200.incip.perſpectis narratis.ver ſicu. accedit etiam.vol.6. in quo loco hac ratione tradit, quinque pro centenario in caſu ſuo promiſſa in dubio cenſeri pro intereſſe non pro vſura, ſequitur Pet.Io.Anch. q.23. incip. venditor certam dilationem. num. 9. par.2.& Rolan.a Val.conſi.75. incip. primo quidem.vol.1.

Et iſta concluſio vera in ſe de iure erit citra difficultatem, ſi adſit conſuetudo loci adiuuans tales contractus annui cenſus ſeu liuelli quinque pro centenario, eoſque licitos faciens, vt in extrauag. Mart. V.& Calix. III. quæ ſunt inter extrauag.com.in tit.de empt. & vendit.de quibus in alia concluſ.dicam.in
5 ipſis enim habetur, an † & quando horum cenſuum emptio ſit licita. de quo etiam per Rom.conſi. 302. Anch.conſi.30.incip. Dubitari ſolet.Guid.Pap.in tract.de uſur.nu.28. cum ſeq.Laur.de Rodul. in repet.c.cõſuluit. q.11.de vſur.Ambroſ.de Vign.in repet.c.ſalubriter.num.73.& ſeq.eo.tit.Guiel.Bont.in tract. de vſur. vbi latiſſime loquitur. Iaſ. in l. cunctos populos.in 1.lect.nu.63.& in 2.lect. nu.42.C.de ſum.Trin.Deci.conſ.123.incip. perlectis.poſt princ.Hyp. ſuper Rubr. C.de probat.nu. 409. Rip.reſpon. 19.incip.Recipienda.lib.1.aliàs reſponſo.4.incip. Recipiẽda eſt.vbi in interpretatione ipſius reſponſi, nu.6. dicit iſtam eſſe magis communem opinionem omnium Canoniſt.quam ſequitur Boer. deciſ. 44.incip.quo ad ſecundam. nu. 35.& ſeq. vbi latiſſimè ſuper hac quæſtione diſcurrit, & eam licitam eſſe concludit. & Chaſſan.in conſi. 63.incip. Quidam minor. in primo dubio.

Et hoc dictum de conſuetudine veriſſimum eſt, & ſuper omnia in huiuſmodi contractibus conſuetudo attendenda eſt. hinc enim magnus reſultat effectus, quia ſi res
6 † data ad cenſum ſolita fuerit locari in ratione, puta, nouem pro centenario, ſi cum hoc grauamine detur, contractus erit licitus, vt per multa dicit Rom.in conſi. 423. nec erit locus.l.2. C. de reſcin. uendit. vt etiam dicit Iaſ.in d.l.ſi fundum per fideicommiſſum.nu. 5.vbi dicit etiam, iuſtum rei pretium eſſe quãtum capiunt fructus in uigintiquinque annis, per gloſſ.10.q.2.§.hoc iuſ.in ver. ſin autem, ſuper uer. diſtincte. de quo etiam habetur in c. cauſam quæ inter œconomum. de teſti. quod ipſe dicit eſſe notandum ad probandum iuſtum pretium rei, ſi ageretur remedio d.l.2.& c.cum cauſam.de empt.& vend.

Aduerte tamen, quod hoc dictum Iaſonis non adducitur ad reſtringendam concluſionem, ſcilicet, quod cenſus ſeu liuellus non valeat, niſi in ratione quatuor pro centena-
7 rio, ſed ad oſtendendum † quod iuſtum pretium attenditur ſecundum conſuetudinem loci vbi celebratur contractus: nam ſi ipſe Iaſ. aliter intelligeretur, eſſet de directo contra omnia præcitata iura, & præſertim contra dic.conſtit.Mart. & Calix. quæ (attenta conſuetudine) videntur concedere cenſum annuum in ratione quatuordecim pro centenario. Attenditur igitur cõſuetudo, & mos patriæ. & Bartholo. Tum.in ſua ſum. Armil. poſt Caiet.dicit, quod (adiecto pacto francandi, cõtractus in quo conſtituitur annuus cenſus tot pro centum ſecundum morem patriæ, determinatum eſt quod ſit licitus, per ſedem apoſtolicam pluries, & quod ita quotidie practicatur, vt ait ipſe num.16.in §. ſi quis ſuper agro.in verſic.vſura. Vnde dicit Tiraq.vbi ſup. quod Senatus Pariſien. cẽſuit vſuram vnius pro duodecim eſſe temperatã. & ita etiam cenſuiſſe Io.And. in addit.Spec. tit.de vſur.in 1.addit. ſi Pariſiis igitur talis cõtractus celebraretur, eſſet licitus, prout & in quibuſdam locis liciti ſunt contractus emptionis in ratione ſex pro centenario, & ẽt in aliquo loco dantur quinque corbes frumenti pro ducatis centum, & contractus in foro iudiciali licitus reputatur, & tenet, ratione conſtitutionum, & conſuetudinis. Vnde alibi dicebat Bal.in l.1.col.6.in fine, uerſi.& hoc facit ad quæſtionem.C.de ijs quę pęnæ
8 nom.quod † ſi quis emit ab aliquo pro mille redditũ quinque ſcutorum pro centenario annuatim, talis contractus non debet iudicari fœneratitius, ſi in regione communiter hic reditus frequentatur, & inter bonos ſeruatur, & inter mercatores, & Bald. ſequitur Iaſ.in d.l.1.C.de ſum. Trin. col.9.verſi.quid autem de pecunia. Bertran.conſi. 62. col. 1. vol.2.Oldrad.conſi.207.in fi.uoluit idem, & Abb.conſi.15.col.1.ad fin.uerſi. Quid ultra. uol.1.ubi ad excludendam præſumptionem vſurarum allegat conſuetudinem regionis.

9 Ratio huius dicti eſt, quia † conſuetudo facit licitum quod aliàs eſſet illicitum, vt dicit Rom.in l.certi condictio.§.ſi nummos.ff. ſi cert.pet.& ibi Iaſ.col.6.in fi.per text. in l.ſi pignore.§.fi.ff.de pignorat. act. per quẽ tex. not.ibi Bart.quod qui facit illud quod eſt fieri ſolitum,quamuis ſit illicitum, nedum non eſt in dolo,immo nec in aliqua culpa:&cum Iaſ.concor.Marſ.conſi.90. col.4.& cõſ.100. col.3.Ruin.conſi.139.in fi.uolu.4. & conſil. 65.nu.8.vol.5.Crau.in terminis,conſi.48.in fi.& conſi.145.colu.3.in fine. Vnde dicebat Bart. in l.quis ſit fugitiuus.§. apud Labeonẽ.
10 ff.de ædili.edic. quod non † poteſt vſura reputari,nec appellari vſura quæ communiter reputatur licita, quem ſequitur Deci. in l.1. num.17.verſi.Sed certe iſta concluſio.C. de eden.Crau.cõſi.6.nu.103.& cõſ.145.nu.12 late Mod.Anchonit. in trac. de mercat.par. 1.nu.37.& Cæph.conſi.237.nu.28. contractus igitur(de quo in qõne)eſt licitus, cũ ſit,
11 quod † contractus recipit interpretationem ſecundum morem loci in quo fit, vt ex mente Corn.& aliorum dicit Socin.iun.in conſ. 42.nu.14.uol.2.& poſt eum Pet.Io.Anch.q. 18.incip.in dubium reuocatũ eſt.nu.7.par.1
12 Contra hoc opponi poſſet,quia † conſuetudo non poteſt mutare legem diuinam,nec naturalem,ſecundum S. Thom.in 1.2.q.97. art.3.& Doct.in c.fi.de conſuet.ſed vſura, id eſt receptio intereſſe vltra ſortem,eſt prohibita omni lege Diuina, naturali, & humana ſeu canonica : ergo tales contractus conſuetudine induci non poſſunt. Maior patet.minor probatur.& primo quo ad ius Diuinum Exo.c.23.Leuit.c.25.Deuteron.c. 23. Eſdrę lib.2.c.5.Pſal.15.& 55.Ezech.c.18.& demũ Pſal. 14.,dicitur:Domine quis habitabit in monte ſancto tuo?qui ingreditur ſine macula, & qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.& in l.euang.Luc.c.6.De lege canonica ciuili patet toto tit.de vſur.extra.& li.6.& in Clem.& in Decreto 14. q.3.& 4.& in Auth. de eccleſ.titul.& paſſim per omnes. De lege naturæ videre licet apud Ariſt. Polit.lib.1.c. 6.& 7.& lib.4.Ethic.c.1.& 5.quem refert,& ſequitur Bal.in rubr.C.de uſur.& Ioan.And. in mercurial.in reg.peccatum.colu.4.vbi dicit,hanc opinionem non eſſe dubiam ſecundum veritatem & opinionem omnium, qui de hac materia ſcripſerunt. Videlicet,quod contractus vſurarius, ex natura rei ſit vitioſus,ac malitia circumuolutus,vt ibi per eum. ſequitur ergo concluſio, quod talis contractus non poteſt a conſuetudine fieri licitus, vt etiam late poſt alios dicit Roch.de Cur.ſuper c.fi.de conſuet. in 1.no.uerſi.hinc etiam dicimus.fol.mihi.11.colu.4.in fi.& fol. 14. col.2.uerſi.ſeptimo amplia.ubi poſt Bald.& Barb.quos citat, concludit conſuetudinem non poſſe inducere vſuras,nec in uno nummo : multo minus ergo in ratione quinque pro centenario.

Dicas tamen quod oppoſitio non tollit quin concluſio firmata ratione conſuetudinis uera ſit,nam dupliciter reſpondetur. Pri-
13 mo,quod † licet conſuetudo non poſſit mutare leges,poteſt tamen illas limitare,diſtinguere,declarare,& augere,ut ex mente San. Thomę dicit Sum.Armil.in uer. cõſuetudo. §. 3. Vnde licet conſuetudo nõ poſſit facere quod uſura non ſit uſura, & quod cõtractus illicitus non ſit illicitus, poteſt tamen declarare talem contractum non cadere ſub conſideratione vſuræ,& illiciti,& interpretari ipſum licitum eſſe,ut dixi etiam in præced.q.in uerſi.pro quo facit illud. & id late comprobat Roch.ubi ſup.fol.mihi 15.in paru.col.1. uerſic.tertio limita. ubi loquitur in terminis noſtris.uide illum,qui multa in hoc adducit. Secundò reſpondetur, quod licet ſuſtineri poſſet contrarium rõne conſuetudinis et in materia peccati,vt dicit Roch.ubi ſupra,con-
14 ſuetudinis † validitas poteſt conſiderari dupliciter:uel quo ad Deum,& ſic in foro conſcientiæ:uel quo ad homines, & ſic in foro iudiciali. Primo caſu non ualet ad hoc ut q̃s excuſetur apud Deum, & ſic ſanctius eſſet in anima abſtinere ad huiuſmodi cõtractibus. Secundo caſu valet & excuſat,& ita in materia conſuetudinis declarat Iaſ. in l.3.§.iurari. col.pen.de iureiur.quem ſequitur Crau. cõſ. 9.uerſi. præterea. in fi. & Rolan. in terminis in conſi.75.in fi.uol.1.& ad hoc facit diſtinctio,quam ſuprà tradidi in 1.q.uerſi.pro generali igitur.quæ ſeruit omnib.caſib.ſimilib.

Remanet igitur abſoluta quæſtio, licitum
15 eſſe contractum † emptionis,in quo pro annuo cenſu ſeu liuello conſtituuntur quinque pro centenario, ut patet Geneſis ca.47. pro qua uide Rom.in conſi.369.incip. circa primum.col.2.uerſi.Secundo ſi conſuetudo. & conſi.423.pro pleniori.poſt prin.Corn.cõſ. 265.col.2.uerſi. in ijs enim rebus.uolu. 1.&

conſ.

con ſi.181.Viſis nonnullis.uerſicu:nam iuſta
merces.vol.2.conſi.201.viſis nonnullis.col.
5.uerſi.inſuper dicti.vol.3.& conſi.285.viſo
proceſſu.col.3.ver.non refert.eo.vol.3. Ber-
tran.conſ.318.quamuis.nu.2.vol.3.vbi dicit
id communiter teneri. Cæpol.in tract. de ſi-
mulat.contract.preſump.3.col.1.Guid.Pap.
conſi.180.incip.circa proceſſum.col.1.verſ.
ſecundo præmitto. & verſi.& ijs.& demum
omnes alios quos ſupra in diſcurſu Quæſtio
nis citaui,qui communiter & ſine controuer
ſia iſtud concludunt. & hæc quo ad forum
iudicij,de quo eſt noſtra intentio.& vide Me
noch.conſi.236.num.20.par.3. & Rebuf.in
tract.cong.porti.nu.126.

QVAESTIO. III.

Contractus emptionis cum conſtitutione Decem pro centenario, an ſit licitus:

SVMMARIVM.

1 *Contractus ratione inæqualitatis a iure improbatur, & retractatur.*
2 *Mutuum implicitum poteſt eſſe in contractu emptionis.*
3 *Pecunia eſt diſpoſita ad emendum.*
4 *Contractus arguitur de illicito ex præſumptione ſoliti & intentionis.*
5 *Contractus ex quibus trahatur ad illicitum & vſuram.*
6 *Redditus annuus decem pro centenario, regulariter eſt licitus, permiſſus, & valet.*
7 *Pactum de retrouendendo, non eſt illicitum, ſi alia non concurrunt.*
8 *Pretiũ quale debeat eſſe in emptione annuorũ redditũ.*
9 *Mutuum non admittit quod aliquid recipiatur vltra ſortem, alias eſſet vſura.*
10 *Contractus in fraudem vſurarum, non valet.*
11 *Vſura ſola intentione committitur.*
12 *Contractus non eſt licitus, quando emptor eſt in tuto.*
13 *Emptio cenſus facta ad modicum tempus, præſumitur vſuraria, & illicita.*
14 *Contractibus uenit ſolummodo id, quod inter contrahentes conuentum eſt.*
15 *Cenſus nouiter conſtitutus, an ſit licitus.*

QVAERO tertio, An cõtractus
emptionis annui redditus ad ra
tionem decem pro centenario
ſuper gabellis vel alijs rebus vni
uerſitatis, vel particularium, ſit licitus, an ve-
ro dicatur illicitus, & vſurarius? Iſta quæſtio
videtur difficilior præcedenti, nam tolerabi-
lis videtur conſtitutio quinque, ex rationib.
in ipſa deductis: ſed conſtitutio decem, vide-
tur intolerabilis, nec admittenda aliquo iu-
re vel conſuetudine, ex multis argumentis,
quæ ex Doctoribus ordinabo.
1 Primò, contractus † ratione inæqualitatis
à iure improbatur, & retractatur: nam in con
tractibus, & commutationibus, ſi non adſit
æqualitas inter rem & pretium, contractus
eſt iniuſtus & illicitus, & ad eius retractatio-
nẽ daĩ remediũ l. 2.C.de reſcin. vend. & c.
cum cauſa.extra de empt.& vẽdit.ſed in hoc
contractu cadit inæqualitas, igitur eſt illici-
tus.maior patet ex prædictis, minor proba-
tur: nam ſic emens recipiẽdo in futurum de-
cem ſingulis annis, excederet ſortem, cuius
exceſſus non eſt licitus, ſecundum Cyn. &
Bal.in l.ſi ea pactione.C.de vſur. ergo. & ita
videtur ſentire Calder.in c.nauigãti. de vſur.
& Goffr.in ſum.titu.de uſur.in fi. & ibi Doct.
Secundò, huiuſmodi contractus celebra-
tur interueniẽte pecunia, & in illius reſciſſio-
ne eſt neceſſaria pecunia, & tãtumdem quan
tum acceptũ eſt reſtituitur, unde potius mu-
tuum uidetur.l.2.§. appellata. & l.cum quid.
ff.ſi cert. petat. unde talis contractus uidetur
illicitus.47.diſt.c.ſicut. ubi dicitur, quod vſu
ræ arte nequiſſima faciunt ut ex auro aurum
2 naſcatur: nam † & in contractib. emptionis
poteſt eſſe mutuũ implicitum, ita ut poſſint
dici continere vſuram propter intentionem
lucrandi, Abb.in c.fi.nu.6. de vſur.& ibi Ioã.
Cald.col.3.in 5.not. Archiep.Flor. in Sum.
par.2.tit.1.de vſur.ex mutuo.§.1.uerſi.quam
uis enim in alijs contractib.& latius eo. tit.1.
de uendit.rer.ad.terminum. §.15. & 16.Ca-
iet.in Sum. in uerſ. uſura exteriori. uerſi. de
uſura autem conſurgente ex mutuo implici-
to, Silueſt.in ſum.in uer.vſura.2.§.vſura ſecũ
do conſiderari poteſt. Tabien.in uer.uſura.
uerſi. Quinta ratione emptionis. igitur &c.
Tertiò, quia in hoc contractu pecunia da
tur pro pecunia, quod eſt contra naturã con
tractus emptionis.l.1.ff.de contrah. empt.&
3 pecunia † non eſt diſpoſita niſi ad emendũ,
c.eijciens.88.diſ.& pecunia penes debitorẽ,
quantum eſt de ſe, non deterioratur, & nul-
lam parit debitori vtilitatem, l. ſi nauis.ff.de
rei vendic.d.c.eijciens. & l. vſura pecuniæ.ff.
de ver.ſignifi.ubi dicitur, quod pecunia pro-
prie in fructu non eſt, quia non prouenit ex
ipſo corpore, ſicut fructus proueniunt ex re,
& ideo dictus contractus cenſetur illicitus &
in fraudem vſurarum factus, ut dicit Arct. in
conſi.

conſi.152.incip.viſo themate.col.pen. circa prin.cum concor.vt ibi.

Quartò facit conſideratio naturæ vſurariorum, & huiuſmodi contractus celebrare ſolitorum: ſolent enim palliare ſimiles contractus in fraudem vſurarum, & ſæpe apponere pactum de retrouendendo, pro quo faciunt quæ habetur in c.ad noſtram. de emp. & vend.& c.illo vos.de pignor.& dicunt Hoſtien.& Ant. de Butr. in d.c.ad noſtrã. quod vſurarij ſunt perſonæ cautæ in eorum contractibus, & multas inueniunt figuratas cau-
4 telas.ex hac ergo † ſoliti, & intentionis præſumptione arguitur contractus de illicito, vt per Corn.conſ.23.col.1.uol.3. nam vſura ſola intentione committi poteſt. gl.in ſum.14. q.3.& Archid.in c.2.14.q.3.Io.And.in c.cõſuluit.de vſur.Fed.de Sen.conſ.ult.col.2.& 4.
5 Quintò adducitur, nã † emptor huiuſmodi cenſus ſeu redditus habet annuũ cenſum certum & infallibilem, non ſubiacentem periculo vel fortunæ, ſine aliqua expenſa & labore; & liberum, ex quibus trahitur ad illicitum, & vſuram, vt dicit Ioan. Andr. in addit. Specul.tit.de vſur.in Rubr.uerſic. & aduerte. ubi citat ſe ipſum in c.in ciuitate.eo.ti. & pro hoc faciunt quæ habentur in c. nauigãti.eo. tit.ubi Abb. plene & alij. Et ſic ex ijs, & alijs quæ adduci poſſent, videtur quod iſte contractus ſit illicitus, & ſapiens vſuram.

Præmiſsis tamen non obſtantibus con-
* traria opinio eſt uerior, & cõmunis,* quod
6 † ſcilicet talis contractus annui redditus decem pro centenario, regulariter eſt licitus, permiſſus, & ualet, tam de iure, quam de conſuetudine, & ex forma cõſtitutionum, de quibus infra. & ita pro hoc contractu tenuerũt Inn.Vinc.Hoſtien.Goff.Io.And. Abb. & alij Doct. communiter in c. in ciuitate. de vſur. Alberi.in l.iubemus.col. 4. uerſi.quid de tali contractu.C.de ſacroſ.eccleſ.Hoſtie.in ſum. de vſur.verſi.in alijs autem caſib. uerſi. quid de ijs qui emerunt. Io.de Anan. in d.c.in ciuitate.in 4.car.Ambroſ. de Vign. in tract.de uſur.ad rep.c.ſalubriter. nu. 75. Guiel.Bont. in ſuo quodlib.de uſur.ꝑ tot.late Petrus Belug.in Spec.Princ.Rubr.41. in tit. de mater. cenſual.ubi ꝑ multas car.hoc diſputat.Alex. Iaſ.& Deci.in l.de fideicommiſſo.C. de tranſact.Dec.in l.rogaſti. §. ſi tibi.colu. 2. ſi cert. pet.Iaſ.in l.1.in lect.& repet.C.de ſum. Trin. Chaſſan.in Catal.glor.mundi.par.12.conſiderat.99.col.11.uerſi.aduerte tamen.& hoc tenet etiam Aſteſan.in ſum.lib.3.ti.8.de emptio.& vendit.verſi.ſequitur videre de 11.licet ibi col.2. dicat, quod talis contractus nõ eſt ita honeſtus, & decens, ſicut eſt contractus prędialis, quia in hoc contractu non clare uidetur quid eſt quod emitur, ſicut in contractu prædiali, & in fructibus prediorũ multa impedimenta poſſunt accidere, & in illis oportet multam ſollicitudinem, & laborẽ impendere, vt ibi per eum, & eãdem opinionẽ poſt Theologos & Summiſtas quos allegat, tenet Silueſt.in ſum.in ver. vſura. il 2.q. 12.& Legiſtæ paſsim, tam legendo quam cõſulendo, vt Socin.in l.pœnam.col. pen. ff.de ijs quæ pœnæ nom.Bal.conſi.133.incip.Et quod dictus annuus redditus, & conſi.230. quæritur.uolu.3.& conſi.292.quia ex facto. vol.5. Caſtren.conſi.289. præſens dubium. uolu.1.Anch.conſi.30. Dubitari ſolet.Deci. conſ.123.perlectis.in prin.Rom.conſi.302. Ego hunc contractum.& conſi.423.pro pleniori.Cum.conſ.181.proponitur.Maſcarel. inter conſi. Calcan. conſi.84.col.1.Calcan. conſi.85.col.4.Crauet.conſi.145. Viſo proceſſu.colum.5.verſi.circa contractum.uol.1. Oldr.conſi.207.Feder.de Sen.d.conſ. vlt.Et in terminis tenet Guid.Pap. in tract. de vſur. nu.28.Card.in clem.vni.de vſur.verſi. nono quæro.Redoan.de reb.eccl.non alien.Rubr. de conſt.an.cenſ.num.6.vol.15.tract.par.2.

Et pro iſta communi opinione faciunt omnia ſupra dicta in præced. q. in materia conſuetudinis, & tex.in c.1.& 2. de empt.& vendit.in extrauag.comm. ubi patet ita fuiſſe determinatum per Pap.Mart.V.& per Calix.quod contractus emptionis, & venditionis annui cẽſus ad rationem decem & plus, conditione appoſita de retrouendendo, nõ ſit vſurarius, attenta tamẽ conſuetudine loci, vt eſt in Regno Neapolitano, in quo vigore extrauag.Papæ Nicolai V.quæ incipit, Nicolaus Epiſcopus, ſub data ann.1452.ann.6. impreſſæ inter regias pragmaticas, licitus eſt contractus cenſualis etiam cum pacto de retrouendendo, vſque ad decem pro centenario.vigore igitur talis conſuetudinis contractus erit licitus in locis in quibus uiget, alibi non.& ſic firmata cõcl.contraria nõ obſtãt.

Ad primum reſpondet Guiel.Bont. in d. tract. de uſur.quod quando non interuenit deceptio vltra dimidiã iuſti precij, dummodo

do fraus non interueniat, non dicitur eſſe inæqualitas precij, vt ibi per eã, & maxime quia in caſu iſto habet locum conſideratio conſuetudinis roboratæ dictis diſpoſitionibus Mart. & Calix. Non obſtant ſecundum, & tertium, quia in caſu propoſitæ q. non eſt empta pecunia, prout præſupponitur in contrario, ſed illud ius percipiendi cenſum annuum, vt per Doct. late in d. locis, & Guiel. Bont vbi ſupra. Minus obſtat quartum, quia nos loquimur in vero contractu emptionis & uenditionis, non autem in contractu ſimulato, prout præſupponitur in cõtrario. Nec obſtat quintum, quia quãdo emitur fundus, ſimiliter eſt certus, & tamen eſt permiſſus & licitus, vt in alia q. dicam, & etiã alio modo tollitur obiectum ratione periculi. poſſet. n. euenire caſus vt nihil de cenſu percipiatur, puta ſi gabella fuerit ab hoſtibus, uel alijs caſibus fortuitis occupata vel impedita, & in ſimili faciunt ea quæ dixi in prima concluſ. circa conſiderationem contractus liciti ratione incertitudinis uitæ, ſic & hic ratione periculi inexigibilitatis.

Nec obſtat id quod dicebatur de pacto de retrouendendo apponi ſolito ab aſtutis

7 vſurarijs in eorum contractibus: quia † tale pactum non eſt illicitũ ſi alia non concurrãt in fraudem vſurarum, tam de iure, quam de conſuetudine. l. 2. C. de pact. int. emp. & vẽd. & ibi Doct. c. illo uos. & ibi Doct. de pignor. Aſteſ. in ſum. lib. 3. tit. 6. c. ſequitur videre de quarto. uerſ. ſeptimo quãdo. Silueſt. in ſum. in uerſ. uſura. il 2. q. 15. Doc. in c. ad noſtram, de empt. & uendit. & demum omnibus contrarijs reſponde vt per Bald. in d. conſi. 133. Guiel. Bont. in d. trac. ſeu quodlib. Bellug. in d. Specu. Prin. in loco cita. de quo ſuo loco dicam.

Ampliatur iſtud dictũ de pacto de retrouendẽdo, procedere ſiue ad certum tempus ſiue in perpetuum fiat, nam nullo caſu facit contractum cenſeri illicitum & fœneraticiũ d. l. 2. & ibi Salic. in terminis. C. de pact. inter empt. & uendit. Silueſt. ubi ſup. Gui. Pap. ubi ſup. num. 18. & nu. 28. & quia de conſuetudine huiuſmodi pacta inſtrumentis apponuntur, non eſt ulterius de eorum ualiditate dubitandum: ſed firmanda concluſio, quod ſiue adſit tale pactum, ſiue non, contractus de quo ſupra, eſt licitus in locis ubi de conſuetudine ſeu ex forma alicuius conſtitutionis celebrari ſolitus eſt. Bal. in c. 1. ad finem. extra de iureiur. format hãc quæſtionem, & arguit ad partes, & demum nihil certi firmat, ſed dicit ꝙ iſtæ quæſtiones ſunt periculoſæ quo ad conſcientiam: concludit tamen, quod talis contractus de ſe non eſt uſurarius, & eſt licitus quando habet in ſe æquitatis recompenſationem, & proportionem, aliàs ſecus. & hoc caſu limitat procedere quando ex tali contractu quis exceſſiue non lucratur, aliàs ſecus: nam exceſſus modi facit fraudẽ præſumi, ut ibi per eũ, ad quod uide no. ſup. q. 1. nu. 8. iſtud autem cognoſcitur quando emiſſet talem cenſum pro modico precio, puta, ſi aliquis emeret ꝓ ſexaginta uel octuaginta, gabellas ſeu alium introitum ſolitum reddere decem pro cẽtenario, ut multi malę conſcientiæ faciunt nam eo caſu eſſet illici-

8 tus & uſurarius, quia † precium in huiuſmodi emptionibus, ad hoc ut ualeant, debet eſſe tale & tantum, quod ex eo potuiſſet emi vna poſſeſſio non minoris redditus annuatim, vt dicit Paul. de Caſtro in conſi. 289. in princ. uol. 1. Et iſta eſt prima limitatio ad qõnem.

Limitatur ſecundo non procedere in cõtractu mutui, quando ſcilicet euidenter vel ex coniecturis appareret de contractu mutui, ut per Doct. in d. c. ad noſtram. de empt. & uend. & in d. c. illo uos. de pignor. Afflict. deciſ. 65. incip. in cauſa Melchionis. Corn. conſi. 241. Iaſ. in l. Titio. §. idẽ reſpondi. col. 2. ff. de uerb. oblig. Calcan. conſi. 25. col. 11.

9 & d. conſi. 84. cum ſeq. nam tali caſu, † ſi eſſet vel apparere poſſet quod eſſet cõtractus mutui, non eſſet licitum aliquid recipere vltra ſortem, & contractus eſſet illicitus, & vſurarius, ut dicit Paul. de Caſt. conſi. 226. incip. in cauſa mota. uer. Tertio reſultat. & late per Deci. conſi. 123. incip. perlectis. col. 2. uol. 1. & in l. de fideicommiſſo. C. de tranſac. & per Paul. de Caſt. in d. conſi. 289. uol. 1. & latiſſime per Affl. ſuper conſtit. Regni, incip. Vſurariorum. col. 9. in 14. not.

10 Limitatur tertio non procedere, † quãdo eſſet factus in fraudem uſurarum, ſecundum Inn. Hoſt. & alios in d. ca. in ciuitate. de uſur. Ambroſ. de Vignate in d. tract. de uſur. ad repetit. c. ſalubriter. nu. 69. & num. 79. Oldr. in conſ. 207. ubi habes bonã addit. Rain. Corſi. cum concor. Fede. de Senis conſ. ult. nam eo caſu eſſet illicitus, ut dicunt omnes.

Limitatur quarto non procedere, quãdo talis

talis contractus etiam ſola intẽtione empto-
11 ris eſſet vſurarius:† quia, puta, eius intentio erat mutuare pecuniam, non autem emere cenſum. Nam tũc eſſet illicitus, cum vſura ſola intentione committatur, vt per Arch. in c. 2.14.q.3. Ioan. And. in d.c. conſuluit. Feder. de Sen. d. conſi. vlt. colu. 2. & 4. & Calcan. d. conſ. 84. cum ſeq. col. 4. Intellige tamen hãc limitationem procedere in foro conſciẽtię, in quo iudicatur intentio agentis. d. c. cõſuluit. & ita intelligunt præcit. Doct. & præſertim Federic. d. conſ. vlt. nam in eo foro quicquid agunt homines, intẽtio iudicat omnes. ſecus autem in foro iudicij, vt dicunt Guid. Pap. Pau. de Caſt. & alij in ſupradictis locis.

Limitatur quinto non habere locum, quãdo talis emptor nollet in ſe ſuſcipere periculum, ſed vult fideiuſſores, & laudatores, vt in omni caſu, & euentu ſit ei ſaluum capitale, & annuus cenſus, quia tali caſu contractus præſumitur illicitus & vſurarius, ex ea ratione, quia caſu quo venditor principalis obligatus ad cenſum reducatur ad inopiam, periculum ſpectaret ad emptorem; niſi ſibi conſuleret cum fideiuſſore. vnde cum per talem dationem laudatoris ipſe emptor ſemper ſit in tuto, & non ſubeat aliquod periculum, con-
12 tractus † non videtur licitus, vt per Calcan. vbi ſup. Ioan. And. & Feder. & alios in locis allegatis. Aduerte tamen quod iſtud poſſet procedere de iure, & in foro conſciẽtiæ, iuxta notata in d. c. nauiganti. Nam de conſuetune, quæ in huiuſmodi contractibus attenditur, vt ſupra ſæpius dixi, tales contractus cũ fideiuſſoribus paſſim celebrantur, ideo liciti ſunt, & contrahentem excuſant in foro exteriori, ſed non ſunt tuti in conſcientia.

Limitatur ſexto non procedere, quando emptio cenſus eſſet facta ad modicum tem-
13 pus, † nam tunc præſumitur vſuraria & illicita, & hoc caſu illud quod recipitur vltra ſortem dicitur vſura, vt not. Bart. in l. cum ſtipulatus ſim. ff. de verb. oblig. quem ſequitur Bellug. in d. Specu. in Rubr. 41. §. leges regni. uerſi. & ad omne. col. 2. in fine. & dicit Paul. de Caſt. in d. conſ. 289. quod quando talis contractus emptionis alicuius cenſus in pecunia eſſet ad tempus limitatum, puta ad decẽnium, tunc illud, quod percipitur vltra ſortem dicetur vſura, allegat Ioã. And. in addit. Specu. in Rubr. tit. de vſur. ut per eum. & hãc limitationem intellige de cenſu gabellarum, & cætera, quia aliud eſſet ſi eſſet conſtitutus ſuper certo fundo, ut dicã infrà in alia qõne.

Limitatur ſeptimo non habere locũ, quãdo emens gabellas, vel alias res ſolitas reddere decem pro centenario in anno, reciperet aliquid ultra illa decẽ, quia tunc illud plus, quod exigeret eſſet vſurarium. intellige tamen quando conſuetudo loci ſeu conſtitutio aliqua nõ permitteret maiorẽ cenſum q̃ decẽ, prout in Regno ex ſuprad. Extrauag. Papę Nicolai. Nã ſecus eſſet ſi permittere, vt in d. extrauag. Marti. & Calix. quando talis emptio eſſet facta de gabellis ſimpliciter, ſecus ſi eſſet reſtricta ad gabellas reddentes decem, nam nec in caſu illarum extrauagantiũ poſſet exigere plus quam decem, vt dicunt Inn. Hoſtien. & alij in d. c. in ciuitate. & Bald.
14 in d. c. 1. de iureiur. quia † in contractibus venit ſolummodo id, quod inter contrahẽtes conuentum eſt, reg. contractus. in 6. de reg. iur. l. 1. §. ſi conuenerit. ff. de poſ. glo. fi. in fi. in l. tale pactum. ff. de pact. Deci. conſi. 439. col. fi. nu. 9. & conſi. 488. col. pen. num. 16. Vnde pactum quod apponitur in cõtractu emptionis cenſus, ſcilicet, quod vendit cenſum francum, & liberum ab omni præſtatione, & ſolutione gabellarum, eſt illicitum & vſurariũ, quia emptor vult, quod venditor pro eo ſoluat gabellam, & ſic per indirectum habet vltra decem, de quo vi. Silueſt. in Sum. in ver. vſura. 2. verſi. nono. id tamen intellige in foro conſcientiæ.

Limitatur octauo, & vltimo, non procedere ſecundum Inn. & Hoſt. in d. c. in ciuitate,
15 quando † eſſet cenſus nouiter cõſtitutus, vt ſolet euenire quando ſuperiores occaſione aliqua urgenti belli vel ſimili imponunt nouam gabellam, & conſtituunt nouam renditam, nam fideles ab eo debent abſtinere, & ipſos ſequitur Ambroſ. de Vign. vbi ſup. & Aret. conſ. 152. & dicit Paul. de Caſt. d. cõſ. 289. in prin. quod ſi annuus cenſus conſiſtebat in pecunia, & eſſet tunc creatus, & in eſſe productus, cenſeretur fieri in fraudem vſurarum. Ioan. And. Ant. de But. & alij in d. c. in ciuitate. Hoſt. in Sum. de vſur. verſi. Quid de ijs qui emunt ab eccleſijs. Sed ſi dictus cenſus eſſet antiquus, eſſet licitus, vt ibi per eos, hoc tamen etiam intellige in foro conſcientiæ, nã in foro iudicij ſiue ſit antiquus, ſiue nouus eſt licitus, dummodo adſit conſuetudo, vt ſupra pluries dixi, prout eſt in Regno Neapolis,

lis,& Siciliæ, & Germania, vbi emuntur, & ſunt liciti tales cenſus ad rationem decem pro centenario,vt dicit Ioan.Bol.in l.j. C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt.num.127.& Redoan.in tract.de reb.eccleſ.non alie.c.27. nu.9. cum ſeq. vbi teſtatur ſe uidiſſe bullam Nic.V. de qua ſupra. imò ipſam refert Rub. de conſt.ann. cenſ.in reb.eccleſ.in fine. Immo dicit Silueſt.in Sum.in ver.vſura.il 2.col. 11.quod ſiue,ſit cenſus antiquus ſiue nouus, eſt licitus,dummodo abſit fraus,&ad hoc citat multos Theol.& Sum.ut per eum. Et ſic remanet concluſio firma in foro iudiciali,limitata vt ſupra,pro qua vide Menoc. conſi. 236.num.14.par.3. vbi hanc magis receptã Doct. opinionem aſſerit.

QVAESTIO. IIII.

Contractus cenſualis, vt ſit validus, quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Contractus cenſualis, vt ualeat, quæ requirantur.& 2.*
3 *Dictio,etiam,ſtat implicatiue,& præſupponit caſum minus dubitabilem.*
4 *Cenſus conſtitutus ſuper omnibus bonis alicuius,non ualet.contrarium,nu.5*
6 *Extrauagans, Regiminis,Martini Quinti declaratur.*
7 *Loquutio pluralis vno numero contenta eſt.*
8 *Appellatio quæ coram honeſtis perſonis interponēda eſt, coram vno honeſto homine interponi poteſt.*
9 *Contractus cenſualis vt valeat, nec cenſeatur fœneratitius,debet ſuper re certa conſtitui.*
10 *Cenſus vt cognoſcatur licitus uel illicitus,ponuntur caſus.*
11 *Contractus poteſt eſſe validus,quo ad iudicia, & inualidus quo ad conſcientiam.*
12 *Redditus nouiter conſtitutus in pecunia,eſt illicitus.*

QVAERO quarto, quæ requirantur ad hoc vt cenſus conſtitutio ſeu cenſualis contractus * valeat.& quoniam iſta quæſtio neceſſaria eſt ad cognitionem,& declarationem præcedentium,& particulariter præcedentis quæſtionis,ideo dico, quod talis con-
1 tractus ‡ ad hoc vt valeat tam de iure, quam de conſuetudine, tam in foro poli quam in foro fori,debet fieri ſuper certis bonis,ita vt illis peremptis perimatur & cēſus, alioquin non valet,cum iniquum eſſet emptorem nullum ſubire rei emptæ periculum,ſed ſemper tutum eſſe,& redditum ſaluum fore. contra L.1.C.de peric.& com.rei vend. vbi poſt perfectam venditionem omne commodum,& incommodum , quod rei venditæ contingi ad emptorem pertinet.& ibi glo.in ver. perfectam.dicit,quo ad periculum,& in ver.cōmodum, dicit, adueniens rei poſt contractum,& ſic niſi ſubeat emptor periculum,nō valet cōtractus. Quod etiam probatur in Inſtit.de empt.& vendit.§.cum autem emptio. in prin. & in verſ. ſed etſi poſt emptionem. vbi habetur,quod emptor debet ſubire periculum,& commodum rei emptæ.

2 Vnde † ad hoc vt contractus valeat, & iuſtus ſit,requiritur, quod cenſus conſtituatur ſuper certis bonis, ita vt peremptis illis perimatur & cenſus,ſecundum Ioã. de Lignano in c.in ciuitate.de vſur.& in c.vlt.q.1.eod.tit. quem ſequitur Aret.conſ.151.col. 2. verſic. Sed tamen ijs non obſtantibus. ibi, & ideò dixit Ioannes de Ligna.poſt Lauren. de Rodulph.in tract.de vſur.in 6.q.prin.uerſ.Quæro xiiij. qui not. dicit, quod ſi ſtatutum vel conſuetudo ciuitatis habet, quod rectores vendãt de pecunia ciuitatis alicui de ſuis redditibus quinque florenos, vel decem annuatim,pro centum, talis contractus eſt illicitus niſi ciuitas conſtitueret illum cenſum in bonis ipſius ciuitatis alijs, & diuerſis a pecunia ſua.Hoc etiam tenuit Abb.in ſuis quæſt.q.5. quæ incip.Augerio patronatum.col.fi.verſi. ex ijs deciditur. vbi loquitur in cōtractibus, quos ciuitates faciunt cum ſuis ciuibus tempore belli vel alterius indigentiæ, dum ab ipſis ciuibus exigunt pecunias, & illis reſpondent ſuper aliquibus bonis ciuitatis, quinq; pro centenario, & exemplificat in ciuitate Venetiarum, & Florentiæ, vt ibi per eum Quod etiam late proſequitur Chaſſan. in Cathal.glor.Mundi,par.12.conſi. 99.qui etiam conſ.63.num.3. dicit hanc eſſe communem opinionem. Pro qua opinione faciunt ea, quæ ponit Inn.in c.in ciuitate, de vſur. in fi. vbi poſtquam per caſuum poſitiones, quæſtiones,& ſolutiones,tractauit de huiuſmodi contractibus licitis & illicitis, dicit hæc verba.Iſtud autem penitus videtur illicitū,quod ipſe idem, qui dicitur emptor in ſe cōſtituat redditum vel actionē, qua ſe obligat ad plus dãdum vel in pecunia vel in ſpecie, quam accepit.Et licet Inn. obſcure loquatur,tamen vult in ſumma dicere,quod ad hoc vt cenſus teneat,neceſſe eſt, quod conſtituatur ſuper aliqua re certa,& non ſuper perſona emētis.

prout

prout etiam eius verba late proſequitur, & declarat Silueſt.in Sum.tit. de vſur.il 2.uerſi. Duodecimo quæritur. vbi poſt multos, Iuriſtas, Canoniſtas, & Theologos quos allegat, concludit illicitum eſſe cõtractum, quo quis conſtituit redditum, & cẽſum annuum duodecim ſuper re, quæ octo tantum valet, obligatione tamen præmiſſa, qua conſtituẽs promittit rem ipſam incolere pro illis duodecim ratione mercedis, & hoc ex eo, quod pars cenſus uerè ſuper re aliqua non conſtituitur, vt late per eum.

Et idem poſt Inn.ſtatuit Martin. V. Pont. in extrauagan. incip. Regiminis vniuerſalis, quæ eſt prima in extrauag.commun.titu. de empt.& vendit.in uer. ſed ad hoc. ubi Pont. dans formam contractui cenſuali, dicit: Sed ad hoc hmõi cenſus venditores inuiti nequaquam per emptores arctari, vel aſtringi valerent, etiam ipſis poſſeſſionibus, & bonis obligatis penitus interemptis ſeu deſtructis. Et ſic Pontifex ſupponit pro conſtanti, ad validitatem contractus neceſſariam eſſe aſſignationem bonorum, ſuper quibus cenſus conſtituatur, propter dictionem, etiã, † quæ ſtat
3 implicatiue, & pręſupponit caſum minus dubitabilem, ut tradit Deci.in l.qui ſe patris. nu. 11.C.vn.lib.conſ.466.num.17.& conſ.542. num.7.uerſi.ſecundo reſpondetur. Quod ẽt ordinauit Calix.III.in eo.tit.de empt.& vẽd. in ſeq. extrauag. in uerſi. quia ipſi habitatores, & incolæ.& inferius, in uerſic. ſed ijdem ementes.in quibus locis clare habetur neceſſariam eſſe certorum bonorum aſſignationem pro cenſus conſtitutione. Et vtraq; conſtitutio vnita habetur in Sũma Concil. poſt Sum. Concil. Florent. fol.par.mihi 386.& incipit, Martinus Epiſcopus &c. & Calixtus Epiſcopus, &c.in Sum.decret. Marti. & Calix.PP.poſt quas, inter cæteras conditiones requiſitas ad hoc ut annui cenſus licite emi, & uẽdi poſſint, ſic prima proponitur. Oportet quod uendens deſignet, & exprimat rem aliquam quam uẽdat, & alius emat, puta, domum aut agros &c. & rei uel rerum deſignatarum tantum debet fieri emptio, & uenditio, & ea ſola debent manere obligata ad ſolutionem prædicti cenſus, & non alia uendẽtis bona: quia ſi uniuerſa alia bona cum perſona vendente obligantur, iã deſtruitur emptio, & uenditio, & eſt oppignoratio, & fit contractus uſurarius,

Quod adeo uerum eſt, iſtum cenſum ſic, vt præmiſſum eſt, conſtitui debere, vt nedum ſecundum ſuprad. requiſitam conditionem,
4 ſed & ſecundum alios Doct. non poſſit † talis cenſus conſtitui, nec emi ſuper omnibus bonis alicuius, & ſic ſuper rebus incertis, ſed oportet, ut iam præmiſſum eſt, quod ſuper certis rebus conſtituatur, ut dicit Chaſſan. in præcit.loco Cathal. fol. 25. & in conſ.Burgun.rub.11.§.ſexto.in princ. & d. conſi. 63. num.6.poſt Conrad.de contract.q. 83.concluſ.13.& Laur.de Rodulph. in trac.de uſur. ſuper c.ſalubriter.eo.tit.par.2.q.13.

Contrariam tamen opinionem prædicti Doct. tenere uidentur, ſi recte cõſiderentur,
5 immo uolunt, quod † ad hoc ut talis contractus cenſualis licitus ſit, ſufficiat quod cenſus conſtituatur ſuper omnibus bonis alicuius, & ſic ſuper rebus incertis; nec, ſecundũ eos, eſt neceſſaria certarum rerum aſſignatio, ſeu nominatio, ut ipſi legẽti intueri licet.& idem aſſerit Io.de Ligna.in cap.ult.de uſur. q. 1.& poſt eum Silueſt. vbi ſupra. uerſ. Ioannes ẽt de Lignano. Cui opinioni ſuffragari uidetur dict.conſtit.Calix.in dicto uerſi. Quia ipſi habitatores.& d.uerſi.ſed ijdem ementes. & ẽt conſtit.Mart.dum utraque dicit. Super eorũ domibus, bonis, agris, prædijs, &c.in numero plurali. clarum autem eſt, quod pluralitas de ſuo proprio ſignificatu non uerificatur in uno.l.fi.ff.ad Treb.glo.ſ.in l.Mæuius.§.cum qui.ff.de leg.2.Ioan.And.in addit.Specul.in tit.de teſte.§.in primis.in fi.in addit. magna. incip.huic quęſtioni.in 4.q.Bar.in l.qui quartam.§.filiabus.aliàs.§.fi.& in l.qui filiabus. in prin.de leg.1.Bald.in l.Gallus. §. quid ſi is.in fi.ff.de lib.& poſth. & in l. 1. in 1.oppoſit.C. de condit.inſert.Paul.de Caſt.conſi. 14.incipien.Viſis, & conſideratis, quę ſupra narrantur.in 4. col. Cum ergo effectus pluralitatis ſit talis, & illę conſtitutiones loquantur in plurali, dicendum eſt, ſufficere, quod cenſus conſtituatur ſuper omnibus bonis, & ſic ſuper re incerta, abſque eo, quod deſignetur certa res, iuxta terminos illarum conſtitutionum, & ſic eſſet dicendum. quare reddi uidetur dubia quęſtio propoſita ex hoc obiecto.

Contrario tamen non obſtante, concluſio uerissima eſt in caſu dictarum extrauagãtium, & pro ipſa dictæ cõſtitutiones ſunt clarę, quod requiratur particularium bonorũ aſſignatio in conſtitutione cenſus. Dicitur

enim

6 † enim in conſtit.Mart.iux.prin.ſub uerſ.ipſi venditori. Bonis in ipſo contractu tunc expreſſis pro ipſius cenſus annui exſolutione in perpetuum obligatis, & ſic expreſſio certorum bonorum requiritur in confectione contractus cenſualis.Similiter in conſtit.Călixti,poſt prin.ſub ver. quia ipſi habitatores, ſic habetur.Prout ipſi vendentes,& ementes in contractibus ſuper ijs inter ſe firmauerũt, & recipere ſoliti fuere illa ex domibus, terris,agris,prædijs,poſſeſſionibus, & hæreditatibus prædictis,qui in huiuſmodi cõtractibus expreſſi fuerunt, prędictorum ſolutione redditũum,& cenſuum efficaciter obligãtes.

Nec obſtat,quod dictum eſt de plurali loquutione,cum obiectum reijciatur ex claris verbis præmiſſarum conſtitutionum. nec ẽt ſemper verum eſt,quod dictum fuit ſupra de
7 loquutione plurali, nã † ẽt pluralis loquutio vno numero contenta eſt, vt dicit idem Bal. in d.l.1.in 1.not.per illum text.C.de condit. inſert.l.3.§.negotia.ff.de negot.geſt. Bal.in l. quamuis.C.de impub.& in l.pen.eo.tit.& in l.cumquidam.C. eo.in 1.no.col.pen. in ver. dubitatur. Dyn. in reg. pluralis loquutio. in 6.Bar.in l.ſi ſeruus.§.ſi plurium, ſi quis caut. col.1.& in l.ſcire debemus.in prin. de verb,
8 obl.Hinc † appellatio, quæ coram honeſtis perſonis interponẽda eſt, coram uno honeſto homine interponi poteſt,Specul. in titu. de primo,& ſecũ.decr.§.iam de effectu. verſ. ſed nunquid ſufficeret.Abb.in c.paſtoralis.§. 1.in fi.de offi.ordi.Rom.& Alex.in l. de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori. ff. de noui oper. nunt.cum plur.quæ in hac materia pluralitatis reſolutorię in ſingularitates, tradunt Tiraq. de utroq.retract.§.1.gl.21.nu.16.Caccher.deciſ.112.nu.3.Cæphal.cõſ.30.nu.51. & conſ.158. nu. 48. & omnes paſſim. ita q; obiectum ratione numeri non obſtat. Sed melius dico,quod hic non cadit iſta conſideratio de loquutione plurali:nam dummodo obligatio ſit ſuper bonis certis deſignatis, non refert ſint plura bona,vel vnum.Sufficit quòd obligatio non ſit ſuper omnibus, & ſic quod non ſit incerta:quoad reliqua vero idẽ effectus eſt ſi ſint plura, qui eſt ſi ſit vnũ. quo caſu pluralis loquutio loquens in pluribus,verificaretur in vno, ut dicit Iaſ. in d. §. quid ſi is.nu.13. uerſi. in principali articulo.

Et ſic firmatur concluſio ex præmiſſis,
9 Quod † ad hoc vt contractus cẽſualis valeat, & licitus ſit,nec cenſeatur fœneratitius, neceſſe eſt vt conſtituatur ſuper aliquot bonis, aut rebus certis, non autem ſuper omnibus, & incertis,nec ſuper perſona vendentis, tũc enim eſſet illicitus contractus.quod late pro ſequitur Lauren.de Rodulph. vbi ſup. q.11. 15.& 18. & Couar.lib.3.variar. reſol.iur.c. 7.nu.5 uer.verum in hoc. ubi opponit multipliciter contra iſtam conclu.& in ſolutione obiectorum conatur interpretari illas cõſtitutiones Pont.Mart. & Calix.nõ ponere de neceſſitate requiri certorum bonorũ aſſignationem,vt ibi per eum,quem nõ refero,quia communiter habetur ab omnibus, & videri poteſt.Sed ueritas ęſt ſupra poſita, & ita ſeruatur in practica in omnibus inſtrumentis cenſualibus,&liuellarijs.Nam primo obligãtur, & venduntur aliqua bona particularia deſcripta,& confinibus terminata,& poſtea ſubnectitur obligatio generalis omnium bonorum, aliàs non valerent inſtrumenta, & ita practicatur in iudicijs.

Tamen pro clariori materiæ cognitione non omittam aliqua, quę ſupra ſunt virtualiter dicta,ponendo aliquos caſus ex mente
10 Doct.ad cognoſcendum † quomodo iſte cẽſus ſit licitus,vel non, in terminis propoſitæ concluſionis.Primus igitur caſus eſt, quem ponit Innoc.in d.c.in ciuitate. vbi ponendo iſtam quæſtionem quo ad emptionem, ſub num.2.uerſi.alias videtur, & forte melius,diſtinguit,Quod ſi quis emit redditum conſtitutum ante contractum,vel actionem uenditam,ſiue conſtitutus fuerit in re,ſiue in perſona,ſiue in actione vel nomine, ſiue certus ſit redditus,ſiue incertus, ſiue perpetuus, ſeu ad certum tempus,ſeu ad vitam alicuius,ſiue ſit in pecunia, ſiue in alijs rebus,ſiue in facto, ſemper in omnibus præmiſſis contractus reputantur legitimi ſeu liciti,quia ibi eſt purus, & licitus contractus venditionis, cum interueniat certum precium,& certus redditus,& cenſus,per tex. in l. iubemus.C. de ſacroſan. eccleſ.refert,& ſequitur Pet.de Anch.in cõſ. 29.incip.Dubitari ſolet.colu.1.& Abb.in d. q.5.ſub num.9.uerſi. Ego autem meliori cõſilio.& hic caſus non repugnat cõcl.propoſitæ.nam deſignatur certa res, & certũ quid ſuper quo conſtituitur cenſus,repugnaret tamen ſi cenſus excederet uel ualorem rei,vel ſolitũ redditum, uel aliàs, vt dixi in præced. quæſt.& hunc caſum refert etiam Silueſt. in

ſum.

Sum.in ver.vſura, il 2.uerſ.Duodecimo quæritur.ibi,ſecundum &c.

Secundum,ſeu ſecundus caſus ponitur ab eodem Inn.vbi ſupra,in fi.quem,vt opinor, male intellexit Silueſt. vbi ſupra, verſ. tertiũ. Dum ipſe Silueſt.dicit ex Innoc. Si vero redditus non eſt adhuc conſtitutus, ſed conſtituitur de nouo in rebus vel perſonis,contractus eſt illicitus, quia ibi non videtur eſſe vera venditio,cum merces non ſit in rerum natura:emptio autem, & venditio ſine re, quæ veneat intelligi non poteſt.ff. de contrahen. empt.l.nec emptio.. Ideo ipſe Inno. vt dicit Silueſt.cõſuluit abſtinendum. Innoc. autem hoc non dicit in lib.meo: immo dicit talem contractum eſſe licitum, & ſic affirmatiuè, non autem negatiuè,vt dicit Silueſt,ſic enim inquit ibi Inn. Idem intelligunt quidam, & ſi redditus,vel nomen de nouo propter hoc conſtituitur in rebus, vel perſonis alijs contrahentibus,puta,quia dicit emptor, tu conſtitues tales redditus in tali poſſeſſione vel ſeruo,vel facies quod talis confitebitur ſe debere tibi mille vſque ad annum,& ego de illis mille, vel magis pro actione de illis mille dabo tibi quinquaginta:nam dicunt omnes contractus iſtos licitos, quia non eſt mutuũ ſed emptio, & ſic ecce quomodo deceptus eſt Silueſt. niſi forte culpa impreſſorum, vt ſæpe fieri ſolet,habuerit textum Inn. corruptum.Bene verum eſt,quod Inn.ſubdit, ſed certe ante conſulendum eſt omnibus fidelibus,quod ab huiuſmodi contractu abſtineant,& huic opinioni Innoc.conſentit Ioan. And.addens tamen contractum eſſe illicitũ, & vix ſe videre quomodo ſine fraude fieri poſſit.Super hoc ad tollendam differentiam inter cenſum antiquum, & conſtitutum de nouo,laborat Silueſt. & tandem concludit idem eſſe in vtroque,vbi ſupra,vt ibi per eũ, ad quem remitto, quia non facit ad caſum præſentem,& dixi in præced. q. ſat eſt contractum eſſe licitum, & non repugnare propoſitæ concluſioni,quia eſt emptio,& ſic eſt conſtituta res certa obligata, & hæc omnia quo ad forum fori, ſecus quo ad conſcientiam,& ad forum poli,quia in hoc caſu eſſet
11 abſtinendum;nam † bene poteſt eſſe contractus licitus,& validus,quo ad iudicia, & inualidus,quo ad conſcientiam, vt dicit tex.in d.c.in ciuitate.ibi,licet autem contractus huiuſmodi ex tali forma non poſſit cenſeri nomine vſurarum, nihilominus tamen venditores peccatum incurrunt, vt late ſupra dixi in q.præced.

12 Tertius caſus eſt,quando redditus † nouiter conſtitutus eſt in pecunia, & hoc caſu Pet.de Anch.in d.conſ.29.& in diſputat.mõtis Florentiæ,& Abb.in d.q.5, dicunt eſſe cõtractum illicitum propter conformitatem, quam talis contractus habet cum mutuo, & hoc eſt,quod in præced.quæſt. improbatur rationibus in ea deductis,& præſertim in vlt. limit.Si tamen ceſſaret fraus, talis cõtractus eſſet licitus,vt ibi per eos,de quo per Silueſt. vbi ſupra,verſ. Quartum. ad quem remitto; quia multa dicit, quæ eſſet longum recenſere.Et omiſſis multis, quæ in hanc cumulari poſſent ex Summiſtis, & alijs, redeundo ad concluſionem communem, quicquid dicãt aliqui, concludo ad validitatem contractus neceſſariam eſſe aſſignationem certorũ bonorum,ſuper quibus conſtituatur cenſus, licet Couar. in citato loco dicat, quod id fit ad maiorem cautelam contrahentis: nã dictæ conſtitut.Martini,& Calixti ſunt ita claræ,ut non egeant alia inductione, & hic dictis iunge dicta ſupra,q.2.& extrauag.Pij.V. incip. cum onus ad lit. relatam a Redoano de reb.eccleſ.non alien.Rubr. condit. quib. an.cenſ.lici.emi poſ.nu.8. tract. uol.15.p.2. & in Manua.Nauar.c.17.num.234.cum ſeq.

QVAESTIO V.

Ceſſatio à ſolutione cenſus,an faciat quẽ cadere à iure contractus.

SVMMARIVM.

1 *Cenſum eccleſiæ debitum non ſoluens, etiam per quadraginta annos,non cadit a iure cenſuali, ſed uenit per ſententiam cõdemnandus ad reſtitutionem ſubtracti cẽſus.*

2 *Ceſſans a ſolutione per biennium cadit a iure ſuo.*

3 *Emphyteuta non ſoluens cadit a iure ſuo, cenſuarius non, & quare.*

4 *Emphyteuta propter ceſſationem a ſolutione canonis priuatur emphyteuſi.*

5 *Contractus emphyteuticus, in quo differat a cenſuali.*

6 *Contractus emphyteuticus,quis ſit.*

7 *Contractus in dubio potius cenſualis, quam emphyteuticus iudicandus eſt.*

8 *Dominium directum non transfertur per conceſſionem in emphyteuſim.*

9 *Contractu cenſuali,quis non ſoluendo non cadit a iure ſuo.*

10 *Contractu emphyteutico, quis non deſinit eſſe rei dominus.*

Cenſum

11 *Cenſum non ſoluens cadit in commiſſum.*
12 *Contractus cenſualis eſt fauorabilis.*
13 *Contractus in dubio præſumitur cenſualis, non emphyteuticus. & nu. 15*
14 *Verba impropriantur ratione ſubiectæ materiæ.*
16 *Pactum commiſi appoſitum contractui cenſuali facit, quod ceſſans à ſolutione cadat in commiſſum.*
17. *Iuramentum appoſitum contractui cenſus, operatur vt ceſſans a ſolutione cadat a iure ſuo ratione periurij.*
18 *Diſpoſitio exorbitans tendens ad maiorem obſeruationẽ iuramenti, extenditur de caſu ad caſum ex identitate rationis.*
19 *Iuramentum debet regulari ſecundum naturam contractus cui apponitur.*
20 *Amiſſio, & priuatio iuris non inducitur quando non eſt lege cautum.*
21 *Vaſallus non perdit feudum, licet veniat contra iuramentum fidelitatis.*
22 *Caſus pœnales ſunt ſtricti iuris, & non extenduntur.*
23 *Iuramentum ſemper aliquid operatur, & non apponitur contractui fruſtratorie.*
24 *Maior iurans non contrauenire non poteſt ſe deceptum allegare ultra dimidium iuſti pretij.*
25 *Cenſus ſolutio etiam per mille annos non facit quem cadere a iure contractus niſi interueniat pactum vel iuramentum.*
26 *Acceſſorium quando non habet conſiſtentiam ſine principali, legato vnius continetur & aliud.*
27 *Dominium directum eſſe apud unum, & cenſus perceptionem apud alium, non eſt inconueniens.*
28 *Cenſus, & dominium directum ſe habent ut diuerſa ſeparata, & de uno ad aliud non fit illatio.*
29 *Acceſſorium non ſequitur naturam ſui principalis, cum ratio utriuſque diuerſa eſt.*
30 *Cenſus de qua moneta, & in quo loco ſoluendus ſit.*

QVAERO quinto, data validitate præmiſſorum contractuum cenſualium, an non ſolutio cenſus faciat, quem cadere a iure cõtractus. & cõcluſio proponitur negatiua, quod nedũ cenſus non ſolutio nõ faciat, quem cadere à iure contractus, ſed ẽt ſi per mille annos ceſſatum fuerit à ſolutione. glo. eſt ſing. in c. conſtitutus. de religioſ. domi. ſuper ver. iuxta ratã. per text. ibi, dum
1 dicit, quod †ille qui non ſoluit ſed ſubtraxit cenſum eccleſiæ debitum, etiam per quadraginta annos, non cadit a iure cenſuali, ſed venit per ſententiam condemnandus ad reſtitutionem ſubtracti cẽſus pro toto tempore, & ibi dicit glo. item eſt hic argumentum, ꝙ ſi quis ſteterit vltra biennium, quod non ſoluerit canonem, non cadit a iure ſuo.

Contra iſtam cõcluſionem eſt clarus tex. in c. potuit. extra de locato, & cond. in §. Emphyteuta quoque. vbi tex. dicit ad lrãm. Emphiteuta quoq; ceſſando in ſolutione canonis ꝑ biennium, niſi celeri ſatisfactione poſtmodũ ſibi cõſulere ſtuduiſſet, iuſte potuiſſet expelli, nõ obſtãte, ꝙ ei (vt canonẽ ſolueret) nõ extitit nuntiatũ, cũ in hoc dies ſtatuta ꝓ
2 dño ĩterpellet, & ſic ecce ex illo tex. ꝙ †ceſsãs a ſolutione ꝑ bienniũ cadit a iure ſuo, die ꝓ hoĩe interpellãte ſoluere debẽtẽ. & ꝓ cõcor. gl. ibi in ver. ꝑ bienniũ, allegat tex. 10. q. 2. c. hoc ius. §. qui rẽ. ſed aduerte, ꝙ canõ incipit ea. n. & paulo inf. ſequiĩ inſerta conſtõ noua, incipiẽs, Hoc ius porrectũ. ¶Iſtud obiectũ tãgit d. gl. in uer. iuxta ratã. in d. c. cõſtitutus. &
3 ſoluit reddẽdo rõnẽ, quare †emphyteuta cadat, cenſuarius non, dicens, nimirũ ſi in cõtractu emphyteutico ceſſans in ſolutione canonis cadit a iure emphyteutico, quia in cõtractu emphyteutico nõ trãsferĩ dñium directũ in emphyteutã, ſed vtile, & de iſto contractu loquiĩ tex. allegatus in contrariũ: in cõtractu vero cẽſuali, directũ, & vtile dñium tranſit in cenſuariũ, & iõ non cadit, vt dicit tex. pro cõcluſione adductus. Eamdemmet ſolutionem firmat gl. in d. c. potuit. ſuper uer. Emphyteuta, quæ clara eſt, & nõ refero, quia nõ habet dubiũ. Gloſa igiĩ, ſoluto contrario, in d. verſ. iuxta ratã, licet prius de biẽnio dixerit, iuxta terminos textus, tñ firmãdo ſuprapoſitã concluſionẽ, ſubinfert, dicẽs: Vnde quãtocunq; tꝑe ſteterit, ꝙ cenſum nõ ſoluerit, nõ perdit ꝑꝑ hoc res donatas, ſed cenſum totius tꝑis teneĩ reſtituere, & ex hac obligatione ſoluendi cenſum non ſolutũ, declara cõcluſionẽ, vt nõ ſimpliciter intelligaĩ, ſed cũ iſta adiuncta qualitate. Et ſic ẽt tenet Inn. in ſua glo. in d. c. conſtitutus: dum col. 2. iuxta finem dicit, ꝙ
4 †licet emphyteuta ꝑꝑ ceſſationẽ a ſolutione canonis veniret priuãdus emphyteuſi, iuxta terminos d. c. potuit. & d. c. cõſtitutus. & d. cõſtit. Hoc ius porrectũ. tñ non ſic in contractu cenſuali, cum in ipſo dñium directũ, & vtile rerũ conceſſarũ tranſeat in donatariũ. Vnde quantocunq; tꝑe ceſſet, non perdit res cõceſſas. Idem tenuit Spec. in tit. de emphyt. §. 1. verſ. 36. & verſ. 41. quos refert, & ſequiĩ Abb. in c. j. de in integ. reſ. col. 2. ver. Adde ẽt tertiũ intellectũ. ubi relata ſupradicta diſt. dicit. & ꝓ hoc uide gl. not. quã tenebis menti pro dñia inter iſtos contractus, in c. cõſtitutus. de religioſ. dom. quã dñiam late proſequar, & verã eſſe patebit inf. in alio propoſito dum, tractabo materiã contractus emphyteutici, in illa quæſt. An emphyteuta qui ſoluit partem canonis,

nonis,& in alia parte per triennium ceſſauit,
re emphyteutica in totum priuari debeat.
Pro clariori aũt intellectu terminorũ, ante-
quã procedã ulterius,pro reſolutione cõclu-
5 ſionis,recenſebo late hic † drĩam inter cõtra
ctum emphyteuticum, & contractum cẽſua
lem,quæ dicta ſcruient tã ijs,quę hic ponam
in concluſione pertinentia ad cenſum,quam
infra dicendis pertinẽtib. ad emphyteuſim,
& breuiter colligã dicta ſparſim a Doctorib.
Contractus igit̃ cenſualis,prout hr̃ in iure ca
nonico,eſt proprie qñ quis vẽdit uel alienat
ius quod habet in aliqua re,vel directũ , ſi ſit
dñs directi,vel vtile, ſi habet tñ utile dñium,
cum hoc , ꝙ ab eo in quẽ eſt facta alienatio,
inſtr̃o intercedente,præſtet̃ ſibi annuus cen-
ſus,puta duorũ vel triũ denariorũ,iſte eſt tex.
in d.c.conſtitutus.ſequit̃ Bar.in l.1.§.1. & ibi
Lud.ff.de publican.& uectig.Imo.in c.ad au-
dientiã.in 2.col.de reb.eccl.non alien.Iaſ. in
auth.qui rem.col.8.C.de ſacroſ.eccl.cũ con
cor.ibi per eũ citatis.Dixi,inſtr̃o intercedẽte
ut cognoſcat̃,quod in cenſu debet conſtitui
reſponſio annua certa,nõ aũt incerta, & cer
tum illud eſſe dr̃ quod inſtr̃o conſtat. Bart.in
l.1.in prin.ff.de noui oper.nunt.Bal.in l.inte
reſt.C.de ſolut.Marſ.conſ.113.nu.19.& cõſ.
125.nu.2. & licet dixerim , duorũ uel trium,
hoc fuit ad deſignandã certã conſtitutionẽ,
nam quinque,decem, & plura conſtitui poſ-
ſunt circumſcripta locorum conſuetudine,
vt ſupra in quæſt.præcedent.
6 Contractus † aũt emphyteuticus eſt , qñ
quis dat alicui rem immobilem perpetuo,&
hęreditario iure colendam uel meliorandã,
vel ẽt ad tp̃s,puta,ſecũdam uel tertiam gene-
rationem,ſub annua penſione , uel ꝑ ꝑ aliud
pretium ſimul & recognitionis ſolutionem,
quo ad utile dñium , reſeruato ſibi dominio
directo,quod probat̃ in l.1.C. de iure emph.
& ibi Iaſ.nu.48.& in d. auth. qui rem.nu.10.
C.de ſacroſ.eccleſ.poſt Oldr.conſ.29.incip.
de rigore iuris. & alibi hr̃ ut in Auth.de non
alienan.§.emphyteuſim. & ita dicunt Doct.
in c.querelam.de iureiur.in c.dilectus.de Ca
pel.Monac.in clem.1.de reb.eccl.non alien.
Alex.conſ.14.incip.Viſo & conſiderato the
mate.col.2.nu.13.vol.2.Corn.conſ. 39.vol.
2.Bartholom.Socin.cõſ.177.incip.non inu-
tilis.li.2.& ante eos Bal.conſ.21. incip. Viſis
verbis inſtr̃i.par.1.ſequitur Iaſ. in d.l.1.C.de
iure emphyt.nu.48.verſ. Quarto quæro. &
l.2.C.eo.tit.nu.41.uerſ.tertio quæro.
Vnde qñ cadit dubium ſuper qualitate cõ
7 tractus,licet in dubio contractus † potius cẽ
ſualis quam emphyteuticarius iudicãdus ſit,
vt dicit Bart.Socin.in d.conſi.177.& in cõſi.
266.uerſ.Secundo quia.eo.lib.2. quem citat
Firma.in repert.in ver.Cenſus.uerſ.22. Ruy.
conſ.41.nu.7.conſ.169.nu.5.& 6.uolum.1.
Crau.conſ.681.nu.2.uol.4.Maſcar.de prob.
par.1.concl.281.vbi de hoc.tamen conſide
randum erit , an ex illo contractu transferat̃
nedum dominium vtile ſed ẽt directum , vel
vtile tñ,remanente directo apud conceden
tem.Nam primo caſu erit cenſualis,ſecundo
caſu erit emphyteuticus.Iaſ. C. de iu. emph.
l.2.nu.164.& 165.Bero.q.14.Clar.§.emphy
teuſis.q.1.uer.ſed pone.Soci. ſen.conſ. 167.
inci.Et in primo caſu,ut ſupra dictum eſt, li-
cet obligatus ceſſaret per biennium,& vltra,
non caderet a iure ſuo, ut dicit Bald.in tit.de
pace Conſtan.in verſ. perſoluere fictum. &
in auth.ei qui.in pen.car.uerſi. Quęro pone
quod ex conceſſione Principis. C. de bonis
auth.iud.poſſid.Secus in caſu ſecundo, nam
in eo ceſſans à ſolutione põt expelli,ſecundũ
Imo.in c.ad audientiam.col.2.de reb.eccleſ.
non alien.ubi maxime extollit hanc differẽ
tiam,& dicit eam perpetuo menti tenẽdam,
quia quotidie contingit in facto , & appro-
8 bat hoc dictum ex ea ratione,quia † per con
ceſſionem in emphyteuſim & ſimiles , non
transfertur directum dominium.l.1.& 2.ff.ſi
ager vectigal.uel emphyt.pctat. Idem tenet
Ioan.Fab.Inſtit. de loca. & conduc. §.adeo.
numero 13.uerſiculo,nunc ueniamus . Vbi
reiecta opinione ſeu conſuetudine inter Lay
cos recepta, quod res cẽſualis cadat in com-
miſſum,ſi ceſſetur a ſolutione per triẽnium ,
& quod ille qui cenſum recipit cenſetur do-
minus directus, & recipit laudemia ſi poſſeſ-
ſor uendat,& quod in eo ſit idem , quod in
contractu emphyteutico, approbat opinio-
nem Canoniſtarum,& differẽtiam ſupra po
ſitam,concludendo quod res cenſualis non
* cadat in commiſſum, & ipſam dicit commu
nem,prout etiam eam tenet, & firmat Cum.
in conſilio 164. incip. Prælatus certæ eccle-
ſiæ.columna 2.ſub num.2 . uerſi.nec videtur
curandum.& nu.3.
Et cum hac concluſione reſidet Hippol.
de Marſil.in ſing.95. incip. contractus cen-
ſualis.& ante eum Imo.in c.propter ſterilita-
tem.

tem.in vlt.car.in 1.col.uerſ.item aduerte.extra de locato,& conduc.& alibi Bartholom. Socin.in conſi. 208.incipien. Viſis actis. in vlt.col.idem Bal.in conſi.406.incip.Talis eſt conſuetudo.vol.3.& in conſi. 518. quod eſt ultimum,in 5.par.& incipit,Talis eſt conſuetudo. verſi. in contrarium allegatur. & clare Oldr.in d.conſi.29.ubi conſulens cõtra emphyteutam non ſoluentem canonem, in ſolutione contrarij de d.c.conſtitutus,dicit:nõ obſtar de religioſ.domi.c. conſtitutus. quia non loquitur in contractu emphyteutico, ſed cenſuali, in quo non ſic fit facilis cõmiſſio,&c.ut ibi per eum. & licet in illis verbis, non ſic fit facilis commiſsio, videatur tacite innuere,quod etiam in eo fiat commiſsio:tamen(ſaluis dictis ſupra in verſic. iſtud obiectum) abſolute dicas cum quæſt. propoſita eſſe communem opinionẽ, ut teſtatur Deci. conſi.138.incip.Et diligenter.verſi.ſimiliter in cauſa cenſus.col.1.ſub num.5. vbi dicit,ſimiliter in cauſa cenſus,prout iſta videtur, nõ eſſet tractandum de priuatione,quia in con-
9 tractu † cenſuali,quis non ſoluendo non cadit à iure ſuo,vt eſt glo.not. in c. conſtitutus. in ver.iuxta ratam.de relig.dom.quam Doc. ibi communiter ſequuntur, & ex Alber. in l. 2.col.7.verſi.quid de quæſtione a me quæſita.C.de iure emphyt.concludit, quod etiam in dubio, quando non apparet an quis ſit emphyteuta uel cenſuarius, nunquam non ſoluendo, quis iure ſuo priuatur.

Et iſtam opinionem nedum Doctores legentes,& conſulentes tenent,ſed etiam omnes Summiſtæ, vt licet videre per Goffre. in ſum.tit.de loca.& conduc.ſub num.10.verſ. Quartus,cum inquilinus.Hoſtien.in ſum. tit. de loca.Ang.Clauaſ.in ſum.in ver. Cẽſus.in prin.& in ver.Emphyteuſis.in prin.& in verſiculo, vtrũ cõtractus. Silueſt.in Sum.in ver. Emphyteuſis.ver.ex quibus omnibus patet. & Bartol.Fum. poſt omnes in ſua Sum. Armil.in ver.cenſus.in prin.& in uer. Emphyteuſis.verſi.2.qui incipit,Contractus emphyteuticus,ita vt ſit citra vllam difficultatem,ex ſupradicta declaratione cẽſus, & emphyteuſis, & diſtinctione ſuprapoſita. cuius diſtin-
10 ctionis rõ eſt,quia † in contractu emphyteutico,vt dictum eſt ſupra in uerſi. Contractus autem emphyteuticus, res non deſinit eſſe domini,& videtur conceſſa quaſi ſub conditione,ſi penſionem ſoluerit.l. quæro.§.inter locatorem.ff.locati. Sed in contractu cenſuali transferẽ dominium in totum, vt ſup.dixi, in verſ.Pro clariori aũt, ita q recipiens ſolũ obligatur ad cenſum ſoluendum. & iõ dr, q cenſus ſoluitur de re noſtra, pẽſio autem ſeu rñſio emphyteutica de re aliena.de qua inf.

Et licet Bald.in conſi.177.incip. ad euidẽtiam eſt præmittendũ.nu.6.dicat, quod cõis
11 opinio eſt,non ſoluentem † cenſum cadere in commiſſum,per d.§. adeo. Inſt.de locato & conduc. & ipſe alibi idem firmet in Rubr. C.de contrah.empt.col.3.verſi. Deinde quęro.& in d. verſi. perſoluere fictum. dicat iſtã concluſionem procedere quando præſtaretur cenſus de re propria,vt eſt proprie cẽſus, ſecus ſi ſolueretẽ in recognitionẽ dñij exiſtentis penes illum cui ſolui debet, quia tunc nõ ſoluendo cenſum tpe a iure ſtatuto perderet dñium,quod haberet in re. quem ẽt ſequitur Iaſ.in d.l.2.C.de iure emphyt. d. nu. 41.in fi. verſi.iſtud tamen de re cenſuali. Tamen cõis opinio eſt eo modo quo ſupra poſui; Et neſcio quõ allucinati ſint tam iſti,quam Iacob. Vngarel.in addit.ad Ang.ubi ſup. in lit.C.ſuper uer.contractus cenſualis,dum adducẽdo rõnem de qua in ſi.præced.uerſic. reſtringit concluſionem, confundendo terminos, & preſupponendo dñium remanere penes cõcedentem rem in cenſum, quod eſt cõtra gl. in d. c. conſtitutus,& in d.c.potuit.& contra oẽs Doct.& ſic confunderet terminos, diffinitiones,& diſtinctiones ſupra poſitas, ergo non eſt attendendum, quid ipſi dicãt:immo eorum dictum eſſet cõtra ipſummet Bal. quẽ non uideo quõ ita intelligere debeat Iaſ. eo magis,quia tex.in §.adeo,allegatus per Bald. loquitũ iu contractu emphyteutico,vt clare liquet legenti in verſ. ſed talis contractus. ibi, Emphyteuſeos,& ibi, ad emphyteuticariũ. in illa aũt Rubr. C. de contrahen. empt. ipſe Bal.loquitur qñ in contractu fuit appoſitum pactũ cõmiſsi, ob nõ ſolutionẽ,quo caſu nõ loquiẽ ꝓpoſita qõ,ut inf. dicã ĩ limitationib.

Si aũt talis opinio locũ hẽt, cõtractus cẽſualis reſtringereẽ ad odiũ,cum tamẽ Docto-
12 res,† eum fauorabilem faciant,ut pulchre in facto docet Affl.deciſ.80.incip. fuit magnũ dubiũ.per tot.nã pęna cõmiſsi eſt odioſa, & habet rigorẽ,a quo æquiſsime fugiẽ, ut dicit Couar. lib. 3.uariar.reſol.cap.7. ſub num.1. verſi.Alioquin benigno quodam iure. Vlterius hoc patet, nam & ut ſupra dictum eſt in

verſi.Vnde quando cadit dubium, quando
13 dubitatur,an cõtractus † ſit cenſualis vel em
phyteuticus,dicunt omnes illum cenſeri de
bere cenſualem,vt dicit Alex.in conſ.14.nu.
7.8.& ſub num.13.vol.2.etiam quod in con
ceſsione concedens vteretur iſtis verbis,Cõ
cedo tibi talem rem in emphyteuſim ſub an
nuo cenſu decem ſolidorum, nam per hoc
etiam non diceretur cõtractus emphyteuti-
cus,quia etiam illud, quod ſoluitur per em-
phyteutam poteſt large dici cenſus, dato
quod vtile dominium ſit tãtum conceſſum,
vt probatur in capit. ad aures. de rebus ec-
cleſ.nõ alienan. & iſte eſt vnus caſus,ex quo
propoſita quæſtio ampliari poſſet. Pro qua
vide Alexan.vbi ſup.& in l.ſi finita.§. ſi de ve
ctigalibus.ff.de dam.inf.Iaſ.in auth. ingreſsi.
num.44.C.de ſacroſ.eccl. Hipol. ſing.1.inc.
contractus cenſualis.Affl.deciſ.129.nu.4.&
5.Deci.conſ.146.incip.& pro tenui.& conſ.
164.inci.& ſi non eſſet.Crau.conſ.20.incip.
quod contractus. in fi. & conſi.217. Natta
conſi.3.Iaſ.conſi.63.incip.vide motiua.nu.
2.uol.1.

Ampliatur alio modo,& multo magis ꝑ-
cedit quæſtio,etiam ſi concedens dicat, con
cedo tibi talẽ rem in emphyteuſim, & quic-
quid iuris habeo in illa:nam cum ex iſtis ver
bis ſit translatum etiam directum dominiũ,
14 † non obſtante verbo(in emphyteuſim)erit
contractus cenſualis,& impropriabuntur il
la verba(concedo in emphyteuſim)rõne ſu
biectæ materię, vt probatur in d.c.conſtitu-
tus.& facit lex,inſulam.ff.de præſcr.uer.cum
ſimil.ita not.expreſſe Ioan. de Imo in d.c.ad
audientiam.quod tenuit etiam Ioan.Fab.in
d.§. adeo autem.Inſtit. de loca.& conduc.
col.pen. verſi. ſed quid ſi in inſtrumento.&
fuit opinio Alber.de Roſa.in d.l.2.C.de iure
emphy.col.8.verſi.quid de concluſione.vbi
ad propoſitum huius, & præcedẽtis amplia
tionis not.dicit;quod ſi ex tenore inſtrumen
ti non poteſt apparere an contractus ſit cen
ſualis vel emphyteuticus,in dubio iudicabi-
tur cenſualis:vnde (dicit ipſe)non ſoluendo
etiam per mille annos non cadet a iure ſuo,
hoc etiam tenet expreſſe Angel.Clauaſ. vbi
ſup.in d.verſi.Vtrum contractus, verſ.& ẽt ſi
dicatur.vbi ponit caſum, & aſſerit verba im-
propriari,per tex.in l.ſi vno.in prin.ff.locati.
& in iſto caſu (dicit ipſe) non habet locum
pœna cap.potuit.de loca.& lex 2. C. de iure
emphyt.iuncta addi.ad ipſum Ang.in verſi.
Contractus cenſualis. & in ver.impropriantur.
Sequitur Silueſt. vbi ſuprà in d. uerſi.ex
quibus omnibus.

Et hanc opinionem abſolute ponit, & fir
mat Deci.in d.conſ.138. & in conſilio 146.
col.1.& conſ.74.incip. non fuiſſet. col. 1.&
2.Sequitur Hip. in d. ſing.95.incip. Contra
ctus cenſualis. verſ. ſed quæro. vbi ponit ca-
ſum. Reperitur quoddam inſtrumentum,in
quo dicitur, quod Titius promiſit dare om-
ni anno tali monaſterio vnum ſaccum fru-
menti,nec dicitur tanquam emphyteuta vel
tanquam cenſuarius,nec alio modo:nũquid
iſte Titius,ex ceſſatione ſolutionis per bien-
nium,poterit expelli?& concludit quod nõ,
15 quia hoc caſu,in dubio,† magis præſumere
tur contractus cenſualis, quam emphyteuti-
cus, vt ipſe Titius non cadat a iure ſuo, & ad
hoc citat Alber.& Iaſ.in præcit.locis, ut per
eum,qui etiam hoc firmat latius in ſing.446
incipien.Magna profecto. Et ſic ex præmiſ-
ſis,non obſtante Iaſonis ſententia, cõcluſio
remanet firmata, quod cenſus non ſolutio
etiam per mille annos non facit quem cade
re a iure contractus.

Limitatur tamen iſta concluſio non habe
re locum, quando in contractu fuit appoſi-
tum pactum commiſsi,nam eo caſu, ſtante
16 pacto, cenſuarius † ceſſans à ſolutione cen-
ſus caderet in commiſſum, & hoc eſt quod
dixi ſupra in verſ.& licet Bald.in fine,& ita li-
mitat Deci. in dicto conſilio 138. columnæ
prima,ſub numero quinto,verſi. Et ſic dupli
ci ratione. vbi dicit priuationem de iure cõ-
muni locum non habere, niſi expreſſe pa-
ctum interpoſitum fuiſſet, appoſito ergo pa-
cto priuatio habet locum,ex reg.quę habet,
quod contractus ex conuentione partium
legem recipiunt.l.1.§.ſi conuenerit.depoſiti.
cap.contractus.de reg. iur. in ſexto.Roland.
cõſ.58.num.45.uol. 3. & conſilio 92.nu.14.
vol.2.

Limitatur ſecundo iſta qõ nõ procedere
17 qñ contractui accedit iurm̃, nam † tunc quis
cadit a iure contractus, ſi nõ ſoluit,rõne per-
iurij.l.ſi quis maior.C.de tranſact.quam legẽ
in omnĩ cõtractu intelligũt Doctores,quos
ibi refert,& ſequiĩ Iaſ.col. 2.facit c. querelã.
de iureiur.& ibi glo.1.& ult.cum quib. Bald.
ibi not.quod periuriũ facit quẽ cadere a iure
contractus ipſo facto,ſequitur Alex.cõſi.85.
incip.

* incip.non puto.volum.1.vbi dicit cõiter * te
neri pęnam d.l.ſi quis maior,habere locum
in omni cõtractu iurato, & quod diſpoſitio
18 † exorbitans tendens ad maiorem obſerua-
tionem iuramenti extenditur de caſu ad ca-
ſum ex identitate rationis, vt not.per glo.&
Doct.in auth.ſacramenta puberum.C. ſi ad-
uerſ.uendit.& alibi idem Alexa. conſi. 32.in
fi.uol.2. & Iaſ. conſi.118.incip. omitto duo
prima,col.3.nu.13.uolu.1.& in d.l.2.q.9. C.
de iure emphyt.ubi firmat hanc propoſitio
nem non inuenire contradicentem. & eam
ſequitur Rolan.conſ.6.num.41.uol.1.vbi di
cit,quod licet ſecũdum communem opinio
nem ob non ſolutionem cenſus,quis nõ pri-
uet ipſo cenſu,tamen ſi in contractu cenſuali
ſit appoſitum iuramentum,& cẽſuarius cen-
ſum non ſoluat in tpe conuento,priuat cẽſu.

Limitatio tamen iſta non videtur tuta, nã
videtur rigoroſum, quod in pœnis fiat extẽ
ſio, l.cum quidam. de liber. & poſth.l. inter-
pretatione.de pœn.c.odia.de regul.iur. in 6.
maxime in contractu ſui natura fauorabili,
19 qualis eſt contractus cenſus, † qui (vt ſupra
dictum eſt) non habet caducitatem ob non
ſolutionem.d.c.conſtitutus.ergo iuramentũ
non deberet attendi, quod ex eo validatur,
nam iuramentum debet regulari ſecundum
naturam contractus cui apponitur. l.fi.C.de
non num.pecun.l.fi.ff.qui ſatiſ.cogan.nec ad
plus extendi quam extẽdatur virtus promiſ
ſionis.ita Ang.conſi.115.inci.ſtatuto cauet.
Oldr.conſ.238.inc. cum mulier. Deci. conſ.
239.incip.Diligenter pro tenui.nu.3. & cõſ.
493.incip.Viſo tenore.nu.26.& 27.Roland.
d.conſ.6.nu.16.Cæph.poſt alios quos citat,
conſ.211.num.86. Sed contractus cenſualis
ſui natura non priuat non ſoluentem , ergo
nec id operari debet iuramentum,vt in ſimi-
li arguunt Feder.de Sen.conſi.104.incipien.
Quæritur.Butr.conſ.45. iuris rigor. Cuman.
conſ.80.videtur prima fronte. Abb. ca.cum
contingat.in verſ.nonus caſus. de iureiuran.
& conſilio 93.viſo legato.Barb.conſilio 21.
columna 5.uolum.1.& conſ.53.col.2.vol.2.
Deci.conſi.239.in fi.& conſ.537.nu.7.Alci.
c.cum contingat.nu.266.de iureiur.

20 Præterea, quod non eſt lege cautum † nõ
inducit amiſsionem iuris nec priuationem.
§.cum igitur. in Authẽ.de non eligen.ſecun.
nuben.§.cum igitur.uerſi.ſicut enim.ubi tex.
not.ad hoc.colla.1.quem ponderat Bald. in
authen.ex teſtamẽto.columna vltima. C. de
ſecun.nupti.Alex. conſilio 103. incip. vide-
tur.num.15.uolum.1.Iaſ.l.quod te.columna
10.ſi cert. pet. Deci.l. penul. colum.2.de iu-
riſd.omn.iud.Tiraq.l.ſi vnquam.uerſ.reuer-
tatur.num.25.& 26.de reuoc.donat.Sed nul
la lege cautum eſt vt contractus cenſualis ra-
tione iuramenti alteret naturam ſuam ad fa-
ciendum incidere in commiſſum non ſol-
uentem,ergo non ſoluens non cadet à iure
ſuo. Coadiuuatur iſta conſideratio, quia
non debemus imponere pœnam ſpecialem
quæ a iure expreſſe non eſt ſtatuta , vt dicit
glo.in c.fina. de iurepatr. quam ibi ſequitur
Abb.& in cap. querelam. col.3.de iureiurã.
hic eſt ita.ergo &c.

21 Vlterius facit in ſimili, nam videmus † ꝙ
vaſallus non perdit feudum, licet veniat con
tra iuramentum fidelitatis, niſi in caſibus a
iure expreſſis.c.1.§.illud.il ſecondo,quæ fuit
prima cauſa benef.amit.in uſib. feud. ita di-
cit Andr.de Iſer.in capit.1.qualit.uaſſal.iura.
deb. quem cum multis ad hoc propoſitum
citat Alex.conſilio 103.incip.videtur prima
conſideratione. col. pen.num. 15.verſi. nec
enim pro omni confractione.volum.1.Cur.
iun.conſi.137.colum.3.num.17.ubi addo in
ver.a iure expreſſis.Sic in hoc caſu non cadit
cenſuarius ob nõ ſolutionem annui cenſus,
vt dicit idem Alexan. in conſi. 113. num.3.
22 vol.4.nam † caſus pœnales ſunt ſtricti iuris,
& per conſequens non extenduntur. l.in te-
ſtamento.la 1.ff.de cond.& demonſt.l.ſi prę
ſes, & l.interpretatione.de pœn.capit. odia.
de reg.iur.c.1.de temp.ordin. Alexan. conſ.
113.inci.viſo.in fi.vol.2.& dico in reg.crim.
regu. 71. & pro hac ſententia multa adduci
poſſent,quæ Alexan.Cæphal.& Rolan.in ci
tatis conſilijs ponunt ad oſtendendum iura
mentum non alterare naturam contractus,
quæ hic non tranſcribo, tum quia locus ma-
teriæ huius non eſt,tum etiam quia commu-
niter habentur,& videri poſſunt.

Quibus tamen non obſtantibus limitatio
vera eſt,pro qua,(vltra allegata)adduci poſ
ſent multa ad oſtendẽdũ virtutem iuramenti
contractibus appoſiti, quæ ſimiliter omit-
to , & ad prædictos remitto : ſuo enim loco
latius dicam inf.q.22. per totam. ſat eſt pro
hac limitatione eſſe communem opinionẽ,
vt dixi , & ſupra citatis fundamentis late re-
ſpondent allegati Alex.Cæpha.& Rolan.ad

quos pro breuitate remitto, illorumque di-
23 ctis addo, iuramentum † ſemper aliquid ope
rari, & non apponi contractui fruſtratorie.
Vnde videmus, quod appoſitum contractui
mulieris aliàs nullo abſque certioratione ha
bet vim ſpecialis certiorationis, & excludit
beneficium Velleiani, & reſtitutionis in inte
grum, vt eſt magis communis opinio ſecun
dum Alex. conſ. 27. Viſo libello. col. 2. uerſ.
& quia vbi iuramentum, & uerſ. non obſtat
quod minor. volu. 1. & conſ. 42. ſuper. col. 4.
24 nu. 9. & 22. eo. vol. Et maior iurans † non cō
trauenire non poteſt allegare ſe deceptum
* vltra dimidium iuſti pretij, eſt cōmunis opi-
nio ſecundum Imol. in conſ. 14. in caſu præ-
miſſo. de qua per Crauet. conſ. 7. num. 6. vol.
1. & conſi. 11. col. 4. in prin. Hinc etiam vide
mus, quod iuramentum operatur, & habet
vim vt actus, ſuper quo interuenit valeat om
ni meliori modo, eſt cōmunis opinio Doct.
ſecundum Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. col. 2. verſi.
Quinto fallit. de verb. oblig. Socin. conſi. 21.
in præſenti cōſultatione, in prin. vol. 3. Cor.
conſ. 228. Multum. uol. 1. & Pariſ. poſt alios,
conſ. 16. nu. 159. uol. 2. de quibus alias ſuo lo
co tractabo. Cum igitur contractus cēſualis
ſui natura non faciat in commiſſum cadere
non ſoluentem, iuramentum illi adiectum ta
lem cauſabit effectum, & ita ratione periurij
iudicauit Rota Rom. ut refert Caſſad. ſub tit.
de iureiur. deciſ. 2. incip. Quod cadat quis,
vbi proprie loquitur in contractu cenſuali.

Ex quib. remanet reſoluta propoſita qō,
quæ iunctis limitationib. ſic poſſet formari.
25 Cēſus † non ſolutio ēt per mille annos non
facit quem cadere a iure contractus, niſi in-
teruenit pactum vel iuramētum. Et quia in
hoc contractu præſupponitur tranſlatio do-
minij etiā directi, ideo correlarie quæri poſ-
ſet, An legando uel dando cenſum, quē quis
percipit ſuper aliqua domo vel aliqua re, cē-
ſeatur legare vel donare etiam directum do-
minium illius domus vel rei ſuper qua cēſus
percipitur. Iſtud correlarium pendet a regu-
la, Acceſſorium, de reg. iur. in 6. nam cenſus,
qui pro aliqua re debetur, & dominium dire
ctum talis rei ſe habent, ut principale, & ac-
ceſſorium: dominium enim directū eſt prin-
cipale, & cenſus eſt acceſſorium, quia ad cau
ſam dominij directi fit, & præſtatur, d. l. 2. C.
de iure emphy. Vnde dicas reſolutiue, quod
ſi eſſemus in caſu acceſſorij non habentis cō
26 ſiſtentiam ſine principali, † legato unius cōti
nereī, & aliud, ut ſi relictū eſſet, puta prædiū
vel domus cū ſuis habētijs, & pertinētijs, eo
caſu relicto prædij vel domus contin entur
pertinentiæ, nec diuidi poſſunt. Bald. conſ.
468. lib. 3. & conſ. 445. lib. 5. Barb. conſ. 57.
col. 10. verſ. & ideo cum Innocentio. vol. 4.
Corn. conſ. 321. col. pen. lib. 4. Socin. conſ.
47. vol. 1. Deci. conſ. 516. num. 23. Curt. iun.
conſ. 158. nu. 30. & Socin. iun. conſ. 106. nu.
3. vol. 2. Cæph. conſ. 168. nu. 66. Rolan. cōſ.
45. nu. 29. vol. 1. Sed ſumus in caſu quo ſtare
poteſt vnum ſine altero, ergo &c.

Probatur autem hoc ſic. non eſt inconue
27 niens, † vnum habere dominium directum
vnius rei, & alium ſuper tali re percipere cen
ſum, l. fi. §. fi. ff. de contrahen. empt. ergo vno
legato non cedit aliud, nam hoc caſu princi
pale non ſequitur acceſſorium, nec ſibi ca-
dit, Inſtit. de rer. diuiſ. §. ſi tamen. & §. literas.
28 nam † cenſus, & dominium directum ſe ha-
bent vt diuerſa ſeparata, ergo de vno ad
aliud non fit illatio. l. ſi ante. ff. de except. l. ſi
maritus. C. de donat. int. vir. & vxor. & l. duo
bus. ff. de teſtam. tut. pro quo facit l. ſum-
ma cum ratione. §. emptor. ff. de pecul. ubi
ſeruo concesſo, qui eſt principalis, non cen-
ſetur peculium conceſſum, quod ſe habet vt
acceſſorium, quia ſtant diuerſe, ut dicit Gui.
Pap. deciſ. 264. incip. An legando, legato igi
tur cenſus non venit dominium directum,
quia diuerſa eſt vtriuſque ratio, & vt dixi,
cenſus poteſt eſſe apud vnum, & dominium
directum apud alterum. & ita ratione diuer-
ſitatis in vtroque arguit in ſimili caſu Corn.
conſi. 240. in præſenti conſultatione. col. vlt.
verſ. nec obſtat quod augmentum. vol. 3.
29 Et generale eſt, ut acceſſorium † non ſe-
quatur naturam principalis, cum ratio vtri-
uſque diuerſa eſt. l. & ſi is. & ibi Bald. C. de
præd. minor. l. ſi tibi. §. de pignore, & ibi Bal.
ff. de pact. l. ijs rebus. §. mancipia, & ibi Rom.
col. 2. uerſ. not. in ead. ff. ſolu. matrim. & l. ſi
mancipia. de iure dot. & l. unica. §. itaque
partus. C. de rei uxor. act. Bart. in l. ita ſtipula
tus. in 12. oppoſit. ff. de verb. obligat. Bal. in
l. non dubium. in 14. oppoſit. C. de legi. Ale-
xand. conſi. 4. circa primum quæſitum. col.
ſexta, verſ. nec mirum, volum. 1. Socin. in cō
ſilio 41. in præſenti conſultatione. colum. 6.
uerſi. poſſet quis ad prædicta. lib. 4. & late
Deci. in l. cum principalis. ff. de regu. iur. &

ibi Cagnol.num.15.poſt Lap.quem citat.& Tiraquel.de retract.§.1.glo.18.nu.59. cum infinitis alijs, quæ ad hoc allegabilia omitto, ne à materia propoſita diuagari videar.

Ad aliud etiam correllariè infertur ex ſu-
30 pradictis, de qua ſcilicet † moneta, & in quo loco cenſus ſoluendus ſit. ad primum dicas, quod eſt ſoluẽdus de moneta quæ currebat tempore contractus.cap.olim cauſam.& ibi Doct.& c.cum canonicis.de cenſi.& preſertim Abb.in d.c.olim.nu.4.& Franc. Curt.in tracta.de moneta, poſito in l. cum quid.ff.ſi cert.petat.& Firm.in uer.cenſus.uerſ.1.Quo ad ſecundum Doct.dicunt, quod cenſuales debent ire ad domum domini, vt ſoluant cẽſum.Bald.in l.fi.col.1.in fi.uerſ. item debent facere cenſuales.C. de condit. inſer.Bart.in l.item illa.col.1.in uerſ.& per hoc dico.ff.de conſtit.pecun.Bal.in l.acceptam.q.12.C.de vſur.Inn.in c.ſignificante.in glo.in ver.remiſerit.& ibi Abb.de pignor. Iaſ. autem in d.l.2.C.de iure emphyt. poſt Alberi. de Roſa: dicit, quod ſi dominus cenſus, & cenſuarius ſunt eiuſdem fori, quod tunc cenſuarius tenetur ire ad domum domini cenſus: ſi vero ſint diuerſi fori, tunc cenſuarius non tenetur ire ad domum dicti domini, Bar.in l.item illa.ff.de conſtit.pecu. ſed ſatis eſt, quod dicat quod in domo ſua paratus ſit ſatisfacere ſi quis eſſet qui reciperet, vt uoluit text. cum glo.in d.l.item illa. ff. de conſt.pecun. quem ad hoc not.Abb.in d.c.ſignificante.nu.9.in fine.& num.10.ubi diſtinguendo caſus materiam reſoluit, iunc.addit.ibi Ant. Franc.& Sebaſt.Sap.vbi etiam quid de eo qui obligatus eſt ſoluere certo loco, an liberetur ſoluẽs alibi inuito creditore: & an ille, qui obligatus eſt ſoluere quandocunque à ſe petatur incidat in pœnam, & quando. Et an ille qui tenetur ſoluere certo termino, uel certo loco, excuſetur propter guerram, omnia habes ibi, & de hoc alibi dicam. Ad materiam tamen vide Calcan.conſ.14.Gui.Pap.deciſ.494.Affl.deciſ.194.& Benint.deciſ.10.

QVAESTIO VI.

Obligatio an tollatur ex ceſsione bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio bonorũ an tollat ciuilem, et naturalem obligationẽ.*
2 *Cedenti bonis non competit una tantum exceptio.*
3 *Cedens bonis liberatur ipſo iure ab obligatione ciuili, remanente naturali.*
4 *Obligatio nedum ciuilis, ſed etiam naturalis tollitur per ceſſionem bonorum.*
5 *Cedens bonis a nulla obligatione liberatur, ſed ei tantum competit exceptio, vt non conueniatur niſi inquantum facere poteſt. & nu.8*
6 *Actio quomodo oriatur ex contractibus iuriſgentium.*
7 *Debitor ſi ſuccedat creditori, omnis obligatio extinguitur. & quid in fideiuſſore.*

QVAERO Sexto, an ceſsio bonorum ita liberet cedentem, vt nullo modo creditoribus teneatur, nec ciuiliter, nec naturaliter,
1 & ſic an † ceſsio bonorum tollat ciuilem, & naturalem obligationem. In
* hac quæſtione Doct.communiter * concludunt partem negatiuam, ſcilicet ceſsionem bonorum non tollere, nec ciuilem, nec naturalem obligationem, ſed per illam exceptionem tantum cedenti competere, vt non conueniatur, nec condemnetur niſi inquantum facere poteſt, habita ratione ne cedẽs egeat & hoc ita firmant per text.in §.fi.Inſt.de act. qui vult, quod cedens bonis, ſi ex integro deuenerit ad pinguiorem fortunã, ex integro poteſt conueniri, quod nõ eſſet, ſi ceſsio tolleret obligationes, pro quo eſt melior, & clarus tex.in l.1.C.qui bon. cede. poſ. dum dicit: qui bonis ceſſerint, niſi ſolidum creditor receperit, non ſunt liberati: in eo enim tantũ hoc beneficium eis prodeſt, ne iudicati detrudantur in carcerem. per quem tex.Paul. de Caſt. ibi notabiliter dicit. Qui ceſsit bonis non liberatur a creditoribus ipſo iure niſi, quod eis debetur inſolidum fuerint conſequuti, ſed liberatur ope exceptionis, ideo non poteſt in carcerem detrudi.

Aduerte tamen, quia in queſtione propoſui, quod cedens iuuatur exceptione, ne conueniatur niſi inquantum facere poteſt, deducto ne egeat: hic autem ex Paulo de Caſtro dixi, quod competit ei exceptio ne detrudatur in carcerem. nam eſt reſolutio, quod ce-
2 denti † non competit una tantum exceptio, ſed plures, vt puta, ne conueniatur niſi inquãtum facere poteſt deducto ne egeat, vt in quæſtione, quoniam inhumanum eſt, vt dicitur in d.§.ult.Inſt.de act.ſpoliatum omnibus ſuis fortunis inſolidum damnari. deducet ergo alimenta conſiderata conditione ſuæ perſonæ.l.4.ff.de ceſſ.bonor. item ne detru-

datur in carcerem, ut ſupra: immo hæc principalis exceptio, & hoc principale beneficiũ in fauorem cedentis introductum eſt. d. l. 1. C. qui bon. ced. poſ. ut dicit Brun. in tract. de ceſſ. bonor. q. 7. 4. q. prin. nu. 2. & q. 14. prin. nu. 3. & Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. cent. 2. caſu. 183. nu. 8. Item ne excommunicetur, & ſi erit excommunicatus, debet abſolui, recepta ab eo idonea cautione de ſoluendo debito, ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit, c. Odoardus. de ſolution, & ibi Abb. nu. 1. & 10. poſt Feder. de Sen. conſ. 188. quod tamẽ quomodo intelligatur, & de iſtis exceptionibus quomodo, & quando competant, dicam in ſequenti quæſtione, ſuo loco latius. Quatenus autem ad propoſitam quæſt. eam tenent Bart. Bald. & omnes Doct. in d. l. 1. C. qui bon. ced. poſſunt, poſt glo. ibi. in uer. nõ ſunt liberati.

Eſt uerum, quod glo. in l. ubicunque. ff. de fideiuſ. in uer. fideiuſſorem. in verſic. item in
3 eo qui ceſsit bonis, tenet quod † cedens bonis liberatur ipſo iure ab obligatione ciuili, remanente naturali. & licet hoc potuerit firmare per tex. d. l. dum ait. vbicunque reus ita liberatur à creditore, vt natura debitum maneat, fideiuſſor tenet, ſupple, naturali obligatione. tamen glo. ad hoc allegat. §. fi. inſt. de replicat. ex quo tex. in ver. ecce enim debitor ſi bonis ſuis ceſſerit, &c. patet fundata propoſitio glo. præmiſſæ. & hanc glo. eſſe ſingularem, & alibi iſtud dictum nõ inueniri dicit Nicol. de Neap. in apoſtil. ad d. §. fi. Inſt. de act. ſuper ver. Qui. & d. glo. in d. l. vbicunque. tenet ibi Dyn. per l. heres a debitore. §. quod ſi ſtipulator. ff. de fideiuſ. & idem tenet Ray. de Forliuio in d. l. 1. C. qui bon. ced. poſ. & ita etiam videtur tenere Nicol. de Neapo. in d. §. fi. Inſt. de act. Immo fortius, glo. magna in d. §. quod ſi ſtipulator. ſuper verbo, perimit. te
4 net, quod per ceſſionem † bonorum tollatur nedum ciuilis obligatio, ſed etiam naturalis, vt ibi per eam, cuius ſententiam tenet Bal. in addit. Specu. in tit. de ceſſio. in ver. cedens bonis. quem ita tenentem refert Firm. in reper, in ver. ceſsio bonorum. verſ. 15.

Veritas tamen, iſtis non obſtantib. & com
* munis opinio eſt, quod cedens bonis à nulla obligatione ſeu ciuili vel naturali liberetur,
5 † ſed quod ei tantum paretur actio ſeu exceptio ſupradicta, & hanc opinionem tenẽt, & firmant, Cyn. in d. l. 1. C. qui bon. ced. poſ. in 9. q. & ibi Bal. & Saly. eandem tenent Bal. Ang. & Cum. & Imo. in d. l. vbicunque. ff. de fideiuſ. Bar. in l. 3. C. de bon. auth. iud. poſsid. & in l. qui bonis. per illum tex. iuncta glo. ibi. ff. de ceſ. bonor. dum glo. ſuper uer. ſatis eſt, dicit, item per hoc habes, quod non eſt liberatus per ceſsionem. pro quo adducit d. l. 1. C. qui bon. ced. poſ. & tex. in l. nec ſi maritus. C. ſolu. matrim. vt ibi per eam. & hanc opinionem tenet etiam Bal. alibi in l. cum quis. in 8. col. de iur. & facti ignoran. C. & in l. tam mandatori, in 11. col. C. de non num. pecun. & Angel. in l. nemo carcerem. circa fi. C. de exact. tribut. lib. 10. pro qua opinione etiam Sal. in d. l. 1. allegat tex. in l. penul. in fi. in illis verbis, vſque ad modum debiti. C. qui bon. ced. poſ. ut ibi per eum, & hãc opinionẽ poſt Ang. Fab. & alios teſtatur communem Iaſ. in d. §. ult. Inſt. de act. in 1. not.

Allegata in contrarium ſunt cõtra text. in d. §. fi. & contra alia iura quæ dicunt expreſſe, quod nihilominus agitur contra ipſum cedentem etiam efficaciter, ſi idoneum emolumentum habeat, & ſic prior remanet obligatio: quia ſi ſola naturalis remaneret, ex ea ſola nõ poſſet agi. nam obligatio naturalis parit tantum exceptionem, nõ autem actionẽ: l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor. ff. de fideiuſ. intelligendo de ſola naturali, quę non habeat uinculum ciuilis, nam ſecus eſſet ſi haberet illud vinculum, vt patet in contractibus iuriſ-
6 gentium, † qui tranſeunt in nomen contractus: nam quia ſunt approbari, & recepti de iure ciuili, ratione eius, quod ius ciuile apponit illis de ſuo illos confirmando, ex ipſis oritur actio, vt late proſequitur Ioan. Fab. Inſt. de obligat. in prin. num. 5. 6. 7. cum ſequen. ad quem, occurrente materia, remitto. Vel dic, quod iura cõtraria loquuntur in ea obligatione ciuili, quæ prouenit ex debito, nam ea ceſſat per ceſsionem, remanet tamen naturalis, id eſt ea, quæ ſuffulta iure ciuili obligat debitorem ad ſatisfaciendum quamprimũ deuenerit ad pinguiorem fortunam, & ſi aliter diceremus, in uanum omnia iura dicerẽt, quod debitor cedens liberatur data fideiuſſione uel iuratoria cautione, in defectum impotentiæ ſatiſdandi de ſoluendo quamprimum deuenerit ad meliorem ſtatum. iſta. n. non exigerentur niſi remaneret illa obligatio naturalis ex contractu ſuffulta iure ciuili, nec gl. in §. quod ſi ſtipulator. dicit quod tollatur

latur

latur utraque obligatio, ſed tantum dicit q eximitur tantum perſona ab obligatione. & dum ſubiungit, non autem vt perinde habeatur ac ſi ſoluta eſſet pecunia, videtur innuere, cedentem non liberari caſu, quo illi ſuperueniat modus ſoluendi, ſed eius tantum perſonam eximi, ne ſcilicet carceretur, ut iura iuribus concordemus, & ſic loquitur in obligatione perſonali, ut ſcilicet reus nõ poſsit capi de perſona, non autem in reali, quin ſcilicet conueniri poſsit, & teneatur ſi deueniat ad pinguiorem fortunam. Vel etiam ille tex. loquitur in caſu ſuo, quando ſcilicet principalis vel fideiuſſor ſuccedunt creditori, nam eo caſu principalis liberatur ab vtraque, & fideiuſſor, a ciuili, & fideiuſſoria, & hoc eſt, quod ad illum tex. dicit Bartol. in ſumma. Si
7 principalis † reus ſuccedit creditori, omnis obligatio extinguitur, ſi fideiuſſor, ſola obligatio fideiuſſoria extinguit. & ratio eſt, quia cum hæres ſuccedat defuncto, & ſic debitor creditori, nimirum ſi ceſſat obligatio, quia ſibi ipſi nemo eſt debitor. ſecus in caſu quæſtionis noſtræ, nam remanet creditor, & debitor, & tractatur de eximendo debitore a moleſtia creditoris hoc medio ceſsionis, quod tantum illi inſeruire debet ne carceretur, uel carceratus eximat, & dimittatur donec ſoluere poſsit deducto ne egeat, & nota prædictam conſiderationem nouam.

Saluis igitur præmiſsis, remanet firma cõ
8 cluſio communis, quod ſcilicet ceſsio † bonorum non tollit nec ciuilem, nec naturalẽ obligationem, ſed cedentem tantum eximit a carceribus, & ne conueniatur niſi inquantum facere poteſt, deducto ne egeat. iur. & auth. præd. pro qua uide Afflict. deciſ. 379. incip. in quadam cauſa. nu. 2. ubi dicit quod pauper debitor confitens ſe ciuiliter, & naturaliter teneri, admittitur ad beneficium ceſſionis. Socin. conſi. 204. vol. 2. & reg. 46. 47. Alci. lib. 2. parer. c. 47. poſt Bal. conſ. 301. vol. 5. Felin. in c. ſi diligenti, de foro compet. nu. 4. quos citãt Moder. Peruſ. in collect. iur. ciuil. l. 426. & hoc etiam concludit Gui. Pap. q. 343. incip. Cedens bonis. ubi concludit ipſum non liberari, quin ſoluat ſi perueniat ad pinguiorem fortunam. quod tamen intelligit niſi vituperoſa fieret ceſsio, nam tunc ab oĩbus, & oĩno ipſum liberari dicit. & quia de hoc, & de alijs ad hanc q̃onem pertinentib. inferius ĩ alijs q̃onib. dicã, igit̃ trãſeo ad alias

QVAESTIO VII.

Exceptio competens cedenti ratione ceſsionis, an impediat litis conteſtationem.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio competens cedenti ratione ceſſionis, an impediat litis conteſtationem.*
2 *Exceptionem aliquis proponere poteſt antequam conueniatur, & petere ſuper ipſa audiri, & admitti debet.*
3 *Debitor ſi deuenerit ad pinguiorem fortunam, nulla poterit exceptione tueri aduerſus ciuilem, & naturalem obligationem.*
4 *Exceptio competens cedenti ratione ceſſionis, quando nõ impediat ingreſſum.*
5 *Exceptio ceſſionis prodeſt debitori, quo ad creditores, qui poſt ceſſionem contraxerunt.*
6 *Debitor cedens bonis ſeruatis requiſitis, non poteſt ex contractu ante ceſſionem inito conueniri.*
7 *Cedens bonis poteſt conueniri vigore debiti ante ceſſionẽ, contracti ſi poſt bona acquiſiuit, & tenetur inquantum facere poteſt.*
8 *Exceptio ceſſionis, quando impediat litis conteſtationem, & quando non.*
9 *Cedens bonis ignominioſe, ſemper tuetur exceptione ceſſionis.*
10 *Ignominia corporalis ſuccedit loco debiti pecuniarij. & 11.*
12 *Mulcta in delictis alicui ob paupertatem remiſſa non poteſt amplius ab eo exigi etiam ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit.*
13 *Statuta de cedendo bonis ignominioſe, an valeant, & ſint ſeruanda. & 14.*

1 QVAERO Septimo, An exceptio † competens cedenti ratione ceſſionis impediat litis conteſtationem? Iſta quæſtio pendet a præcedenti, dum in ea licitum eſt, cedẽti dari exceptionem, ne conueniatur niſi inquantum facere poteſt, deducto ne egeat. Proponitur ergo iſta per modum corrollarij dependentis ab ea. Ceſsit igitur quis bonis, poſt conuenire volunt eum creditores, an teneatur reſpondere, & litem cõteſtari, vel ex allegatione ceſſionis liberetur? Et breuiter
* communis opinio Doctorum eſt, iſtam exceptionem impedire litis conteſtationem, per l. 3. ff. de ceſſ. bonor. Iaſ. in §. fi. Inſt. de act. ver. nũquid autem ceſſio, quæſtionem iſtam breuiter tangit, & ſe remittit ad Bar. in l. pen. ff. de ceſ. bonor. & ad tex. & ibi Bart. & Ang. in l. 3. C. de bon. auth. iudic. poſsid. & ad tex. quem ad hoc dicit ibi Ang. vnicum in iure,

in

In l. Item ſi vnus.in prin. ff. de arbitr.& hanc
opinionem cum Bart. tenent omnes com-
muniter in d.l.pen.& ſecundum eam Tholo
ſæ iudicatum fuiſſe refert Aufr.deciſ.136.in-
cip.An exceptio ceſſionis.Quam etiam teſta
tur communem Couarru.lib.2.uariar. reſo-
lut.iur.c.1.nu.6. in fi. verſi. hæc autem exce-
ptio.vbi interpretatur regiam legem tertiã,
titu. 15.par.5. qua probatur eum, qui bonis
ceſſerit,nec poſtea conueniri poſſe,nec (ſi cõ
uentus fuerit) teneri reſpondere, eſſe intelli-
gendam cum effectu, vt ſcilicet teneatur re-
ſpondere, & exceptionem litis conteſtatio-
nem impedientem obijcere. Ratio eſt, quia
iſta exceptio differt,& perimit actionem:nõ
enim is, qui ceſsit poteſt conueniri niſi caſu
quo deuenerit ad meliorem fortunam cum
qualitatibus etiam in præced. quæſt. not:er-
go ipſam proponendo impedit litis conte-
ſtationem,ad excludendum agentem, vt nõ
audiatur, vt per Abb.in c. quia fruſtra.nu.6.
de vſur.

2 Accedit prædictis, quia † aliquis propo-
nere poteſt exceptionem antequam conue-
niatur,& petere ſuper ipſa audiri, & admitti
debet.l.ſi contendat.ff.de fideiuſ.facit.c.1.de
iureiuran.glo.in l.Aurelius.§.centum.ff.de li-
ber. leg. quæ aperte ſentit, quod tutus exce-
ptione poteſt agere antequam conueniatur
implorando officium iudicis,vt ſilentium im
ponatur creditori actori, notat.in c.exami-
nata.de iudici. in c. cum eccleſia Sutrina. de
cauſa poſſeſſ.& propriet.vt dicit Abb. in c.ſi
quis cõtra clericum, de foro compet.col.2.
num.2. verſ. Adidem. Quod procedit, ſiue
quis moleſtetur de facto,ſiue veriſimiliter ti-
meat moleſtari.arg.l.diffamari. C. de ingen.
manumiſ.& in c. conquerente. de off. ordi-
nar.& de materia per Bar.in l.ſi finita.§. ele-
gãter.de dam.infec.& per Abb.vbi ſup. verſ.
& hoc puto.

Declaratur iſta quæſtio habere locum,qũ
debitor eadem inopia, & fortuna grauatur:
3 † nam ſi ad pinguiorem fortunam deuene-
rit, nulla poterit exceptione tueri aduerſus
ciuilem, & naturalem obligationem, & ex
conſequenti talis exceptio competens ratio
ne ceſsionis non impediet litis conteſtatio-
nem,ex ijs,quæ in præced.quæſt.dixi,& inf.
in alijs quæſt.latius dicam.

Declaratur ſecundo, & reſtringitur iſta
quæſtio,vt procedat tantum in caſu quo de-
bitum ſit liquidum,vel debitor extra iudiciũ
illud agnoſcere paratus eſt. nam ſi debitum
4 † non eſt liquidum,vel debitor non eſt para-
tus illud agnoſcere extra iudicium, iſta exce-
ptio non impedit litis conteſtationem, &
iſtud eſt,quod dicit Bar. in d. l.pen.ff.de ceſſ.
bonor.verſ.Sed contra hoc oppono. quem
ſequitur Ang. ibi, prout referendo ſequitur
Brun.Arim.in tract.de ceſ.bon.2.q.prin.nu-
mero 5.uerſ.Tu dic quod leges contrariæ.&
16.q.prin. in prin. de qua latius infra dicam
queſt.ſeq.& q.9.

Declaratur tertio propoſita quæſtio, in-
telligendam eſſe, quo ad creditores ante ceſ
ſionem exiſtentes;non autem in creditorib.
5 qui poſt ceſsionem contraxerunt,quia † illa
exceptio ceſsionis,quo ad eos, non prode-
rit debitori, nec eis obſtabit quominus litis
conteſtatio fiat,ut eſt text.in d.l.3.C.de bon.
auth.iudic.poſſid.intelligendo tex.à contra
rio ſenſu; Quod argumentum habet locum
regulariter in uerbis legis,& canonis,iuxta l.
1.§.huius rei.ff.de off.eius cui mãd.eſt iuriſd.
& l.qui in teſtamento.§.mulier. ff. de teſtam.
c.Apoſtolicæ.in fi.de ijs quæ fiunt à prælati.
& in c.cum virum.de regulari. dicit enim d.
l.3.ex contractu,qui ceſsionem rerum ante-
ceſſit debitorem contra iuris rationem con
uenis,cum eum æquitas auxilio exceptionis
muniat.& ita illum tex. a contrario ſenſu ad
probationem reſtitutionis adducit Brun. in
d.tract.de ceſſ.bon.d.q.16.prin.quaſi dicere
uelit, ſi debitor ex contractu inito ante ceſ-
ſionem conuentus poteſt opponere exce-
ptionem ceſsionis bonorum,cum eaque im-
pedire litis conteſtationẽ,ergo iſta exceptio
non impediet litis conteſtationem agentib.
creditoribus factis poſt ceſsionem.

Et pro clariori reſolutione quæſtionis, ca
ſus duo notandi ſunt. Primus talis eſt. De-
6 bitor † cedit bonis ſeruatis de iure,ex forma
ſtatutorum,& de cõſuetudine requiſitis, cre-
ditor ex contractu inito ante ceſsionẽ vult
illum conueniri poſt ceſsionem,dicas quod
non poteſt,vt probat litera d.l.3. ſupra indu-
ctæ,de hoc tamen caſu infra in alia quæſt.di
7 cam. Secundus caſus is eſt. Debitor † poſt
ceſsionem multa acquiſiuit, creditor vult il-
lum conuenire, & hoc caſu poteſt, & hoc
quoque dicit ſecunda pars d.l.3. dum ait. Ac
tum demum iterato poſsis deſiderare con-
uentionem,cum tãtum poſtea quæſijt,quod
præſidem

præſidem ad eius rei licentiam debeat promouere. intellige tamen, quod debitor poſſit conueniri inquantum facere poteſt, & nõ aliter, vt in præced. q. dixi, & ut dicit glo. in d.l.3. in uer. promouere.

Et demum clarius ex tex. in d.l.3. firmatur quæſtio cum ſuis reſtrictionib. diſtinguẽdo
8 ſic, Aut † cedens bonis permanet in eodem ſtatu inopiæ in quo erat tempore ceſsionis, aut poſt ceſsionem deuenit ad pinguiorem fortunam; Primo membro exceptio ceſsionis impedit litis conteſtationem: Secundo membro non impedit quin poſsit conueniri, inquantum tamen facere poteſt, & nõ aliter, vt ſupra dictum eſt, & infra dicam in alia quæſt. ubi tractabo, & late ponam, quomodo intelligatur iſtud (inquantum facere poteſt) & quæſtio noſtra loquitur in terminis primi membri, vt per Gui. Pap. q.567. incip. An compenſatio. nu.2. & deciſio. 343. incip. cedens bonis, & conſi. 124. incip. Circa materiam. nu.7. uerſ. ad ſeptimum.

Prædicta tamen omnia ceſſant, quando quis vituperoſe ceſſit, iuxta conſuetudines locorum; quoniam † tunc etiam ſi perueniat
9 ad pinguiorem fortunam liberatur, & ad impediendam litis conteſtationem poteſt opponere talis ceſsionis exceptionem. glo. in c. ſicut dignum. §. 4. & glo. in ver. ſi habent. ibi, pro eo, &c. ext. de homici. & ita conclu. dit Guid. Pap. d. q.343. cedens bonis. nu.2. vbi loquitur in conſuetudine Lugdunenſi, ſecundum quam quis percutiendo lapidem nudis natibus cedit bonis. nam talis ignominioſa ceſsio ipſum cedentem ita afficit, vt ſatis punitus videatur. ignominia † enim quæ
10 pœna corporalis eſt, ſuccedit loco debiti pecuniarij, & ita ad hoc illam glo. ſingularem dixit Felin. ibi. & hæc fuit ſententia Bal. in l. fi. ff. de in ius vocan. vbi concludit, quod debitor ſi deueniat ad pinguiorem fortunam poſt luitionem corporis, non tenetur, quia luitio corporis cedit loco ſolutionis, allegat tex. in l. ſi unius. §. ſed ſi ante. ff. de iniur. quem ſequitur Rom. ſingul. 24. incip. Quod non valens. num.2. & 3. vbi allegat glo. in reg. Peccatum. de reg. iur. lib.6. & cõcor. citant Veron. in addit. ad illum. & alia adducit Couuar. uariar. reſol. lib.2. c.1. nu.6.

Contra iſtam Guid. Pap. ſententiam in d. q.344. ſeu 343. inſurgit Didac. vbi ſupra, eo. num. in fi. & de ueritate ipſius dubitat, ex ea ratione, quia non videtur debitum mutari in illam ceſsionem, cuius rationis aſsignat ra-
11 tionem, nam per illam † ceſsionem nec ciuilis, nec naturalis obligatio tollitur, ſed tantũ paratur exceptio, vt & ſupra dixi in præced. quæſt. Obiectio tamen iſta non obſtat, nam vt recte ſoluit Menoch. de arbitr. iudic. li.2. cent.2. caſu 183. num.23. ubi ſaluat ſententiã Guid. ab oppoſitione præd. ratio Didaci procederet, ſi ceſsio facta fuiſſet nuda, & ſimpliciter iuxta communem diſpoſitionem, & formam iuris, & cum ignominioſe fit, illa eſt pœna, quæ ſolutionis loco ſurrogatur. l. vlt. ff. de in ius uocan. & iſta eſt ueritas.

Corroboratur ſententia Guid. Papę valido argumento ſumpto à delictis ad contractus, de quo per Euerar. in centur. leg. in lo-
12 co, a delictis ad contractus. nam † ſicut in delictis mulcta per iudicem ob paupertatem remiſſa alicui non poteſt amplius ab eo exigi, etiam ſi ad pinguiorem peruenerit fortunam, ita ſi debitor priuati luerit in corpore cedendo bonis ignominioſe, non tenetur amplius creditori conſentienti huic ceſsioni, licet deuenerit ad meliorem fortunam, probatur hoc quo ad mulctam, in l. illicitas. §. fi. ff. de off. pręſid. quam ibi Doct. faciũt ſingularem, & in d.l. ſed vnius. §. ſed ſi ante. ff. de iniuri. & illud quo ad priuatum, probatur à Doct. in citatis iur. ut per Put. de ſindi. in uer. Pœna. c. licet dicatur. poſt prin. & in hoc nõ videri dubium dicit Boer. deciſ. 349. incip. Quæritur an ciuiliter. per tot. & præſertim num.4. & hanc opinionem tenent communiter omnes Doct. quos ſequitur Brun. Arimin. de ceſſi. bonor. q.3. num. 6. vbi ſimpliciter tranſit, & ſexta quæſt. prin. per tot. vbi recẽſet cõſuetudines diuerſorũ locorũ cedẽdi bonis ignominioſè, vt p eũ, & ita practicaẽ, & in hoc in multis locis extãt ſtatuta ordinãtia iſtã ceſſionem ignominioſam, de quorũ validitate licet multa dicãt Doct. ut per Bru. d.q.6. prin. & per Rolan. conſ.6. incip. Quoniam beneficium. verſ. uenio ad ſecundum caput. nu.9. cum multis ſequen. vol.2. & Menoch. vbi ſupra, num. 14. & num. 23. vbi loquitur in ſtatuto Papienſi, & ſimpliciter tran-
13 ſit, & videantur concludere † talia ſtatuta nõ valere, nec eſſe ſeruanda tanquam contra bonos mores, vt dicit Guid. Pap. d. conſ. 124. col. ult. num.9. verſ. quæ tamen conſuetudo, nihilominus ſi induceret eos, qui bonis ceſſerunt

ſerunt debere incedere cum veſtibus ſeu bi-
reto crocei ſeu viridis coloris ſub grauiſſi-
mis pœnis, valerent. concluſiue autem ſiue
hoc inducant ſiue non, valent dicta ſtatuta
14 de cedendo bonis ignominioſe,† & hoc, vt
male viuẽtes timore ſaltem huius actus igno
minioſi deſiſtant ab accipiendis rebus, vel
pecunijs alienis ſub intentione fraudandi
creditores cum honeſta & ordinaria ceſſio-
ne, vt dicunt Pet. Iac. in ſua pract. tit. de ceſ.
bonor. in 3. not. & Gui. Pap. poſt eum vbi ſu-
pra, & Brun. ubi ſuprà, verſi. & inquit Guid.
Pap. de quo dicam inf. q. 9. uerſ. Quarto mõ.

QVAESTIO VIII.

Debitor an poſsit renuntiare benefi-cio ceſsionis bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus vel carcerandus, an poſſit renuntiare beneficio ceſſionis bonorum, promittendo non cedere, & quod non valeat.*
2 *Carceri nemo poteſt pro debito pecuniario ſe obligare.*
3 *Conſtitutio, quod excommunicati, etiam ſi cedant, non tradantur eccleſiaſticæ ſepulturæ, an valeat.*
4 *Pactum inter creditorem, & debitorem de non cedendo bonis, an valeat.*
5 *Fauori pro ſe introducto quilibet renuntiare poteſt.*
6 *Moderator, & arbiter eſt quilibet in re propria.*
7 *Taciti & expreſſi idem eſt iudicium.*
8 *Renuntiatio beneficij ceſſionis bonorum tacite facta valet.*
9. *Lex non præſumitur aliquid inducere contra bonos mores.*
10 *Argumentum a contrario validum eſt in iure.*
11 *Fauori ſuo, quis non præſumitur renuntiare ita facile, & 12.*
13 *Renuntiatio beneficij ceſſionis bonorum vallatũ iuramento an ualeat.*
14 *Iuramentum contra bonos mores præſtitum non obligat.*
15 *Carnem ſuam nemo unquam odio habere præſumitur.*
16 *Conuentione iurata quod quis poſſit ſe ad carceres obligare.*
17 *Ceſſionis bonorum triplex effectus.*
18 *Carcerati per modum oſtagij libertas non dicitur impediri.*
19 *Iuramentum, quo quis ſe obligat ad carceres pro debito ciuili licet ipſo iure teneat, tamen tanquam inhumanum debet ſolui, ne ſic iurans perſiſtat in excommunicatione.*
20 *Diſpenſatio ſuper iuramento de non cedendo bonis, eſt, petenti concedenda.*
21 *Pronuntiare contra contractum iuramento firmatum, ſine præhabita diſpenſatione periculoſum.*

1 QVAERO octauò, an † debitor
carceratus vel carcerandus poſ
ſit renuntiare beneficio ceſſio-
nis bonorum, promittendo nõ
cedere bonis? & in hac quæſtione eſt omniũ
* Doc. communis * opinio in c. Odoardus, de
ſolut. quod talis renuntiatio non valeat, vt
per Alber. de Roſa in Rubr. C. qui bon. ced.
poſ. col. vlt. & huius communis ſententiæ ra
2 tio eſt, quia † nemo poteſt pro debito pecu-
niario ſeipſum carceri obligare, cũ talis obli-
gatio eſſet quædam ſeruitus, ad quam liber
homo non poteſt ſe aſtringere, l. a. ff. de libe-
ro homi. exhiben. l. Titius. §. Titio. ff. de con-
dit. & demonſtr. not. gloſ. & Doct. in l. anti-
quitas. C. de vſufruc. & in l. poſt certi. C. de
liber. cauſa. & ex hac ratione hanc opinionẽ
tenuerunt Bart. & Imo. in l. alia. §. eleganter.
ff. ſolu. matri. Cyn. in l. j. C. qui bon. ced. poſ.
q. 6. & ibi Saly c. num. 9. & eam eſſe commu
nem teſtatur Alexan. conſi. 37. incip. Viſo &
oportune diſcuſſo. col. i. ſub num. 6. verſ. &
in propoſito etiam vol. 2. quam ſententiam
tenuit etiam Ioan. Fab. in §. fi. Inſt. de act. nu-
mero 7. uerſ. conſueuit quæri. ubi vnico ver-
bo docet, omnes Doct. poſt Dyn. in d. §. ele-
ganter. tenere talem renuntiationem nõ va-
lere. Ex quo infert ſe credere non valere cõ-
ſtitutiones prouinciales, & ſinodales, quas
3 prælati faciunt, quod excommunicati, † et
ſi cedant, non tradantur eccleſiaſticæ ſepul-
turæ, tum quia contra bonos mores per d. §.
eleganter: impeditur enim ſepultura, quod
non eſt ita de facili concedendum, vt dicam
* infra in illa quæſt. 29. An cadauer debitoris
poſſit inſepultũ detineri donec ſatisfiat cre-
ditoribus, tum etiam quia hoc beneficium
iuris cedẽdi bonis eſt a canone conceſſum,
vt d. c. Odoardus, quod inferior tollere non
debet, nec poteſt. c. indultum. de regu. iur. in
6. quem ſequitur cumulando, & ſimpliciter
referendo Iaſ. in d. §. fi. num. 3. Inſtit. de act. &
hanc ſententiam dicit uerã, Gui. Pap. q. 2 1 1.
incip. Debitor non poteſt.

Contrarium tamen probari poſſe videt,
4 quod ſcilicet † valeat quis renuntiare bene-
cio ceſſionis bonorum, & conſequenter, q
valeat pactum inter creditorem & debitorẽ
de non cedendo bonis, pro quo facit, nã cla
rum eſt, quod beneficium ceſſionis eſt miſe-
rabile, & ſubſidiarium auxilium, adinuẽtum
vt quis carceres euitare poſſit, l. 1. & ibi glo.
Bart.

Bart.Bal.Ang.Saly.& Caſtrē. in d.l.1.C.qui bon.ced.poſ.Bart. in Rubr.ff. de ceſ.bonor. Alberi.in Rubr.C.qui bon.ced.poſ.col.2. in fi. uerſi. item quæritur, quid ſit beneficium ceſſionis.& nedum carceres euitare poſtquā fuerit carceratus, ſed etiam obuiando ne carceretur,ſi cedat,vt dicit Abb.in c.Odoardus.de ſolut.col.2.ver.& prodeſt hæc ceſſio. & late Menoch.de arbitrar.iudi.lib.2.cēt.2. caſu 183,ubi diligentiſſimè habes,quid antiquitus obſeruabatur in hac materia, & quid nunc obſeruetur tam de iure ſcripto, quā cō ſuetudinario,Brun.de ceſ.bon.q.7.4.q.prin. num.2.Rol.conſ.7.in prin.uol.2. poſt Ruin.
5 Barb. & alios,quos citat.modo ſic.† fauori pro ſe introducto quilibet renūtiare poteſt, l.ſi quis in conſcribendo.C. de pact.cum ſimil.ut per Deci.conſi.547.Viſo puncto.nu. 1.in fi.& Socin.iun.conſ.3. Ad ueram reſolutionem.nu.8.uol.4.ergo beneficio ceſſionis quis renuntiare valet, tanquam beneficio in
6 eius fauorem inducto: nā † quilibet in re propria eſt moderator,& arbiter.l.in re mandata.C.mand.etiam in abutendo. l. ſed & ſi lege.§.conſuluit.in uer. cum re ſua ſe abuti putant.ff.de petit. hæredit. ut dicunt Socin. vbi ſup.& Iaſ.in d. l. ſi quis in conſcribendo. nu. 7.Cæphal.conſilio 18.num.2.& conſi. 133. num.119.

7 Vlterius facit, nam † taciti & expreſſi idē eſt iudicium,l.cum quid.ff.ſi cer.petat.quem tex.omnes ad hoc citant,ut poſt Caſtr.conſ. 64.col.fi.uerſ.quinto loco.uolu.2. dicit Cæphal.conſi. 105.num.20.& conſi.272.num.
2 87.& alij paſſim.ſed renūtiatio † beneficij ceſſionis bonorum tacite facta valet.l.vlt.C.qui bonis ced. poſ. ergo & expreſſa valebit. d.l. cum quid.& l.triticum.ff.de verbo.obl.& l.ſi repetendi.C.de condict.ob cauſ. Quod autē tacite poſſit renuntiari beneficio ceſſionis bonorum, patet ex quinquennalis dilationis acceptatione, qua mediante videtur debitor tacite renuntiare beneficio ceſsionis. d. l. fi. C.qui bon.ced. poſ. & hanc partem conſuluit Feder.de Sen.conſ.60.incip.Quod pactū ſeu renuntiatio.eandem tenet latiſsimè Imo. in c.cum contingat.car.12.uerſ. item aduerte,quia per prædicta.de iureiur. & in c.ex reſcripto.co.tit.& Ang.& Rom.in d.§. eleganter.ut refert Felin. in d. c. ex reſcripto.col.4. in prin.ſub nu.9.& hoc verius videtur,ſecundum Alex.in d.§.eleganter.ſub num. 11. circa med. & late proſequunt Domini de Rota in antiq. deciſ. 210. incip. nota, quod quis, quæ eſt ſecunda, ſub tit.de arbitr. & deciſio. 566.incip.Vtrum poſſit renuntiari, quæ eſt 31.ſub tit.de ſenten. & re iudic.

Et ſi teneremus hanc partem,facile poſſet reſponderi obiectioni inductæ pro prima communi opinione:non enim obſtat id quod de ſeruitute dictum eſt,tum quia debi-
9 tor carceratus eſt lege permittente,quo † caſu talis carceratio non poteſt dici contra bonos mores, cum a lege inducta fuerit, quæ non præſumeretur ipſam induxiſſe ſi eſſet cōtra bonos mores, vt dicit Bart. in d.§.Titio. quem ſequitur Alexan.in d.§. eleganter. ſub num. 11. verſic. non obſtat, quod ſit contra bonos mores. tum etiam quia iſtud non eſt contra bonos mores, vt dicit Alexand. vbi ſupra ex Bar.ubi ſupra, quos ſequitur Felin. in d.c.ex reſcripto.col.mihi.4.ſub nu.9.uerſ. in contrarium.vbi idem firmat ex Bar.quem citat.hanc etiam ſolutionem,& carcerationē in hoc caſu non eſſe contra bonos mores, poſt dictos omnes Doct.tenet Bru. Arimin. in Tract.de ceſ.bon.20.q.prin.nu.7.

Tamen ijs nō obſtantibus, prima opinio
* eſt uera,& communis, vt not. Henri. Boich in d.c.Odoardus.col.1.Aufr.in Capel.Tholoſ. deciſ.61. vbi dicendo concluſum fuiſſe, quod poſsit renuntiari ceſſioni bonorum in partibus vbi eſt conſuetudo, innuit in contrarium eſſe ius commune ; & ſic quod vbi non eſt conſuetudo,non habeat locum renuntiatio, argumento ſumpto à contrario
10 † quod validum eſt,vt ex Eucrar. in Centur. leg.in loco à contrario ſenſu, & in hac ſententia fuit Alex.in d.§.eleganter. ſub nu. 14. verſ.Puto veram eſſe opinionem, & ita iudicaſſe Romæ in cauſa Vrſinorum teſtatur Firmanus in ſuo Repert.in ver.Pactum inter creditorem.verſi.ſexto.incip. Pactum quod debitor.& in ver.Ceſsio bonorum.verſ.Ceſsio bonorum an poſsit renuntiari. Et argumentis adductis in contrarium vnico verbo reſpondetur.primum enim de fauore tollitur,
11 ex eo † quia licet fauori pro ſe introducto quis poſsit renuntiare; non tamen id facile præſumitur,ſed requiritur, quod renuntians fuerit certioratus de præiudicio ſuo, alias ſecus,ut dicit Iaſ.in d.l.ſi quis in conſcribēdo.
12 C.de pact.num. 19. quando † enim aliquid fauore alicuius introductum eſt, & tractatur

de

de faciendo actum præiudicialem ipſi fauori, in dubio non videtur talis ipſi renuntiare, niſi appareat, quod de ipſo, & de præiudicio fuerit certioratus. l. mater decedens. ff. de inoff. teſtam. l. nec is qui. §. fi. ff. de acq. hæred. § ſed noſtra conſtitutio. verſi. ſinautem neſcius. Inſt. de oblig. quæ ex delic. naſcun. Bar. in l. manifeſtiſſimi. §. 1. ff. de fur. Rip. poſt gl. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 128. ff. de acquir. poſſ. Cæph. conſ. 300. in fi. num. 31. Et ſecundum de tacito, & expreſſo tollitur, quia non eſt par virtus taciti & expreſſi, quando in expreſſo eſt maior ratio, quam in tacito, vt hic, & infra patebit. igitur, &c.

Limitatur iſta quæſtio ſic communiter recepta, non habere locum ſecundum aliquos,
13 vbi talis renuntiatio † eſſet vallata iuramento, ita vt ita renuntians non ſit poſtea audiendus ſi petat admitti ad ceſſionem, & hoc ſentire videntur Auf. in d. deciſ. 61. in 2. ſui parte. verſ. maxime ſi interuenit iuramentum. Firm. in præci. locis. & ratio eſt, quia licet ex parte creditoris vertantur mali mores, tamẽ ex parte debitoris nulli mali mores vertunt̃, per reg. Bart. quam ponit in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. & ita etiam tenet Specul. in tit. de renunt. §. 1. verſ. item eſt beneficium. quẽ ſequitur Aret. in §. fi. Inſt. de act. Iſta tamen limitatio non videtur tuta, immo apparet nec etiam hoc caſu hanc ceſsionem, ſeu renuntiationem beneficij ceſsionis valere: non obſtante prædicta conſideratione malorũ morum ex parte vnius, & bonorum ex parte alterius, quia imò talis renuntiatio eſt ſimpliciter contra bonos mores, vt dicit Cyn. in d. l. fi. C. qui bon. ced. poſ. & eſt regula iuris, non
14 eſt obligatorium † contra bonos mores præſtitum iuramentum. c. non eſt obligatorium. de reg. iur. in 6. facit c. vbi periculũ. de elect. eo. lib. Item iuramentum eſſet vinculum iniquitatis, & inhumanitatis. nam per talem renuntiationem debitor aſtringeretur ad pœnam detruſionis in carcerem, ex qua detruſione ſequeretur inhumanitas, & credulitas, ſine commodo creditoris, cum detruſus ſic forſan fame moreretur ex inopia, argu. l. reo certis. de ſolut. nec ex hoc creditor reportabit commodum, cum debitor carceratus nihil poſsit acquirere, ſed extra carceres exiſtens poſsit ad pinguiorem fortunam venire, & ſatisfacere creditoribus ſuis.

Ideo quum renũtiatio debitori noceat, & creditori non proſit, non valet. nam ex hac procuratione renuntiationis ceſsionis bonorum, & eius beneficij creditor deducit debitorem ad illicitum, vel ſaltem poteſt deducere, arg. not. in c. quamuis. de pact. in 6. & ſic venit contra præceptum charitatis. arg. ff. de euict. l. fi. & ff. de appel. l. non tantum. inhumanum enim cenſetur in creditore ſic debitori adimere libertatem euitandi carceris, & inhumanius eſt, quod debitor ſibi ipſi li-
15 bertatem adimat, quia † carnẽ ſuam nemo vnquam odio hr̃e præſumit. 13. q. 2. nõ æſtimemus. charitas enim ordinata incipit à ſe ipſo. l. præſes. C. de ſeruitut. & aqua. de quo per Bar. in tract. de carcere. Aret. in §. fi. Inſt. de act. & habetur in l. iudices. C. de epiſcop. audien. Et iſtam ſententiam ualidari etiam poſſe ratione conſiderationis animæ, nam ex hoc ſequeretur, quod debitor carceratus non poſſet audire diuina officia, & eccleſiaſtica recipere ſacramenta pro libito voluntatis, ex quo facile poſſet deduci ad infidelitatem, quo caſu tale iuramentum non ualet. argum. not. per Archid. in d. c. quamuis, ſuper uer. æternæ ſalutis. cum ſimil. multis quæ poſſent pro hac ſententia adduci.

Contra iſta tamen multa etiam facere, &
16 adduci poſſent, Quod ſcilicet † per conuentionẽ iuratã, quis poſsit ſe cogere vel aſtringere ad carcerem, nam talis carcer pro debito eſt ſolum quædam detentio in aperta, & libera cuſtodia, l. nemo carcerem. C. de exactor. tribut. lib. 10. ex qua detentione non poteſt ſequi, nec crudelitas nec inhumanitas. ergo ceſſat ratio primæ ſentẽtiæ. Item, talis ita ſe obligans non videtur eſſe ſub cuſtodia, niſi per modum cuiuſdã obſtagij, ad quod quis poteſt ſe obligare, vt in c. ex reſcripto. extra de iureiuran. cum ibi not. ergo videtur quod quis poſsit cum iuramento renuntiare beneficio ceſsionis, cum iſtud non cedere ſit in poteſtate renuntiantis. ergo &c. d. c. quamuis. Eo magis, quia talibus carceratis ſubminiſtratur victus, uel ab ipſis creditorib. vt dicit Guid. Pap. d. deciſ. 211. incip. Debitor nõ poteſt. nu. 2. Aret. in d. §. fi. in ult. uer. Inſtit. de act. Boer. deciſ. 303. clericus captus. col. 2. in prin. ſub nu. 2. uel ex eleemoſinis. d. l. iudices. C. de epiſ. audien. ut per Aufr. in add. ad Capel. Tholoſ. ſuper deciſ. 100. incip. ſi poſitiones. in addit. incip. ſimilis huic quæſtioni. vbi ponit contingentiam facti & deciſ. quem cũ

multis

multis alijs refert Brun.de ceſ.bon.6.q.prin. nu.8. quo ſtante ceſſare pōt ratio inhumanitatis,& charitatis conſiderata.

Pro ſolutione tamen obiectorum,& dilucidatione totius concluſionis ſciendum eſt,
17 Quod† triplex eſt effectus ceſſionis bonorũ; Primus,quia cedens liberatur a pœna carceris,iux.not.in l.2.ff.de ijs,qui bon.ced.poſ.& late ſupra dixi in hac ead.quæſt.verſi.contrarium tamen. Secundus, quia debitor ex hac ceſſione habet priuilegium,vt non poſſit cõueniri niſi inquantum facere poteſt,quo ad poſtea quæſita,l.qui bonis.ff.eo.tit.l.ex contractu.& ibi Doct.C.de bõ.auth.iud.poſſid. Tertius, quia, ſecundum vnam opinionem, ex hoc tollitur obligatio ciuilis,naturali ſola remanente,vt not.ff.de fideiuſ.l.vbicunque. quæ tamen opinio nō placet cõi ſcholæ,ſcribentium,vt ſupra late dixi in ſexta quæſt.vbi concluſi non tolli,nec ciuilem nec naturalē, ſed tantum effectum eius differri donec ſatiſfacere poſſit ipſe debitor cedens. Modo dico, quod huiuſmodi iurata renuntiatio beneficij ceſsionis bonorum valet,quo ad ſecũdum,& tertium effectum,videlicet, quod nō poſsit cedere bonis ne gaudeat priuilegio ne conueniatur niſi inquantum facere pōt. in quo aduerte tamen,quod propter hoc nō habet aliquam dilationem ne conueniatur donec facere poſsit, imò ſemper de quibuſcunque quærendis tenebitur inſolidum, & non habita ratione ne egeat.Nec obſtat tex. in l.alia.§.eleganter.ſoluto matr.adductus in prin.quæſt.quia illud dictum procedit in eo cui competit priuilegium tale ob reuerentiā pſonę,ſecus vbi cōpetit rōne contractus,vel alia rōne,vt not.gl.in l.ſi conuenerit.ff.de re iud. vel etiam in eo cui priuilegium tale tpe renũtiationis competebat. Secus autem vbi non competebat, ſed competiturum erat, quia tunc facilius impedire poteſt ne competat.arg.l.patre furioſo.ff.de ijs,qui ſunt ſui vel alie.iur.

Quo vero ad primum effectum,ne ſcilicet detrudatur in carcerem,poteſt dici quod nō valeret renuntiatio, etiam cum iuramento, vbi per intruſionem ſequerentur, vel ſequi poſſent ſupradicta inconuenientia, imò ad tales non ſe extendit. Sed vbi intruſio fieret ex aliqua humanitate,iuxta d.l.nemo carcerem.C.de exact.tribut.lib.10.& poſſit ex ea ſequi commodum creditoris, vtputa quia forſam habebat debitor amicos, qui nō permittentes eum capi vel detineri, ſoluerent pro eo debitum; vel quia debitor fugere volebat, quo caſu debitor fruſtrabitur ſpe quā habebat conſequendi de breui totum creditum,vel eius partem; Vel quia debitor aliàs artifex optimus valēs ex ſuo opere commode viuere,& debita ſoluere,erat vagabundus & nolebat laborare, tunc renuntiatio ſibi præiudicat etiam quo ad primum effectũ,& ſic cedendo non poſſet liberari quominus valeat carcerari, & ſic intellige ea, quæ dixi ſupra in hac quæſt.in verſi.contra iſta tamē.
18 nam † ex eo quod quis carceratur per modum obſtagij nō impeditur ſic eius libertas, ut dicit Rot.Rom. in anti.tit.de arbitr. deciſ. 2.quę incipit,nota quod quis.in fi.Et ad omnia præmiſſa in terminis quæſtionis propoſitæ vide Rot.Rom.in anti.ſub tit. de ſenten. & re iud.deciſ.31.incip. Vtrum poſsit renuntiari.quæ eſt tota in hac materia,& ipſam diſputat,modificat,& declarat, vt ibi per eam, quam omnino vide occurrente caſu propoſito.diſcutiuntur enim ibi termini.c. Odoardus.de ſolut.& poſt eam vide Felin.in c.ex reſcripto.de iureiur.col.3.uerſ.& iſta,& amplè per Moder.Hiſpan.lib.2.var.iur.reſol.c.1.& poſt omnes Brun. Arimin. in ſuo tracta. de ceſ.bonor.20.q.prin. vbi ad longum eam diſcutit, colligendo dicta omnium Doct.tam antiq.quam Modern.quos ipſe viderit.nam & multa vltra ipſum dixi.

Verum quia quæſtio iſta nititur ſuper authoritate iuramenti,ideo, omiſſo pro nunc illo articulo,an iuramentum ita liget iurantem,& ita firmet contractum iuratum vt nō poſſit contrauenniri, de quo ſuo loco dicam, quatenus attinet ad præſentem quęſtionem, pro complemento dicendum eſt,quod licet
19 † tale iuramentum ipſo iure teneat, quia tamen continet inhumanitatem,vt ſupra,videtur abſoluendus talis iurans, vt non intrudatur in carcerem, nec perſiſtat in excommunicatione ligatus.c.cum quidam. de iureiur. ita dicit Rot. Romana,in antiq.tit.de renuntiat.deciſ.4. incip. Nota quod ſecundum alios.
20 quos.verſ.Alij contra.& † quod talis diſpēſatio ſuper iuramento ſit petenti concedenda,in terminis dicit Henr.de Bouenco in authen. ſacramenta puberum.C.ſi aduerſ.vendit.in ſita repetit.in materia cauſę finalis. circa medium,ibi,Secundo infertur quod in re

nuntia-

nũtiatione ceſsionis bonorum, quem refert Guid.Pap.deciſ.211.incip. Debitor non poteſt.num.1.circa med.ubi plus refert in Parlamento deciſum fuiſſe in contingentia facti debitorem carceratum relaxandum fore nõ obſtante iurata renuntiatione de non cedendo bonis, vt ibi per eum. quod an recte factũ fuerit, nunc non tracto, ſed alibi dicam. peri
21 culoſum † enim eſt contra iuramento firmatum contractum pronuntiare ſine præhabita diſpenſatione, quia eſt contra.c. cum contingat.de iureiurã.vt in addit.ad d.deciſ.211 pro quo vide Feder.de Sen.conſ.60.Abb.in d.c.cum contingat.num.32.iunc.concor.in addit.ibi, ſuper ver. cedendo bonis.

QVAESTIO IX.

Damnatus in pecuniam ex delicto vel quaſi an admittatur ad ceſſionem bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio bonorum an concedatur ei, qui ex delicto, vel quaſi in pecuniam damnatus eſt.*
2 *Condemnato in pecuniam ex delicto vel quaſi non dari beneficium ceſſionis.*
3 *Ceſſio bonorum non habet locum vbicunque aliquid debetur fiſco. fallit ut nu.7*
4 *Egeſtate laborare malemeritos dignum eſt.*
5 *Condemnato ex delicto, vel quaſi non remanet beneficiũ vt non conueniatur niſi inquantum facere poteſt.*
6 *Conuentus ex dolo non habet beneficium ne conueniatur niſi inquantum facere poteſt.*
8 *Regula, qui non habet in ære luat in corpore, quomodo intelligatur.*
9 *Actio eſt inanis, quam inopia debitoris excludit.*
10 *Criminalibus qui non habet in ęre luat in corpore.*
11 *Pœna pecuniaria pro minimis non conuertitur in corporalem, dato quod condemnatus non ſit ſoluendo.*
12 *Transgreſſio in modico non habetur in conſideratione.*
13 *Pœna, quo caſu ſit indiuiſibilis.*
14 *Ceſſio bonorum locum non habet in delictis.*
15 *Pœna pecuniaria non habentis ſoluere conuertitur in corporalem.*
16 *Prouiſiones ſtatutariæ, & pragmaticæ iudicijs dant formam.*
17 *Statuta quælibet in ſua ciuitate ſeruanda ſunt uti ius proprium.*
18 *Pœna pecuniaria, quo caſu conuertatur in corporalem, & non.*
19 *Beneficium ceſſionis eſt miſerorum ſubſidium, non doloſorum præſidium. & nu.33.*
20 *Obligationes ſunt effectus contractuum, & ab eis dependent, & differunt ſicut pater, & filius.*
21 *Ceſſio bonorum fieri non poteſt niſi eo tempore, quo ad requiſitionem creditorum debitor in carcere cuſtoditur.*
22 *Citari nunquam debet ille, quo inuito actus expediri poteſt.*
23 *Cedens poteſt poſt ceſſionem inuitus etiam creditoribus a carcere relaxari.*
24 *Citatio in relaxatione eius, qui ceſſit bonis, quando requiratur, & quando non. & 25. & 26*
27 *Ceſſionis beneficium priuſquam debitori petenti concedatur, quæ requirantur.*
28 *Dictio, vel, ſufficit quod uerificetur altero ex propoſitis.*
29 *Debitum negans non habet beneficium ceſſionis.*
30 *Debitor ut ceſſionis beneficium conſequatur ſic fateri debet ut nulla negandi occaſio relinquatur.*
31 *Cedens bonis dimittere creditoribus omnia bona, quę ceſſionis tempore habet.*
32 *Occultans bona tempore ceſſionis priuatur beneficio, & punitur in duplum eius, quod occultauit.*
34 *Fallitis an, & quomodo competat beneficium ceſſionis bonorum. & 35*
36 *Cedenti bonis veſtes quotidianæ relinquendæ ſunt, & inſtrumenta neceſſaria ad victum quærendum iuxta artẽ ſuam. & 37*
37 *Alimentorum appellatione, vltra comeſtibilia, continentur calciamenta, veſtimenta, & habitatio.*
38 *Cedens bonis ignominioſe non tenetur creditoribus aliquid ſoluere, ſed in totum liberabitur.*
39 *Ignominia, quæ pœna corporalis eſt, ſuccedit loco pœnę pecuniariæ.*
40 *Cedens bonis, quocunque modo cedat, quæ bona retineat.*

1 QVAERO nono, An † ceſsio bonorum cõcedatur ei, qui ex delicto vel quaſi in pecuniam dãnatus eſt? iſta quæſtio licet rectius forte caderet inter quæſtiones iudiciales, de quibus infra ſuo loco dicam: tamen quia dependet a materijs ſupra tractatis, hic eam ſubijcere libuit. Pone igitur. T. ex delicto condemnatus, eſt uel ex quaſi delicto in pecuniam fiſco applicandã, ex quo remanet fiſco obligatus, iuxta tit. de oblig. quæ ex delic. naſcun. & tit. de obligat. quæ quaſi ex delic. naſcun. in Inſtitut. iſte nõ habet unde ſoluat, petit ſe admitti ad beneficium ceſsionis, quæritur ad illud admitti an debeat.

Hanc quæſtionem ſic propoſitam negatiue tranſeũt Doctores ſine difficultate, quod
2 ſcilicet † iſti tali non competat beneficium ceſsionis, vt videre licet apud Ioannẽ Fabr. in §.is quoque, qui eſt §.fi.Inſt.de act.num.4. quẽ ibi ſequitur Io. de Plat. relatus à Iaſ. ibid. nu. 13. quam etiam alibi firmat idem Iaſ. in l.ſi quis id quod.nu.28.ff.de iuriſd.omn.iud. vbi ponderando tex. illum in verſ.& in eos, qui inopia laborant. dicit, collige, quod vbi

ex delicto imponitur pœna pecuniaria,non habet locum ceſſio bonorũ, ex quo corpus debet torqueri, & ita ſecundum ipſum limitatur tit.ff.de ceſ.bon. imò plus ſubiungit ip-
3 ſe Iaſ. ibi. vbicunque † aliquid debetur fiſco, non habet locum ceſſio bonorum,&allegat Bart.in l.finali,ff.ad leg.Iul.pecul. Huius ſententiæ fuerunt etiam Salyc.in l.1.q.6.C. qui bon.ced.poſ.& ſecundum eam fuit deciſum Tholoſæ, vt per Auffr.ſuper deciſ.Tholoſ. 28.uerſ.an autem debitor fiſci.61.verſ.& intellige præmiſſa.& 134.uerſ.Adde quæ ſcripſi,vbi ponit quæſtionem, cum deciſione, & multos idem tenentes citat.

Et nedũ ita tenuerunt Doctores iuris Cæſarei,ſed etiam iuris Põtificij,ut Henr. Boich in cap.Odoardus.de ſolut.poſt glo.final.ibi, dum in fine uerſ.glo.in ſolut. contrarij de,c. peruenit.de fideiuſ.dicit, quod ideo ibi redditus eccleſiæ aſsignantur creditoribus,quia perituri erant, & ſubdit rationem, dignum
4 † eſt enim vt male meriti egeſtate laborent, ff.depoſ.l.bona fides.& in decre. 86. diſtin. capitulo,non ſatis.Ex qua glo.Abb.in dicto cap.Odoardus. in fine,ſub numero decimo, verſ.& hoc intellige verum, dicit, quod clericus obligatus ex maleficio vel quaſi poterit conueniri,non habita conſideratione,ne egeat.& licet tam glo.quam Abb.non dicãt explicite id quod ponitur in concl.tamen id
5 ita eos tacite voluiſſe liquet,ex hoc,quia † beneficium cedenti competens,eſt vt non conueniatur niſi inquantum facere poteſt, deducto ne egeat. l. ijs qui. ff. de ceſ. bonor. l.qui bonis.eod.tit.Inſtit.de action.§.vlt. l. in condemnatione.ff.de reg.iur. Sed quum condẽnato ex delicto vel quaſi, nõ remaneat iſtud beneficium,igitur nec ei datur beneficiũ ceſſionis,per reg.c.cui licet.de reg.iur.in ſex.cũ
* ſimil. Et iſta eſt communis opinio,vt eam ſequendo,teſtatur Alber.in Rubr.C. qui bon. ced.poſ.& eam tenuerunt Innocẽ. in d. cap. Odoardus. quem ibi ſequuntur cęteri Canoniſtæ:Bald.in l.ſi quis,id quod.ff.de iuriſdict. omn.iudic.ubi not.dicit, quod quando quis conuenitur ratione doli, non poteſt cedere bonis.& Alber.ubi ſupra circa fi.dicit, quod
6 † conuentus ex dolo non habet beneficium ne conueniatur niſi inquantum facere põt.l. etiam.§.1.ff.ſol. matr. l. ſi rerum amotarum. ff.de re iudic.hoc idem dixit Ioã.de Anan.in d.c.Odoardus.dum ait,quod ille,qui conuenitur ratione doli nõ habet priuilegium ceſſionis.allegat Bal.in d.l.ſi quis id quod.Et ſic omnes cum iſta opinione communiter tranſeunt,vt teſtatur Cæpol.in conſ.9.incip.quidam ex delicto.ſub nu.4.verſ.& ex prædictis apparet.

Eſt verum quod Iaſ.in d.§.fi.Inſt.de actio. num.14.verſ.quinto ſupraſcripta regula.tradit unam fallentiam,vt ſcilicet concl.propo
7 ſita,quod debitor † fiſci non habeat beneficium ceſsionis, non vendicet ſibi locum caſu quo paupertas excuſaret.ex Bal.in l.j.col. 3.in fi.poſt Cy.ibi in 3.q.C.qui bo.ced. poſ. & ex Bar.in l.1.ff.eod.de ceſ.bonor.& in l.ſacrilegij pœnam,§.fi.in fi.ff.ad leg.Iuli. pecul. non tamen in ipſa ſe firmat, ſed ponendo eã ſub dubio,remittit ſe ad Salyc.in d.l. 1. verſ. Quæro ſexto,an debitor fiſci.ubi Saly.diſtinguit inter debitorem fiſci ex delicto, & debitorem ex contractu,&in primo membro cõcludit debitorem non habere beneficiũ ceſſionis,ex ea ratione,ne delicta remaneãt impunita.Se remittit etiam Iaſ.ad plene no.per Ang.in l.nemo carcerem. C. de exactor. tribut.lib. 10. & ad alios per ipſum ibi allegat. hanc tamen fallentiam non ſubſiſtere,ex infra dicendis patebit.

Poſſet tamen iſta fallentia ſuſtentari ex ijs quæ dicit alibi idemmet Iaſ. in d. l.ſi quis id quod.ſub num.28.ver.quarto limita, vbi po
8 ſita regula,† quod qui non habet in ęre luat in corpore, dicit, limita dictam regulam in pœna limitata, quæ imponitur a iure, ſecus eſt in mulcta, quæ imponitur extra ordinẽ, arbitrio iudicis, nam iudex poteſt illã remittere propter paupertatem,l.illicitas.§. fi. vbi glo.& Bar.ff.de offi.præſid.cum concor.per eum ibi alleg.de quo tamen infra latius dicã.

Iuuari etiam poſſet iſta fallentia, ſeu limitatio ex conſideratione paupertatis, per id
9 quod dicitur, inanis † eſt actio quam inopia debitoris excludit.l.nam is. ff. de dolo. cum concor.de quibus per Socin.iun.conſ.81.incip.Antonius Bertini.num. 10.uol.2.& conſilio 47.incip.Viſis primo.num. 15.uol.4.de quo tamen infra.& ex hac potiſsima ratio-
10 ne concluſionis,videlicet,quia † in criminalibus qui non habet in ęre, luat in corpore. l.fina.in fine. C. de ſepulc. viol.l.quicunque. C.de ſeru.fugit.l.fina.ff.de in ius vocan.l.1.§. generaliter.ff.de pœn. accedit gloſ. in capit. peccatum.de reg.iur.in ſex.per capitulũ,fra-

ternitatis.12.q.2.& glo.in ver.cruciatus, per illum tex.14.q.6.in c.primo ſi res. & glo.80. diſt.cap.non ſatis.circa prin.in ver.debitum. ſequitur Ang. in l.2.ff. de ceſ.bonor. Cæpol. in d.cõſ.9.nu.3.Iaſ.in d.l. ſi quis id q. nu. 28. in prin.ex mente Bal. in l.cũ ſit.C.de ſep.vio.

Ampliatur iſta ratio,& Regula ſecundum Bal.in d.l.cum ſit.C.de ſepulc.viol.habere locum etiam ſi reus totam pœnam ſoluere poſſet,excepto vno ſolo denario,argu.l.ſtipulationum aliq.§.fina.de uerb.obl.quod dictum ſimpliciter referendo ſequitur Alex. in d.l.ſi quis id quod.de iuriſd.omn.iud.num.5.in fine.iſtud dictum tamen diſplicet Iaſ.in d. l. ſi
11 quis id quod.num.28.ea ratione,quia † pro minimis pœna pecuniaria non conuertitur in corporalem,dato quod condemnatus nõ ſit ſoluendo,ex Bal. in d. l. quicunque.colu. ſecunda.C. de ſeru. fug. de quo remittit ad per ſe dicta in auth. qui rem. C.de ſacroſan.
12 eccleſ.Iuuatur hoc,quia tranſgreſsio † in modico , ut eſt unus numus in ſolutione , non habetur in conſideratione,l.quamuis , & ibi Bald.ff.de condit. & demonſtrat. eo magis, quia iſtud dictum Bal. uidetur nimis durũ, quod pro tam modico quis in corpore puniatur ,immo recte intuenti Bald. ibi non videtur ita generaliter,& indiſtincte loqui,pro ut ipſum refert Alex. imò dicit quod remiſſius punitur qui aliquid ſoluit , quam ſi nihil
13 ſoluiſſet,niſi † ſtatutum in defectum pecuniæ imponeret pœnam corporalem, & ordinariam,quia tunc eſſet indiuiſibilis , & ſi minus ſolueret imponeretur pœna corporalis , & ita declarat Fran. Curt. in addit. ad Alexan. in d.l.ſi quis,in lit.D.ſuper uer.uno denario.

Aduerte tamen , quod licet hoc dictum Iaſ.poſſet procedere in caſu cõmutatiõis pœnarum,non tamen habet locum in propoſita concluſione , quatenus attinet ad beneficium ceſsionis: quia regula eſt generalis , q
14 † in delictis bonorum ceſsio locum non habet,ut no.Bal.in l.ſed etſi ex parte.in prin. arg.illius tex.ff.quod cum eo.ubi allegat pro hoc eſſe textum expreſſum in l. fina. §.finali. ff.de ijs,quæ in fraud.credit.qui tex.iũcta gl. ibi in ver.dabitur, optime id probat.Verum
15 quum ratio iſtius concl.ſit, quia † pœna pecuniaria, non habenti ſoluere commutatur in corporalem,ideo concl.eſt citra dubium; ſecus tamen eſſet ſi loqueretur ſimpliciter in condemnato, vel diceret in condemnato in pœnam pecuniariam fiſco vel parti applicã dam , nam tunc multa eſſent dicenda , & in concl.caderent variæ ampliationes , & limitationes;pro quibus tamen breuiati ſtudendo,remitto ad Doct. in prænot. locis, & ad longam,& auream deciſ.Boer.349.quæ incipit,Et primo quo ad mulctam. cuius dicta non reaſſumo , quia ipſas deciſiones omnes communiter habent.

Non omittam tamen,quod in huiuſmodi materia extant aliquando in diuerſis locis
16 ſtatutariæ prouiſiones,& pragmaticæ,† quę iudicijs dant formam,ut refert Couar.libro ſecundo uariar.reſol.iur.capitulo primo,ſub numero octauo,uerſi.hac igitur ratione. vbi ponit pragmat.Caroli Imperator.conſtituẽtem formam ſeruandam in ſimilibus , & ex ea deciſum fuiſſe, ut damnatus criminis cauſa ad pecuniæ ſolutionem pro damno accuſatori illato, & pro vera damni ęſtimationę poſsit bonis cedere,ut ibi per eum, iſtæ pro-
17 uiſiones,ubi extant,ſeruãdæ ſunt,quum † ſtatuta quælibet in ſua ciuitate ſeruanda ſint vti ius proprium ipſius. l. omnes populi, & ibi Bartol.& alij. ff. de iuſt. & iu. ut per Marian. Soc. iun. conſ.50.inci.pro uera reſolutione. num.19.volumine quarto.

Aduertendum tamen ſecundum Couarr.
18 in præcit.loco , quod licet † ijſce conſtitutionibus,& de iure in pœna pecuniaria, quę hodie fiſco, & priuato datur vindictæ loco, & publicæ vltionis vim habet, ceſsio admittenda non ſit, ſed ea ob inopiam in corporale mutetur,ſecus in pœna applicata priuato damni illiciti loco , in qua propter inopiam debitoris ceſsio bonorum admittenda uenit,ſecundum Ioan.And.& Abb. in dicto capi. Odoardus.& Boer.in dicta deciſio. 349. Prædicta tamen ſecundum ipſum non practicantur , etiam quo ad priuatorum intereſſe , nam plerunque regiarum curiarum iudices,non obſtante pragmatica conſtitut. delinquentem inopem damnatum pecuniaria pœna in ſatisfactionem priuatæ læſionis non admittunt ad ceſsionem bonorum, ſed eum damnant , & mittunt in publicas triremes,vt mercede publica ibidẽ remigio fungatur;donec ex mercedis pecunia damnum priuato ſarciat,qua rõne & publico & priuato conſulitur , & delinquentes ex delictis nõ reportãt cõmodũ quod ipſis euenit ex bene
19 ficio ceſsionis,quũ † iſtud beneficiũ ſit miſe rorum

rorũ ſubſidiũ, non doloſorũ pręſidiũ,vt no. in d.l.fi.in fi.ff.de ijs quæ in frau.cred.& in l. penul.ff.de iure dot.Bocr. vbi ſuprà, verſi.& iſta opinio,& deciſ.215. incip. incarceratus pro delicto.col. 3. in prin. verſ. Adeo quod propter.Ruin.conſ.90.incip. Viſa locatione. col.9.in fi.uerſi.ex alio quoque.ſub numero 13.vol.1.Plot.in repetit.l.ſi quando.nu.179. verſic. ſic& contractus. C. unde vi. quo remedio conſulendi publico & priuato commodo cæteri omnes Principes uti deberent.

Et licet pręmiſſa ſufficerent circa propoſitam materiam beneficij ceſſionis bonorum,nam ita tractatur paſsim a Doct.in præ not.locis,cum ſua dependenti, quod qui nõ habet in ęre,luat in corpore, vt volenti ſcire facilis ſit recurſus,& præſertim ad Cyn. originaliter in l.1.C.qui bon.ced. poſ.quæſt.1. vbi concluſiue dicit, ſi quidem fuit contumax in ſoluendo,tunc non admittitur ceſsio bonorum, alias ſic.l.nemo carcerem. C. de exact.tribut.lib.10. quem refert Bartol. in d. l.finali,ff.ad leg.Iul.pecul.in fine, & in l.1.de ceſſ.bonorum , & vtrobique Alexand. in apoſtil. & Iaſ. in d.l.ſi quis id quod,num.28. 29.& 30.abſque eo quod eorum dicta recenſeam: quia vt in principio dixi,iſtam quæſt. poſui hic,quia pendet a præcedenti, & ſunt obligationes, & obligationes naſcuntur ex contractu,vt §.pen.& finali,Inſtit.de verbor. obligatio.& in titulo ſupra in prin. quæſtio.
20 citatis.quum igitur † obligationes ſint effectus contractuum, & ab eis dependeant, & differant ſicut pater & filius, vt dicit Ioan. Bologn.ad Rubr.de verborum obligat. numero 263.& hic agamus de materijs pertinentibus ad contractus: tamen pro clariori dilucidatione materiæ, & pro eius complemento,ſuccinte in ſumma deduco infraſcriptas concluſiones cum ſuis remiſsionibus; quæ tanquam corellaria dependent a propoſita concluſione.

Prima igitur concluſio talis eſt. Ceſsio
21 † bonorum fieri non poteſt niſi eo tempore quo ad requiſitionem creditorũ debitor
* in carcere cuſtoditur, eſt opinio communis ſecundum Henr.Boich in d.c.Odoardus. de ſolut. Quid autem ſi aliquis pluribus teneatur, & ſit carceratus ad requiſitionem vnius creditoris tantum,an poſsit cedere,ita quod ceſsio præiudicet etiam ijs,qui eum detineri non fecerunt.& concluſiue reſponde, quod ſic,per l.4.& ibi Doct.ff.de ceſ. bonor. Saly. in l.1.num.4.C.qui bon.ced.poſ. Guid.Papę conſ.124.nu. 7. Ampliatur iſtud dictum habere locum etiam ſi alij creditores ad hanc ceſsionem citati non fuerint, nam huiuſmodi citatio neceſſaria non eſt,ut per Pract. Papien.in forma inquiſit.ſub num.26.verſ.Sicque regula eſt. & ibi vide bonã addit.in hac materia ceſsionis bonorum. Et comprobatur iſta ampliatio ex regula quę habet, quod
22 nũquam † citari debet ille, quo inuito actus expediri poteſt.l.qui poteſt inuitis.ff. de reg. iur.Oldr.conſi.95.incip. ex forma iſtius ſtatuti.in fine.Pau.de Caſtro conſi. 34.incip.ſuper primo dubio.col.pe.in nou. aliàs in cõſ. 227.Rom.conſ.202.incip. quo ad primum. & conſ. 359.incip. circa primum.in quinto dubio.Alex.in l.ſi pacto quo pœnam.in vlt. not.C.de pact.& in conſi.2.incip.Viſis codicillis.col.6.vol.1.& conſ.130.incip. difficultas.eo.vol.& conſi.6.incip. circa proceſſum
23 cauſæ.col.fi.uol.3. Sed † cedens poteſt poſt ceſſionem inuitis etiam creditoribus à carcere liberari,ſeu relaxari,iux. not.in d.l.1.C.de ceſ.bonor. vt dicit Bald. conſ. 301.incip.ad euidentiam. volu. 5.ergo ceſsio admittitur omiſſa creditorum citatione.

Contrarium videretur dicendum, quum habeamus.l.de unoquoque.ff.de re iud.cum
24 materia,volentem † in quolibet actu requiri citationem eorum quorũ intereſt, de quo alibi dicam in Concluſionibus iudicialibus. ideo pro concordia neceſſario eſt diſtinguẽdum, ſcilicet, quod aut conſtat ad cuius inſtantiam debitor fuit carceratus, aut non cõſtat:ſi conſtat,eſt neceſſaria citato,ſi non cõſtat,ſecus.& hoc eſt,quod dicit glo. in d.l.4. §. Sabinus. ſuper uer. ab alijs. & ſuper uer. quibus. ff.de ceſ.bonor.& Saly.in d.l.1.col. 1.in fine. verſ. Secundum dubium eſt.C.qui bon.ced.poſ.& ſequitur Guid.Pap.cõſ.124. incip.Circa materiam.colu.fi. verſ. nec ſunt neceſſario.nu.9. & Pract. Papien.in loco ſupra citato.in quibus locis dicunt, quod non eſt neceſſarium vocare ante iudicem ad hũc actum ceſſionis omnes creditores, ſed illos tantum,qui inſtant, vel contra debitorem litigant,vel cum quibus pendet cauſa.ergo ex ipſis non ſunt citandi niſi illi, quos conſtat habere rem, & carcerari feciſſe debitorem.
25 Tu tamen dic,quod intelligi debet † de citatione particulari, & quod nedum non ci-

tandi ſunt, ſed etiam illi ad quorum inſtantiam non fuit debitor carceratus, & hoc fieri debet per generalem citationem, ſeu per edictum, vel proclama, iuxta doctr. Bart. in l. ſi quis vxori. §. ſi fugitiuum. ff. de furt. & ad Reg. qui poteſt inuitis, reſponde vt per Dec. ibi. num. 3. in fi. quod habet locum in priuatis, ſecus in iudicijs, in quibus in quolibet actu eſt neceſſaria citatio, vt ſupra. Eo magis quum ex tali excarceratione debitoris paretur præiudicium creditoribus. Fallit tamen,
26 quod dictum eſt de citatione, quãdo † Princeps reſcriberet quem admitti debere ad ceſſionem, nam eo caſu poſſet ceſsio fieri abſq; citatione. de cuius tamen dicti veritate infra videbis ſuo loco, quando tractabo materiã citationis.

Secunda concluſio corellarie ſequitur ex
27 præcedenti, talis: Ceſsionis † beneficiũ, priuſquam debitori petenti concedatur, neceſſe eſt quod debitor, vel condemnetur, vel con-
* fiteatur in iudicio debitum. eſt magis cõmunis opinio Doct. in l. pen. & vlt. ff. de ceſſ. bonor. poſt Bar. iunc. Alex. in addit. ibi. & gl. in l. 1. C. qui bon. ced. poſ. & Canoniſt. in d. c. Odoardus. de ſolut. Declara, confitentem debitum admitti, nedum ſi in iudicio confitea-
28 tur, ſed etiam ſi extra, nã & hoc modo † quis poteſt debitum ſuum agnoſcere, vt per Bar. cum glo. in d. l. pen. & ex vi dictionis alternatiue, uel, quam ſufficit verificari in altero ex propoſitis. ad late tradita per Doct. ex illo tex. in c. inter cæteras. de reſcrip.

Declara ſimiliter iſtam cõcluſionem procedere, etiam ſi debitor ſit condemnatus, dũmodo fateatur debitum, vt per Cyn. in d. l. 1. q. 3. C. qui bon. cede. poſ. quem ſequitur Alber. de Roſ. in Rubr. eiuſdem titu. col. 2. in prin. uerſi. item quæro, quando quis poſsit. & tenet Hoſtiẽ. in ſum. tit. de ceſ. bonor. col. 1. verſ. cedere autem poteſt. & Bal. in §. fina. colu. vlt. verſ. item quæro, quando debitor.
29 Inſt. de action. nam † ſi debitum negat, non habet beneficium ceſsionis, ut d. l. pen. ff. de ceſ. bonor. & per glo. & Doct. in d. l. 1. C. qui bon. ced. poſ. & in d. §. fin. Inſt. de action. ubi Aret. in 3. col. uer. Et aduertas, quod ad hoc. Ratio, quia, ut dictum eſt, beneficium ceſsionis datur confitenti debitum, non aũt negãti, vt per dicta iura, & Doctores. Intellige tñ
30 præmiſſa, † dũmodo ſic fateatur, quod nulla negandi occaſio relinquatur, ſecundum Bal. in d. l. 1. in 1. col. verſ. Secundo oppono, & Aret. in d. §. fina. verſ. Et aduertas quod ad hoc. Et nedum hoc requiritur, ſed etiam ad hoc beneficium conſequendum, neceſſe eſt quod debitor ſimpliciter fateretur, non aũt conditionaliter, vel cum aliqua qualitate: puta, ſi dicat, fateor me de rigore ſententiæ teneri, ſed non, inſpecta cauſæ ueritate. nã hoc caſu, quum teneri ſe naturaliter neget. l. Iulianus. ff. de cond. ind. non datur ei beneficium ceſsionis, vt per Doct. in locis prædictis. pro quo vide latiſsime Moder. Arimin. in tract. de ceſsio. bonor. q. 2. prin. quæ incipit, Secũdo principaliter quæro.

Tertium ex præmiſsis ſequitur corellariũ,
31 Quod cedens † bonis dimittere tenetur ſuis creditoribus omnia bona, quæ tunc tempore ceſsionis habet, aliter non haberet beneficium, etiam ſi omnia in præcedentibus cõ-
* cluſionib. poſita ſeruata fuiſſent. eſt communis opinio cum gl. in l. pen. ff. de ceſ. bonor. ſecundum Bald. in l. ult. C. qui bon. ced. poſ. col. pen. Adeo quod ſi aliqua occultauerit, priuabitur hoc beneficio: occultãs enim eſt ſimilis negati: neganti, vt ſupra in præced. dictum eſt, non competit tale beneficium, ſimiliter igitur nec occultanti. intelligo tamen, dummodo id doloſe faciat. l. hæreditatum. §. fi. & ibi Paul. Caſtr. & Alex. ff. ad l. Falci. Et
32 nedum † talis priuatur hoc beneficio, ſed etiam punitur in duplum eius, quod occultauerat, ut dicit Bal. in d. l. 1. col. 2. in prin. verſ. Quæro quid ſi cedens. & verſ. quærit gl. an iſte. C. qui bon. ced. poſ. & ibi Sal. col. 2. verſ. Redeo ad quæſtionem. Sequitur Aret. in d. §. fi. col. 1. poſt prin. & col. pen. verſ. Quæro aliquis ceſsit. nu. 8. ſequũtur Moder. Arimin. in d. tractat. q. 5. prin. & Ratio iſtius dicti eſt,
33 quia, vt iam dixi, iſtud † beneficium ceſsionis eſt ſubſidium miſerorum, non autem præſidium doloſorum. l. fina. §. fi. ff. de ijs, quæ in frau. credit. & l. pe. ff. de iure dot. quum igitur talis fraudulenter detineat, & occultet bona ex tali ſua fraude, & dolo, non gaudet beneficio ceſsionis, ut dicit Bal. in conſi. 400. inci. in libris theſaurariæ. col. 2. uol. 5. quẽ ſequit̃ Natta conſ. 361. inci. vr̃ dicendũ. nu. 6. uol. 2.

Extẽdi põt iſtud corellarium ad decocto-
34 res, qui vulgo dicuntur falliti, ut & ipſis † ceſſionis nõ cõpetat beneficium, ratione doli, l. fi. §. fina. ff. de ijs, quæ in frau. cred. intellige tamen, ſi talis fallitus ita bona diſtraxit, vt ab aliquo

aliquo reperiri ſeu recuperari non poſſint, ſecundum Bal.in d.l.1.num.8.C.qui bo.ced. poſ.& conſ.400. incip. quod Iacobus. in fi. vol.1.& hoc prius tenuit Bar.in l.alia. §. eleganter.in fi.ſol.matr.quem ſequitur Iaſ.in §. fi.Inſt.de action.nu.8.9.& 18.Pariſ.conſ.94. nu.11.vol.1.& Boer.deciſ.349.incip.Quæritur an ciuiliter.col.7.& 8.vbi ſubdit hmõi decoctorem doloſum non gaudere annali, aut quinquennali dilatione. de materia, vltra prædictos, vide Nat.d.conſ.361.nu.7. & latiſſimè apud Moder.Anchon.in trac.de mercat.tit.de decoctor.§.circa tertiam ſpeciem, num.9.10.29.30.& per tot.& in eo. tract.in §.peſſimum quidem genus.ubi habes, quid etiam in hoc ſtatuant municipalia iura. iſti libri communiter habētur, ideo ad eos remitto pro longiori cognitione.

Dixi talibus non competere beneficium
35 ceſſionis ratione doli, quia † non omnes falliti ſunt indigni tali beneficio, nam qui non ſua culpa, ſed fortunæ vitio decoxit, non excluditur a tali beneficio, vt late proſequuntur Anch.in d.tract.d.§.circa tertiam ſpeciē. ſub num.2.3.19.20.& 21.vbi contra Bal.nō diſtinguentem, ita diſtinguit inter eum, qui dolo decoxit, uel vitio, & ictibus fortunæ: præſuppoſito tamen, ſecundum eum, quod talis decoctor, qui aduerſam fortunam allegat, ipſam probet.& hoc ex ea ratione, quia a communiter accidentibus falliti ſunt fraudatores, & quod omnibus cōmune eſt, præſumitur omnibus ineſſe, ſumpto arg. a ſolitis, iux.terminos.l.certi condictio.§. ſi nummos.ff.ſi cert.petat. vnde ad tollendum tale obiectum de ſolito, probari debet ipſa fortuna aduerſa, addita etiam cōſideratione qualitatis perſonæ ipſius decoctoris, quæ multum confert in hoc, iux. l. ſi hominem.in §. quoties.iuncta l.ſeq.ff.depoſ.

Quarto modo ſequit̃ ex præmiſſis, Quod
36 cedenti † bonis veſtes relinquendæ ſunt, quibus quotidie fruitur, necnon inſtrumenta neceſſaria ad victum quærendum, iuxta artem ſuam.ita Cyn.in d.l.q.4.C.qui bon.ced. poſ.Aufrer.ad deciſ.Tholoſ.36. & eſt communis opinio ſecundum Panorm.in capitu. Odoardus.de ſolut.de qua per Ioan. à Medina in lib.de contract.quæſt.3. caute.3.& q. 5.in hoc tamen multi ſunt tenentes, quod cedens bonis debeat nudus relinqui, vt videntur tenere glo.1.in l.qui bonis. & glo.fi, in l.pe.ff.de ceſ.bonor.& eſt tex. in l.cum & filij.C.qui bon.ced.poſ. quem refert, & ſequitur Alberi.de Roſa. in Rubr.C.qui bon. ced.poſ.col.1.in prin.uerſicu.item quæritur quibus bonis.& Bald. in d. §.fi.Inſt.de actio. col.2.in fi.verſi.quibus bonis.Et ad hoc propoſitum glo.in l.ſi.§.fi.in vlt.glo.ff. de ijs quę in frau.credit. dixit, quod cedenti bonis vſque ad ſacculum, & peram auferri debet, & nihil ſibi relinqui, nec etiam vnus minimus denarius, vt voluit glo. in d. l. pen.ff.de ceſ. bonor.Ex quibus tex.glo.& Doct.poſſet dubitari ſuper hoc quarto correlario.Pro quo tamen determinat Bar.in d. l.pen. Alber.& Bal.vbi ſup.& Saly.in d.l.1.col.2. uerſ. quæro ſecundo, an omnia bona, vbi poſt Cy.ibi dicit, quod ſaltem viles veſtes ei relaxantur, prout relaxari ſolent damnatis ad ſuppliciū, iuxta.l.Diuus.ff.de bon. damnat. & ita tenet Ang.in l.cum & filij.& in l.ſi laborante.§.cū in eadem.in fi.ff.ad leg.Rhod. de iactu. &, vt ſupra dictum eſt, ita communiter tenetur, vt dicit Imo.in d.cap.Odoardus.col.2. in prin. verſ.Sed in primo caſu. num. 14. & ſequuntur Faber, Aret.& Iaſ.in d.§.fi. Inſti.de actio. Paris de Put.in tract.ſindic. car. 375. nu.14. Rip.in l.in obligatione.col.2.de pignor. Afflic.in conſtit.Regni,incip.Conſtitutione regiæ.in ſexto not. & poſt eos Rolan. conſ. 7. quod incipit, Quoniam beneficium, in fine vol.2.ubi plura in hanc materiam congerit. Quæ ſententia nedum eſt communis, ſed ēt ſeruatur in practica, vt dicit Alberi.vbi ſupra & nititur æquitate, ſecundum Saly.in d.ver. quæro ſecundo.

37 Ampliatur iſta concluſio, vt nedum † veſtes ei relinquantur, ſed quod etiam ei relinqui debeant alimenta, quorum appellatione vltra comeſtibilia, continentur calciamenta, veſtimenta, & habitatio, vt in l.legatis.& in l.fi.de alimen.& cibar. legat. & ita Canoniſtæ tenent in d. c. Odoardus. vbi Abb. & Imo.in d. verſ. ſed in primo caſu. & Doct.in cap.ſtudeat.50.diſtin. Alber.tamen in dicta Rubr.in 2.col.verſ.Canoniſtę etiam. num.5. limitat hoc dictum Canoniſt.de iure ciuili in bonis poſt ceſſionem quæſitis, in quibus nō eſt fraudandus alimentis quotidianis. l. qui bonis.ff.de ceſ.bonor.conſiderata ſuæ perſonæ conditione, l.4.ff.de ceſ.bonor.de quo late per Moder.Arimin.in d.tract.3.q.prin. & præſertim, num.9. & per Couarr. lib.2.va-

ria r.reſol.capitulo primo,per tot. & nouiſſime Menoch.de arbitr.iud.lib.2. cent.2. caſu 183.vbi multa dicit in hac materia ceſsionis quo ad laicos.Quid autem in clericis,vide ipſum ibid.nu.29. vſque in fi.

Declarantur tamen præmiſſa non habere locum in eo, qui ceſsit bonis ignominioſe, vt puta in publico foro ad lapidem cum poſterioribus,pulſatis tubis;vel ſecũdum aliam formam ignominioſam, quam ſeruari Romæ dicit Cyn.in l.finali,C.qui bon.ced.poſ. vbi dicit,quod cedens aſcẽdit leonem marmoreũ, qui eſt iuxta Scalas Capitolij,dicẽs, Cedo bonis: de quibus Rolan.d. conſ. 7. numero decimo,& vndecimo,& Menoch.vbi
38 ſuprà,num. 14. nam hoc caſu † talis debitor cedens non tenebitur ſuis creditoribus aliquid ſoluere,ſed in totum liberabitur. Ratio eſt,quia talis ex hac ignominia quam ita cedendo contraxit,ſatis punitus videtur, vt dicit Guid.Pap.deciſ.343.quæ incipit,Cedens bonis.vbi dicit, Cedens bonis non liberatur quin ſoluat, ſi perueniat ad pinguiorem fortunam,l.qui bonis.C.qui bo. ced.poſ. quod verum intelligo,niſi vituperoſa fieret ceſsio, vt quia remotis familiaribus, de culo percuſſit ſupra lapidem, iuxta conſuetudinem curiarum ciuitatis Lugduni,& aliorum diuerſorum locorum,quoniam tũc liberatur, etiam ſi perueniat ad pinguiorem fortunam, vt eſt glo.in cap.ſicut dignum.in §.4.& glo.in uerſ. ſi habent,ibi,niſi pro eo &c. extra de homi-
39 cid.hæc ille. Cum igitur ignominia, † quæ pœna corporalis eſt, ſuccedat loco debiti pecuniarij, per eam ab ipſo debito in totum liberatur,vt etiam dixit Felyn.in capitulo,ad liberandam.de Iudæis.ſub num.3. uerſ. Sed declara iſtam regulam.& in d. c.ſicut dignũ. num.12.uerſ.in gloſa,in uer.habeat.poſt Romanum,quem citat,ſing.24.incip.quod non valens ſoluere.nu.2. & 3. & Menoch. ubi ſuprà, num. 22.& 23.ubi contra Couar. in loco quem ipſe citat, tenet cum Guid. ſententia in d.deciſ.vide ipſum.

Vltimo pro complemento aduerte,quod
40 cedens † quocunque modo cedat bonis,retinet bona prohibita alienari, feudum, emphyteuſim,& ſimilia,quæ non ita reſident in cedente,vt eius ſint,& in ſua diſpoſitione,ſecũdum Bal.in l.1.C.qui bon.ced. poſ. quem ad hoc citat Alex.ad Bar. in l. qui cedit.ff.de ceſ.bonor.in lit.c.& de hac ſatis.

QVAESTIO X.

Exceptio quæ competebat,vel obſtabat cedenti an competat, vel obſtet ceſsionario.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio actionum & iurium, an ſecum ferat exceptionem.*
2 *Exceptio ſtatutaria, quæ obſtabat cedenti,an obſtet ceſſionario.*
3 *Ceſſionarius non debet eſſe melioris conditionis cedente.*
4 *Iuris nemo plus ad alium transferre poteſt quam ipſe habeat.*
5 *Res tranſit cum ſua cauſa,ſuis vitijs,& ſuo onere.*
6 *Succeſſor cum eo cui ſuccedit pro eodem reputatur.*
7 *Exceptio eſt actionis excluſio.*
8 *Cauſa ceſſante,cuius contemplatione quid prohibetur,ceſſat & ipſa prohibitio.*
9 *Vitium inhærens perſonæ non tranſit ab ea cum re in aliũ ſed reſidet cum ipſa perſona,& cum ea moritur.*
10 *Vitia perſonalia,cum perſona expirant.*
11 *Excommunicatus,quod poſſit cedere, & donare ſuam actionem alij,& omnia facere,quæ ad ſuum commodum ſpectant.*
12 *Excommunicatio afficit perſonam tantum, & non bona excommunicati.*
13 *Ceſſio banniti ex cauſa,ex qua bona veniunt publicanda non valet.*
14 *Ceſſionarius quando repellatur exceptione, quæ obſtabat cedenti.*
15 *Ceſſionarius banniti ex titulo oneroſo debet audiri ad ius ſibi ceſſum,non obſtante ſtatuto quod bannitus non audiatur.*
16 *Ceſſionario in re tranſeunte de vna perſona ad aliam,non poteſt obijci,quod poterat cedenti.*
17 *Exceptio quæ obſtat cedenti,non obſtat ceſſionario quando eſt diuerſa ratio.*

QVAERO decimo, occaſione
1 præmiſſorum, an ceſsio † actionum,& iurium ſecum ferat exceptionem, ita vt exceptio quę competebat cedenti competat etiam ceſsionario,vel quæ obſtabat cedẽti, obſtet etiam ceſsionario.Iſta quæſtio licet caderet in quęſtionibus pertinentibus ad iudicia, quia tamen dependet à contractibus, & ab ipſis prouenit, eam hic collocaui. Pone igitur, aliquis,puta, bannitus ex forma ſtatuti non debet audiri, modo iſte talis cedit actiones,
2 vel ſua iura alteri, quæritur an iſta † exceptio ſtatutaria ita obſtet ceſsionario ſicut obſtabat cedenti.

Hanc

Hanc quæſtionem tetigerunt,& tractauerunt,Bal.in diſpu.ſua,incipien.ſtatuto cauet, quod fœnerator.col.12.& ſeq.& alibi idem Bal.& Saly.in l.qui ſtipendia. C.de procura, & ante eos Dyn. quem ſequi ſunt idem Bal. Ang.& Alex.in l.ſi cum dotem. §. ſi patri.ff. ſol.matrim. & alibi Dyn.in c. is qui. de reg. iur.in 6.& idem Dyn. & Iacobus de Arena, quos ſequuti ſunt Ang.&Imo.in l.doli mali, ff. de nouat.,& ibi Bar.in q.pen.glo.& Doct. in c. 1. de iurepatron.in 6.& alibi Barto.in l. apud Celſum.§.ſi cum legitima.ff. de doli except.& in l.ſi conſtante.in 9.q.2.par.ff. ſolu. matrim.Anch.conſi.245. vbi hanc quæſtionem in terminis ponit. & ante eos Specul. in tit.de ceſſi.action.§.1.verſi.item illud quæritur.& in tit.de procurat. §. ſequitur. uerſi. Quid ſi quis excommunicatus.Pau.de Leaz. in diſputat.ſua,incip.Vſurarius.ad fi.& Bald. in l.per diuerſas.in 9.q.C.mand. & alibi idẽ Bal.in l.& hæredi.§.non autem.ff. de pact.& Ang.in l.ex legato.C.de legatis.

Specul. in d. verſ. Quid ſi excommunicatus.vocat iſtam quæſtionem venerealem, & fuiſſe diſputatam,& Ioan.And.ibi, in ver.venereales.in addit.ait iſtam eſſe decimam ſextam quæſtionem venerealẽ.cui adde, quod hanc quæſtionem diſputauit Barthol. Brixi. vt apparet in ſuis qq.venereal.q.16. quæ incipit, Quidam cum eſſet excommunicatus. de qua etiam per Ioan.And.in Mercurial.Et licet iſti Doct. ſcilicet Ioan. And. & Brixien. loquantur in excommunicato,tu tamen idẽ dicas in bannito, vt alibi latius dicã dum loquar de bannitis, præſertim in ea quæſt. an bannitus poſſit eſſe arbiter. in fine, & in illa quæſt. An bannitus poſſit eſſe arbitrator ſeu arbiter conuentionalis. & præſertim in prin. in verſ.Et pro hac opinione facit. Ioã.And. in addit.Specul.ſuper tit.de ceſ.actio.§.1. ad fi.uerſ.illud etiam quæritur.in addit. quæ incipit.l.fi. vide quod notatur &c. ponit iſtam quæſtionem de bannito cedente iura,fuiſſe diſputatam à Federico de Schalis, & ibi ponit fundamenta per quæ motus fuit Federicus ad tenendũ,quod ceſſionarius licite agit etiam ex cauſa lucratiua banniti, qui non poterat agere prohibente ſtatuto, vt in propoſita q.noſtra.eius relata dicta videat apud eũ lector,quia paſſim Specul.habetur.

In hac quæſtione ſunt argumenta hinc inde, tam quod ceſſionario obſtet exceptio, quę obſtabat cedenti,quã quod non obſtet.

Et pro primis,quod ſcilicet obſtet, facit
3 iſta ratio. Nam † ſi ceſſionarius agere poſſet vigore ceſſionis ſibi factæ,eſſet melioris conditionis, quam ille qui ius ſibi ceſſit: conſequens eſt falſum,ergo & antecedẽs. Aſſumptũ probatur ex regula iuris,de qua in §.non debeo.l.in omnibus officijs.ff.de reg.iur. vbi ad literam dicit Iuriſconſ.Non debeo melioris conditionis eſſe quam auctor meus à quo ius in me tranſit.& ibi gl.in ver.non debeo, concor.exemplificando citat,quibus hoc dictum ualidatur. igitur ipſi ceſſionario obſtat exceptio, quæ obſtabat cedenti.

Item,& ſecundo facit cõſimilis ratio, quę ad literam ponitur in l.nemo plus iuris.ff.de
4 reg.iur.ubi idemmet Iuriſcõſ.ait.nemo † plus iuris ad alium transferre poteſt, quam ipſe habet. Sed ſi ille cui facta eſt ceſſio à non valente agere, agere poſſet, cedens videretur (contra iuris regulam) ceſſiſſe illud commodum,quod ipſe non habebat, quod tamen falſum eſt, tam ex præd. reg. quam ex alia.l. nemo plus commodi. & l. hæredem.ff.eod. tit.& ex l.traditio.de acquir.rer. domin.Nec id tantum iure ciuili probatur, ſed etiam canonico,in c.nuper.de donat.int.uir.& vxor. & in c.quod autem conſulis.in fi. extra de iure patron.vbi tex. dicit: Pro non dato habetur quod ab illo datur, qui non poteſt de iure donare.

5 Vlterius facit,nam † res tranſit cum ſua cã & ſuis vitijs,& ſuo onere, vt ad literam dicit tex.in c.cum non ſit in homine.in fi.extra de decimis.in c.paſtoralis. eo.tit. in c.ex literis. de pignor.& de iure ciuili eſt tex.in l. alienatio.de contrahen.empt.cum concor.Sed cũ cedens iura, & actiones ſuas alteri tempore ceſſionis agere non poſſit ratione inhabilitatis,quia bannitus, ergo rem cedendo videtur ipſam vitioſam cedere, & ex conſequenti ceſſionario(ratione vitij cedentis)eędemmet exceptiones obſtant, quæ ipſi cedenti obſtabant.

6 Ad hæc accedat, nam † ſucceſſor cum eo cui ſuccedit,pro eodem reputatur. Sed cum cedẽti obſtet exceptio,ergo & ceſſionario. Aſſumptum patet ex c.aduerſus conſules. in ſi.ver.ex.de iurepatron.ſeu de immun.eccleſ. ex.c.paſtoralis.§.præterea.verſi.ad quod dicimus.ext.de offi.ordin.& in iure ciuili. ex.l. hæres abſens.ff.de iudic. & ex l. quædam.§.

nihil intereſt.ff.de eden.ubi tex.formaliter dicit:Nihil intereſt ſi ſucceſſores, aut pater,aut dominus argentarij fuerunt eiuſdem profeſſionis,quia cum in locum, & in ius ſuccedāt argentarij,partibus eius fungi debent.& ibi glo.in ver.profeſsionis.dicit,uel non,ſubaudi,quia eiuſdem iuris debet eſſe ſucceſſor, & allegat concordantes, vt ibi per eum. & iſta opinio videtur etiam fundata in ratione naturali,ut dicit Cagnol.in d.§. non debeo.l.in omnibus.de reg.iur.in prin.

Ex quibus omnibus videtur in terminis propoſitæ concluſionis, quod ceſsionario obſtent eedemmet exceptiones, quæ obſtabant cedenti,& ex conſequenti, quod uigore ceſsionis ſibi factę agere non poteſt,quia

7 † exceptio eſt actionis excluſio.l.2.de excep. cap.2. de ordi.cognit.ca. 1.ext.de except.& alibi paſsim.

8 Ecōtra autem, quod ſcilicet † ceſsionario non obſtent exceptiones,quæ obſtabant cedenti, & quod ipſis non obſtantibus agere poſsit vigore ceſsionis ſibi factæ,ſiue ab excommunicato, ſiue à bannito, probatur ex hoc. Ceſſante cauſa, cuius contemplatione quid prohibetur, ceſſat etiā ipſa prohibitio, ad notat.in l.adigere.§. quamuis.de iure patron.& c.cum ceſſante.de appel. Alex. in l.ſi conſtante.in prin.in ult.col.ff.ſol. matrim.& in l.vlt.in 1.no.in 1.colum.C.de edicto Diui Adriæ.tol. Felyn. in ca. quæ in eccleſiarum. col.12.in uerſ. Secunda declaratio,extra de conſtit.& in c.poſtulaſti.col.3.uer.per iſtum tex.ext.de reſcrip.& ad late congeſta per Tiraq.in Tract. quod ceſſan. cau. & oēs Doct. paſsim.Sed in ceſsionario ceſſat cauſa, id eſt bannum,quo affectus bannitus cedens prohibitus erat agere, ergo ei obijci non poteſt impedimentum, quin agere poſsit.

9 Validatur iſta ratio,nam † vitium inhærēs perſonæ non tranſit ab ea cum re in alium, ſed reſidet in ipſa perſona, & cum ea moritur. Sed bannum reſidet cum perſona banniti,& ſic cum cedente, nō autē tranſit cum re ceſſa in ceſsionarium,ergo exceptio,quæ ipſi cedenti obſtabat,nō obſtat ceſsionario. aſſumptum patet, quia vitium perſonale nō tranſit in ſingularem ſucceſſorem. l. vitia. & ibi Bar.C.de acqui.poſſeſ.l.an vitium. primo reſponſo. de diuerſ.& tempo.præſcrip. Pro pon tur enim ibi,an vitium auctoris noceat habenti cauſam ab eo. & concludit, quod non,ſub ijs uerbis: Et puto neque nocere, neque prodeſſe: nam denique & v ſucapere poſſum, quod auctor meus vſucapere non potuit.& loquitur ille tex.in vitio cohærente perſonæ, ut dicit ibi gl.ſuper ver.an vitium. prout etiam loquimur in propoſita concluſione.id eſt in banno, quod perſonæ cohæ-

10 ret,nam † uitia perſonalia poſſeſsionum,ſeu perſonarum,cum perſona expirant. §. ſed ꝙ principi.Inſt.de iure nat.gent. & ciu.in fi.cui conſonat tex.in cap.petiſti.7.q.1.& ſit ex ijs firmata pars negatiua,pro qua eſt etiam tex, in l.apud Celſum.§. ſi cū legitima.& ibi Bar. ff.de doli except.pro qua vide Bal.in l.ſi cum dotem.§.ſi patri.ſol.matrimo. num.4.glo.& Alex.in l.ſi donaturus.§.fi.ff.de cōd. ob cauſ. idem Bal.in l.fi.C. de iure dot.

Quæſtio iſta dependet ab ijs,quæ infra dicam in quæſtione, An bannitus amittat beneficia iuris communis,uel eius tantum ciuitatis cuius banno ſuppoſitus eſt, & quæ beneficia amittat,& quæ retineat.Ideo pro huius intelligētia remitto ad ibi dicta.ultra quæ tamen ibi dicta, nota,quod Doct.diuerſimo de reſoluunt hanc concluſionem propoſitā, & tamen omnes finaliter in vnum tendunt. Bart.Brixien.vbi ſup. ponit quæſitum in excommunicato, & in ſolutione dicit, Credo

11 quod excommunicatus † poteſt cedere, & donare ſuam actionem alij,& omnia facere, quæ ad ſuum commodū ſpectant, & ille cui ceſſa eſt actio,ſtatim agere poteſt, remoto iā impedimento:& ponit exemplum ſic, quia ſi vendidiſſet villam in qua haberet iuſpatronatus, ſtatim emptor poſſet præſentare, & delegare poſſet ſuum debitorem alij, & ille ſtatim ageret. iſta ſolutio licet poſſet procedere in excommunicato,non tamen ita paſſim procedit in bannito, nam excommuni-

12 catio † afficit perſonam tantum, & ex eo,ꝙ quis excommunicatur, non dicuntur eius bona affecta, & ſic non poteſt ſuo ceſsionario obijci,quod ipſi poterat. Car. in clem. 1. q. 7. de except.Specul.tit. de procurat.§.ſequitur uidere.uer.Quid ſi excommunicatus. Archid.in c.pia.de except.& Gemi. poſt gl. in c.1.de iure patron.in ſexto. Secus in bannito,nam & cum banno poſſunt eodem modo affici bona ipſius banniti.Vnde videmus, quod in reſtitutione aduerſus bannum, ad hoc ut bannitus reſtituatur ad bona, neceſſe eſt, quod de ipſis bonis mentio fiat, vt late

dicam

dicam alibi in quæſt.illa famoſa, An banni-
tus reſtitutus recuperet bona, ad quã remit-
to ne idem ſæpius repetam.

Specul.igit in d.tit.de ceſſio.act.in d.uerſ.
illud ẽt quæritur.loquendo in terminis quæ-
ſtionis noſtræ,in materia banniti,propoſitis
13 hincinde argumentis,dicit,† quod ſi aliquis
ſit bannitus ex cauſa pro qua bona publican
tur,tunc ceſſio non valet,ex ea ratione, quia
actiones competunt fiſco, & contra fiſcum.
ff. de ſolut.l. qui hominem.§.qui filium meũ.
ff.de capit.diminut.l.2.ff.pro ſocio.l.actione.
§.publicatione.& Inſt.de ſatiſdat.§.publica-
tione.& l.ſi debitori deportato.de fideiuſ.Si
vero ſit bannitus ex alia cauſa, tunc ait eſſe
ſubdiſtinguendum, quia talis aut habet cau-
ſam lucratiuam,aut oneroſam: ſi habet cau-
ſam lucratiuam,obſtet ei exceptio:ſi vero ha
bet oneroſam,non obſtet, vt eſt deciſio ro-
tunda in l.apud Celſum. §. de auctore.verſ.ſi
quis autẽ. ff. de doli mali, & met.excep.qui
tex.ita clare ad literam cantat. Si quis ex cã
legati vendicet,aut ſi is cui ex cauſa donatio
nis res præſtita eſt,vendicet, an de dolo ex-
ceptionem patiatur ex cã eius in cuius locũ
ſucceſſerit. & magis putat Põponius ſummo
uendum.& ego puto exceptione eos eſſe re
pellendos, cum lucratiuam cauſam ſint na-
cti: aliud eſt enim emere,aliud ex his cauſis
ſuccedere.& ibi glo.in ver.repellendos.

Et licet Specul.vbi ſup.referat in hoc,opi
niones aliorum tenentium,quod indiſtincte
agere poteſt,& aliorum indiſtincte tenentiũ
quod agere non poterit,vt licet videre apud
ipſum,nam communiter habetur,ibique Io.
And.longam ſuper hoc faciat additionem:
Tamen magis cõis * cõcluſio eſt cũ ſuprad.
diſtinct.de cauſa lucratiua,& cauſa oneroſa,
vt teſtatur Alex. in d. l. ſi cum dotem.§.ſi pa-
tri.num.5.in ſi.ſolu. matrim. per d.§. de au-
ctore.& §.ſi cum legitima. qui.§. præcedit
verſi.ſi quis autem ex cauſa legati. & iſta fuit
opinio glo.in d.l.an vitium.ſuper ver. noce-
re. dum declarando iuriſconſ.qui dicebat ſe
putare vitium auctoris neque nocere,neque
prodeſſe,dicit,cum contra me agitur,ſed cũ
ego ago obeſt, ſi habeo lucratiuam cauſam.
Ex qua glo.pro reſoluta, & clara concluſio-
ne quæſtionis,colligitur ſupra poſita vera di
14 ſtinctio.Quod quando quærimus, † an ceſ-
ſionarius repellatur exceptione, quæ obſta-
bat cedenti,dicendum ſit,quod ſi agat repel
litur,dummodo agat ex cauſa lucratiua:ſi ve
ro ſe defendat, tunc indiſtincte non obſtat
ei exceptio. Bal.in d.l.ſi cum dotem. §. ſi pa-
tri.in 3.not.ſolu. matrim.not.in l.4.§.ſi com
munem.fini.regund.Bal.in c.1.col.2.in fine.
verſi. An autem admittatur bannitus. in tit.
hic fi.lex Conr.Io.And.in c.veniẽs.de accuſ.
in nouella. Paul.de Caſt. in l.ſed & ſi quiſ.ſi
quis caut.not.in l.Papinia.exuli.ff.de minor.

Ampliatur hoc dictum procedere etiam
ſtante ſtatuto, quod bannitus non audiatur.
15 Nam & eo caſu † Ceſſionarius banniti ex ti
tulo oneroſo debet audiri ad ius ſibi ceſſum.
Iſta fuit ſententia Dyni in d.l.ſi cum dotem.
§.ſi patri.ſolu.matrim.quem ſequũtur Doct.
& Ioan.de Pra.in l.ſeruum quoque.§.ſi quis.
de procurat.Bald.in l.per diuerſas.in 9.q.C.
mand.& in l.qui ſtipendia.col.1.uer. Secun-
do hæc lex eſt in argumentum.C.de procu-
rator.Specul.in titu.de ceſ.act.§.1. verſ.illud
etiam quæritur.& ibi Ioã.And.in addit.ma-
gna quæ incipit,vide quod not.& ibidem ẽt
Bal.in addit.in verſ.Si bona banniti. & Saly.
in d.l.per diuerſas.q.12. Et iſta diſtinctio ẽt
habetur in glo.l.uitia poſſeſsionũ. ſuper uer.
a maiorib.C. de acquir. poſſeſ.intelligendo
etiam ſemper quæſtionem in terminis ſuis,
quando ſcilicet vitium cohæret perſonæ ce-
denti,& non rei ceſſæ,vt eſt not. gloſ.in c.1.
in ver.ſemeſtre.de iure patron.per d.l. an vi-
tium.de diuerſ.& tempor.præſcrip.l.vitia.de
acquir.poſſeſ.Specul.tit.de procur.§.fi. uerſ.
Quid ſi excommunicatus.Imo.in d. l. ſi cum
dotem.§.ſi patri.Ioã.And. in d.c.1.in nouel.
Bartol.in d.l.apud Celſum.§.ſi cum legitima
de doli except.& in l.doli mali. col.vlt.q.pe.
ff.de nouat.ubi hoc intelligit ſeruata ſuprad.
diſtin.de cauſa lucratiua, & oneroſa. Si autẽ
vitium cohæret rei, tunc etiam ceſsionarius
agens repelleretur indiſtincte, nam res tran-
ſit cum cauſa ſua.l.ſi conuenerit. §. ſi fundus.
de pignorat.act. & tunc locum haberent ar-
gumenta in contrarium adducta primo lo-
co,vt clare concludit Dyn.in d. reg.is qui in
ius.nu.15.vbi propoſita quæſtione, & argu
mentis hincinde,dicit, mihi autem videtur,
quod cum exceptio iſta perſonæ cohæreat,
& non rei, quod aut ſucceſſor habet titulum
lucratiuum vel quaſi, & tunc obſtat:aut ha-
bet titulum non lucratiuum,nec quaſi,& tũc
non obſtat,per d.l.apud Celſum.§. ſi quis au
tem ex cauſa legati.§.de auctore.& §. ſi cum
legitima.

legitima.eiuſdem ſententiæ poſt Din.fuerũt Bal.in l.fi.in prin. col.2.verſ. & ex hoc colligc tria.C. de iure dot. & de hoceſt caſus in l. doli.ff.de nouat.Barto.in l.qui duos. in prin. de lega.2.Nicol.de Neap. in l. cum pupillus. de tute.& ration.diſtrahen.in lectu.Ang.in l. pars literarum.ff.de iudici.Paul.de Caſt.cõſi. 45.Card.in clem.1.verſi.quem etiam.q.3.de conceſ.præben.Alex.in l. ſi donatarius.§.1. de cond. ob cauſ.& in l. ſi poſt diuortium.ff. ſol.matrimon.cum cõcor. per oẽs adductis.

Sic igitur remanet firma concluſio quæſtionis,vt ſupra declarata,Quod ceſsionario
16 † in re tranſeunte de vna perſona ad aliam non poteſt obijci,quod poterat cedenti.Ratio(vltra prædicta)eſt, quia mutata perſona mutatur ſtatus rei, vt etiam concludit Rom. in conſ. 87.incip. circa id de quo quæritur. col.2.num.3.vbi dicit,luce clarius extare,ꝙ illa exceptio quæ cedenti obſtat, & quæ ſolũ ex perſona ſua prouenit,ceſsionario obijci non poteſt.& generaliter quælibet res iudicanda eſt ſecundum præſentem,& nouum ſtatum,qui ei acceſsit,nõ ſecundum antiquũ. c.ferrum. 50. diſt.l. non diſtinguemus. §. ſacerdotio.ff.de arbitr.cum multis concor.de quibus per Calder.in diſputat.incip.impetrauit clericus beneficium. Anchar. conſi.171. incip.Caſus talis. col. 2. quod reiterat conſ. 404.col.fi.Bart. in conſ. 180.Alex. conſ.35. col.pen.volu.4.Soci.conſ.97.colu.2.uol. 1. Bologn.conſilio 4.Iacob.de Sanct.Geor.in Sum.inueſt.feud.in ver.Qui quidem inueſtit. col.17. cum ſeq. Præpoſ. Mediolan. in titu. qual.Vaſal.debeat dom. fidel. iura.col.fi.Iaſ. conſ.21.vol.1.Deci.in l.1.§. fi. ff.de offi.eius. & in l.in omnibus cauſis. ad fi. ff. de reg.iur. Curt.iun. in conſ.42. incip. habita diligenti conſideratione.num.5.& Cagnol.in l.qui in ius.ff. de reg.iur. Secundam etiam rationem aſsignat Iaſ.in l. ſi res obligata. in vlt. ver.de
17 leg.1. vbi concludit,† quod exceptio, quæ obſtat cedenti non obſtat ceſsionario,quando eſt diuerſa ratio,per tex. in d.§.ſi cum legitima. cum ibi not. per Bart. & in d.l.fi.vbi glo.& Doct.C.de iure dot.ut in caſu propoſito: non eſt enim eadem ratio in cedente, quæ eſt in ceſsionario,ratione banni, quod reſidet in bannito cedente, & eius perſonã afficit,non autem tranſit in ceſsionarium,vt ſupra dictum eſt, & infra latius dicam in q. An bannitus amittat beneficia iuris communis.& in quæſt. An bannitus reſtitutus ipſo iure recuperet bona confiſcata.vbi latius de pertinentibus ad hanc quæſtionem diſſero, & etiam infra aliqua in quæſt. ſequen. circa finem.& pro materia vide tex.cum glo. in l. vlt. ad vel. §.ſi mulier.in fi. & Din. in regu. is qui.de reg.iur.in 6.num.17.iun.addit.in ver. Adde quod emptori.

QVAESTIO XI.

Ceſsionarius aut hæres agere volentes an debeant docere ſe eſſe tales, ab initio.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſionarius alicuius nõ poteſt agere contra aliquem niſi probet ſe talem.& 13*

2 *Litis proſequutio non transfertur de perſona in perſonã, niſi in hæredibus,vel vniuerſalibus ſucceſſoribus.*

3 *Agenti contra ceſſionarium incumbit onus probandi illũ eſſe talem.*

4 *Debitor licet poſſit capi a creditore nulla præcedente citatione,ex forma ſtatuti,uel inſtrumenti,ſecus ad inſtantiam ceſsionarij,niſi prius diſcuſſo de ceſſione citato debitore.& 5.*

6 *Perſona in quolibet actu in primis,& ante omnia legitimanda eſt.*

7 *Clauſula,ſupplentes omnem defectum, non tollit exceptionem illegitimitatis perſonæ.*

8 *Exceptio(tu non es talis)non includitur ſtatuto reijciente exceptiones.*

9 *Ratio iuris non eſt ante quærenda quam perſona.*

10 *Fundamentum ſuæ intentionis, quis probare debet, aliter non auditur,& ſuccumbit.*

11 *Sententia lata contra defunctum exequi poteſt cõtra eius hæredem uniuerſalem.*

12 *Hæres debitoris ſi ex forma ſtatuti poteſt carcerari,debet prius liquidari quod ſit hæres.*

14 *Filius volens admitti ad hæreditatem patris debet ſe filium probare.& 16*

15 *Qualitas cauſans aliquid,debet probari.*

17 *Agnationem uel genus allegans,debet illud probare.*

18 *Debitor, qui ex forma ſtatuti poteſt capi ad inſtantiam creditoris,poterit etiam capi ad inſtantiam ceſſionarij, licet ſtatutum non dicat.*

19 *Statutum dicens, inſtrumentum mandari debere executioni contra debitorem, comprehendit etiam ceſſionarium,cognito quod ſit ceſsionarius.*

20 *Perſonæ ſunt legitimandæ in quocunque iudicio, etiam ſummario.*

21 *Exceptio,Tu non es ceſſionarius, uel tu non es hæres, eſt peremptoria.*

Q VAERO vndecimo, Aliquis vult agere vt ceſsionarius, vel vt hæres alicuius,& proſequi litem per ſuum auctorem

auctorē ceſſam, vt puta ceſsionarius petēdo exequutionem contra debitorem, vel hęres contra debitorem hæreditatis, opponitur, Tu non es talis, an in primis debeat ſe talem docere, vel etiam contra illos agere volentes teneantur prius docere eos eſſe tales. Et Bal.in l.per diuerſas.in 10. q. C. mand.con-
1 cludit,quod † ceſsionarius agere non poteſt per exequutionem contra debitorem, nec creditor contra hærede debitoris, niſi prius cognito an ſit ceſsionarius verus, vel an hæres debitoris,per dictum Innocen. in c.quia G.de iudicijs.vbi Innoc.poſt medium,ita di-
2 cit. Non transfertur † proſequutio litis de perſona in perſonam niſi in hæredibus, vel vniuerſalibus ſucceſſoribus.C.de acquir. hæred.l.fi.& l.Pomponius.§. cū quid.ff.de acq. poſſeſ.& Bal.ſequitur Rom.conſ.143.incip. Quod ceſsionarius.circa finem. alias eſt conſil. 142. uerſic. ſi igitur clare probatum eſt hunc ceſsionarium, &c. vbi præſupponit,ꝙ
3 ad hoc ut quis agere † uel conueniri poſsit, vt ceſsionarius, conſtare debet illum eſſe talem,& eumdem ſequitur Iaſ. poſt Ang. Inſt. de action.§.fuerat.num. 62. Sed ſi prius conſtet eum eſſe hæredem vel ceſsionarium, datur ei exequutio, quam habebat ſuus auctor contra ſuum debitorem, vt dicit Barb.conſ. 25.volu.1.Sal.in d.l.per diuerſas.q.14. Ang. in l.poſtulante. ff. ad Trebel. & in l.actio.C.ſi vnus ex plur.hæred.credit. & Bar. in l.creditores. C. de pignoribus. pro quo facit not. Hippol.de Marſi.ſing.26.incip. licet ex for-
4 ma.vbi dicit,quod licet † ex forma ſtatuti vel inſtrumenti ad inſtantiam creditoris poſsit capi debitor nulla præcedente citatione, tamen hoc nunquam fieri poteſt ad inſtātiam ceſsionarij, quia prius de ceſsione diſcuti oportet citato debitore & allegat Bal.citatū ubi ſup. inhærentem Innocen. in præcitato loco.quod dictum(dicit ipſe)refert,& ſequitur Alex.conſ.95.incip.viſis proceſsibus. in 4.col.& in conſi.443.incip. Viſis narratis in themate.in 2.col.& ne erres, quia non citat volumen cōſil. Alex. adde tu, quod primū, ſcilicet conſ.95.eſt in 2.vol.vbi Alexan.in 3. columna in meis,numero nono,dicit, quod
5 licet † debitor ad inſtantiam creditoris capi poſsit nulla citatione præcedente debitoris ex forma ſtatuti vel inſtrumenti, tamen hoc nunquam fieri poteſt ad inſtātiam ceſsionarij,quia prius de ceſsione diſcuti oportet citato debitore.& allegat Bal.& Innocen. vbi ſup.& Bar.in d.l.creditores.ex quo (dicit ipſe)in practica pronuntiatum fuit nullam fuiſſe capturam factam de debitore ad inſtantiā ceſsionarij,ut ſupra. & hoc ad effectum vt diſcutiatur an ſit ius ceſsū necne: de hoc enim non poteſt debitor eſſe certus,vt dicit Bal.in d.l.per diuerſas.num.21. verſ. aduerte tamē. & iſtud etiam tenet idem Alex.in 3.vol.cōſ. 96.incip.in præſenti cauſa.in prin. & in cōſ. 115.in fi.uol.7.& Marſi.vbi ſup. dicit ſe in foro mercantiæ Bononiæ practicaſſe hanc doctrinam in quadam litera cambij in cauſa ſatis urgēti, & ſe remittit ad dicta per ſe in ſuis lecturis, in l.ſi quæramus.ff. de teſti.& in l.ſi quis ne quęſtio.in 3.col.nu.11.verſ. adde ēt. ff.de quæſt. Ego in lecturis Marſilij hactenus impreſsis apud me extantibus non vidi Lecturam de teſtibus ab illo vt ſupra allegatā. vtcunque ſit,vide omnino ea, quæ ipſe dicit in d.uerſ.Adde etiam, continuando per multa.& Bal.poſt Alex.&Boer.quos citat,refert & ſequitur Rolan.conſ.20.incip.in præſenti conſultatione.num.14. verſ. Quarto confirmatur.vol.1.

Rationes præmiſſæ quęſtionis plures, ſed duas potiſsimum ex Doctoribus adducam.
6 Prima ratio eſt:Quia in quolibet † actu in primis,& ante omnia perſona legitimanda eſt. l.ſi quæramus.& ibi omnes Doct.hoc notāt ff.de teſtamen.§.omne autem ius. Inſt. de iure natur.gen.& ciui. c. quærendum.c.alieni, & c.ſunt qui.il 2.2.q.7.c.1.de accuſat.l.Senatus.l.non ignorat.l.iniquum.& l.pen.& fi.C. qui accuſ.nō poſſunt.l.liber captus.C.de petit.hæred.& l.quidam referunt. ff.de iure codicil.Perſona enim prius quęri debet,l.ſi quęramus.de teſt. l. 1. de procurat.& hoc etiam in iudicio quantumcunque ſummario. glo. ſing.in l.2.& ibi Bar.in fi.& alij poſt eum.C. de edic.Diui Adri.tollen.& idem Bar. in extrauag. ad reprim.in ver. ſine figura iudicij. col.2.Bal.in l.3.§.ibid.ff.ad exhib.& in d.l.fi. col.14.q.5.C.de edic.Diui Adria.toll.tradūt Doct.omnes in Rubr. C. qui admit.Fel.in c. veniens.col.6.de teſti.Deci.in d.l.fi.num.47. Alex.conſ.59.colu.1.volu.2.aliàs.1.Iaſ.in d. Rubr.C.qui admit.Petr.Gerar.ſing.23.Marſil.in l. ſi quis ne quæſtio. ff. de quæſt.Crau. conſ.104.in prin.Rolan.conſ.71.num.6.volum.1.Aſinius in prax. iudici. §.28.c.1.nu.2.
7 Licet † etiam ſuperior tolleret omnem exceptionem,

ceptionem,& in reſcripto apponeret clauſulam,ſupplẽtes omnem defectum, hoc enim non obſtante poteſt opponi cõtra impetrãtem,quod non eſt perſona legitima, nec habilis ad actum de quo agitur.Deci. in cap.ex parte.il 2.de offi.deleg.Crau.d.conſi.104.in prin. Rolan. d.conſi.71.num.5.Nec talis ex-
8 ceptio † includitur ſtatuto reijciẽte exceptiones.Bart.in l.1.§. & parui.uerſi.tamen circa hoc ſunt.ff.quod ui aut clam. ſequitur Anch. clem.1.uerſ. Decimo & vltimo. de ſequeſtr. poſſeſ.& fruct.Rom.cõſ.42. & Vant. de nullit.in tit. de nullit.ex defec.inhabil.&c.nu.2. & iſta eſt ita communis ſententia, vt nullum contradictorem habeat,vt ex Iaſ.in l.2.nu.5. C.de edic.Diui Adr.tol.dicit Aſin. ubi ſuprà num.3.pro qua late Deci.in c.conſuluit. il 1. in 3.not. de appel.& in d.c. ex parte.num.5. Ruyn.conſi.78.incip. proſequendo ordinẽ. num.8.vol.4.Rip. in l.4.§. cõdemnatum.nu. 4.de re iudic.Gram.in addit. ad conſ.Rober. Maran.inter conſ.ciuil.ipſius Gram. cõſ. 95. incip.in cauſa pręſentationis.num.35.& alij paſſim,quos longum eſſet recenſere.Non.n.
9 † ante iuris ratio, quam perſona quærenda eſt.l. quidam referunt.verſi. eſſe enim debet. de iure codicil.Sed ſi procederetur ad inſtantiam ceſſionarij vel hæredis vel contra eos antequam prius cognoſceretur an eſſent tales,omiſſo, de iure prius quam de perſona quæreretur,contra prædicta,ergo &c.

Secunda eſt ratio, quia cum quis compareat in iudicio tanquam talis, vel agere vult contra aliquem tanquam talem, cum iſtud ſit fundamentum ſuæ intentionis, debet il-
10 lud probare,† aliter non auditur,& ſuccumbit.arg.l.actor. C. de probat.c.ſciãt cuncti.2. q.8.Bart.in l.non ignorat. C. qui accuſ. non poſſunt.vbi dicit quod quis, vt talis admitti non debet,niſi probet ſe eſſe talem. Nam li-
* cet communis ſit Doct.concluſio, quod ſen-
11 tentia lata contra defunctum † exequi poſſit contra eius hæredem vniuerſalem,ſecundum no.per Bar.in repetit. l. creditores.col. 6.verſ.Quid in ſucceſſore vniuerſali,C.de pignor.quem ſequuntur,Aret. conſ.21.col.3. Alex.conſ.51.col.pen.verſ.ſed an poſſit.volumine 5. & alij per eoſdem citati:id tamen intelligitur ſi prius probatum ſit illũ eſſe hæredem,iuxta not.per Doct.in l.poſtulante.ff.
12 ad Treb.vbi dicunt, quod licet † ex forma ſtatuti debitor carcerari,& etiam eius hęres,

id tamen intelligi debet liquidato prius ꝙ ille ſit hæres debitoris, idem voluit Bal. in d. l.per diuerſas.in 10.q.C.mand.ver. Aduerte tamen.vbi dicit, quod etſi ſtatutum diceret, caperentur ſine citatione, nõ per hoc ad petitionem ceſſionarij caperentur ſine citatione,nam ſuper hoc debet debitor citari, vt diſcutiatur an ſit ius ceſſum necne, & idem in hærede debitoris,vt per eum ibi,iunc. addit. ad eum in lit.h. & i. & hanc Baldi doctrinam ſequitur Boerius,deciſ.10.inci. Ceſſionarius contra poſſeſſorem. vbi multos in hanc ſententiam citat.& ex Bart.Bal.Saly c.& alijs diuerſimode exemplificat,& demum dicit, & ſic in vnum conueniunt omnes ſupradicti
13 Doctores, Ceſſionarium † agere non poſſe per executionem cõtra debitorem, nec creditorem contra hæredẽ debitoris,niſi prius cognito an ſit ceſsionarius verus, an hæres debitoris,& hoc Boerij dictum refert, & ſequitur Ioſeph Ludou.Deciſ. 15. incip.nobiles Peruſini.nu.2.3.& 4.ubi ex Dec.in conſi. 54.in prin.& conſ.576.num.10.col.fi.exem
15 prouinciæ per Archiepiſcopum,quia † à tali pronuntiatione de viſitando etiam non poſſet pars appellare,& iſta eſt gl.not.in c.1. de decim.in 6.ſeu de cenſ.in ſi.ſuper ver.diffinitione, quę ponit formam diffiniendi per viſitare volentem, quam ibi ad hoc poſt Hoſtien.& Arch.notat Ioan. And. in ſua addit. Aut committitur conſcientię alicuius,& tũc non poterit appellari,& ita procedit glo. in c.ſtatutum.§.aſſeſſorem.eo. lib. quod intellige quantum ad hoc vt iudex debeat deferre appellationi,tamen non excluditur pars a facultate appellandi,ad finem vt negotium deferatur ad ſuperiorem vt emendet,quod male factum fuerit per iudicem inferiorem, & hæc eſt gloſ.not.in clem. 1. de iurepatrona. ſuper ver. oneramus.Et ſic ex ſuprad.conſideratis ex theorica Gemi. colligitur, quod
16 concluſio communis negatiua † primo loco ſupra poſita habet locum,quãdo aliquid committitur iudici ad eius liberum arbitriũ, & etiam quando ſimpliciter, dũmodo actus non ſit præiudicialis partibus, vel etiam ſi ſit præiudicialis, quando committitur conſcientiæ alicuius,cum declaratione tamen ſupra poſita.Et quod concluſio affirmatiua ſecundo loco poſita,procedit, quãdo aliquid committitur arbitrio iudicis ſimpliciter, & actus eſt parti præiudicialis, & facta fuit cõmiſſio arbitrio alicuius ut diſcreti iudicis, hanc theoricam Gemin. ſequitur Alexã.d. conſ.106.colu.2.verſi. & idem dicit ibi Domin.de Sã. Gemin.cuius dictis nonnulla addit,quæ apud ipſum videri poſſunt, vbi etiã allegat not.dictum Bal.in c.vnico,in 6.col.in tit.de mil.uaſ.qui cont.eſt.in uſib.feud.vt ibi per eum.Et de hac ſatis quo ad intentionem noſtram, cætera & alia multa ad præſentis quæſtionis materiam require, & vide apud Did.Couar.lib.2.variar.reſol. ca. 2. præſertim num.3.Tiraq.de retract.conſan.§.4.glo. 1.nu.11.Boer.deciſ.284.incip.ſed maius dubium.nu.17. verſ. contrarium tamen. & nu. 24.25.& per totam.& nouiſſime poſt alios Menoch.de arbitr.iud.li.1.quæſt. 70. per totam,vbi ponit primo affirmatiuam,ſecundo negatiuam, & vtranque rationibus multis, & authoritatibus firmat: demum conſtituit regulam negatiuam,quam dupliciter extendit, & dupliciter latiſſime declarat, videri poſſunt ipſi,quia paſſim habentur. ita enim doctè & copioſe ſcribunt,vt quid addere, eſſet ſoli lucem afferre, & dictis in hac quæſt. iungere poteſ ea,quæ dixi in præcedenti circa materiam præiudicij,& modi quem quis in procedendo tenere cępit,& pro hoc vlti-

mo vide Ant. Gabr. concl. ſuarum lib. 2.de action.concl.4. ubi latiſſime de hoc articulo viæ electæ ab arbitro in ꝓcedẽdo,ponit,cõſtituta regula cum ampliat. & limitat. ut per eum.pro primo autem,ſcilicet circa materiã præiudicij, ut eius ratione detur appellatio, vide eũd. Gabr.eo.lib.2.tit. de arbitr.cõcl.3.

QVAESTIO XIIII.

Petens ſententiam arbitri reduci ad arbitrium boni viri, coram quo id petere debeat.

SVMMARIVM.

1 *Appellans a ſententia arbitri petens illam reduci ad arbitrium boni viri,coram quo iudice id petere debeat.*
2 *Reductio ſententiæ arbitri,coram quo peti debeat,diſtinguitur.*
3 *Actus nullus defectu iuriſdictionis fit ex aditione ad nõ ſuum iudicem,*
4 *Reductio, quod peti debeat a ſuperiore compromittentium,& quomodo.*
5 *Iuramentum trahit cauſas ab vno foro ad alium.*
6 *Laudum ſi ex forma ſtatuti habet exequutionem paratam,ſi pars de laudo conqueratur,debet adiri iudex arbitratoris.*
7 *Iudicij locus attenditur in cauſis ordinarijs.*
8 *Teſtium examinatio ad perpetuam rei memoriam fit a iudice cauſæ,ſiue petatur ab actore,ſiue a Reo.*
9 *Cauſa ſpiritualis ſi incidat coram iudice laico,debet adiri iudex eccleſiaſticus.*
10 *Appellatio pro parte eccleſiæ a laudo arbitratoris coram quo iudice cognoſci poſſit.*
11 *Reductionem laudi petens, an debeat coram nouo iudice reductionis vti nouis probationibus, vel antiquis niti poſſit.*
12 *Appellatio licet non admittatur ab arbitratore,admittitur tamen ab eo qui vt ordinarius cognoſcit de cauſa reductionis, & tractat de moderando arbitratoris iudicio.*
13 *Appellari poteſt a ſententia arbitri,qui cognouit loco iudicis.*
14 *Vitalis qui ſcripſit tractatum clauſularum,erat conſiliarius Regis Galliæ.*
15 *Appellare licet e iudicibus iuxta regulam iuris.*

QVAERO Decimo quarto,præſuppoſitis his,quæ in præced.q. dicta ſunt, quod ſcilicet poſſit appellari a ſententia arbitri vel arbitratoris, & eam peti reduci ad arbitriũ boni viri, ſtãte læſione enormi, vel enormiſſima,in qua materia Ant. Gabr. ponit vnã ampliſſimam concluſionem,cum pluribus ampliationibus, & reſtrictionibus, concl.ſuarum lib.2.tit.de arbitr.concl.3.per totam.ad quã recurras pro eo, quod ad præſentem quæſtionẽ præſuppono. Quæro igitur, dato caſu, quo poſſit appellari, coram
1 quo † & a quo iudice debeat talis reductio peti.hoc enim ipſe Gabr.nec ibi,nec alibi in dicto ſuo uol.concl.diſcutit,quod ego viderim.Bar.igitur in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorũ. ff.pro ſocio.num.19.dicit,quod appellans à ſententia arbitri,petens illam reduci ad arbitrium boni viri, debet hoc petere a iudice, qui de ea cauſa ordinario iure cogniturus eſ
* ſet,ſi compromiſſum non fuiſſet, ut eſt communis opinio ſecundum Abb. in c. expoſita.de arbitr.col.2.uerſi. tertio poteſt notabiliter dici. & latius in c. Quintauallis.col.21. in fine,num.39.ver.ſed dubitatur,quis iudex erit competens.de iureiuran.Socin. cõſ.18. num.31.uol.1.Feder.de Sen.conſ.285.Lanfran.de arbitr.par.ult.q.19.Ruy.cõſ.7.incip. Viſis his.nu.1.uol.4.Blã.in tract.de compromiſ.q.10.num.13.& eſſe communem, & in praxi ſeruari teſtatur Alex.conſi.131. incip. in cauſa uertẽte.in prin.vol.2.& illam tenuit Anchar.inter conſ.Calder. cõſ.5. incip.Cui incumbat.col.1.verſ.& confirmatur iſta opinio.ſub tit.de arbitr.Paul.in l.cum hi.§. tranſactiones.circa med.uerſ.facit etiam iſte tex. de tranſact.Papien. in forma libelli,quo ag. ad pœn.ex compro.in uerſ.nec reductio.columna 2.verſ.vltra queritur.&alibi Ruy.cõſ. 61.incip.in lite.poſt num.41. vol.5.Maran. in tract.de ord.iud.in 2.actu prin.qui emerg. in ult.par.iud.nu. 114.ubi hanc ſententiam communiorem dicit.in quam Affl.etiam inclinare videtur, licet propter authoritatem Rom.infra allegandam non parum dubitet.

Romanus igitur conſ. 265. incip.in caſu propoſito.col.1.ſub nu.2.uerſ.igitur ex hoc dicit hoc eſſe euidentiſſime falſum, neq; vnquam hoc Bar.dixiſſe in repetit. ſua,ver.d.§. arbitrorum.licet multa alia erronea ab alio quam ab ipſo dicta, ſint repetitioni ſuæ addita,& dicit, quod in huiuſmodi cauſis debet
2 conſiderari, † quod aut iudex ſeu arbitrator laudans uel iudicans fuit ſecularis, aut eccleſiaſticus, aut mixtus. primo caſu appellatio interponi, uel reductio peti debet ad iudicẽ ſecularem, ſecundo caſu ad eccleſiaſticum, tertio caſu,etiam ad eccleſiaſticum,intelligẽdo hunc tertium caſum quando arbitrantes

plures

plures fuerunt,puta duo,unus clericus,& alter laycus, quia ratione dignitatis clericalis clerici perſona trahit ad ſe laycum,& ſic ſua, non layci qualitas conſiderabitur. Primum dicit notare Bar.in conſ.ſuo incip. viſis conſilijs famoſorum Doctorum;ſecũdum firmare Archid.2.q.ſexta.c.non ita.& refert Ant. in c.quod clericis. de foro compet; tertium ponere Bal.in l.præcipimus. circa finem. C. de appellat. Et ſic patet ſecundũ Rom.quod appellari non debet ad eũ, qui ordinario iure cogniturus eſſet, ſed ad ſuperiorẽ arbitrãtis,vt probatur.2.q.3.§.anterioris.d.l.præcipimus.C.de appel.& extra, de appellat.c.vt debitus.Ratio eſt ſecundum ipſum Rom. ibi num.3.quia cum appellatur a ſententia iudicis ſemper recurritur ad ſuperiorem iudicantis;d.l.præcipimus, & non inſpicitur perſona litigantium,ſed eius qui iudicauit vel arbitratus eſt.ſi ergo laycus,ad laycũ; ſi clericus ad clericum, & ſic non ad eum,qui ordinarius cauſæ fuiſſet ſi non eſſet compromiſſa, aliàs ſi litigãtes layci fuiſsẽt,& arbitrator clericus,liceret ipſis appellare ad laycũ, quod dici non debet,ex mente ipſius Rom. quem ſequitur Affl.ipſum quaſi ad verbũ referens, deciſ.51.incip.Item fuit dubitatum. licet in contrarium,vt ſupra dixi,inclinare videatur. Stepha. Aufr.in Tract.de poteſt.ſecul. & eccleſ.par.1.reg.2. verſ.Decimo quinto fallit. & verſ.Decimooctauo ſi clericus. & hãc opinionem firmat Felyn.in c.1.de preſcr. col.5. num.13.verſ.nota ſecundo. vbi concludit ꝙ reductio peti debet coram ſuperiore arbitratoris,& allegat Anch.in diſput.incip.C.laycus, B. clericum. vbi loquitur in caſu mixto, ſcilicet vt ſupra dixi.& Bar.in d.§.arbitrorũ, refert aduocatos ita communiter tenere,nu. 18.uerſi.Quis erit iudex.tamen ipſe tenet cõcluſionem propoſitam,ibi,contrarium.& refert Abb.in d.c.Quintauallis.d.uerſi. Sed dubitatur,cum quo omnes conuenire dicit idẽ Abb.vbi ſup. verſ. Aduerte latius. vbi refert ita tenere Collectar.in c.cum dilectus. de arbitr.& Feder.conſ.275.& d.conſ.285.

Quæſtionis propoſitæ effectus magnus eſt,nam ponamus quod fiat compromiſſũ, & compromittentes ſint layci, & compromittant in clericum,vel ſint clerici, & compromittant in laycum,vel ſint vnus clericus, & alter laycus, vel ſint ſubditi iuriſdictioni unius domini,&compromittant in hominẽ alterius iuriſdictionis, ſi ab eorum ſententia appelletur,vel reductio petatur, an hoc peti debeat a ſuperiore arbitrantis,uel a ſuperiore compromittentium,qui de cauſa iure ordinario cognouiſſet,ſi non fuiſſet factum cõpromiſſum,ne ex aditione ad ſuum iudicem

3 † fiat actus nullus ex defectu iuriſdictionis, iuxta late notata a Vantio in tract.de nullit. tit.de nullit.ex defec. iuriſd.in prin.& vt ſciãt partes coram quo grauamina ſua proponere,iuxta monitionem eiuſdem Vãt.in d.trac. tit.coram quo nul.prop.poſ.nu.4.& vt ſupra dictum eſt,licet Rom.& Afflic.ipſum referẽs & ſequens, tenuerint id peti debere a ſuperiore arbitrantis,vt etiam tenuerunt, Bal.& Sal.in d.l.præcipimus.in fi. C.de appel. cum alijs alleg.per Fely.in d.c. 1. col.4.nu. 13. de præſcrip.& Ang. in l.ſi ſuſpecta.§. fina. ff. de inoffi.teſtam. ubi dicit, quod ſi unus ex compromittentibus eſt Paduanus, & alius Peruſinus,& arbitrator electus eſſet Mediolanenſis,iudex appellationis,& reductionis erit iudex ordinarius arbitratoris,& hanc opinionem firmant,Fran.Præpoſ.& Deci. poſt eos in Rubr.de appel.col.fina.num.48.vbi tenet contra propoſitam concluſionem, quam tamen dicit ibi omnes tenere.

Eorum igitur dictis non obſtantibus, cõmunis eſt cum Bar.Quod petatur a ſuperiore

4 compromittentium,† ita quod ſi actor in cã originali petit reductionem, debet recurrere ad iudicem Rei,ſi ipſe Reus petit,debet recurrere ad iudicem ſuum, nam ſiue petatur iure actionis,ſiue officio iudicis, ſemper debet adiri iudex Rei. Actor etiam ſequitur forum Rei.c.cum ſit. de foro compet.facit.l.fi. C.de vſur.pupi.& l.cum hi.§.tranſactionem. ff.de tranſact.vbi dicitur,quod ille iudex debet arbitrari ſuper tranſactione,qui eſt futurus iudex ſuper lite. & eſt clarus tex. in c.expoſita.de arbitr.ubi Papa cognoſcit de arbitramento lato a Duce Venetorum,qui tamẽ ipſi non ſubeſt in temporalibus, quia partes ſibi ſubiectæ erant.Ant.de But.in d.c.Quinta

5 uallis.dicit,quod † vbi laudum eſſet iuratum, & dubitaretur ſuper reductione propter iuramentum, tunc ratione iuramẽti debet adiri iudex eccleſiaſticus,per tex.in c.venerabilem.de elect. idem ſi laudum eſſet in materia pertinente ad eccleſiam,arg.tex.ibi,vel ſi euidens nutriret peccatum, ca. nouit. de iudic. nam materia iuramenti ſpectat ad iudicem

eccle-

eccleſiaſticum.Calder.conſ. 1. de off.ordin. & conſ.6.de iureiur.Abb.in cap.ſi quis contra. columna ſecunda, de foro competen. Lap.alleg.10.

Limitatur iſta concluſio, ſecundum Abb. in d. Quintauallis. non habere locum quando ex forma ſtatuti laudum haberet execu-
6 tionem paratam.quo caſu † ſi pars appellet, & conqueratur de laudo, debet adiri iudex arbitratoris,ſicut obſeruatur in cauſa appellationis.2.q.6.anteriorum, & c.Romana.§. debet.de appel.in 6.ita etiam tradit Bar. quẽ ſequitur Bald.in l.2.C.vbi & apud quẽ.quos ſequitur Lanfr.vbi ſup.verſ. Sed ſi ex forma
7 ſtatuti. quia in ordinarijs † attenditur locus iudicij, ſecundum Alexã. allegantem plures deciſiones in conſ. 11.col. 3. volu.3. Iaſ.in l. cunctos populos.col.5.nu.5.C.de ſum.Trin. in prima lect.& nu.57.in 2.lect.Corn. conſi. 114.col.1.uol. 2. & conſ.43. col.fi. vol.3.ſequitur Pariſ.conſ.45.incip. ſatis concludenter.col.3.num.13.verſ. Prout etiam non poterit habere locum.vol.1.& ita limitãt, Phil. Fran.in d.Rubr.extra de appell.col. penul.& Præpoſ.ibi.fol.6.& Deci.col.final.verſ.& ad hoc bene facit. & Pariſ. in d.conſ.45. col.6. nu.66.verſ.Et ſi quis vellet inhærere opinioni Barto.vbi loquitur in ſtatuto Ferrarien.& Bononien. diſponente laudum habere exequutionem paratam, vel poſſe exequi, ſicut habet & poteſt ſententia,nam iſto caſu,concluſionem Bartoli reſtringendo, dicit quod erit adeundus iudex arbitratoris,ea ratione, quoniam appellans, & petens reductionem aſſerit ſe læſum ex laudo, nõ ex compromiſſo,& potiſſimum quãdo ex illo oritur actio, vel quando ex ſtatuto datur executio laudi, vt firmat Imo.in d. ca. Quintauallis. relatus a Phil.Frã.in d.Rubr.de appel.circa finem.volens iſtud procedere quando reductio fuit petita per modum appellationis.& Præpoſ. ibi,col.fi.ſeu 23.in fi. concludit hos duos caſus a pari procedere.ſcilicet, quando oritur actio ex laudo,vel quando virtute ſtatuti cõceditur executio ipſius. Ceſſante vero ſtatuto,militat opin. Bar.pro qua facit.not.verbũ Feder.de Senis,d.cõſ.285. vbi dicit, Quod ſi
8 petitur † examinatio teſtium ad perpetuam rei memoriam,debet adiri iudex principalis cauſę,ſiue petatur a Reo,ſiue ab actore.ꝙ plenius dixit Abb.in c.cum ſit generale. & in c. ſi quis contra clericum. de foro compet. & tenet Bar.in d.§.arbitrorum. ex alia ratione. nam cauſa naturalis vincit accidentalem. l. qui habent tutorem. ff.de tut.debet ergo cõſiderari origo cauſæ,& non id quod accidẽtaliter petitur. Ad quod facit dictum eiuſdẽ
9 Bar.in l.Titia.ſol.matrim.quod ſi cauſa † ſpiritualis incidat coram iudice layco, non poteſt per ipſum cognoſci,ſed debet remitti ad iudicem principalem cauſæ,ſcilicet,Epiſcopum.tractant Alex.conſi.9.vol.4. & Fely.in ca.cum ſit.de foro compet.ut etiam in teſtamento quod allegatur nullum, quia cõfectũ ab vſurario, quod iudex eccleſiaſticus cognoſcit,dicit Abb.conſ.22. incip. Quanquã conſultum.par.1. & in conſ.64. incip.venio ad primum.col.3.ſub nu. 5. uerſ. Ad tertiam obiectionem.ea.par. 1. non obſtante partiũ conſenſu de litigando coram layco, cũ eius iuriſdictio incapax ſpiritualium non poſſit prorogari.Ioan.And. in c.tuam.de ordi.cognit. & habetur in c. quod clericis. de foro competen.

Limitatur etiam concluſio non habere locum, quando pro parte eccleſię eſt appella-
10 tum.nam † tunc ex ſpeciali priuilegio poterit adire iudicem eccleſiaſticum, ſi allegatur fraus,vel contractus minus legitimus,ita no. Inn.in c.cum ſit generale.de foro compe.in verſi.immo ſi de fraude habita in contractu. & ſequitur Abb.in d. c. Quintauallis. nu.39. verſ.Adde etiam,& in d.c.cum ſit generale. col.5.verſ.& ex his infertur ad quęſtionem. Quod tamen intellige,dummodo ſemper in petitione mentionem faciat de fraude, vel minus legitimo contractu,& ſuper cauſa illa fundet petitionem ſuam: ſi autem velit proponere in libello quod nõ pertineat ad fraudem vel oppoſitionem, vel quod ſit minus licitus contractus,puta, quia non fuit in præſentia clericorum celebratus,nõ auditur niſi coram iudice ordinario Rei. d. c. ſi clericus. de foro compet.& ita declarat Inn.in d.cap. cum ſit generale.uerſi.oportet tamen.intelli ge tamẽ iſtam limitationem, ſi fuit compromiſſum ſuper materia eccleſiaſtica,per c.expoſita.& c. peruenit. de arbitr.Ancharan.in reg.ea quæ.in verſic. iuxta prædicta.de reg. iur.in 6.ſequitur Felyn.in d.c.1.de præſcrip. col.5.verſ.niſi fuiſſet compromiſſum. Quib. adde quæ infra dicam illa quæſtione,de arbitro permittente tranſire tempus, an teneatur partibus.

Verum

Verum quia in cõcluſione propoſitæ quę ſtionis præſupponitur, quod adſit ſuperior ad quem recurri poſſit: Quid erit ſi deficit ſuperior ad quem recurri, reductio peti, vel appellari poſſit? & in hoc Abbas in rubr. de appel. ponit duas concluſiones, quas Deci. in ea. rubr. nu. 38. verſi. quinto quęrit. reaſſumit, diſputat, & declarat per vnã col. videas apud
11 eum, omnes habent. An autem † qui talem reductionem petit, debeat coram iudice reductionis vti nouis probationibus, vel antiquis niti poſſit, examinat Bar. in d. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. nu. 26. ff. pro ſocio. vbi diſtinguit, quod aut agitur vt detegatur dolus iudicis, aut agens ſolum intendit ad probandum ſe ius in cauſa fouere, nec contendit detegere dolum, & turpitudinem iudicis. Vt primo caſu non ex nouis actis, ſed ex antiquis id agendum ſit: Et quod ſecundo capite poſſit etiam nouis probationibus uti. quã diſtinctionem ſequuntur Abb. conſ. 2. nu. 2. par. 1. Ant. de Butr. conſ. 24. col. 5. Saly. in l. cum antea. col. pe. verſ. quæro octauo. C. de arbitr. Alex. conſ. 101. in fi. uol. 2. Lanfr. trac. de arbitr. q. 16. & ipſam diſtinctionẽ in vtroque capite examinat, extẽdit, & declarat doctiſsime, more ſuo, Menoch. de arbitr. iudi. lib. 1. q. 72. per totam. remitto ad ipſum.

Demum pro abſoluta materia tam præſentis quam præcedentis quæſtionis, nota,
12 quod licet appellatio † non ſit promiſſa a priori iudice qui vt arbitrator cognouit, admittitur tamen ab eo, qui vt ordinarius cognoſcit de cauſa reductionis, & tractat de moderando arbitratoris iudicio, ſecundum Bal. in l. 1. C. ne lic. ter. prouoc. num. 10. Caſtren. & Imo. in l. 1. ff. de leg. 2. vel ſic clarius. quamuis non poſsit appellari regulariter a
13 ſententia arbitri, l. 1. C. de arbitr. tamen † qñ arbiter cognoſcit in locum iudicis, poteſt appellari ab eius ſententia. c. ab arbitris. de offi. deleg. in 6. vbi tex. clarus, & ibi gl. ſuper ver. appellandum, hoc clare affirmat, cui accedit l. fi. §. fi. C. de iudici. & ibi glo. ſuper ver. prouocatum. in ſolutione contrarij. & hoc tenet Alex. in d. l. 1. ff. de leg. 2. col. fi. in prin. verſ. ſecundo pro opinione Bart. Imo. in d. l. publicorum. col. 4. de publ. iudici. Ant. de Butr. in d. c. Quintauallis. 24. differen. & ibi Imo. nu. 36. de iureiur. Vital. in tracta. clauſul. ubi agit de reduct. ad arbitr. boni viri. c. ult. in fi. dicẽs ita iuxta hanc ſentẽtiam in ſenatu regio fuiſſe pronuntiatum. intellige in ſenatu regio
14 Galliæ, erat enim † ipſius Regis Cõſiliarius. Sequitur Baptiſ. de S. Blaſ. in tract. de arbitr. q. pen. col. pen. c. 19. primi lib. in primo vol. meor. tractat. hanc opinionem tenet etiam Aret. in c. ſuper his. de accuſat. num. 47. & ibi Felyn. num. 13. & num. 16. quem etiam videre licet pro his, quæ ſpectant ad quæſt. prox.
* præced. & iſta eſt magis communis opinio vt teſtatur Alex. conſi. 106. incip. viſo themate antepoſito, col. 2. nu. 7. verſ. & iſta opinio. uol. 3. & iſta opinio ꝓcedit ea ratione, quia
15 † a iudicibus iuxta regulam iuris licet appellare. l. & in maiorib. & l. multis. C. de app. gl. in l. qui reſtituere. ff. de rei vendic. cum ſimil. adduc. in d. præced. q. cui, & præmiſsis adde Port. Imo. in ſibi attributis regulis, li. 4. reg. 8. ubi diffuſe tractat, ſed confuſe, an a ſententia arbitratoris petatur reductio ad arbitrium boni uiri. & in caſu noſtro vide Rolan. conſ. 24. lib. 4.

QVAESTIO XV.

Bannitus an poſsit eſſe arbiter, vel arbitrator.

SVMMARIVM.

1 *Defectus qui reſidet in perſona iudicantis maximus eſt.*
2 *Contractus ſunt de iure gentium.*
3 *Deportatus, quod non poſſit eſſe arbiter.*
4 *Permiſſa omnia ſunt per legem, quæ non reperiuntur pro hibita.*
5 *Bannitus an poſſit cedere iura.*
6 *Arbitrandi modus, eſt ordo inductus de iure ciuili, communi.*
7 *Deportati, relegati, banniti, & ſimiles ob pœnam delicti perdunt ea quæ ſunt iuris ciuilis.*
8 *Bannitus æquiparatur excommunicato.*
9 *Bannitus quando non poſſit eſſe arbiter. & 14. & 20.*
10 *Deportatus dicitur, quaſi de ciuitate portatus.*
11 *Deportati non poſſunt eſſe iudices.*
12 *Bannitus quando amittat uel retineat iura ſuæ ciuitatis.*
13 *Bannitus ex ſimplici contumacia non poteſt impune offendi, etiam permittente ſtatuto generali.*
15 *Bannitus quæ iura perdat.*
16 *Bannitorum ſtatus diuerſi.*
17 *Bannitus in contumaciam ex forma ſtatuti non eſt infamis.*
18 *Bannitus per Papam vel Imperatorem, non poteſt eſſe arbiter, & aſſignatur ratio.*
19 *Bannitus iura ciuilia propria ciuitatis perdit, licet eius bona non publicentur.*
20 *Bannitus quod poſſit eſſe arbiter, exceptis hæretico, & aſſaſſino.*

Bannitus

21 Bannitus communiter reputatus non bannitus, poteſt eſſe arbiter.

22 Excommunicatus publice non poteſt eſſe arbiter, ſecus in occulto.

23 Bannitus an poſſit eſſe arbitrator.

24 Bannitus poteſt eſſe arbitrator conuentionalis, non autẽ iudicialis.

25 Status mutatione nõ perditur ius eligendi, etiam ſi mors ciuilis non facit conditionem exiſtere

26 Arbitramentum eſt ſpecies contractus tranſactionis.

27 Bannitus non repellitur a contrahendo, & aſſignatur ratio.

28 Bannitus quod indiſtincte poſſit eſſe arbitrator.

29 Deportatus, relegatus, transfuga, & bannitus non perdũt iura gentium communia inter omnes.

30 Bannitus a Papa vel Imperatore, cui eſt indictum bellũ non poteſt eſſe arbitrator.

31 Bannitus qualis non poſſit eſſe arbitrator.

32 Statutum prohibens loquelam uel participationem cum bannito comprehendit etiam mittentes nuntium vel literas.

33 Damnatus ad mortem uel in metalum non poteſt eſſe arbitrator.

34 Excommunicatus ex cauſa hæreſis non poteſt eſſe arbitrator, ſi ſteterit in excommunicatione per annum.

35 Excommunicatus pro hæreſi non poteſt teſtari, ſi in excõmunicatione ſtetit per annum.

36 Teſtamentum eſt iuriſgentium quo ad eius ſubſtantiam, licet quo ad ſolennitates ſit iuris ciuilis.

37 Bannitus cum publicatione bonorum non poteſt eſſe arbitrator.

QVAERO decimoquinto, an bãnitus poſsit eſſe arbiter, ſeu arbitrator. quæſtio eſt vtilis &
1 neceſſaria, quia † maximus eſt defectus qui reſidet in perſona iudicantis, & hoc ante omnia animaduertẽdum eſt, ut dicit Vant. tracta. de nullit. tit. de nullit. ex def. iuriſd. in prin. & nu. 9. Quæſtionem prout duo capita habet, in duas partes diuidam. Prima erit, an bannitus poſsit eſſe arbiter. Secunda, an poſsit eſſe arbitrator cõuẽtionalis. Circa primã ſunt diuerſæ Doctorum opiniones; Aliqui enim dicunt quod ſic, nam Specul. in tit. de arbitr. §. differt. uerſ. quid de bannito, dicit, quod bannitus æquiparatur deportato, in quem poteſt fieri compromiſſum, ſic & in bannitum, ff. de teſti. l. 1. & hoc firmat alia ratione, arbitrium eſt con-
2 tractus, contractus † ſunt de iure gentium, l. manumiſsiones. de iuſt. & iure. ea quæ ſunt iuriſgentium reſeruata ſunt deportatis, de pœn. l. quidam ſerui. ergo & bannitis, & ibi diſtinguit inter bãnitum ex delicto pro quo bona confiſcantur, & bannitum ex delicto pro quo bona non confiſcantur; vt primo caſu non poſsit eſſe arbiter, per not. in §. relegati. Inſt. quibus modis ius pat. pot. ſol. ſecũdo caſu poſsit, quia nõn reperitur prohibitus. d. l. 1. de teſti. §. 1. & probatur in l. fine hærede. §. fi. ff. de adminiſt. tut. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel ali. iur. ſequitur Lanfr. in tract. de arbitr. §. hactenus. col. 4. num. 22. uerſ. ſeptimo quæro. ubi de verbo ad verbũ ponit diſtinctionem quam Specul. vbi ſuprà facit. & cum eo reſidet. imò iſtud eſt dictum glo. in d. §. relegati. ſuper uer. retinent. in medio. uerſ. Sed bannitos noſtri temporis. ſequitur etiam Bapt. de S. Blaſ. in ſimili tract. q. 8. æquiparando bannitos deportatis, ſi amittunt bona; & relegatis, ſi non amittunt. Ex qua comparatione Aret. in §. pen. Inſtit. de except. num. 22. verſ. quid in deportato, infert, quod ſicut deportatus non poteſt eſſe arbiter, ita nec bannitus. Quæſtionem proponit, eamque ſummatim perſtringit, & reſoluit, ut per eum, qui tamen non diſtinguit vt ſuprà, ſed abſolute tenet negatiuam in arbitro, ſecus in arbitratore. quod autem de-
portatus † non poſsit eſſe arbiter, probatur, 3
nam deportatus pro mortuo reputatur, & excluſus eſt ab omnibus actibus ciuilibus, & legitimis, l. actione. §. publicatione. ff. pro ſocio. ubi dicitur, quod quando bona alicuius publicantur, iſte talis pro mortuo habetur, & l. 1. §. filius. ff. de bon. poſſ. cõtratab. ſi ergo non amittit bona, poteſt eſſe arbiter, iur. ſup. alleg. ex d. ratione, quia non reperitur pro-
4 hibitus. nam † omnia ſunt permiſſa per legẽ, quæ non reperiuntur prohibita. l. ab ea. ff. de probat. l. mutus. ff. de procur. §. cum quæritur. l. ſtatuas. ff. de relig. l. necnon. §. quod eis. & ibi glo. in uer. non prohibent. in fine. ff. ex quibus cauſ. maior. Pro quo facit not. diſtinctio Alber. Galeo. in ſua Margar. c. 4. nu. 22.
5 vbi quærẽs an † bannitus poſsit cedere iura, dicit, quod ſi ſit bannitus ex cauſa ex qua bona publicantur, quod tunc ceſsio non ualet, quia actiones competunt fiſco, & contra fiſcum, de capit. dimin. l. 2. & d. §. publicatione. ſi autem ex alia cauſa, tunc aut habet cauſam lucratiuam, aut oneroſam, primo caſu obſtat exceptio, ſecundo non, de doli exce. l. apud Celſum. §. de auctoris dolo. in quo nõ inſiſto, dixi late ſupra quæſt. decima, præſertim in uerſ. Specul. igitur. & ſic banniti poſſunt eſſe arbitri, aliquo ſaltem caſu, ſi non omni.

Alij

Alij autem dicunt, quod banniti non poſſunt eſſe arbitri, ſiue comparentur deportatis, ſiue relegatis, ex ea ratione, quia licet cõpromiſſum tribuatur a partibus, tamen arbi
6 trãdi modus † eſt ordo inductus de iure cõi, cum ad ſimilitudinem iudiciorũ redigatur, l. 1. ff. de arbitr. Specul. de ſatiſd. §. viſo. verſ. item quæritur. Socin. conſi. 195. incip. Circa primum. verſ. accedit. vol. 2. & conſ. 124. incip. præſens. circa med. col. 2. uol. 1. Firm. in repert. lit. A. ſub ver. Arbitrium æquum dicitur. uerſ. 82. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſu
7 octauo nu. 4. Sed deportati, † relegati, banniti, & ſimiles, ob pœnam delicti perdunt ea quæ ſunt iuris ciuilis, §. 1. Inſt. de capi. dimin. l. eas. ff. eod. & l. legitimi. l. quidam ſunt ſerui. ff. de pœn. ergo non poſſunt eſſe arbitri, & hoc tenet Guil. de Suz. in l. Pædius. ff. de arbitr. Ang. in diſput. quę incipit, duo inuicem litigantes. refert, & ſequitur Ioã. Bapt. Peruſ. in tract. de arbitr. lib. 4. c. 5. incip. poſtquam de ſubiectis.

Vlterius hoc ex alia ratione comproba-
8 tur. Bannitus † cum ob eius culpam a communione ciuium, & beneficijs Reipublicæ ſeparatus exiſtat, æquiparatur excommunicato, vt per tex. in c. Domino guerrã. in uſi. feud. ſub Rubr. hic finitur conſtitutio, tenet Bar. in l. ſi quis arbitratu. col. fi. verſi. quid de arbitratore exbannito. de verb. obligat. ſed excommunicatus nõ poteſt eſſe arbiter nec iudex. gl. in ver. infamẽ, in c. ſciſcitatus. de reſcrip. & in ca. propoſuit. in ver. tempore. de cler. excom. miniſt. Inn. in c. cum ſuper abbatia. col. 3. in fine. de offic. deleg. Lanfran. in c. quoniam contra. §. interloquutoriæ. in prin. de probat. & late ponit Vant. de nullit. tit. de nullit. ſent. ex defec. iuriſd. ordin. nu. 137. & tit. de nullit. ſent. ex defectu iuriſd. deleg. nu. 61. ergo nec etiam bannitus. Specul. d. §. differt. tit. de arbitr. verſ. Sed quid de bannito. Ang. in d. diſput. Duo inuicem. Sequitur Io. Bap. Peruſ. vbi ſup. lib. 4. c. 5. cum dub. ſeq. & c. 19. Alc. In l. 1. §. 1. in fi. ff. ad Treb. & hanc rationem multos alios citando firmat Vant. d. tit. de nul. ſent. ex defec. iuriſd. deleg. nu. 65. verſ. Relegatus etiam ſeu bannitus.

Pro reſolutione deciſiua materiæ præſentis quæſtionis, Bar. in l. 1. C. de bon. proſcrip. facit vnam diſtinctionem, quam Blan. in tracta. de comprom. q. 2. nu. 15. verſ. vnde dic in hac materia. dicit eſſe communiter appro
9 batã, quæ talis eſt. Aut bannitus † poteſt impune offendi ex forma ſtatuti, aut nõ poteſt impune offendi. primo caſu perdit ciuitatẽ, & iura illius, & per conſequens non poteſt eſſe arbiter, cum nullo ciuitatis ſuæ gaudeat priuilegio, per d. l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de capit. dimin. & iſto caſu æquiparatur deportatis, ſecundum Bart. in d. l. 1. & habetur pro mortuo. ita Bar. in conſ. 42. colu. vlt. par. 2. nec poteſt habere hæredem. l. 2. C. de
10 bon. proſcrip. dicit enim deportatus, † quaſi de ciuitate portatus. Bart. in l. relegatorum. ff. de interd. & releg. deportandi enim ſeruis publicis tradebantur uincti, ut eos in nauim impoſitos in ſolas terras transferrent. ita ex Bud. in annot. Pandect. ad titu. de pœn. & ex Otomano in comment. iur. in uer. Exilium. notat Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 80. nu. 89. & hos hodie confinatos appellamus, vt ex alijs dicit idem Menoch. eod. tract. lib. 2. cent. 4. caſu 330. num. 4. vt etiam obſeruat P. Prateius in ſuo theſauro de ver. ſign. in lit. D. in dict. deportatio. ſicut ergo deportati non
11 † poſſunt eſſe iudices, vt per Bal. & Ang. in l. cum prætor. § non autem. ff. de iudici. ergo nec banniti. & cum arbitria ſint redacta ad inſtar iudiciorum. l. 1. ff. de arbitr. cum bannitus non poſſit eſſe iudex, non etiam poterit eſſe arbiter. Secundo caſu poteſt eſſe arbiter de iure communi, & etiam iure ſtatutario in aliquibus locis, ut dicit Blan. vbi ſup. ver. Aut iſti banniti non poſſunt impune offendi. Et hanc diſtinctionem, quod bãniti poſſint impune offendi vel non, tenet Alex. poſt alios in l. 1. C. de hæred. inſt. ubi dicit hanc eſſe cõ-
* munem opinionem. & alibi eam ſic fecit Bar. in ſua diſput. incip. Lucanæ ciuitatis ſtatuto. quam refert, & ſequitur Nellus in tract. bannit. in prima par. 2. temp. q. 4. incip. quarto quæro, quib. æquiparentur banniti, qui oẽs
12 concludunt, † quod ſi bannitus poteſt impune offendi, tunc amittat iura ſuæ ciuitatis, & beneficia ſtatuti: aut impune non poteſt offendi, & tunc retinet iura ſuæ ciuitatis, & ſtatutorum beneficia, prout eſt bannitus ex ſimplici contumacia, de quo loquitur Nel. vbi ſupra, q. 14. incip. quartodecimo circa idem
13 bannum. nam talis non poteſt, † impune offendi, etiam permittente ſtatuto generali, vt dicit ſing. Bal. in l. ſi mora. colu. 1. ad finẽ. ſol. matrim. quam ſententiã cõmendat late Iaſ. in l. ſi plagij. in not. 1. ad fi. ff. de verb. obl. Fel.

in

in c.quæ in eccleſiarum.colu.2.uerſ. Primus caſus.de conſtit.de quo late Cotta in memo rabil.in uer.Bannitus.verſ.quid autem in his. & in ver.ſtatuta quod bannitus.vt ibi per eũ.

Licet iſta diſtinctio Bar.ſic a Doct.ſit com muniter approbata,vt infra dicã in alia quę ſtione,an bannitus amittat beneficia iuris,& quæ.tamen facit parum ad propoſitum q. noſtræ, quia videtur ſe reſtringere ſolum ad locum a quo quis bannitus eſt: quæſtio autẽ generaliter proponitur, an bannitus poſſit eſſe arbiter. Vnde ſic alio modo videtur di-
14 ſtinguendum. † Aut quæritur,an bannitus poſſit eſſe arbiter reſpectu illius ciuitatis, a qua bannitus eſt, & reſpectu aliorum locorum in banno compræhenſorum:aut quod poſſit eſſe arbiter in alia ciuitate a qua nõ eſt bannitus,vel reſpectu agendorum in ea ciui tate a qua non eſt bannitus;Primo caſu procedit ſecunda opinio,quod ſcilicet poſſit eſſe arbiter. Secundo caſu procedit prima, ꝙ ſcilicet non poſſit,& ita virtualiter diſtinguit Blan.vbi ſup.nu.16.verſ.intellige tamen præ dictam concluſionem.vbi ponit illam magis
* communem Doctorum opinionem, quod bannitus non perdit beneficia iuris commu nis, ſeu facultatem ſuccedendi de iure com-
15 muni,† ſed tantum beneficia inducta a legibus ſeu ſtatutis illius ciuitatis a qua bannitus eſt.& ita etiam dicit Ioã. Bapt.Peruſ. vbi ſup. lib.4.c.7. in fine. vbi dicit hoc eſſe perpetuo menti tenẽdum. Sed quia de hac late dicam infra in d.q.an bannitus amittat beneficia iu ris, & quæ.ideo ibi videri poterit, maxime in verſic. ſed circa illud, an bannitus poſſit teſtari.

Verum quia iſta diſtinctio nec etiam ad plenum ſatisfacit, non enim multum differt a præcedenti,nec eſt generalis, prout requiritur in terminis propoſitæ quæſtionis,ideo pro reſolutione materiæ conſiderandi ſunt
16 diuerſi ſtatus bãnitorum. † ſunt enim aliqui banniti per ſimplicem contumaciam, vt puta,pendente iudicio citatur aliquis,non com paret,iudex eum ponit in banno,vt tędio affectus compareat,& veniat reſpõſurus (hoc enim iudex facere poteſt.arg.l. ſed ſi per prę torem. §. ſed ſi dum decreto.ff.ex quib.cauſ. maior.c.ſicut tuis. de ſimon.63.diſt.c. Salonitanę.) Sunt & alij banniti pro grauioribus delictis, & tales ſunt de quibus loquitur tex. in authen.item nulla communitas, & in authen.item quicunque.C. de epiſc.& cler. Et hi,aut banniuntur per Papam, vel Imperatorem,aut banniuntur per inferiorem a Papa, vel Imperatore. Primo caſu, quando ſcilicet quis bannitur vt tædio affectus veniat reſpõſurus,talis bannitus poteſt eſſe arbiter, quia non perdit etiam ſuam ciuitatem,quo ad ea quę ſunt iuris ciuilis,vel naturalis,vel gentiũ, ut ſentit Bar.in d.§.qui deficiunt.licet perdat compræhenſa in iure municipali. ratio eſt, quia comparere poteſt intra tempora legitima,& purgare contumaciam,& recuperare bona ſi confiſcata ſint,l.1.C. de requiren. reis.& ibi glo.& Affiic.ad conſt.Regni,conſtit.1.lib.2. quæ incipit, Grãdis utilitas.nu.2. & late dicam in quæſt.an bannitus reſtitutus recuperet bona. Et etiã ex alia ratione,quia
17 † talis bannitus in contumaciam ex forma ſtatuti, non eſt infamis. & alibi poteſt eſſe teſtis,ut per Felyn.in c.poſtulaſti. de foro cõ pet.num.9.Secundo caſu,quando ſcilicet bã nitur per Papam,vel Imperatorem, non põt
18 eſſe arbiter.Ratio, quia † perdit ea quæ ſunt iuris ciuilis,quocunque uadat, & æquiparatur deportato,ſecundum Bart.in d.diſputat. incip.Lucanæ ciuitatis.& alios de quib. ſup. quod tamen intelligitur ſecũdum diſtinctionem de qua per Canon.in c.per venerabilẽ. qui fil. ſint legit. & per Legiſtas in l. priuilegia.C.de ſacroſ.eccleſ.vbi habetur,an Papa habeat iuriſdictionem in terris Imperij, & econtra,vt ibi,quia non eſt præſentis ſpeculationis. Cum autem bannitur per inferiorem a Papa, tunc talis bannitus non poteſt eſſe arbiter in ſpectantibus ad terras a quib. bannitus eſt: ſiue banniatur per inferiorem a Papa vel Imperatore, habentem tamen poteſtatem Principis, ut ſunt Domini Veneti, & alij non recognoſcentes ſuperiorem, ſiue per alium non utentem iure Principis, quia perdit beneficia illarum terrarum, vt ſupra dictum eſt, ſiue ei ſit indictum bellum, vt impune poſſit occidi,iux.d.§.qui deficiunt.& l. quidam.de pœn.ſiue bellum non ſit indictũ
19 nam † tunc etiam iura ciuilia propriæ ciuitatis perdit,licet eius bona non publicentur, l. ſi victum aut ſtratum.ff. de re iud.& in Auth. de inceſ.nupt.circa prin. Et ſic ex prædictis caſibus patet qualiter ſint intelligendę ſupra dictæ opiniones.

Ego autem,quidquid alij dicant, præſuppoſitis veris omnibus caſibus ſupradictis, credo

20 credo bannitum † poſſe eſſe arbitrum, a quo cunque bannitus ſit, duob. caſibus exceptis, ſcilicet in crimine hæreſis, & aſſaſſinij, nam his caſibus dico bannitum nullibi poſſe eſſe arbitrum, per c. ad abolendam. cum not. ibi. de hæret. & per c. pro humani. de homici. lib. 6. nam ille Deum immediate offendens, & ille ob criminis atrocitatem, ſunt diffidati a toto populo Chriſtiano, vt in dictis iuribus habetur. vnde concludas, quod bãnitus poteſt eſſe arbiter extra iuriſdictionem bannientis a quocũque, vel etiã ſupremo Principe, bannitus ſit. fallit in crimine hæreſis, & aſſaſſinij: nam cum ratione diffidationis nullibi ſit tutus, ſicut bannitus ab vna ciuitate nõ poteſt eſſe arbiter in ea; ita diffidatus in dictis caſibus, nullibi eſſe poteſt, cum non ſit tutus in toto orbe, nec vlli cum ipſo vllibi concedatur participatio, vt ſit eadem ratio de toto quo ad totum, quæ eſt de parte quo ad partem. l. quæ de tota. de rei vendic. cum cõcor.

Retenta tamẽ communi opinione, quod bannitus nõ poſſit eſſe arbiter: Limitatur nõ
21 habere locum in bannito, † qui communiter reputabatur pro non bannito, nam tunc poterit eſſe arbiter, iux. not. per Specul. in tit. de ſenten. §. quoniam. verſ. vt autem impugnando, & ita limitat Blan. ubi ſupra, nu. 27. & alij quos ipſe citat. Firmatur iſta limitatio
22 a ſimili: nam licet publice † excõmunicatus non poſſit eſſe arbiter, vt ſupra dixi in verſ. Vlterius hoc. Specu. in d. tit. de arbitr. d. §. differt, verſ. item ſecundum. & tenet glo. in d. l. Pædius. ff. de arbitr. tamen ſi eſt occultus, poteſt eſſe arbiter, ſicut & poteſt eſſe iudex, vt not. in c. ad probandum. de regul. iur. ut per Franc. in c. dolo. de reg. iur. in 6. ita igitur & bannitus. & hæc quantum ad primam quæſtionis partem.

Quid autem ſit in arbitratore, an ſcilicet
23 bãnitus † poſſit eſſe arbitrator? & in hac quæſtione concernente ſecundam partem dubij propoſiti, variç ſunt opiniones Doctorũ, nam Specul. in tit. de arbitr. §. ſequitur. verſ. quid de bannito. ſenſit quod ſic, diſtinguendo tamen hunc caſum eod. modo quo diſtinxit in caſu præcedentis quæſtionis, & per eaſdem rationes. Ioan. And. in mercurial. ſenſit oppoſitum indiſtincte, ex ea ratione, quia qui incapax eſt arbitrij, eſt etiam incapax arbitramenti: ſed bannitus eſt incapax arbitrij, vt ſupra in præced. deductum eſt, ergo & arbitramenti. & licet Ioã. And. loquatur in publice excommunicato, tamen ratio extenditur ad bannitum ex ſuperius deductis. & tandem concludit quod non valet tale arbitramentum, quando fit per modum laudi uel ſententiæ, & notat idem Io. And. poſt Compoſtel. in c. in cauſis. de elect. & Archid. 2. q. 6. c. a iudicibus. & ſic quod non poteſt eſſe arbitrator. concedit tamen quod poſsit eſſe arbitrator, quando eſſet ſimpliciter mediator vel proxeneta, ex cuius arbitramento partes inuicem ſe componerent, ita quod contractus confirmaretur ex ipſarum partium cõpoſitione, non ex arbitramento vel pronuntiatione, vt latius ibi per eum. ex cuius dictis
24 colligi poteſt in ſumma, quod bãnitus † poteſt eſſe arbitrator conuentionalis, non autem iudicialis ſeu informa iudicij, & ſequitur ibid. Phil. Franc. in ver. extra gloſſam. Et pro hac opinione facit tex. in c. poſt ceſſionem. de probat. ubi excommunicatus non poteſt eſſe procurator, ita nec arbitrator, cũ habeat arbitrari vt bonus vir, ſed non poteſt dici bonus vir, quia eſt infamis. l. fi. C. de requir. reis. Nel. in tract. bannit. in prima par. ſecundo temp. q. 49. incip. an tales banniti.

Bartolus in l. ſi quis arbitratu. iux. fi. ff. de verb. obl. ſenſit bannitum poſſe eſſe arbitratorem indiſtincte, per l. cum pater. §. hæredi-
25 tatem. de leg. 2. ubi dicit ipſe, quod † mutatione ſtatus non perdit ius eligendi, & mors ciuilis non facit conditionem exiſtere. & ille tex. loquitur in deportato. & in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. il 2. qui text. ét loquitur in deportato, & ibi notat Bar. & ſe-
* quuntur omnes Doct. communiter, quod p deportationem non perditur ius eligendi fideicommiſſum, Ang. in ſua diſput. incip. duo inuicem. diſtinxit inter arbitratores electos ſuper lite, qui non poſſunt arbitrari niſi cauſa cognita, & partibus citatis: Et inter arbitratores, qui poſſunt procedere, & terminare ſine ulla diſcuſsione, ut primo caſu banniti ſint capaces talis arbitramenti, ſecundo caſu non. & ita intelligit d. §. hæreditatem. & §. ſi quis rogatus. & ſubiungit, niſi forte per bãnum eſſent facti hoſtes Romani populi, ſeu Romanæ Eccleſię, nam tunc non eſſet eis cõmunicandum, ad quod tamen nihil allegat. Franc. in d. reg. dolo. col. fi. uerſ. ſed aduerte. de reg. iur. in 6. dicit, quod Bal. tenet ibi indiſtincte excommunicatum, & bannitum poſ-

ſe

ſe eſſe arbitratorem. & licet non habeamus commentum Bal.ſuper tit.de reg.iur. in 6.tamen poſſet eſſe quod ipſe Franc. viderit, vel culpa impreſſorum poſitum ſit unum nomẽ
26 pro alio.ratio huius dicti eſt, quia † arbitramentum eſt ſpecies contractus trãſactionis, vt in Authen.ut differ.iud.in princ. & facit quod dicit Spec.in tit.de arbit.& arbitrat.§.fi. verſ. ſed nunquid amicabilis compoſitor,num.8. ubi dicit,quod arbitrator poteſt ferre ſententiam etiam dieb. feriatis,ex ea ratione, quia non dicitur tunc verum compromiſſum,ſed quoddam pactum ſeu tranſactio, quæ tunc fieri poſſunt.arg.C.de ferijs.l.fi. uerſ. tranſa-
27 ctio.Item bannitus † nõ repellitur a contrahendo,ut not.in c. ueritatis. de dolo & contum.cum contractus ſint iuriſgentium,& ipſe non amittat ea quæ ſunt iuriſgentium, vt dicam latius in d.q.an bannitus amittat,&c. per totam,& præſertim in ver.& pro ſolutione obiecti, & in verſ. Et ne diutius immoremur.ergo poteſt etiam eſſe arbitrator. & ita tenet Bart.in l.cum pater.§. hæreditatem.de leg.2.& in d. §. ſi quis rogatus.de quibus ſupra.ſequitur Ant. de But.in d.c.Quintauallis. de iureiuran.dicens tamen,quod durante excommunicatione ſeu banno non poterit arbitrator exercere arbitrium inuitis partibus, quæ non tenentur ſecum cõmunicare, quia ſi communicent caduntin pœnam, 11.q.3. cum excommunicato. & hoc etiam ſequitur Ang.in d.§.ſi quis rogatus. & in dicta ſua diſputatione.

Quid dicendum? Verior ſententia eſt,quã ex Bar.ſupra poſui,& inferius ex Phil. Fran.
28 firmaui, quod ſcilicet † bannitus indiſtincte poſsit eſſe arbitrator,non tamen ex d.§. hæreditatem.& §.ſi quis rogatus, alleg.per Bar. quia illa iura parum faciunt, ut ipſemet Bar. dicit in d.§.ſi quis rogatus. nam non loquuntur in arbitratore,ſed in eo,in cuius liberã voluntatem eſt facta remiſsio,& non importat arbitrium boni uiri, ut l. fideicommiſſa. §. quanquam.& ibi not.in glo.ff.de lega. 3. ſed
29 ex ea ratione,quia † nec deportatus,nec relegatus,nec transfuga, nec bannitus perdũt iura gentium communia inter omnes,l.amiſſione.§.qui deficiunt.de cap.dimi.l.quidam. de pœn.Bar.in d.diſput. incip. Lucanæ ciuitatis. Conſtat autem ex Fran.vbi ſup.quod arbitramentum eſt ſpecies contractus, qui contractus ſunt de iure gentium inducti, d.l. manumiſsiones.& l.ex hoc iure gentium.de iuſt.& iure.& Inſtit.de iure nat.gent.& ciu.§. ex hoc iure gentium. Ergo cum ipſis bannitis competant ea, quæ ſunt de iure gentium, poterunt eſſe arbitratores. Nam arbitramentum ſolis finibus iuriſgentium, & naturalis æquitatis clauditur, non autem iuris ciuilis, vt per Bal.in l.fi.C.de cõtrah. emp. & per Io. Bapt.Peruſ.in tract.de arbitr.lib.11.per totũ.
* Et iſtam eſſe veriorem opinionem,quicquid dicant Ioan.And.& alij,dicit Ioan.Bapt.Peruſ.in d.tract.de arbitr.lib.4.c.5.& 7.& Fran. in d.reg.dolo.licet ipſe Fran.loquatur in excommunicato, cum idem ſit in bannito, ut ſupra dictum eſt,quia a pari procedunt.
30 Fallit tamen iſta concluſio in bannito † a Papa,uel ab Imperatore,cui eſt indictum bellum, ut in authen. item nulla communitas. & in authen. item quicunque. C. de ſacroſ. eccleſ.ut ſupra dictum eſt in prima par. q. in uer.uerum quia.uerſ. ſunt & alij banniti pro grauioribus delictis.de quo uide dicta ibi.
31 Fallit ſecundo in bannito † a ciuitate,quæ habet exitios in ere, & perſona, & bannitos,& qui deſcripti ſunt pro rebellibus,& cũ quibus prohibita eſt participatio per ſtatutum,ut ferè per totam Italiam ſeruatur, quæ limitatio tamen reſtringitur ad ſubditos ciuitatis bannientis. pro cuius tamẽ clara cognitione,ſciendum eſt,quod aut ſtatutum ciuitatis bannientis exprimit,quod bannitus non poſsit eſſe arbiter nec arbitrator,& hoc caſu clarum eſt, quod non poterit eſſe in territorio ſtatuentis,l.omnes populi.de iuſt.& iure. Inſtit.de iure nat.gen.& ciu.§.ius autem ciuile.extra territorium autem,ſic.l.extra territorium.de iuriſd.omn.iud. Aut ſtatutum iſtud non exprimit; Et hoc caſu aut ſtatutum bannito audiẽtiam ſimpliciter denegat,aut prohibet loquelam,& participationem cum ipſo.ſi ſimpliciter audientiam denegat, poterit bannitus eſſe arbitrator, quia illa denegatio audientiæ intelligitur quo ad agendum: nam, quo ad hunc actum, bannitus repellitur a limine iudicij,l.fi. & ibi per Angel.C.de maleſ.& mathem. ſi prohibet loquelam, & participationem,idem iudicatur de bannito quod de excommunicato,ut ſup.dictum eſt, nam eadem eſt ratio,ita quod bannitus non poterit eſſe arbitrator in territorio bannientis, tamen talis prohibitio non extendetur extra territorium,per ſupradicta.pro quibus

uide

vide Peruſ.in d.tract.de arbitr.lib.2.c.7.& c. 10.& lib.4.c.7.& c.12.

Et circa illud quod dixi de ſtatuto prohibente loquelam vel participationem cum
32 bannito,aduerte,quod tale ſtatutum † compræhendit nedum oretenus loquentem, ſed etiam mittentem literas,nuntium, vel procuratorem, ſecundum veram, & communem opinionem, quam tenent Doct. cum glo.in c.conſtitutionem.de ſenten.excom. lib.6.in glo.in ver. participatione. vbi glo. ſecundũ Guilel.Io.Mona.& Hug. in c.quoniam multos.11.q.3.dicit, quod quis incurrit excommunicationem mittendo nuntium vel literã excommunicato,ac ſi illi perſonaliter loqueretur,per tex.in cap.vbi periculum.§.nulli.de elect.in 6. qui text.ſecundum Ioan. And. loquitur in excommunicatione maiori, comparando,loqui,& nuntium mittere. & ratio eſt,quia mittens nuntium vel literas, ipſe loqui videtur,l.& licet.ff.de conſt.pecun.& Io. And.in addit.in d.glo.participatione, idem tenuit Rom.in l.1.in prin.ff.de verb.obligat. qui allegat ad hoc d.§. nulli. ſequitur Peruſ. in d.tract.de arbitr.li.2.c.10. ubi allegat tex. in l.1.in fine.ff.ad leg.Iuli.maieſt.qui text.loquitur in bannito, qui dicitur hoſtis patriæ, dum ait, quiue hoſtibus populi Romani nũtiũ,literaſve miſerit,ſignumve dederit,& cætera. Ex quibus nota, quod id quod de iure canonico eſt prouiſum in excommunicato, de iure ciuili eſt cautum in bannito, vt & ſupra dictum eſt.

33 Fallit tertio concluſio in damnato † in metallum vel ad mortem:nam iſti, cum in vinculis detinentur, non poſſunt eſſe arbitratores,d.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.il ſecondo. in fine.ff.ad Trebel.nam hoc modo damnati,perpetuo ad illam pœnam, ſiue etiam ad tempus obligati ſunt, prout ſunt temporibus noſtris condemnati ad carceres vel ad triremes,vt in d.tract.de arbitr. lib.4. c.5.talis enim pœna capitalis eſt, ſecundum Bald. in l.incredibile.C. de pœn. Bart. in l.2.nu.9. de publ.iudici.Ruy.cõſ.88.nu.8.uol.5. & de vtraque pœna,in metallum ſcilicet,& carceris,quod æquiparetur,pulchre ponit Meno. de arbitr.iud.lib.1.q.80.num.43.& 44.& de hac pęna damnationis in metallũ,&in opus metalli,quis fuerit inuentor, & quõ differãt, ponit Prateius in theſ.de verb. ſign. in lit.M. in ver.Metalla,& ver.Metallum.vide ibi.

Fallit quarto in excommunicato ex cauſa hæreſis,ſi ſteterit in excommunicatione per
34 annum,quo caſu † nõ poteſt eſſe arbitrator, vt in auth. credentes. C. de hæret. ſed infra annum poterit,ſecundum Ang.in d.§.ſi quis rogatus.ſequitur Fran.in d.reg.dolo,circa fi. ſicut nec poteſt teſtari,per d.auth. credẽtes. & in corpore vnde ſumitur.& ibi Bar.& Sal. & ita dicunt Arch.in c.pia.col. 3. de except. in 6.Bal.in l.1.§.his quib. ff. de leg. 3.Fran.in rub.de teſt.in 6.col.16.Bar.in l.ſi quæramus. ff.de teſta. & late poſt omnes quos cõgerit Gabriel.concl.ſuarum lib.4. de teſtam.cõcl. 1.num.6.& Bal.in l.1.col. 10. de hæred.inſt.
35 vbi dicit,quod licet excommunicatus † poſſit teſtari regulariter, fallit tamen in eo qui eſt excommunicatus pro hæreſi, & in excõmunicatione ſtetit per annum,per d.authen. credẽtes, refert Firm.cum alijs multis in ſuo repert.in uer.excommunicatus teſtatur, circa med.idem & in bannito: cum,vt dictum eſt,æquiparetur excommunicato, c.Domino guerram.in tit.hic fi.lex Conr.& ibi Car. Alex.col.1.quem refert Gabriel.concl. ſuar. lib.5.de reſtit.ſpol.conclu.1.num.164. & ta-
36 men † teſtamentum eſt iuriſgentium quo ad eius ſubſtantiam, licet quo ad ſolemnitates ſit iuris ciuilis.Bart.in l.interdum.de cond.in deb.Caſtren.in l.teſtandi.C.de teſtam. Doc. in rubr.Inſtit.de teſta. immo eſſe iuris naturalis dicit tex.in cap.ultima.13.q.2.quem ad hoc citat Menoch.conſ.20.incip. quod magnificus.num. 2. & 3.lib.1. cuius iuriſgentiũ banniti ſunt capaces,l.quidam.de pœn.Alc. conſi.26.incip.circa primum.col.2.uerſic.& per hoc patet.col.2.uol.1.& conſi.75.col.1. & 4.eod.uol.de quo tamen remitto ad dicta infra in ea quæſtio.An bannitus amittat,&c. uerſ.Tamen iſtis. & uerſ. & obſerua. ubi late de hoc.ſat eſt ad hoc propoſitum,data æquiparatione banniti ad excommunicatum, ꝙ ſicut excommunicatus in d. caſu non poteſt
37 eſſe arbitrator, ita nec † bannitus, quando eſt bannitus cum publicatione bonorum,vt dicit Bal.in l.fina.col.5.uerſ. ſexto quæro.C. de contrahen.empt.de quo per Alexã. in l.ſi quis arbitratu,de uerb.oblig.col.pen.in fine. uerſi.quærit etiam Bar.cum alijs concor.per eum ibi allegatis. reliqua ſupple ex dictis in prima par. huius q. in uerſ.ego autem.& ex dictis ſup.in 10.q.

QVAESTIO XVI.

Bannitus an amittat beneficia iuris communis, vel quæ, & quæ retineat.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus nō amittit beneficia iuris communis, ſed eius tā tum ciuitatis, cuius banno ſuppoſitus eſt.*
2 *Reprobatus ab vno collegio amittit tantum iura propria illius collegij, in reliquis manet ſub protectione iuris cō munis.*
3 *Banniti quarum ſucceſſionum ſint capaces.*
4 *Banniti quæ iura amittant.*
5 *Bannitus quod nullius rei uel ſucceſſionis capax ſit.*
6 *Deportare, eſt perpetuo bannire cum confiſcatione bonorum.*
7 *Bannitus licet æquiparetur deportato, transfugæ, aut hoſti ciuitatis, tamen non perdit beneficia iuris cōis.*
8 *Banniti perdunt iura quæcunque vſque ad bannum, ſed non ea quæ ſibi competunt poſt.*
9 *Bāniti quo caſu regulariter perdāt bona, & poſſint occidi*
10 *Bannitus an æquiparetur deportato.*
11 *Banniti noſtri temporis perdunt omnia quæ ſunt iuris ci uilis, & retinent ea quæ ſunt iuriſgentium.*
12 *Verba, extra protectionem communis, quid importent.*
13 *Statutum ciuitatis non poteſt in totum tollere ius commune.*
14 *Bannitus qualis amittat omnia beneficia, etiam iuris communis.*
15 *Imperator eſt uniuerſi orbis dominus.*
16 *Iura Imperialia non ligant omnes.*
17 *Banniti an poſſint quærere ſibi actiones.*
18 *Bannitus an poſſit teſtari.*
19 *Cauſa finita non poteſt producere effectum infinitum.*
20 *Iuriſdictio limitata ad certum territorium, non poteſt producere effectus extra ipſum.*
21 *Deportatus & bannitus, quæ iura amittant.*
22 *Deportatus non habet teſtamenti factionem. contra. numero 23*
24 *Bannitus an ſit capax ſucceſſionum ab inteſtato vel ex teſtamento.*
25 *Fiſcus an ſuccedat bannito cum confiſcatione bonorum.*
26 *Fiſcus non excludit ſubſtitutum.*
27 *Venientes ab inteſtato ſunt tacite vocati a defuncto.*
28 *Taciti & expreſſi par eſt virtus.*
29 *Fiſcus an ſuccedat bannito in iure conditionali.*
30 *Ius conditionale non tranſmittitur in fiſcum, ſicut nec in alium hæredem.*
31 *Iura ſanguinis non poſſunt vllo iure tolli.*
32 *Bannitus quæ iura amittat, & quæ retineat.*
33 *Bannitus quando perdat iura tam bannientis quam communia.*
34 *Aſſaſſini nullibi ſunt tuti.*
35 *Clericus aſſaſſinus poteſt per iudicem ſecularem puniri.*
36 *Hæreticus vbicunque inuenitur, ibi puniri poteſt.*
37 *Bona damnatorum conſeruantur filijs. fallit in hæretico.*

QVAERO decimoſexto, An bānitus amittat beneficia iuris cōmunis, vel illius ciuitatis tantum a qua bannitus eſt? iſta quæſtio facit ad præcedētem in multis, & ſe inuicem poſſunt coadiuuare. Et primo
1 videtur dicendum, quod bannitus † nō amit
* tit beneficia iuris communis, ſed eius tantum ciuitatis, cuius banno ſuppoſitus eſt, ad inſtar deportatorum a Principe, transfugarum, & hoſtium populi Romani, qui non amittebāt niſi beneficia populi Romani, & non alia. l. quidam ſunt ſerui. ff. de pœn. in ſecundo mēbro. ubi tex. dicit, item quidā apolides ſunt. hoc eſt, ſine ciuitate, ut ſunt in opus publicū perpetuo dati, & in inſulam deportati, vt ea quidem quæ iuris ciuilis ſunt non habeant, quæ uero iuris gentium ſunt, habeant, & ſic non amittunt ius commune, quod & glo. ibi dicit ſuper uer. non habeant. in fi. dum dicit, alia quæ iuriſgentium ſunt, bene poſſunt, per tex. in l. conſilio. §. pen. ff. de curat. furi. & de capit. dimin. l. legatum. in argum. in illis verbis, facti potius quam iuris, ut in d. §. pen. & in illis uer. quia tale legatum in facto potius, quam in iure conſiſtit. ut in d. l. legatum, vbi dicitur, legatum interueniente capitis diminutione perſeuerare. hoc etiam comprobatur a ſimili in eo, qui eſt reprobatus ab uno
2 collegio, † nam amittit tantum iura propria illius collegij, in reliquis manet ſub protectione iuris communis. l. 1. C. de tabul. li. 10. l. milites. C. de quæſt. & ita firmant Barto. & Ang. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. Cyn. & Bart. in l. 1. C. de hæred. inſti. referentes ita diſputādo publice fuiſſe determinatum per Fede. de Senis in quæſt. incip. Quod talis eſt Titius filiusfamilias, ubi etiam concludunt,
3 quod banniti † ſunt capaces earum ſucceſſionum quæ ſibi deferuntur ex teſtamento valido de iure communi, vel ex alia ſucceſſione data de iure communi, & ita tenent Iſern. ſuper conſt. regni. tit. de ban. & foriud. Tiraq. poſt Bal. quem allegat, de leg. connub. glo. 8. num. 40. & ante eos, Bart. in l. eius qui. §. 1. ff.
4 teſt. ubi dicunt, † quod banniti perdunt oīa iura illius ciuitatis a qua eiecti ſunt, retēta poteſtate ſibi a communi lege competente, &
* hanc eſſe communem Doc. ſententiam dicit Alex. conſi. 26. incip. circa primū. col. 2. in fi. uol. 1. ſequit Vāt. in trac. nul. ti. de nullit. ex defec. inhab. ſeu mād. ſub n. 51. uer. ſi uero tales.

In

In contrarium videtur, quod bãnitus oĩa iura, etiam communia amittat, & quod nul-
5 lius rei vel ſucceſsionis capax ſit. nã † deportatus cui ab inteſtato ſeu ex teſtamento eſſet delata hæreditas, eſt incapax, & perinde ac defuncto ei ſucceditur per alios inſtitutos, vel venientes ab inteſtato, ac ſi ipſe deportatus inſtitutus non eſſet, ſecundum magis cõmunem ſententiam, & verã. l. 1. cum ibi not. C. de hæred. inſt. l. 1. §. pen. ff. de bonor. poſſ. cont. tab. l. in metallum. ff. de his quæ pro nõ ſcrip. Sed bannitus æquiparatur deportato, vt not. gloſ. in §. relegati. Inſt. quib. mod. ius pat. poteſt. ſolu. & gl. in c. domino guerram. in titu. hic fin. lex, & inci. conſuet. Specul. & ibi Ioan. And. tit. de inſtrum. edit. §. compendioſe. verſ. quod bannito. & in tit. de arbitr. §. differt. uerſ. quid de bannito. ubi Ioan. And. refert idem tenuiſſe Gui. de Suz. in l. Pædius. ff. de arbitr. per l. actione. §. publicatione. ff. ꝓ ſocio. & in d. l. 1. §. fi. ff. de bonor. poſſeſ. contratab. & idem Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de accuſat. in 3. par. §. ſequitur. in addit. magna, quæ incipit, Odofredus. Dyn. in l. ſi quæramus. ff. de teſtamẽ. Iac. de Belui. in ſua diſput. incip. Sempronius & Titius inimici capitales. quam ponit in l. 2. C. ut infra cer. temp. Bal. in l. ſeruum. §. publice. ff. de procur. col. 4. & in l. 2. colum. ult. C. ſi penden. appel. mors interuen. & in l. corruptionem. C. de vſufruc. & idem tenet ibi Mart. Sylim. & Angel. in ſuã diſput. incip. duo adinuicem litigantes. idem tenet, & refert idem tenuiſſe Hugon. de Fontana in quadam ſua diſput. inci. quidam nomine Sempronius. ergo & bannitus eſt incapax. Maior probatur, nam de-
6 portare † eſt perpetuo bannire cum cõfiſcatione bonorum, d. l. 1. C. ſi penden. appel. mors interuen. l. 1. ff. de bon. damnat. l. relegatorum. §. differentia. ff. de interd. & releg. glo. Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu. d. §. relegati. Cum ergo bãnitus æquiparetur deportato, & ſic & ipſi veniant bona confiſcanda, erit incapax etiam eorum, quæ ſunt de iure communi, & gentium. l. legatis ſeruis, §. ſi ũnus. ff. de lega. 3. l. quæritur. de ſtatu homin. Alexan. conſ. 75. num. 9. uol. 1. Curt. iun. conſilio 182. num. 8. Iaſ. conſi. 166. num. 3. vol. 2. Socin. ſen. conſi. 22. num. 10. verſicu. quarto hoc probatur. vol. 1. Bologn. conſi. 70. Clar. in pract. crim. §. fina. quæſt. 71. uerſi. dixi autem in fi.

Tamen iſtis non obſtantibus, prima propoſitio communis eſt, quam ſequũtur, Ang. in l. Gallus. §. ille caſus. ff. de liber. & poſth. & in d. ſua diſput. incip. duo adinuicem. Bart. & Bal. in l. eius qui. §. 1. ff. de teſtam. & hoc ibi ſequitur Ioan. de Imo. & Bal. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. & in repet. l. 1. col. 11. C. de ſacroſan. eccle. & alibi Ang. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolu. matrim. & eſſe communem teſtatur Alexan. d. conſi. 26. col. 2. uerſ. & per
7 hoc patet. ubi dicit, quod dato † quod bannitus æquiparetur deportato, trãsfugæ, aut hoſti ciuitatis, tamen non perdit beneficia iuris communis. d. l. quidam. ff. de pœn. & iſtam eſſe communem opinionem dicit Gerar. de Petraſan. in ſing. 14. incip. notant Bar. & alij. vbi dicit, Bar. & alios in l. ſi cum mulier. ff. ſol. matrim. tenere, quod licet bannitis a ciuitate denegentur iura municipalia, non tamen denegantur iura communia, per d. l. 1. C. de hæred. inſtit.

Et pro ſolutione obiecti, dicas, quod banniti perdunt iura quæcunque vſque ad ban-
8 num, † ſed non ea quæ ſibi competũt poſt, & hoc eſt quod dicit Fran. Cremen. in ſing. 149. incip. deportati. Vbi dicit, quod deportati, & banniti illi, qui æquiparantur deportatis, poſt bannum poſſunt agere ex contractibus iuriſgentium, & erit proprium eorum quod acquiſiuerint, nec auferetur a fiſco, per tex. in l. ſi tibi mandauero. § is cuius. ff. mand. nota, dum dicit, illi banniti, qui ęquiparantur deportatis, quod intelligere voluit de perpetuo bannitis, non autem de bannitis ad tempus, qui banniti ad tempus æquiparantur relegatis, qui banniuntur ad tempus. d. l. relegatorum. §. differentia. de interd. & releg. & gl. in d. §. relegati. Inſt. quib. mod. ius patr. poteſtat. ſolu. & in iſtis relegatis ex propria natura relegationis non venit bonorum publicatio. d. §. differentia. ſeu hæc eſt differentia. & l. relegati. eo. tit. & l. bona. ff. de iure fiſci. & iſte caſus eſt citra dubium. vtile tamen eſt ſcire hanc differentiã, quam ponit Gand. in tract. malef. Rubr. de bannit. pro malef. in prin. tũ propter bona, tum propter eorum necẽ: nã
9 ſi ęquiparentur † deportatis, quia ſunt perpetuo bãniti, regulariter amittunt bona, & poſſunt occidi: ſi aũt relegatis, quia id fit ad tps, regulariter non amittunt bona, nec poſſunt occidi, ut ex Crinito, Cælio, & alijs diuerſimode obſeruat Menoch. de arbitr. iud. lib. 2.

cent.4.caſu.330. Sed etiam ex præmiſſis,ca
ſus cõcluſionis ẽſt clarus,pro qua vide Ang.
in tract.malef.in uer.qui dominus iudex.nu.
58.uerſ.& tene menti.ex cuius dictis ibi, cla-
re liquet veritas cõcluſionis.nam dicit quod
bannitus æquiparatur deportato, & ideo vt
deportatus perdit ciuitatem,& deſinit eſſe ci
uis illius ciuitatis, & perdit omnia priuilegia
ſuæ ciuitatis, per iura & doct. per eum ibi al-
legatas. non autem amittit alia quæ ſunt ex-
tra illam ciuitatem, prout ponitur in quęſtio
ne.Et obſerua, quod iſta eſt maxima quæ-
10 ſtio, † an bannitus æquiparetur deportato,
quam remiſſiue tangit Auguſt. de Arim. in
addit.ad Angel.de malef.in d.uer.qui domi-
nus iudex.num.60.verſ. item inquantum tra
ctatur hic.& Iaſ.Inſt.de act.in prin.tit.nu.38.
in uer.de hoc tamen,an & quando. vbi ſim-
pliciter quærit,an,quando,& quomodo bã-
niti noſtri temporis, æquiparentur deporta-
tis,& an & quando æquiparentur relegatis,
& remittit ad Bar. & quamplurimos ibi no-
minatos, quos hic deſcribere non expedit.
quod etiam tangit deciſiue,& remiſſiue Ale.
in l.ſi cum dotem.§.ſi patri.uerſ.& pendet ẽt
deciſio.ff.ſolu.matrim.ut ibi per eum. quam
quæſtionem nouiſſime ponit, & diſcutit Iul.
Clar.in ſua pract.crim.§.fi.q.71.uerſ. dixi au
tem ſupra.ubi caſum diſputat,& tandem po-
nit practicam,quid iudici faciendum ſit,quã
do occurrit quęſtio de bãnitis, & controuer
titur an veniant comparandi deportatis,vel
relegatis,vide ipſum. & Oſaſ. deciſ. 105.ubi
multa cumulat,& declarat.

Satis eſt, quod ad noſtram quæſtionem,
quod banniti noſtri temporis, ſiue æquipa-
rentur deportatis,iuxta glo. in d. §. relegati.
ſiue ęquiparentur transfugis,iux.d.l.amiſſio
ne.§. qui deficiunt. de capit.dimin. perdunt
11 † omnia,quæ ſunt iuris ciuilis,& retinent ea
quę ſunt iuriſgentium. d. l. quidam.de pœn.
Alex.in d.conſ.26.& conſ.75.col.1.& 4.co.
vol.Vnde dicunt not. Bart.in d.diſput.incip.
Lucanæ ciuitatis ſtatuto.Bart.& Bald.in d.§.
qui deficiunt, quod banniti nõ ſunt capaces
earum ſucceſſionum, quæ etiam loco a quo
banniti non ſunt ipſis deferuntur ex forma
ſtatutorum illius ciuitatis a qua banniti ſunt,
ſecus ſi defertur ex teſtamento valido de iu-
re communi,uel ex alias ſucceſsione data de
iure cõi,& pro hoc eſt optimus tex. per quẽ
ibi ita decidit Bar.in l.certa forma.C. de iure
fiſci.lib.10.inducendo vt ibi per eum, & lo-
quitur illa lex de ſucceſsione delata ẽt in lo-
co a quo quis bãnitus erat. Et ſic ſtat conclu
* ſio cõmunis,quod bannitus non perdit niſi
iura ciuitatis,a qua bannitus eſt, communia
& cætera non amittit.

Limitari poſſet concluſio ſecund.Bal. in l.
3.col.ul.C.ſi pend.app.mors interue.nõ hře
12 locum qñ extaret ſtatutum, † quod banniti
ſint extra protectionem cõis,nã tunc intelli
geř tam quo ad iura cõia,quam quo ad ciui-
lia,& municipalia:ꝑp enim illa verba, extra
protectionem cõis, banniti omni ſucceſsio-
ne inhabiles fiunt,ẽt ex teſtõ,& futura. Alex.
conſ.75.uol.1.Ruin.conſ. 20. & 25.uol,5.&
conſ.49.uol.4. quos vna cum alijs refert ad
hoc nouiſsime Burſ.conſ.54.nu. 5. lib. 1.&
Alex.in l.ſi cum dotem. §. ſi patri.ſol.matri.
verſ.2.limita.dicit quod iſtud dictum eſt ſum
me notãdum, cum nõ reperiat ipſum appro
batum,nec improbatum.Tu tñ dic as quod il
lud dictum eſt verum, quatenus intelligař de
iure ciuili,cõi,uel municipali loci banniẽtis,
ſi aũt de iurib.extra illum,eſt falſum: nã licet
13 ſtatutum † ciuitatis poſsit efficere, quod ius
cõe non habeat locum quoad bona ſita in ci
uitate ipſa, non tñ in uniuerſum põt tollere
ius cõe,ita dicit Pau.de Caſt.poſt Ruy.in l.1,
C.de hæred.inſt. & ibi Iaſ.nu. 6.Alex. conſi,
23.nu.10.& d.conſ,75.nu.8.uol.1.Ruy. cõſ,
49.num.4.par.1.& alij,quos, contra Neuiz,
Corn. & Goza. in conſilijs relatos, probat
Menoch.conſ.101,num.9.par.1.

Limitari ẽt poſſet concluſio,ut non procę
deret in bannito ab Imperatore cum bono-
14 rum proſcriptione,aut belli indictione: † ta
lis enim reputatur quaſi hoſtis publicus,atq;
õia quæ ſunt iuris cõis amittit,vt dicit Bar.in
d.l.amiſsione.§.qui deficiũt. de capit.dimin,
in l.certa forma.C.de iure fiſci.li. 10. & in d.
q.incip.Lucanę ciuitatis.Ang.in d.q.duo in-
uicem.Ale.in d.l.ſi cum dotem.§.ſi patri.ſol.
matrim.& d.cõſ.75.nu,7.Ripa in l.ex facto.
num,18.ad Treb.Tiraq.de retract.cõſangui,
§.1.gl.9.nu.27.Vant.in tract.nullit.tit.de nul
lit.ex def.inha.ſeu mãd. nu. 51.& nouiſsime
* Menoch.d.cõſ.101, nu. 8, vtunř rõne cõiter
15 recepta,quia.ſ.Imperator † eſt uniuerſi orbis
dñs,l.bene a Zenone.C.de quadrię.ꝑſcr.&ip
ſe Imperator eſt iuris cõis cõditor,ut in proœ.
Inſt.& in ti.de iure nat.§. ſed & quod Princi
pi.iſta limitat.eſſet uera data veritate ſuprad,
rationis,

rõnis,& ſi ius cõe ab Imperatorib. traditũ in
legibus vbiq; ſeruaretur,& ſecundum ipſum
omnes populi regerentur. ſed quia illud di-
ctum nõ eſt verum ita ſimpliciter intellectũ,
vt alibi dicam ad aliud propoſitum in alia q.
16 nec iura † imperialia ligent omnes, vt ipſe-
met Imperator dicit in Inſt. titu. de iure nat.
gen. & ciu. §. ius autem ciuile. cum ſeq. ideo
nec iſta limitatio procedit ita ſimpliciter,ſed
dicendum eſt vt in præced. & quod tantum
afficiat bannitos ab Imperatore in terris im-
mediate ſubiectis Imperio, ſeu in recogno-
ſcentibus Imperium in ſuperiorem ratione
ſubiectionis immediatæ vel mediatæ, ſecus
in principibus, & ciuitatibus liberis non re-
cognoſcẽtib. ſuperiorẽ. de qua materia nũc
non eſt intẽtio. Vltra quod, dato quod amit-
teret iura communia,quod tamen verum nõ
eſt niſi modo,quo ſupra dictum eſt; non ta-
men ei denegantur ea, quæ ſunt iuris gen-
17 tium, & hoc eſt utile ſcire, nam ſi banniti † re
tinent ea,quæ ſunt de iure gentium, videtur
quod poſſint ſibi quærere actiones, quate-
nus actiones ſint de iure gẽtium, ſecus ſi ſint
de iure ciuili, quam quæſtionem occurrit
nunc examinare,ſed vide Iaſ. Inſt. de action.
vbi ſup. num. 39. verſ. in hoc ergo articulo v-
trum actiones &c.& Franc. Aret. in l. 1. C. de
hæred. inſt. ubi ponit etiam, an bannitus poſ
ſit teſtari, an eo mortuo fiſcus ſuccedat, &
alia vt ibi.& per Ang. Clauaſ. in Sum. in ver.
bannum. verſ. vtrum bannitus. & Silueſt. in
Sum. in eo. ver. in ver. ſecundo vtrum banni-
tus.& Anch. in c. 2. de teſta. col. vlt.

Circa pręmiſſa autem pro complemento
ſuccinctæ tria videnda ſunt. Primo, an banni-
tus poſſit teſtari: ſecundo, an ſit capax ſucceſ
ſionũ: tertio, an fiſcus ei ſuccedat. Circa pri-
18 mum † diſtingue. Aut vult teſtari ſecundum
ſtatuta, & priuilegia, ſeu iura ſuæ ciuitatis a
qua eſt bannitus, aut vult teſtari ſecundũ ius
commune. Primo caſu non poteſt, quia cum
efficiatur hoſtis ciuitatis, nõ debet ipſius pri-
uilegijs gaudere, vt d. §. qui deficiunt. odioſi
enim non gaudeat priuilegijs, l. Lucius. §. Lu-
cius Titius, de lega. 2. ſecundo caſu ſubdiſtin-
gue, aut vult teſtari ſecundum ius ciuile, & cõ
mune ſeruatum in patria a qua bannitus eſt,
aut ſecundum ius commune in locis non ſu-
biectis bannienti. Primo caſu dic vt ſup. ſecũ
19 do caſu poteſt. ratio, ſicut † cauſa finita non
põt producere effectum infinitum, l. in agris.
de acq. rer. dom. l. 2. vbi Bal. de ſeru. exportã.
c. ea noſcitur. de ſent. excommun. cum alijs
alleg. per Alexan. in l. rõne. la prima. §. fi. ff. ad
leg. Falci. Socin. iun. conſ. 170. nu. 49. volu. 2.
& conſ. 86. nu. 6. vol. 4. ita iuriſdictio limitata
20 † ad certum territorium non põt producere
effectus, non limitatos, & ſic extra ipſum. l.
non ſolum. §. qui teſtamento. ff. de excuſ. tut.
ſed ſi bannum afficeret bannitum extra iuriſ
dictionem bannientis, iuriſdictio extenderet
vires ſuas extra terminos, contra l. fi. de iuriſ.
omn. iud. igitur & c. Validatur, nam intentio
ſtatuti ſeu decreti bannientis fuit, ne qui de-
linquit pręmiũ ex ſuo delicto reportaret, ſed
priuaretur commodis patriæ quam delin-
quendo offendit. cã iſta ceſſat bannito extra
terminos bannientiũ exiſtente, ergo & ſtatu
tum ceſſat. Pariſ. conſi. 98. in cip. circa præſen
tem. ſub num. 30. uerſ. & etiam quia. volu. 1. a
Tiraq. citatus in tract. ceſſan. cau. par. 1. num.
243. cum alijs locis per ipſum ibi remiſſiue
citatis. cum igitur bannito remaneant ea quę
ſunt de iure communi modo quo ſupra di-
ctum eſt, poterit facere teſtamentum ſecun-
dum ius cõe, vt dixit Anchar. in d. c. 2. col. 4.
num. 17. uerſ. item iſte, qui publicatis bonis.
Cõfirmatur dictum hac ratione, ſicut depor
21 tatus † qui deportari debet authoritate Im-
peratoris, iux. l. 1. §. deportatos. ff. de leg. 3. &
l. 2. ff. de pœn. nõ perdit niſi ea, quæ ſunt Im-
perij Romani vel ciuium Romanorum, non
autem ea quę ſunt iuriſgentium. d. l. quidam.
ff. de pœn. quamuis Imperator habeat pote-
ſtatem tollendi ea quæ ſunt iuriſgentium, cõ
dendo legem generalem, vt probat Bar. in l.
fi. C. ſi cont. ius vel vtil. publ. & in proœm. ff.
in 2. col. ita & bannitus ab vna ciuitate non
perdit niſi iura, & beneficia inducta per ſtatu
ta illius ciuitatis, non aũt iura communia, vt
eadem ſit rõ de parte quo ad partem, quę eſt
de toto quo ad totum. l. quæ de tota. de rei
vendic. Ex quib. ẽt apparet non eſſe veram li
mitationem Bald. de qua ſupra, dum dicebat
quod per illa uerba poſita in ſtatuto, ꝙ bãniti
ſint extra protectionem cõis, intelligebatur
tã quo ad iura cõia, quam quo ad ciuilia, &
municipalia: nam ſup. ſatis apparet non eſſe
uerã, niſi intellectã vt ibi. Vel poſſet dici, ꝙ illa
verba intelligi debent, ſint ext. protectionem
cõis, id eſt, non ſint amplius ciues, & perinde
habeantur ac ſi eſſent transfugę, & hoſtes, vt
ſup. in diſcurſu dictũ eſt. vide Clar. li. 3. ſent. §.

teſtamentum.q.19.¶Circa deportatum, dic idem quod de bânito,reſpectiue,ſingula ſin
22 gulis referendo, nam nec ipſe † habet teſtamenti factionem.d.l.1.C.de hæred.inſti.qui deportantur,ſi hæredes ſcribâtur, tanquam peregrini capere non poſſunt. Sed cōtra de tex.in §.fi.Inſt.de hær.inſt.ubi dicitur, quod peregrino hærede ſcripto non vitiatur teſtamentum.dic,quod.§.fin. loquitur de ſponte peregrino.lex.1.de deportato,& ſic de peregrino inuito.uel ſic.Dictio,tanquam, poſita in l.1.non implicat contradictionem,ſed denotat veritatem,quaſi dicat, deportatus hæres ſcriptus capere non pōt ſicut pōt peregrinus,nam deportatus perdit ea quę ſunt iuris ciuilis,l.neque.§.1.de milit.teſtam.l.quidam. de pœn.ratio eſt,quia pro mortuo habetur. l.1.§.pe.de contrat.tex.in arg.tamen.de mortuo & capto ab hoſtibus in l. ſi eo tempore. de his quæ pro non ſcrip. & l.ſi in metallū.
23 ff.eo.Item uidetur † quod deportatus poſſit habere teſtamenti factionem,per l.ſi cognatis.ff.de rebus dub. certum eſt quod cognati non deſinunt eſſe cognati niſi per capitis diminutionem,Inſt.de capit.dimin.§.pen.in fi. ſed etſi in inſulam deportatus quis ſit, dicit tex.cognatio ſoluitur,tamen ibi valet legatū licet deſinat eſſe cognatus.Sed dicas,quod illa lex loquitur de ciuili cognatione, quæ per adoptionem erat quæſita.l.quæ in adoptionem. ff. de adop. quæ per minimam capitis diminutionē perditur. hic uero de maxima.

24 Circa ſecundum,an ſcilicet bannitus † ſit capax ſucceſſionum,vel ab inteſtato, vel ex teſtamento?ultra ſupra dicta in præced.uer. diſtingue ex mēte Doctorum tractantiū materiam iſtam, quod aut bannitus ſolum perdit iura ciuitatis a qua bānitus eſt, aut perdit ēt eą quæ ſunt iuris cōis. Primo caſu non impeditur ſuccedere,quia ex iure cōi,nō ex municipali ſuccedere dr̄. ſecūdo caſu nullo modo ſuccedit,quia tunc nihil retinere, vel habere pōt.Bart.in d.l.1.in fi.C.de hæred. inſt. in d.l.certa forma,nu.3.C.de iure fiſci.li. 10. & in d.diſput.Lucanæ ciuitatis ſtatuto,num. 11.Alex.in l.ex facto.§. ex facto. ad Treb.& d.conſi.36.uol.1.Nel.in tract. bannit. 2.par. 1.temp.q.5.& hanc diſtinct. ſequitur nouiſſime Menoch.conſ.105.num.1.par.1.& eam
* communiter teneri dicit Alex.in d.l. 1.C.de hæred.inſt. num.4.quem refert Ruyn.conſi. 49.nu.3.uol.4.Cor.conſ.29.li.2.& conſ.55. lit.L.eo.lib.Alex.conſ.75.num.2.lib.1.Curt. ſen.conſ.59.nu.19.Curt.iun.cōſi.182.nu.4. & alij quos in hanc ſententiā citat Clar. li.3. ſent.§.teſtamentum.q.20.in prin.& pro ipſa multa congerit nouiſſime Burſ. materiam diſcutiens,in conſi.54.incip.præſuppoſito.nu. 1.cum 4.ſeq.& nu.24.uol.1.

25 Circa tertiū,an.ſ.† fiſcus ſuccedat bānito, intelligendo de bannito cum confiſcatione bonorum. & in hoc ſimiliter diſtingue, aut agitur de bonis exiſtentibus tempore banni,aut de bonis futuris ſibi relictis a teſtatore.Primo caſu regulariter fiſcus ſuccedit, cū ratione pœnæ,tum quia non meretur ille bānitus habere hæredem, & quoad hæc bona omnem controuerſiam ceſſare dicit Menoc. d.conſi.101.num.32.& nihil allegat.Ita igitur dicit Nel.in tract.bann.in 1.par. 2.temp. num.18.Curt.ſen.conſi.59.ſub num.13.ver.
* conſequenter.quam regulam dicit communem Boſſi.tit.de bon.publ.poſt nu.80.quem cum alijs,& decreto Mediolani in hoc, citat Clar.lib.5.ſent.§.fina.quæſt.78.uerſi.ulterius quæro.ſecundo caſu,aut in teſtamēto eſt datus ſubſtitutus bannito,aut non.ſi ſic,ille ſuccedit excluſo fiſco,d.l.ex facto.§. ex facto.ff. ad Trebel.& ibi not.omnes,ea ratione, quia
26 † fiſcus non ſuccedit ut hæres bannito loco liberorum,& ideo ſubſtitutum non excludit ut dicit Ripa in d.§.ex facto.nu.9. quod autem fiſcus non ſuccedat loco liberorum, tenent Bar.quem cęteri ſequūtur,in l.quoties, ff.de nouat.Bal.in l.3.in 5.oppoſ.C.ad l.Falcid.Ang.in tract.malef.in uerſi. & eius bona publicamus.uer.& nota quod facta.in prin. Soci.iun.conſ.34.incip.non ſine magna.nu. 6.par.3. Si non, ex quo ipſe bannitus habetur pro non ſcripto in teſtamento, uenientes ab inteſtato, & qui aliàs ſucceſſuri erāt teſtatori, hæreditatem conſequentur excluſo fiſco,prout ſe habet magis communis, & vera ſnīa,teſte Iaſ.in d.l.1.C.de hære.inſt.nu.3. uerſ.tamen contraria opinio.Socin.ſen.cōſ. 22.num.13.uol.1.Curt.ſen.conſ.60.col. 10.
27 uerſ.Accedo ad quartum.rō eſt,quia † veniētes ab inteſtato ſunt tacite uocati a defuncto, l.cōficiunt.in prin.ff.de iure codic.ſicut ergo fiſcus excludit̄ a ſubſtituto ob teſtatoris uolūtatē;ita & excludet̄ a uenientib.ab inteſtato, qui ita teſtatoris uoluntatē habent pro ſe, li-
28 cet tacitā,ſicut & ſubſtitutus.Taciti enim † & expreſsi par eſt virtus,l.cum quid.ſi cer.pet.

Bart.

Bart.in l.1.§.1.in prin.ff.quib.mod.pign. vel hyp.ſolu.quãdo eſt par ratio. l. ſi fideiuſſor. §.1.de leg.1.vt hic. & ita ex hac ratione argumentatur Menoch.d.conſ.101.nu.36.& 37. ubi ex præmiſſis dicit dubiã reddi opi. Cur. ſeni.& Curt.iun. volentium bona futura relicta bannito ab eo poſſe auferri per quemcũque,ea occupando, vt ibi per eum, num.38. & ad præmiſſa vide etiam latiſſimè Burſ.d. conſ.54.vbi videtur tenere opinionem, quã Menoch. dubiam dicit. vide apud ipſos, & apud Clar.in d.§.fi.q.78.d.ver. vlterius quæro. & hæc quo ad bona exiſtentia tempore publicationis,& confiſcationis, & relicta ex
29 teſtamento. Quid autem ſit † de iure cõditionali.in hoc diſtinguitur etiam, nam aut agitur de iure conditionali deſcendente ex vltima voluntate, aut de iure cõditionali prouenienteex contractu. primo caſu non ſuccedit fiſcus tanquam delinquentis hæres, ſed ille qui conditione deficiente erat aliàs ſuc-
30 ceſſurus:ratio eſt,quia ius † conditionale nõ tranſmittitur in fiſcum,ſicut nec in alium hæredem.l.vnica.§.ſin autem.C.de caduc.tollẽ. & conditione eueniente admittitur ille, qui aliàs ſucceſſurus eſſet. nam iniquum eſſet, ꝙ quis ex facto delinquentis priuaretur ea ſucceſſione, quæ ſibi a teſtatore uigore ſubſtitutionis obuenit, vel a lege ab inteſtato iure ſã
31 guinis debetur.non enim † ullo iure ſanguinis iura tolli poſſunt.l.iura ſanguinis.ff.de reg.l.iur.ſecundo caſu fiſcus ſuccedit,vt ex cõ-
* muniter recepta Doct.ſententia teſtatur Menoch.poſt Rom.& alios quos citat,in d.conſilio 101.nu.26.& adducit rationem, vt per eum,num.27.vide ibi ad longum, & pro materia,Ang.cum Arim.in d.uerſ.Et eius bona publicamus.Clar.vbi ſup.& Burſ.d. conſ.54. & alij quos breuitatis cauſa omitto.Et ſic ex
32 omnibus præmiſſis patet, † quod bannitus ab vna ciuitate uel ab uno Principe, non perdit niſi iura municipalia, & concernentia ſtatum,& iuriſdictionem bannientis,cętera uero iura gentium,& communia retinet.

Dicerem tamen ego in duobus ſolis caſibus bannitum perdere omnia iura, nedum bannictis,ſed etiam communia,& gentium,
33 † videlicet in crimine aſſaſſinij, & hæreſis, nam cum aſſaſſinus propter criminis immanitatem ſit diffidatus a cuncto populo Chriſtiano, vt a quocunque in quouis loco occidi poſſit, iux. c.pro humani.de homic.in 6. & ibi Doctor. conſequens eſt vt omnia iura amittat.ſi enim aliquod retineret, alicubi tutus eſſet.conſequens eſt falſum, ergo & ante
34 cedens.quod autẽ † aſſaſſini nullibi tuti ſint, patet in d.c.pro humani.§.ſacri approbatione concilij. in illis uerbis (ſit etiam cum ſuis bonis mundanis omnibus, tãquam Chriſtianę religionis ęmulus,a toto Chriſtiano populo perpetuo diffidatus, & ita abhorrent hoc
35 ſcelus leges, vt licet † clerici non poſſint ꝓ criminibus puniri per iudicem laycum, vt notant omnes in c.at ſi clerici. de iudici. tamen clericus aſſaſsinus poteſt per iudicem ſecularem puniri, ut dicunt Lap. & alij in d.c. pro humani.& ibi Gemin.§. ſacri. col.2.uer. quæro an omnes pœnæ. & hoc ſpecialiter inductum eſt ob criminis immanitatem. cũ ergo tales aſſaſsini ita ſint diffidati, ut a quocunque impune occidi poſſint, & ex prædictis conſtet eum bannitum qui impune occidi poteſt,perdere omnia iura municipalia,ciuilia, cõia & cætera ciuitatis Bannientes,& aſſaſsinus ab omnibus diffidatus nullibi tutus ſit,conſequens eſt, vt omnia iura ita amittat, vt penitus nullum,quaſi mortuus, retineat. de hoc crimine autem dicam in alia quæſtione,vbi diſcutiam intellectum.d.c.pro humani.De hæretico idem ſimiliter dicendum eſt.
36 † hæreticus enim, vbicunque inuenitur ibi poteſt puniri,gloſſ. in c. ut commiſsi.in ver. procedendi.de hæret.in 6. Pact. de agnoſcẽ. aſſert.Cathol.& hæret.quæſt.25.num. 12.& tales hæretici etiam ita diffidati ſunt vt etiam non ſit ſeruanda fides illis præſtita. Siman. de hæret.c.45.num.14.Plac.lib.1.epit.delic. c.37.num.11.& Clar.lib.5.ſent.§.fi.ſeu.§.hæreſis,verſi.præterea hæreticis.& ij adeo om-
37 nibus odioſi ſunt,quod † licet regulariter bona damnatorum conſeruentur filijs, authẽ. bona damnatorum. C. de bon. proſcrip.tamen bona hæreticorum confiſcantur exiſtẽtibus etiam ipſis filijs Catholicis, & orthodoxis. c. uergentis. de hæret. authen.Gaza-
* ros.C.de hæret.quam ſententiam dicit communiter teneri Clarus,poſt Carrer. & Simã. quos citat,vbi ſup. uerſi. Et ſcias. cum igitur eos ita perſequantur iura, abſolute dicendũ, & concludendum eſt,tales bannitos amittere omnia iura cuiuſcunque qualitatis ſint,cũ nullibi tuti ſint;in cæteris maneat firma concluſio propoſita,& de hac ſatis,licet infinita cumulari poſſent,

QVAESTIO XVII.

Abſolutus an poſsit iterum pro eadem cauſa moleſtari.

SVMMARIVM.

1 *Sententia abſolutoria dupliciter ferri poteſt.*
2 *Abſolutoria lata ex eo quod actor non probauit, dicitur diffinitiua.*
3 *Abſolutoria ſimpliciter lata, in dubio, nulla cauſa expreſſa, cenſetur lata, quia non eſt probatum.*
4 *Reus non probatus talis prout delatus eſt, debet diffinitiue abſolui, non autem interloquutorie.*
5 *Abſolutus de certo crimine amplius accuſari non poteſt.*
6 *Abſolutus ab obſeruatione iudicij propter ineptitudinem proceſſus poterit iterum accuſari, inte llige, & declara, vt num. 7*
8 *Accuſator in publica abolitione poteſt repetere reum finitis ferijs infra triginta dies.*
9 *Reus cognitus innocens aliter, quam per torturam, & abſolutus non poteſt ex eadem cauſa moleſtari, ſecus ſi per torturam.*
10 *Sententiæ abſolutoriæ ab obſeruatione iudicij effectus.*
11 *Reus abſens lite conteſtata actore non probante abſoluendus eſt ab obſeruatione iudicij, tantum, non autem diffinitiue.*
12 *Reo abſente non dicitur liquere de cauſa.*
13 *Abſolutus ab obſeruatione iudicij, quando iterum poſſit ex eadem cauſa accuſari.*
14 *Iniuriam ſuam vel ſuorum proſequens poterit iterum accuſare reum ſemel abſolutum.*
15 *Iuramento aſſerentis ſtatur in ijs quæ ad animum pertinent.*
16 *Ignorantiæ ratione, ut quis admittatur, quid debeat probare.*
17 *Ignorantia regulariter præſumitur niſi probetur ſcientia.*
18 *Ignorantia ſupina uel ſatua pro ſcientia habetur.*
19 *Ignorantiæ probatio per iuramentum non admittitur, quãdo agitur de maximo præiudicio alicuius.*
20 *Comparens an & quando reijciatur probata ſcientia primæ accuſationis.*
21 *Abſolutus per uiam tranſactionis, & pacis, poterit iterũ ab alio nomine publico accuſari.*
22 *Ius publicum priuatorum pactionibus tolli non poteſt.*
23 *Accuſator primus quare repellatur poſt tranſactionem ab accuſando de nouo.*
24 *Crimen deductum per uiam exceptionis non punitur pœna naturali delicti.*
25 *Denuntiationis cauſa non tendit ad pœnam, ſed ad emendationem.*
26 *Abſolutoria in cauſa damni dati non impedit agere criminaliter.*
27 *Reus abſolutus, quoniam non cõmiſit delictum, non poterit iterum accuſari.*
28 *Abſolutus poterit iterum accuſari probata colluſione vel præuaricatione inter actorem & reum.*
29 *Accuſatio quando poſſit de nouo inſtitui.*
30 *Abſolutus per indulgentiam Principis, quo ad pœnam criminis, & quo ad forum exterius, non poterit iterum accuſari.*
31 *Abſolutus ſemel in iudicio inquiſitionis, poterit iterum accuſari.*
32 *Abſolutus in foro pœnitentiæ, poterit accuſari in foro exteriori.*
33 *Forus pœnitentialis, & ſecularis, ſunt diuerſi.*
34 *Pœna debet correſpondere delicto.*
35 *Baptiſmus operatur remiſſionem quo ad Deum, non autem in foro contentioſo.*
36 *Iubilei tempore regulariter non relaxatur pœna debita pro delicto in foro fori.*
37 *Princeps in quacunque conceſſione etiam ampliſſima ſemper ius tertij uidetur reſeruare.*
38 *Iniuriam remittens in foro conſcientiæ, non excluditur quin poſſit in foro contentioſo agere ad emendationem damni.*
39 *Iniuriam remittens non ob id videtur remittere damna.*
40 *Abſolutus vel punitus in foro eccleſiaſtico poterit iterum abſolui vel puniri in ſeculari.*
41 *Abſolutus in foro eccleſiaſtico a crimine mixti fori, poterit ſuper eodem crimine accuſari coram iudice ſeculari. Idem in condemnato. nu. 42*
43 *Crimine mixti fori poteſt accuſatus puniri ab vtroque iudice, eccleſiaſtico ſcilicet & ſeculari.*
44 *Statutum Eugubij imponit pœnam pecuniariam pro homicidio.*
45 *Vſurarius punitus ab eccleſiaſtico ſecundum ſuas leges, poterit & a iudice laico puniri ſecundum ſuas.*
46 *Teſtis de falſo punitus extraordinarie, poterit & ordinaria pœna legis Corneliæ puniri.*
47 *Iudex laicus, quod non poſſit ſe intromittere de illo crimine, ſuper quo quis fuit punitus per iudicem eccleſiaſticum.*
48 *Eccleſia debet defendere ſuos pœnitentes.*
49 *Teſtis de falſo punitus in uno loco, an pro eodem crimine poterit etiam a ſuo iudice originario puniri.*
50 *Punitus per poteſtatem vnius terræ, non poteſt pro eodem crimine moleſtari a poteſtate alterius terræ.*
51 *Pœnæ unius impoſitio non tollit aliam, quando per diuerſas leges imponuntur diverſæ pœnæ pro eodem delicto omnino ſeparato.*
52 *Punitus ſemel quando poſſit iterum repeti uel non.*
53 *Accuſatus uel punitus a iudice eccleſiaſtico, quo caſu poſſit uel non poſſit repeti a iudice ſeculari, diſtinguitur.*
54 *Pœna illata a iudice eccleſiaſtico non impedit quin laicus reum maiori pœna punire poſſit.*
55 *Poteſtates eccleſiaſtica, & ſecularis ſunt diſtinctæ.*
56 *Perſona mere eccleſiaſtica punitus a ſuo iudice non poteſt a iudice laico repeti. Fallit ut nu. 57*

QVAERO decimoſeptimo de materia vtili & quotidiana, An ſcilicet reus ſemel abſolutus tã in ciuilibus, quam in criminalibus poſſit iterum ex eadem cauſa moleſtari? In quo ſciendum eſt, quod ſen-
1 tentia † abſolutoria dupliciter ferri poteſt, vno modo ſimpliciter, alio modo, quia probatum non eſt. Primo caſu Doctores omnes

conueniunt,

conueniunt,quod abſolutoria ſimpliciter la
ta,diffinitiua omnino eſt,nec iterum tractari
eadem cauſa poterit,per glo. in auth. qui ſe-
mel. verſ. locum habent. C. quom. & quan.
iud.& not.in l.argentarius. §. cum autem. ff.
* de eden. & ita poſt Bar. communiter tenent
Doct.in l.admonĕdi.ff.de iureiur. dicit enim
tex.in l.de his.de accuſat. de his criminib. de
quibus quis fuit ſemel abſolutus, non poteſt
accuſatio replicari,& in l.ſi cui.§.ijſdem. eo.
tit.de accuſ. & ita cōmuniter teneri teſtatur
Ang.in tract.malef. in ver. & ad querelā.nu.
90.nam de eiuſdem hominis delicto ſæpius
non eſt quærendum.& ita in facto conſulue
runt Mantua,conſi.251.lib.1.& Io. de Ami.
conſ.37.in prima reg. quos ſequitur Clar.li.
5.ſent.§.fi.q.57.in prin. & ex Doct. quos ci-
tat in verſ.Et hæc quidem dicit hanc conclu
ſionem eſſe veram nedum ſi iudicium fuerit
intētatum criminaliter, ſed etiam ſi ciuiliter.
2 Secundo caſu,quando † ſcilicet reus abſolu-
tus fuit ex eo quod actor non probauit,& in
hoc dicendum eſt,quod idem erit , ſecundū
Abb.in c.examinata.col.vlt.de iudici. Bar.in
l.Titia.num.4.de accuſat.Caſtren. poſt gloſ.
in l.Iulianus.ff.de condic.ind.& ibi Alex.nu.
28.Curt.ſen.col.33.& Rip.in l. admonendi.
de iureiur.num.76.verſ.circa tertium. & nu.
77.ubi reprehendit Rom.tenentem quod ſit
interloquutoria. & licet Iaſ.ibi ſaluet Rom.
in vno caſu, quando ſcilicet iudex ſimplici-
ter abſoluit reum, quia non eſt probatum,
dicens hanc non eſſe abſolutoriam a cauſa,
niſi exprimatur,vel dicatur, Reum abſoluo,
& nihil debere pronuntio, ut ibi per eū,nu.
80.per unam col.cum dim.tamen contrariū
voluit Barto.in d.l.Titia.ff.de accuſat. & Pa-
* norm.in d.c.examinata.& eſt cōis Doct.opi
nio in d.l.admonendi.ut teſtatur Rip.ibi.nu.
77.uerſ.Sed Ludou.Rom.&c.
* Et iſta communis ſententia fundatur alia
communi opinione,quæ habet,quod abſo-
3 lutoria † ſimpliciter lata,in dubio, nulla cau-
ſa expreſſa,cenſetur lata,quia non eſt proba
tum.glo.in l.ſi quis ad exhibendum.ff.de ex-
cept.rei iudic.& Ripa vbi ſuprà,& ante eum,
Bald.in l.3.C.de ſenten.quæ ſine cer. quant.
Lanfran.in c.quoniam contra.de probat.in
uer.interloquutoriæ.nume.43.& dicit com-
munem Couar. lib. 1.vari.reſol.c.1. num.8.
verſ.& id apparet ex ea ratione.Et iſta com-
munis opinio adeo vera eſt,ut Paul.Caſtren.
in l. qui accuſare. C. de eden. dixerit, quod
ignorantes dicunt,quod ſententia abſoluto
ria,quia non probatum, dicitur ſententia in-
terlocutoria. cui Iaſ. adſtipulatur in repet.d.
l.admonendi.num.80.verſ. Vnde dicit Paul.
de Caſtro.licet inferius Iaſ.eam dicat interlo
quutoriam,vt ſupra dictum eſt,& male. nam
clara eſt iuris propoſitio, quod actore non
probante, reus debet abſolui.d.l. qui accuſa
re.C.de eden. c. vnico.ut eccleſ.benef. & di-
cit Hippol.in ſing. 159.inci. nota eſt regula,
quod debet abſolui diffinitiuè, & non aliter,
per glo.in d.auth.qui ſemel. ſuper d. uer. ꝙ
locum.in fi.ubi glo.clare hoc firmat, ſaltem
vbi vtraque parte præſente fuerit eiſdem ſta
* tutus terminus ad probandum, ut communi
ter receptum eſt ex d.gl.ex Bar.in d.l.admo-
nendi.nu.13.Abb.in d.c.examinata.col. ult.
& in c.fi.§.1.col.2.de iureiurā.per l. argenta-
rius.§.cum autem.ff.de edē.gl.in l.ſi de meis.
§.vlt.ff.de arbitr.Bart.Alex. & alij Doct.in l.
properandum.§.& ſi quidem.& §.ſin autem.
C.de iudi.poſt gl.ibi.Quod ſi ſententia, quia
non probatum,eſt diffinitiua,ut ſupra, mul-
to magis ſi ſit ſimpliciter lata vt in terminis
noſtris arguit Rip.vbi ſup.
Sequitur igitur ex præmiſſis, quod reus
4 † non probatus talis prout delatus eſt, vel ex
actis,uel per probationes actoris,& innocēs
repertus,debet per diffinitiuam abſolui,non
autem per interloquutoriam tantum ab ob-
ſeruatione iudicij,quam aliqui vocant rela-
xationem pro nūc,ita dicunt Io. And. Cald.
Card.& Abb.in c.Paſtoralis, §. quia vero.de
offi.deleg.Abb.& Imo.in c.1.de offi.ordina.
& ibi Alci.nu.85.& glo.in c.de his criminib.
5 de accuſ.quę dicit, † abſolutum ab accuſatio
ne,eo quod accuſator non probauerit,vlte-
rius accuſari non poſſe de eodem crimine.
* cum qua glo. eſt communis opinio Docto.
ibi.& probatur in l. qui de crimine. C. de ac-
cuſat.qui de crimine publico in accuſationē
deductus eſt, ab alio ſuper eodem crimine
deferri non poteſt.& ibi glo.in uer. non po-
teſt.dicit,hoc ſiue fuerit condemnatus ab ac
cuſatione primi,ut ff.nau.caup.ſtab.l. penul.
in fine.ſiue abſolutus.& hoc fit, ne quis ſæ-
pius de eodem crimine accuſetur, ut ſuprà
dixi, ſecundum Bar.in l.Titia.num.4.ff.de ac
cuſat.Aret.conſ.118.Felyn.in d.c. examina-
ta.de iudici.colu.vlt.& in Rubr. de ſent.& re
iud.nu.16.& Are.in d. c.examinata.col.fi.in

quibus

quibus locis communiter tenent,quod † abſolutus de certo crimine, amplius accuſari nõ poteſt.& eſt in terminis tex.in d.c. de his. de accuſat.de his criminibus de quibus abſo lutus eſt accuſatus,non poteſt accuſatio replicari.& ſic patet quod iſta ſentẽtia recepta eſt tam apud Legiſtas, quã apud Canoniſtas vt dicit Foller.in pract.cano.fo.302.nu.3.refert & ſequitur Clar.dicta q.57. verſ. Et hæc quidem.

Limitatur tamen præmiſſa concluſio mul
6 tis modis. Et primo, niſi abſolutoria † eſſet lata ab obſeruatione iudicij propter ineptitudinem proceſſus: tũc enim iterum poterit reus accuſari, l.libellorum. §. quod ſi libelli. ff.de accuſat. quod ſi libelli inſcriptionum legitime ordinati non fuerint, rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum poteſtas fiet.& ibi gl.& eſt glo.not.in cap. prohibẽtur.in ver.abolitione publica.2.q.1. quod tenet Specul.in tit.de abolit.§.1.uerſi.Porrò.
7 Declaratur iſta limitatio, vt non habeat † locum primo accuſatore proſequente, ſecus alio accuſante.ratio eſt, quia talis accuſatio præſupponit inimicitiam.l.2.vbi Bar.ad Turpil. intellige tamen iſtam reſtrictionem limitationis valere de iure canonico, per text.in c.repellantur. de accuſat. quo iure inimicus non admittitur ad accuſandum,vt per d.c.repellantur,dicit not.Socin.ſen. in c.de his.eo. tit.qui ibi dicit, ſecus eſſe de iure ciuili. quo inimicus nõ repellitur ab accuſando, ut per eum. Secundo intellige iſtam reſtrictionem non habere locum in publica abolitione, in
8 qua † accuſator poteſt repetere reum finitis ferijs infra triginta dies,vt.ff.ad Turpil.l.ſi quis.& l.ſequen.ut apertè dicit glo. in d.ver. abolitione publica.

Limitatur ſecundo ſeu declaratur concluſio habere locum, quando reus probat innocentiam ſuam aliter quam per torturam,
9 nam probata † innocẽtia ſi fuerit abſolutus non poterit contra cũ ex eadem cauſa procedi,etiam ſi ſuperueniãt noua indicia, nam reus ſi non probat ſuam innocentiam niſi per torturam, vel ſi non ad ſunt indicia ſufficientia ad torquendum, vel ad imponendũ aliquam pœnam extraordinariã, tunc ſi noua indicia ſuperueniant,poterit de nouo ex eadem cauſa procedi, non obſtante ſententia,quia tunc non intelligitur abſolutus diffinitiue,ſed interloquutorie, ſtantibus ſcilicet
10 rebus prout ſtant. licet † enim ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij habeat vim
* diffinitiuæ, ut ita communiter teneri teſtatur Rebuf.in l.quod iuſſit.num.48.de re iud.quẽ refert Couar. lib.1. variar.reſol.c.1. ſub nu. 8.uerſ.Alioqui ſententia. nõ tamen ita abſolute liberat reum, quin ab eodem actore iterum ex eadẽ actione accuſari poſſit.glo. Bar. & omnes in d.l.properandum.§. & ſi quidẽ. de iudici.omnes in d.l.admonendi, de iureiuran.& in c.examinata. de iud. & ita obſeruatur ferè in omnibus curijs,ut in Francia teſtatur Rebuf.in proẽm. reg.conſt.Fran.gl.5. num.118.ut refert Couarr.vbi ſup.ver. nam abſoluitur.ubi teſtatur etiam de practica obſeruata in Hiſpania; & ita in toto Dominio Venetorum ſeruatur, & in ſententijs vtuntur illo verbo,Relaxetur pro nunc, quod idẽ importat,quod dicere,ab obſeruatione iudicij. in Regno autem Neapolitano ſeruatur, quod ſi contra reum non poteſt ex proceſſu procedi ad condemnationem, liberatur, data cautione de ſtando iuri,& ſe præſentando toties quoties,iux.doctrinam glo.& Bal. in l. ſi qui.num.6.verſ. ex iſta gl. ſume conſilium.C.de adulter.ut teſtatur Carau. ſuper ritu,nume.248.incip.item ſeruat.nu.18. quem refert Clar.lib.5.ſenten.§.fi.q.62.verſ.forma autem.ubi dicit Mediolani non ſeruari, niſi Senatus cui fiunt relationes cauſarum criminalium id expreſſe iubeat.idem tamen quod Neapoli,ſeruatur Romæ, & in toto ſtatu eccleſiaſtico, & hoc de conſuetudine recepta, licet de iure qui purgauit per torturam eſſet diffinitiue abſoluendus,ut dicit Clar.ubi ſup. uerſ.verum eſt etiam. & eiſd.lib. & §. quæſt. 64.uerſ.illata reo tortura. vbi omnia congerit ad oſtendendum hoc de tortura, ꝙ quia non multum ad rem noſtram facit, ſcire volentes remitto ad illum: ſat eſt, quod pratica ſeruet quod dictum eſt ſupra.

Limitatur concluſio non habere locum
11 in reo abſente, etiam lite cõteſtata nam † eo caſu actore non probante abſoluendus eſt ab obſeruatione iudicij tantum, non autem diffinitiue.Saly.in d.l.properandum.§. ſinau
* tem reus.nu.22.C.de iud.eſt communis opinio cum gl.ibi.in uer.abſentem, ſcilicet reũ. & fatetur communem Alex.ibi.num.5.& in quibuſdam locis praxi dicitur,non procedatur pro nunc. & hanc eſſe cõem teſtatur Couuar.uariar.reſol.lib.1.ſub nu.8.c.1.uerſ.hoc tamen

tamen poſt litis conteſtationem. vbi multa
in hac materia dicit.& uide in f.Lim.5. & eſt
12 ratio, quia † quando reus abeſt,non dicitur
liquere de cauſa.ſi enim eſſet præſens, actor
* ipſe forte probaret per confeſsionem ipſius
rei,ut dicit Bal.in Margar. ad Inn. ſuper De-
cretal.in uer.Actor.uerſ.Actor ſi dato ſibi ter
mino.ubi allegat Inn. in c. prout.de dolo,&
contum.vbi Inn.num.3.clare dicit. & hoc in
odium abſentis,ut ibi.

Limitatur quarto concluſio habere locũ,
quãdo accuſator erat legitimus, ſecus enim
13 ſi non erat legitimus· nam tunc, † quia dici-
tur abſolutus ab obſeruatione iudicij, pote-
rit iterum ex eadem cauſa accuſari.d.l.libello
rum.§.quod ſi libelli.de accuſat.& idem dici
tur in c.per ſcripta. §. libellorum. verſ. ſi ac-
cuſator deceſſerit.2.q.8.&in c.Epiphanium,
verſ.Et niſi is.5.q.6.gl.in d.c.prohibentur.in
uer.publica abolitione.2.q.1. ita tenent Ioã.
de Imo.Ant. de Butr.& Abb. in c. de his. de
accuſat.Specul.in tit.de abolit.§.1. uerſ. Por-
rò.Felin.in d.cap.de his,col. 1.ad quod uide
tex.in l.ſi cui. §. ijſdem.de accuſat.& in c.ve-
niam 35. q. 9. & iunge dicta ſupra in prima
limitatione.

Limitatur quinto nõ habere locum in eo
qui ſuam, uel ſuorum iniuriam proſequi ve-
14 lit,nam tunc † talis poterit iterum accuſare
reum non obſtante abſolutione.l.ſi cui.§.ijſ-
dem.de accuſa.intellige tamẽ,modo is igno
rauerit primam accuſationem tractari.eſt cõ
* munis opinio cum glo.in c. de his.de accuſ.
ignorantia autem probabitur proprio iura-
mento,ſecundum glo.in d. §. ijſdem.cũ qua
communiter tranſeunt Doct. ratio eſt, quia
15 in his quæ † ad animum pertinẽt,ſicut igno
rantia & ſcientia, ſtatur iuramento aſſerẽtis,
glo.in c.ſignificaſti.il 1. de homici. in l. pen.
C. de per.tut. Specul.de abolit.§.1. uerſ. ſed
qualiter. c.nulli.de elect.in 6.& not.glo. in c.
innotuit.extra eod.& eſt glo.in §.aliæ.Inſtit.
de action.in l.1.in ver. nõ occidendi animo.
C.de ſicar.Iaſ.poſt alios,in §.ſed iſtę. nu. 89.
& 90.Inſt.de action.Bauer.trac.de vir.& vir.
iuram.effectu 53.verſ.decimotertio. Alci. de
præſumpt.lib.3.reg.3.prẹſum.16.Hippol.in
rubr.de fideiuſ.nu.40. in rubr. C. de probat.
num. 122. & in praxi crim.§. diligenter.nu.
44.glo.in c.qui diuinis, & humanis.12.q.2.
& in c.propoſuiſti.82.diſtin. tex. in c. ſi uer.
de ſent.excom.Abb.in c.cognoſcẽtes. nu.9.
de conſtit. & in d.c.de his. nu. 9. de accuſat.
Iaſ.in l.3.§.iurari.num.13.de iureiur.& hanc
regulam,quod ſcilicet ea, quæ in animo cõ-
* ſiſtunt,prout eſt ſcientia,& ignorantia,tenẽt
omnes Doct. quos longum eſſet recenſere,
& quaſi omnes congerit Mandoſ.iun.ad Ro
man.conſi.398.in lit.e.in uer.probari.& Me
noch. de arbitr.iudi. lib.2.cent. 2. caſu 186.
qui totus tractat de ignorantiæ probatione.
& idem Menoch.in conſ.74.num.17.par.1.
videas illos. Data igitur ignorantia admitti-
tur, qui de ipſa iurauit ad iterum accuſandũ
ipſum reum, niſi quid in contrarium dare-
tur,quo talis ignorantia elideretur,vel dubi-
tabilis,& nõ præſumptibilis redderetur, vt
puta ſi in ipſam allegante, ſcientia ex conie-
cturis præſumeretur,nam hoc caſu per iura-
mentum ſolum ignorantia non probatur,
vt dicit Rom.conſi.481.nu.10.ubi Mandoſ.
iun.in verſi.non probatur. citat concor. ad
16 hoc.Vt † ergo talis ratione ignorãtiæ admit
tatur, debet probare abſentiam a loco tem-
pore accuſationis, vel quod erat in minori
ætate conſtitutus,c.ſi.qui matrim.accuſ.poſ.
ſimilia enim allegata iuſtam ignorantiæ cau
ſam præſtare ſolẽt,vt poſt Bal.Abb. & alios
quos citat dicit Menoch.d.caſu.186. nu.16.
nam ſi fuiſſet præſens vel in loco erat fama
de accuſatione, non admitteretur ex capite
ignorãtiæ, quia tunc ſcientia præſumitur, c.
quoſdam.c.quanto,de præſumpt.c.1. de po
ſtul.prælat.Abb.in d. c. de his.ſub.d.num.9.
verſ.ſcientia enim. Vel etiam ſi culpa aliqua
ipſi alleganti ignorantiam obijci poſſet, vt
de eo qui vult prætextu ignorantiæ oppo-
nere in cauſa appellationis exceptionẽ quã
non oppoſuit in prima inſtantia,dicit Aſin.
in praxi iudici.§.13.c.2.uerſi. quarto limita.
17 num.3.Verum, † quia regulariter ignorãtia
præſumitur niſi probetur ſcientia.l.verius.ff.
de probat.§.quod autem.Inſt.de lega.& vt la
te proſequitur Gabriel. concl. ſuar. lib.6. de
reg.iur.concl. 5. & dicit Menoch. de arbitr.
iud.li.1.q.72.num.3.& conſ.91.nu.51.par.
1.& in conſi.82.num.176.par.ea.& nouiſſi-
me poſt Socin.iun.& alios quos citat in con
ſilio ita dicit Burſ.conſi.14.num.8.par.1. igi
tur in caſu huius limitationis talis admittetur
ex capite ignorantiæ ſuo iuramento ſicvt
ſupra probatæ, niſi eius ſcientia probetur a
prætendente ipſum non admitti, præſumpti
18 ue ſaltem,uel niſi ſit ignorantia † ſupina,uel
fatua:

fatua:talis enim pro ſcientia habetur,Bal.in c.licet.de ſuppl.neglig. prælat. Rom.conſil. 227.num.9.Ruyn.conſ.39.num. 2.uol.2.& alij quos citat nouis.Burſ.conſi.118.nu.13. par.1.in hac igitur probationis per iuramẽtum admiſſione multum verſatur iudicis arbitrium,vt poſt alios dicit Menoch. d. caſu 186.num. 6. ut puta ſi talis qui vult ignorantiam ſuo iuramento probare eſſet infamis, & nota dignus, nam ubi contra aliquem laborat infamia, non creditur eius iuramento de dependentibus ab animo ſuo,ut dicit Felyn.in d.c.ſignificaſti.il 1.de homici.num.3.
19 maxime quando agitur † de maximo præiudicio alicuius,tunc enim nõ admittitur probatio ignorantiæ per iuramentum , Fely.in d.c.cognoſcẽtes.nu.14.Menoch.poſt ipſum & alios quos citat,d.caſu.186.nume. 9. Cacher.deciſ.71.nu.3. 26. & 46. quem ad hoc citat Burſ.conſ.119.nu.11.& 14.par.1. prout in caſu limit.noſtræ:tractatur enim de iterum vexãdo abſolutum, qui habet regulam iuris vt ſupra fundatam pro ſe,quod ſcilicet abſolutus non poteſt iterum ex eadem cauſa accuſari. igitur in caſu occurrenti ſit optime circunſpectus iudex,vt admittendum admittat, & non admittendum reijciat, quod erit ſi hoc faciet conſiderata qualitate perſonæ admitti volentis, ſi in ipſa ſupra dicta cõcurrant.Et in hoc iudices attendant conſiliũ Clari lib.5.ſenten.§.fi.quæſt.57.verſ. Sed pone. in fine. ubi dicit hoc ſemel de facto ſibi contigiſſe , & quod dicebat non eſſe audiendos huiuſmodi de nouo accuſare volentes, niſi in criminibus magnis , & atrocioribus , & niſi præſtita fideiuſsione de omnibus impenſis & damnis, in caſu quo delictum non probarent, uideant iudices & ſeruent , nam ſic præcludent aditum maleuolis.Et omn b.
20 premiſsis ſtantibus,aduerte, quod licet † cõparens reijciatur probata ſcientia primæ accuſationis, vt puta ſi accuſatus probet comparentem ſciuiſſe vel per publicam famam, vel quia ei fuit miſſa copia accuſationis, iux. l.non eſt ferendus.C.de tranſact.hoc tamen non habet locum quando primæ accuſationi adijceretur noua qualitas,nam tunc ratione pœnæ , quæ per nouam qualitatem alteratur,l.3.C.ad leg.Iul.de vi pub.reiteratur accuſatio.Bar.in l.denuntiaſſe,§.fi.ff.de adul.& vide Marian.Socin.ſen. in d.c.de his.de acc.

Limitatur ſexto propoſita concluſio, niſi reus eſſet abſolutus per uiam tranſactionis, vel pacis, quam habuiſſet ab offenſo , vel cũ
21 quo tranſegiſſet,nam tunc † poterit iterum ab alio interueniente nomine publico accuſari,ſecundum Bar.& communem in l. tranſigere.in glo.in uer.prohibitum. C. de tranſact.l.3.§.pen.de ſepul.viol.l.qui cœtu. §.vlt. ad l.Iul.de ui publ. & eam dicunt communẽ Felyn.in d. c. de his.de accuſat.& Iaſ. in l.eũ qui.§.in popularibus.num. 10. de iureiuran. Etiam ſi tranſactio ualida ſit, iuxta terminos glo.in c.1.de colluſ.deteg.in gl.magna, quæ ponit caſus in quibus licitum uel non licitũ eſt trãſigere in quibuſuis cauſis ciuilibus, criminalibus,& ſpiritualibus:nam alter a tranſigente poterit idem crimẽ ex nouo proceſſu ad iudicium accuſatione deferre, & reum repetere.eſt communis opinio cum Bart. & Saly.in d.l.prohibitum.in 4.oppoſ.not.Bar. in l.ſi maritus.§.ſi negauerit.ff.de adulter.Secus ſit ſi crimen in iudicium delatum fuerit priuatim eo accuſante cui competit ius accuſandi,& perſequendi ſuam vel ſuorum iniuriam:nam,facta tranſactione,abſolutus non poſſet accuſari ab alio exiſtente in remotiori gradu , licet fuerit ignarus prioris accuſationis , cum reus pacem inierit cũ accuſatore legitimo,& cæteris potiore,iuxta tradita per Bar.in l.4.§.Cato.de verb. obl. in fi.& in l.pro hærede.§.ultimo.de acq.hære. at quia iſta declaratio videtur diſcedere a limitatione,ideo dicas abſolute,quod talis poterit ab alio nomine publico, non obſtante tranſactione cum priuato facta uel pace ab eo ha-
22 bita repeti. ius † enim publicum priuatorũ pactionibus tolli non poteſt.ad not.in l.trãſigere.C.de tranſactio.publice enim intereſt delicta puniri,l.congruit.de offi.præſid.non autem a priuato pro priuato intereſſe,etiam ſi adulter tranſegiſſet,quia facta tranſactione non poterit amplius reum repetere.l. miles. §.ſocer.de adulter.ratio, quia ſibi imputatur quaſi lænocinium,l.ſi vxor.§.fi.eo.tit. idem, ſi quis iuſſus eſt ſilere.l.diffamari.C.de ingen. & manumiſ.idem, quando iurauit non accu
23 ſare.c.veniens.de accuſat. Nota tamen , † ꝙ poſt tranſactionem,primus accuſator repellitur,non propter factum , ſed propter infamiã , & penam Turpilliani,in quam incidit, vt concludunt Docto.in locis præd. Bald.& Salyc.plene in l.tranſigere.C. de tranſact.& ibi poſt eos Ioan.Bologn.latiſsime.Anch.& Ioan.

Ioan.de Anan.in c.1.de colluſ.deteg.& d.gl. magna ibi.in verſ.in cauſa vero criminali.& ad materiam limitat. vide Io. Bologn.in l.ſi vnus.§.pactus.ſub num. 66. verſ.Sed tamen. ff.de pact. & ad ipſam limit. vide Clarum in d.§.fi.q.58.quæ tota verſatur in hac materia.

Limitatur ſeptimo communis opinio nõ procedere in crimine deducto per viam exceptionis a quo licet reus fuerit abſolutus,
24 poterit iterum accuſari,ratio, quia cum † tale crimen non puniatur pęna naturali ipſius delicti,c.1.de except. c. cum dilectus. fi.§.de ordi.cognit.Abb.& Imo.in d.c.de his. de accuſat. nimirum ſi poteſt reus reaccuſari ob pœnam naturalem delicti ei irrogandam, principaliter crimen deducendo. Procedit tamen iſta limitatio niſi excipiens opponeret tale crimen, de quo veniret imponenda pœna ordinaria, vt puta ſi teſti objiceretur crimen contingens cauſam,de qua agitur,vt vt dicit Abb.in d.c.cum dilectus. & in c.2.de confeſ.Vel quando maritus accuſat vxorem de adulterio, & ipſa excipit quod fuit ipſe vir læno,qui eam adulterandam tradidit,l.2. §.ſi publico.ff.de adulter.& de hoc eſt glo.in d.c.1.de excep.ſuper ver.Contingere.

Limitatur octauo,quando quis eſt abſolutus a crimine intentato per viam denuncia-
25 tionis. ratio, quia † cauſa illa non tendit ad pœnam,ſed ad emendationem.c.2.de accuſat.Procedit iſta limitatio, niſi talis denuntiatus plene ſatisfeciſſet de delicto,puta,quãdo judex vigore denuntiationis proceſſit ad ordinarium proceſſum, tunc enim tenet communis opinio,ſecundum Saly,in l. ea quidẽ. C.de accuſ.Abb.in c.nouit. de iudic. & Bart. in conſtit.ad reprimendum.in ver. per denũtiationem.& de iſta materia denuntiationis, & quomodo procedatur in ipſa, & in quo differat ab accuſatione, vide Summiſtas, & præſertim Tabien.in verbo,Denuntiatio.

Limitatur nono communis opinio, non procedere qñ actum fuit de crimine ciuili-
26 ter ad emẽdationem rei familiaris,nam † eo caſu regulariter abſolutoria nõ impedit agere criminaliter.l.1.C.quan.ciuil.act. cri.præ. iud.Fallit iſta limitatio,quando vtraque pœna tendit ad vindictam.l. quod Senatus. & l. prætor edixit.§.1.ff.de adult.Bal.in l. edita.in repet,Peruſ. C. de eden.Item fallit, quando
27 reus eſt abſolutus,† quoniam non commiſit delictum: tũc enim habet locum communis opinio,& non poterit accuſari.l. ſi quis cum totum.de except.rei iud.reſtringe tamẽ iſtud procedere in eodem accuſatore, nam a tertio poteſt accuſari, l. qui de crimine.cum gl. C.qui accuſ.non poſ.Bar.in l.2.ff.ui bo.rapt. vt per Ang.in l.ex more.C.ad l.Aquil.

28 Limitatur decimo, non procedere † vbi probaretur de colluſione vel præuaricatione inter actorem,& reum, l.3.ff. de præuaricat.glo.in d.c.de his. de accuſat. in ver.replicari.verſ.ſi vero.in prima fallen.cum qua eſt communis opinio,vt dicit Couarr.lib. 2. variar.reſol.c.10.ſub nu.1.verſ.2.tunc demum, puta, ſi ſecundus accuſator probet primum præuaricatum fuiſſe in accuſatione, vt dicit glo.ibi,& in iur.ab ea alleg.Ex quibus autem ſignis probetur colluſio,ponit Bart. in l.3.§. præuaricatorem.ff. ad Turpil. ſequitur Clar. lib.5.ſenten.§.fi.quæſt.57.verſ. vlterius quæro,non enim, dicit ipſe, debet obeſſe dolus primi accuſatoris huic ſecundo accuſare volenti,pro quo ſtat fauor publicus, ne delicta impunita remaneãt.l.ita vulneratus. §.quod ſi quis abſurde.ff.ad leg.Aquil.& c. ut famæ. de ſent.excom. de præuaricatore autem huiuſmodi vide Menoch.de arbitrar.iudi.lib.2. cent.4.caſu 323.

Limitatur vndecimo communis opinio habere locũ,niſi ſequuta eſſet abſolutio propter vnam qualitatem, quam nunc detraho.
29 † nam hoc caſu poterit de nouo inſtitui accuſatio,iux.l. in delictis.§.ſi detracta. ff. de nox. & ibi Bar.& Bal.in addit. ad Specul. in tit.de accuſat.uer. condemnatus. & alibi Bart.in l. qui uxori.§.quid tamen.ff.de adulter. vbi diſtinguit ut per eum ibi,& eſt in l.denuntiaſſe. §.quid tamen.num.7.& uide Saly.in l.qui de crimine.C.de accuſat. & Pau. de Caſt.conſ. 119.quos citat Alex.ad Bar. ubi ſup. in verſ. vlterius.

Limitatur duodecimo cõcluſio vt locum habeat quando quis eſt abſolutus per indulgentiam Principis quo ad pęnam criminis,
30 & quo ad forũ exterius: hoc enim caſu † nõ poterit iterum accuſari, eſt cõmunis opinio cum gloſſ.in d.c.de his. de accuſat. & in c.ex tua.de fili.præsbit.& dicit communem Dec. in conſ. 137.incip. Et diligenter pro tenui. col.2.ſecus ſi indulgentia concernat tantum irregularitatem,vel reſtringatur ad forũ conſcientiæ,ſecundum Ioan. de Anan.in d.c.de his.col.1.& glo.in cap.2. de ſciſm.ſuper uer. diſpen-

diſpenſatum.verſ.ſi vero publicum. Gomez
ſuper reg. Cancel. de non iudic.iux.for.ſup-
plicat.q.14.& Pariſ.conſ.67.uol.4.nam tunc
abſolutio in illo foro non tollit quominus
abſolutus in foro canonico,& iudiciali iterũ
accuſari poſſit,ſecundum glo.in d. c. de his.
glo.in c.admonere.33.q.2. in uer.pœniten-
tia.glo.in c.pen.in uer.quibus,de pœnit.diſt.
1.in c.1.de ſciſm.in glo.1.in fi.& in c.gaude-
mus.in glo.fi. de diuor. concluſio enim pro-
cedit quando abſolutio in vtroque foro ple-
ne facta eſt authoritate Principis habentis
hanc poteſtatem,qui in plena forma hoc cõ
miſit,ut dicit Dec. in d.conſ.137.col.2.uerſ.
tamen hoc non debet obſtare. & ad hoc vi-
de ample Pariſ.d.conſ.67.nu. 20. cum plur.
ſeq.& d.conſ.Dec. ad hoc propoſitum citat
Clar.vbi ſup.uerſ.habet etiam locum.& ante
eum Couar.d.c.10.nu.2.in prin.

Limitatur decimotertio,vt non procedat
31 in iudicio † inquiſitionis,in quo ſemel abſo-
lutus poterit iterum accuſari, eſt communis
opinio Doct.in d.c.de his.de accuſat. quam
tenent Butr.Abb.& Fel.ibi.ratio eſt,quia pœ
na impoſita per viam inquiſitionis non eſt
naturalis,c.inquiſitionis.de accuſat. ubi dici-
tur,quod crimen obiectum per inquiſitionẽ
pœna ordinaria non punitur. Contra hanc
tenent,Bart.in l.ſi cui. §. ijſdem.ff.de accuſat.
Ana.conſi.17.col.3.& Deci.conſ.137. inci.
Diligenter pro tenui,per tot. conſ. Dicẽtes,
abſolutum iudicio inquiſitionis non poſſe
iterum de eodem crimine accuſari. quod &
refert Abb.in d.c.de his.col.2.num.7. verſi.
quandoque fuit abſolutus. poſt Innoc. in c.
cum dilectis.de purg. cano. dicendum eſt in
hoc,quod aliud eſt de iure ciuili, aliud de iu-
re canonico. Abb.ubi ſup. approbat opinio-
nem Barto. de iure ciuili:at de iure canonico
ponit ſub dubio, ſed tandem reſidet cum In-
noc.quod non poſſit. Verum vt dictum eſt,
Bar.opinio procedit de iure ciuili, quo in iu-
dicio inquiſitionis,pœna ordinaria irroga-
tur pro crimine.l.4. C. de ſepul. viol.Bart.&
Docto.communiter in l.2.§.ſi publico. ff. de
adulter.Abb.in d.c.de his.de accuſat.& in c.
inquiſitionis col.2.eo. tit. Procedit etiam de
iure canonico in caſibus,quibus hoc iudicio
eſſet imponenda pœna ordinaria,quod fatẽ
tur Ant.Abb.& Felyn. in d. c.de his.tradit,
Inn.in c.qualiter,il 2.col.2.nu.6.uerſ.Et ſunt
ſecundum leges.de accuſat.Abb. ibi. colu.6.
nu.20.verſ.Et inquantum dixi.Card.ibi. nu.
12.Aret.num. 29. & communiter ita tenent
omnes,ſecundum Felyn.in d.c.qualiter.§.li-
cet autem.col.2.nu.1. uerſ. nota ſecundo. &
Hippol.in pract.crim.§.conſtãte.nu.84.verſ.
Tamen hoc ſolum habet locum. ſed quoties
non eſſet imponenda pœna ordinaria crimi
nis, habet locum limitatio, vt ſcilicet poſſit
iterum accuſari,vt omnes communiter tenẽt
in d.c.de his. quod tamen intelligit Couarr.
vbi ſup.num. 5. niſi foret reus abſolutus eo,
quia crimen non fuit ab eo commiſſum, per
l.qui de crimine.innc. gl.C. de accuſat.ſequi
tur Clar.ubi ſup.uerſ. procedunt etiã,& verſ.
ſed hæc quidem,& verſ. Idemque dicendũ,
vbi ex Card. Alex. quem dat pro concor in
c.de accuſatione.col.69.uer. Quærò an abſo
lutoria.2.q.8.dicit idem in iudicio agitato ſu
per denuntiatione,ut per eum.vide Ioan.Ro
ias,de hæret.par.2.aſſert.49.vbi aſſerit abſo-
lutum, ſiue ab inſtantia, ſiue diffinitiue,poſſe
iterum condemnari de eodem crimine, ſu-
peruenіente pleniore probatione, contra
Conr.Brun.& alios quos citat.

Limitatur decimoquarto,niſi quis eſſet ab
32 ſolutus in foro pœnitentiæ:nam tunc,† licet,
quo ad Deum abſolutus ſit, accuſatio tamen
in iudicio exteriori facienda non ceſſat pro-
pter hoc,ut dicit glo.in d.c. de his. de accuſ.
in fi.per tex.33.q.2.cap.admonere.cum qua
omnes Doct.tenent.& glo.1.in d.c.2.de ſciſ-
mat.& in c.pen.in uer.quibus.de pœnit.diſt.
1.& in c.gaudemus.in uer. dicere. de diuor.
in c.fin.in 1.no.de purg.canon.Fallit tamen
iſta limitatio,niſi pœnitentia fuiſſet publica;
nam tunc non poterit iterum accuſari,ſecun
dum Hoſt.in c.tuæ.de procurat.& Imo. in d.
c.de his.de accuſat.per gl.ibi.in ver.occulte.
in hac fallentia Abb.& Mar.Socin. ſen.in d.
ca. de his.tenent contrarium, non obſtante
quod reus publicam egerit pœnitentiã,quia
33 † cum forus pęnitentialis,& ſecularis, ſeu cõ
tentioſus,ſint diuerſi, vnus non debet cõfun
di ab alio,l.& an eadem.ff.de excep. rei iud.
Hoſt.in ſum.de accuſat.§.effectus. ad pleniſ-
ſime not.in c.nouit.de iudici.& per Barto.in
extrauag.ad reprimẽ.in uer. denuntiationẽ:
& de uno nõ infertur ad alium, cum diuerſi
ſint.l.Papinianus exuli. de minor. l. inter ſti-
pulantem. §. ſacram. uerſ. ſed hæc diſſimilia
ſunt.ff.de uerb.oblig.l.naturaliter.§. nihil cõ-
mune.de acquir.poſſeſ. cum ſimil. & horum
opinio

opinio ſeruatur in practica, ex ea ratione,
34 quia † pœna debet correſpondere delicto, & pœna iniuncta in foro pœnitentiæ nõ ſatisfacit rei publicæ, vt dicit tex.in d. c.admonere,& quæ ſunt Cæſaris reddēda ſunt Cæſari,& quæ Dei Deo, iuxta dictum Domini in Euangelio, Matth.c. 22. & dixi ſup.limit. 12.Facit ad hoc quod dicunt Doct.de baptiſmo.licet enim glo.in c.quod autem. 39.q.1. & glo.3.in c.quoniam.43.diſt.& glo.2. in c. ſine pœnitentia.de conſe. diſtin.4.& Imo.in d.c.de his.de accuſat.videantur tenere,quod pro crimine commiſſo ante baptiſmum nõ poſſit quis ſuſcepto baptiſmo accuſari,tamē Innoc.Hoſt.& Abb.in d.c.gaudemus.de diuor.tenent contrarium,per tex.ibi,in fi.uerſ. quod ſi conuerſum ad fidem. iunc. gl.ibi.in
35 ver.compelletur.nam † baptiſmus operatur ſolum remiſſionem quo ad Deum, non autē in foro cōtentioſo, & ita ſeruatur, vt dicam in quæſtione ſequen. alias enim ſequeretur, quod & pœnitens iniuncta ſibi pœnitentia euaderet pœnam delictorum in foro exteriori,quod eſſe ridiculum dicit Clar. d.q.57. verſ.ſed nunquid,vbi Did.Siman. & alios in hanc ſententiam citat. Et infidelis diffidens euadere poſſe pœnam fœderis commiſſi,ad ipſam euitandam acciperet baptiſmum, & ſic non fidei zelo, ſed timore pœnæ, quod nõ eſt ferendum, vt inf.dicam, q.ſeq.Et præmiſſa locum habent regulariter, ſecus quando appareret de mente admittentis ad pœnitentiam, vt dixi ſup.limit.12. in quo tamen eſt etiam diſtinguendum: nam aut ſumus in ſimplici Sacerdote, qui in confeſſione pœnitentem audit:aut in ſummo Põtifice, vel alio prælato habente etiam iuriſdictionem contentioſam.primo caſu,cum habeant facultatem ſoluendi, & ligandi tantum in foro pœnitentiali, & nulla apud eos reſideat iuriſdictio contentioſa,quo ad forum fori, abſolutus poterit accuſari,& puniri in foro exteriori,ad l.priuatorum,cum vulgar. C. de iuriſd. omn.iud.etiam ſi ſit abſolutus vigore iubilei,
36 nam regulariter † tempore iubilei nõ datur Sacerdotibus facultas relaxandi pœnam debitam pro delicto in foro exteriori, vt ex lecturis bullarum huiuſmodi apparet, ad not. in c.cum ex eo.de pœnit. & remiſ. c. vt officium.§.compeſcendi.de hæret.in 6. clem. 2. de pœnit.& remiſ.Secundo caſu, cum apud ipſos reſideat etiam iuriſdictio contentioſa reſpectiue in locis, & perſonis ſibi ſubiectis quo ad vtrunque forum, poſſunt, ſi volunt pœnitentem abſoluere ab vtraque pœna, ſi exprimant,& ſi in ſupplicatione, cuius forma, & tenor attenditur,hoc dicant,aliàs,in dubio,etiam ipſi abſoluentes in pœnitentia non videntur abſoluere niſi a pœna in illo foro debita, & hoc ratione præiudicij tertij,ſiue ſit Reſpublica,ſiue priuatus, quorum intereſſe nunquam cenſetur, in dubio, ſuperior
37 velle præiudicare.quinimmo † Principes in quacunque ſua conceſſione, etiam ampliſſima,ſemper ius tertij videtur reſeruare. l. 2.§. merito.& §.ſi quis a Principe, ne quid in lo. pub.l.nec auus.C. de emanc.ca. quamuis.de reſcr.in 6.Deci.cōſ.286.incip.in cauſa.nu.8. Abſolutus igitur in foro poli,ſiue ſit per pœnitentiam,ſiue per baptiſmum,poterit in foro fori conueniri ad pœnam delicti,& puniri, niſi poteſtatem habens hoc exprimat in abſolutione:quod,vt dictum eſt,in huiuſmodi cauſis fieri non ſolet, nec præſumendum eſt Summum Pontificem hoc velle facere in præiudicium tertij,ad not.in c. quæ in eccleſiarum.de conſtit.& in l.fin.C. ſi cont.ius vel
38 vtil.publ.Hinc ſequitur, † quod licet quis remiſerit omnem iniuriam in foro conſcientiæ,non ob id excluditur,quin poſſit in foro contentioſo agere ad emendationem damni,glo.in c.ſi quis contriſtatus. 9. diſtin.Bar. in l.ſi tibi decem.§. querelam.de pact.& in l. non ſolum.ff.de iniur.Bal.in c.1.§.iniuria. de pace iuram. firm. nam, puta,ſi quis remittat
39 † alicui iniuriam ſibi illatam ob inuaſiones, & deuaſtationes rerum ſuarum, non tamen videtur remittere damna:iniuria enim & violentia eſt de per ſe, & damnum de per ſe, ſecundum Bald.in l.domus.ff. de ſeruit.urban. præd.niſi in remiſſione adeſſent verba, plenam remiſſionem,ſecundum Bal.in d.§.iniuria,& Roman.in l.2.ad Syll. & de bānito per Principem reſtituto ad gratiam cum verbo, plenam remiſſionem, vt intelligatur reſtitutus ad bona etiam in alium tranſlata, dicit Card.in c.quia diligenti.de elect. de quo per Felyn.in c.inter quatuor.in 2.col. de maior. & obed.& infra dicam,q.19.idem eſt quando fuit quis abſolutus uel punitus in foro ec-
40 cleſiaſtico, † nam poterit iterum puniri vel abſolui in foro ſeculari, Bal.in l.placet.C.de ſacroſan. eccleſ. & in l.ſi quis in hoc genus. C.de epiſc.& cler.Abb.in c.tuæ. col. pen.de procurat.

procurat.& alibi in cap.de cauſis.col.pen.de offi.deleg.Abb.& Imo. in c. 1.de offi.ordin. Anchar.Card.& Anan.in c.2.de adult.Bart. in l.nemo martyres.C.de ſacroſ.eccle.Abb. in c.cum ſit.no.2.de foro compet.& eſt tex. in c.felicis.de pen.in 6.circa fin. ibi, Per hoc quoque ſecularibus Poteſtatibus non adimimus facultatem utendi legibus contra tales, quas aduerſus ſacrilegos catholici Principes ediderunt.Concor. l. placet.C. de ſacroſan. eccleſ.in fi.ibi,ſi quis contrauenerit, poſt debitæ ultionis acrimoniam, quæ erga ſacrilegos iure promenda eſt,exilio deportationis perpetuo ſubdatur, quæ lex eſt canonizata in decreto, 16.q.1.c.placet rationabilis.vbi primo quis punitur per iudicem eccleſiaſticum,deinde per ſecularem. Hoc tamen intellige in criminibus enormibus, ut dicit gl.ult. in d.c. felicis,& de hoc in ſeq.limitatione.

Limitatur decimoquinto propoſita quæſtio non habere locum quando quis eſt abſolutus in foro eccleſiaſtico,a crimine mixti fori,qualia ſunt,ſacrilegium,ſortilegium,diuinatio,& ſimilia,de quibus per Abb.in c.cũ
41 ſit generale.de foro compet. nam † tunc poterit ſuper eodem crimine accuſari coram iudice ſeculari,& ab eo puniri,& ita omnes cõ
* muniter tenent,vt dicit Couarru.lib.2.variar. reſol.c.10.num.6.& poſt eum Clar. d.q.57. verſ.ſed hic occurrit. & huius dicti ratio, vltra dicta in præced.limitatione eſt, quia iuriſdictio eccleſiaſtica,& iuriſdictio ſecularis sũt penitus ſeparatæ,& diſtinctæ,ideo abſolutoria lata in uno foro non parit exceptionem rei iudicatæ in alio, ſecundum Cyn. in l. fi. de iuriſd.omn.iud.col.pen.uerſ.ſeptimo probatur.Anch.in c.ea quæ,quæſt.9.de reg.iur. in 6.& ita in facti contingentia cõſuluit Bal. conſi. 260. uol. 3. contra quendam imputatum, quod cognouerat quandam monialẽ, qui fuerat ab Epiſcopo abſolutus, quem re-
42 fert Clar. ubi ſup. quod nedum † in abſoluto,ſed etiam in condemnato, vt adhuc poſſit a iudice ſeculari,crimine examinato puniri,per d.c.felicis.§.per hoc.de pœn.in 6. no. Abb.in c.tuæ.col.pen.de procurat.& in d.c. de his.de accuſat.& in c.1.de offi.ordin.col. ult.& ibi Ant. de Butr. idem notat Bald.in l. placet.per illum tex.C.de ſacroſ.eccleſ.& in d.conſi.260.Anch.in d.reg.ea quæ.fol.pen. de reg.iur.in 6.Aret.in d.c.de his.& ibi Fely. col.ult.Ioan.And.Domin. & Fran. in d.c.fe-
* licis.§.per hoc, quorum opinio eſt communis,teſte Alci.in c.1.de except. in gl.ult.poſt Aret.conſ.58.2.dub.Bal.quæſt. iſtam ad partes diſputat, & per multas rationes concludit cum hac concl.communi, in d. cõſi.260. per tot.& hanc eſſe communem ſententiam teſtantur,Alci.in c.i.num.128.de offi.ordin. Couar.d.c.10.poſt num.6.Ant.Gom.c.1.de lict.poſt num.40. in prima concl. quos citat Clar.d.q.57.uerſ.ſed quæro. ex ea ratione ſuprad.quia iuriſdictiones ſunt diſtinctæ,& ſeparatæ.Hinc dicebat Bal. in l.cunctos popu-
43 los.C.de ſum.Tri. quod † ſi iudex eccleſiaſticus puniuerit aliquem pœna inceſtus, quod tamen eo non obſtante iudex ſecularis poterit reum etiam punire. pro quo dicit eſſe caſum in ſui ratione,in l.2.C.de ſportul.& licet ibi ipſe Bal.non determinet, quia caſus pendebat de facto,vt ibi dicit, col.5.uerſ.modò circa hoc,tamẽ in d.l.placet.uerſ. quærit hic Guilel. cõcludit, quod in crimine mixti fori poteſt accuſatus puniri ab vtroque iudice,eccleſiaſtico ſcilicet,& ſeculari,facit.l. quid erit ff.de offi.proconſ.& leg.& l.fi.ff.de offi.præf. vigil.& per iſta dicit Ang.de Peruſ.in repet. l.ſi uacantia.C.de bon.vacan.lib.10. ſe obtinuiſſe in facto in cauſa cuiuſdam Eugubini,
44 qui occiderat Peruſinum,nam † Eugubij fuerat condemnatus pœna pecuniaria, vigore ſtatuti Eugubini imponentis pœnam pecuniariam pro homicidio, qui tamen deinde captus fuit Peruſij:& cum dubitaretur vtrum Peruſij poſſet cõdemnari pena mortis vigore ſtatuti Peruſini imponentis penam mortis occidenti Peruſinum,ex quo ſemel fuit accuſatus,& punitus pro illo homicidio,& cõcludit quod ſic per l.nullum.C.de teſti.& ita, dicit ipſe,fuit decapitatus. dicit inſuper Ioã.
45 Mona.in c.1.de vſur.in 6.quod † licet iudex eccleſiaſticus puniat vſurarium ſecundum leges ſuas, tamen iudex laycus poterit illum punire in foro ſuo ſecundum ſuas leges,quẽ refert Domin.ibi.col.2.uerſ. Quæro an punitus,& ibi Fran.poſt Ioan.And. Accedit præmiſſis,quod dicit Abb.in c.1. de crim. falſi,
46 quod ſi iudex † puniuit falſum teſtem extraordinarie, non ob id ſublata eſt facultas puniendi pœna ordinaria legis Corneliæ de falſis,ut dicit Cyn.in d.l.nullum,cum alijs vt per Abb.in d.c.1.num.5.pro quo uide Iaſ.in l.1.§.qui mandatam.ff.de offi.eius cui mand. eſt iuriſd.Deci.in c.præterea. de offic. deleg.

cum

cum concor. per eos adductis. Rom. conſi.
213.incip. præſuppoſito pro vero. conſilio
375.incip.in propoſita quæſtione.ubi loqui
tur in monacho punito per Abbatem,quod
poſſit etiam per epiſcopum puniri. iſta limi-
47 tatio non tranſit ſine difficultate, quia † imò
videtur quod facta punitione per iudicẽ ec-
cleſiaſticum, non poſsit iudex laycus de illo
crimine ſe intromittere. dicit enim Hoſtien.
in c. 1. de offi. ordin. quod poſtquam iudex
eccleſiaſticus puniuit delinquentem pœna
ſpirituali, uel pœna ad correctionem crimi-
nis,ut in cap. nouit. de iudici.non poterit iu-
dex ſecularis corporaliter uel temporaliter
punire,quia nõ iudicat Deus bis in idipſum,
ex ea ratione,ne de delicto vnius hominis ſę
pius quæratur.d.cap. de his. de accuſat.nam
48 † eccleſia debet defendere ſuos pœnitentes,
c.aliud.11.quæſt.1.Ioan.And.in dicto cap.1
in fine.& alibi idem Innocen. in cap. tuæ.de
procurat.facit ad hoc,quod dicit Bal. in d.l.
49 nullum.C.de teſti.vbi querit,an † punitio fa
cta a iudice Peruſino de teſte Florentino quẽ
ipſe commiſerat examinandum iudici Flo-
rentino, & coram quo falſum depoſuerat,
impediat, quominus etiam iudex Florenti-
nus poſsit ipſum teſtem punire?& conclu-
dit quod non poterit punire, cum iam fue-
rit punitus a iudice Peruſino. Accedit eiuſ.
dem Bal. dictum in l. & ſi ſeuerior.columna
ſecunda.C.de infam.vbi poſt Iacob. Butrig.
ponit caſum in ſcholari qui cõmiſit homici-
dium Valentiæ,& fuit punitus ibi ſecundum
ſtatutum pœna pecuniaria, nunquid pote-
rit in propria patria accuſari,& puniri pœna
legali? & concludit quod non, quia prima
pœna fuit terminus pœnæ, & ſic poſtquam
eſt ſatisfactum,non eſt ulterius quærendum
de crimine:ex quo enim ſoluit, habetur pro
abſoluto,vt not.in lege ſi quis cum totum.§.
plane.ff.de except.rei iudic. & ſic ex quo pę-
na fuit integra, ſaltem ſecundum formam
ſtatuti, non eſt amplius de dicto crimine pu-
niendus,dicto capit.de his,de accuſatio.cum
concor.ſupra citatis.facit quod no. Alexan.
in l.ſed ſi unius.§.prætor. per illum tex.ff.de
iniur.ubi dicit, quod ſi pro iniuria alteri illa-
ta quis fuit verberatus,non poteſt contra eũ
agi actione iniuriarum,tanquam iam ſatisfe
cerit.Confert ad hoc dictum Roman.conſi.
463. incip. in caſu propoſito. vbi ponit ca-
50 ſum in delinquente† punito per Poteſtatem
Senenſem, vt non poſsit contra ipſum pro-
cedi per Poteſtatem Aſſiſ. pro eodẽ delicto,
ex duplici regula. prima, quod de delicto
eiuſdem hominis ſæpius cognoſci non poſ-
ſit.l.licet.§.fina.ff. nau. caup. ſtabul.l. ſi cui.§.
inter.de accuſ.& d.cap.de his.de accuſat.Se-
cunda,quod pro eodem delicto plures pœ-
næ inferri non poſſint. l. Senatus.ff.de accu-
ſat.l.ſepulchri.de ſepul. viol. Pro concordia
51 conſiderandum eſt, quod aut † per diuerſas
leges imponuntur diuerſæ pœnæ pro eodẽ
delicto omnino ſeparatæ,& impoſitio vnius
non tollit aliam,tex.eſt in l.qui ſepulchra. C.
de ſepul.uiol.l.3.de li.hom.exhib.l. quoties,
ff.de action. & oblig. & probatur in dicto §.
per hoc quoque.capit.felicis. de pœn. in 6.
Aut pœnæ non ſunt omnino diuerſæ, puta,
quia vna lex imponit pœnam centum Flo-
renorum,alia,mille: & tunc poteſt intentari
condictio alterius legis in eo, quod excedit
priorem legem,vt not.in l.1. ff. ui bon.rapt.
& per Bart.in l.Senatus.ff.de accuſat.& cum
hac diſtinctione Ioan. And. in capit. primo
de offi.ordin.in ſua nouella, dicebat conclu-
ſum fuiſſe in hac quæſtione diſputata Bono-
52 niæ.Item conſiderandum eſt, quod aut † iu-
dices,tam primus qui condemnauit, quam
ſecundus qui condemnare vult,ſunt ſub eo-
dem domino, aut ſub diuerſis. Primo caſu
punitus ſemel non poteſt iterum repeti:ſecũ
do caſu,aut delictum commiſſum in uno lo-
co poteſt cognoſci a duobus iudicibus inſo-
lidum,aut non:ſi non,dic idem quod in pri-
mo caſu;ſi ſic,condemnatio facta ab vno,&
exactio pœnæ non tollit accuſationem neq;
punitionem coram alio.& ita de conſuetudi
ne ſeruari teſtatur Bald.relatus ab Aret.in di-
cto capit.de his.numero vigeſimo,& in ſpe-
cie ita ſeruari in Italia, dicit Iacob.de Beluiſ.
conſilio nono, circa fin.inter conſi.crimin.
diuerſ.libro primo, vt refert Clarus,dicta q.
57. uerſ. Scias etiam. Vlterius magiſtralius
53 conſiderandum eſt,quod aut pœna † a iudi-
ce eccleſiaſtico inflicta fuit ſatis ſufficiens ad
criminis punitionem, & culpę menſuram,
aut non fuit ſufficiens. Primo caſu habet lo-
cum limitatio cum omnibus pro ea addu-
ctis,vt non poſſit quis iterum accuſari, & pu
niri.Ioan.And.& Domin.in dicto capit.feli-
cis.Abb.in dicto capit.tuæ.Aret. in dicto ca-
pitu. de his.Felyn. in capit. qualiter il ſecon-
do,de accuſa.ſub numero vigeſimo octauo,

F verſi.

verſi.item adde Bal.ſecundo caſu dicit Clar. dicta quæſt.57.quod forte poſſet dubitari,tamen concludit idem quod in primo caſu, & dicit ita practicari, ex Bal.conſilio 34.in fine.uolum.primo,niſi dicit ipſe in verſ. dictũ eſt, ex parte iudicis, qui minorem pœnam impoſuit,interceſſiſſet aliqua fraus vel colluſio, imponendo pœnam leuiorem pro delicto ualde graui, nam eo caſu, non obſtante huiuſmodi punitione,poſſet reus iterum accuſari & puniri. Quidquid tamen dicat Clarus,teneas in hoc ſecundo caſu,non ſufficiẽter punitum poſſe iterum puniri,& quod immo hoc ſeruat practica,ut in caſibus ab ipſo Claro relatis in dicto uerſic. dictum eſt.& in uerſ.Sed quæro.circa finẽ,& in Sereniſ.Domin.Venet.datur appellatio a nimis miti ſententia, & ſæpe retractantur, & reformantur ſententiæ latæ contra reos. & ita etiam Romæ, & alibi ſeruatur, & ita etiam ſenſit expreſſe Bald. in dicta lege, nullum. in caſu ſupra citato,dum dicit, dummodo pœna illa fuerit integra, quaſi dicat, ſi non ſit integra, poteſt iterum puniri, prout colligi poteſt ex alleg. Iaco. de Beluiſ. quam ipſe Bald. citat, & ponit in l. prima.C.ubi de crim. agi opor.
54 numero ſexto.& ratio eſt,nam † licet pœna data a iudice eccleſiaſtico ſit ut terminus pęnę quo ad ſuam iuriſdictionem, non tamen eſt terminus pęnæ quo ad iuriſdictionem ſecularem,quando maiori pęna puniendus veniat a layco, quam fuerit punitus ab eccleſiaſtico, cui non poteſt per eccleſiaſticum pręiudicari,dicta lege ſecunda.C.de ſportul. quam allegat ad hoc Bald.in dicta lege,cun-
55 ctos populos. Diſtinctæ † enim ſunt hæ duę poteſtates. capit. quoniam.decima diſtinct. & dictum eſt ſupra limit. decimaquarta. id etiam eſt quod dicit Bald. in dicta lege, & ſi ſeuerior. in illo exemplo de ſcholari. ita ẽt intelligitur adductum ex Roma. conſi. 275. dicit enim Roman. ibi, quod ille Monachus punitus ab Abbate poteſt etiam puniri per Epiſcopum loci, ſi non fuit ſufficienter punitus ſecundum iura Canonica, licet punitus fuerit ſecundum regulam clauſtralem: nam pęna, quæ imponitur ſecundam regulam per Abbatem,cum ſit fori ipſius clauſtri, nõ tollit pęnam alterius fori,quæ datur ad exercendam vindictam,dicto capit. felicis. in fine. Concludo igitur abſolutum uel condemnatum ab vno iudice, in crimine mixti fori, poſſe ab alio denuo puniri, quando a primo non eſt irrogata pęna conueniens delicto. Et pro complemento huius limitationis aduerte, quod non ſine ratione dixi
56 de criminibus mixti fori: nam † ſi crimina eſſent merè eccleſiaſtica, uel perſonæ eſſent eccleſiaſticæ,ſemel punitus a iudice eccleſiaſtico,ſiue ſufficienter,ſiue non,non poſſet iterum puniri pro ijſdem criminibus a iudice ſeculari. ratio eſt, quia iudex ſecularis non poteſt de talibus criminibus, & perſonis mere eccleſiaſticis cognoſcere,vt in crimine hæreſis.capi.ut inquiſitionis.§.prohibemus. de hær.in ſexto.Ancha.in dicto cap.ea quæ, in nona quęſt.de regul.iur.in ſexto,& in alijs ſimilibus,quæ not.in capit.cum ſit generale. de foro compet. & per Abb. & Anton.de But.ibi. ſed eſt merus executor iudicis eccleſiaſtici ſine ulla cognitione: ſecus in criminibus mixti fori, nam tunc laycus poterit cognoſcere de crimine,ſi,puta, aliquis clericus fuerit degradatus,& ad ipſum remiſſus, nec eo caſu tenẽ ſtare proceſſui Epiſcopi.§.ſi uero crimen.in Authen.de ſanctiſ.Epiſc.colla. nona ut puta ſi clericus degradetur uel propter homicidium qualificatum, uel propter ſeditionem, uel ob aliud ſimile delictũ mixti fori: tunc enim ille clericus efficitur de foro layci, & laycus habet illum iudicare ut ſubditum,ita dicunt Abb.in dicto capit. primo,de offic.ordin. & Bartol. in l.diuus.& in lege,non dubinm.de cuſt. reor. & Doct.in l. Magiſtratibus.de iuriſdict.omn.iud.ſi tamen
57 † aliquis iudex laycus haberet poteſtatem in aliquibus caſibus ex priuilegio iudicandi, & puniendi clericos:tunc clericus delinquens, etiam ſi ſit perſona mere eccleſiaſtica, licet fuerit ab epiſcopo de crimine abſolutus, poterit a iudice layco puniri,ut refert Pap.libro primo,titulo quinto,areſ.46.iudicatum fuiſſe per parlamentum Pariſien. ut dicit Clarus dicta quæſtione quinquageſimaſeptima,uerſiculo,ſed hic occurrit. in fine, & cætera, & de hac quæſtio.ſatis.Reliqua uideas per Doctor.in dicto capit.de his. de accuſat. Did.dicto libro ſecundo, capit. decimo, & Clar.dicta quæſt.quinquageſima ſeptima, per totã. vide infrà quæſtio. trigeſimaquarta, nu.25. cum alijs ſeq.

QVAESTIO

QVAESTIO XVIII.

Delinquens ſi poſt delictum baptizetur, an in iudicio exteriori poſſit pro commiſsis ante baptiſmum puniri.

SVMMARIVM.

1 *Baptizatus, quod non moleſtari poſſit pro delicto ante baptiſmum commiſſo. & 8*
2 *Baptiſmus & pœnitentia, quomodo differant.*
3 *Baptiſmus quod non liberet baptizatum a pœna delicti commiſſi ante. & 8.*
4 *Conuerſus poteſt ſe legitime tueri baptiſmo in foro poli. ſecus in foro exteriori.*
5 *Baptiſmus fuit ad regenerandum inſtitutus.*
6 *Iuriſdictiones, ſpiritualis & temporalis, ſunt diſtinctæ.*
7 *Eccleſia non defendit iuſte condemnatos pro delictis, & delinquentes.*
9 *Baptiſmus, quam pœnam tollat.*
10 *Iudicium humanum in pœnis, quid conſideret.*
11 *Baptiſmus quo caſu in foro exteriori liberet baptizatum, diſtinguitur.*
12 *Hæretico ad fidem reuerſo remitti pœnam mortis.*
13 *Conuerſus ficte, & in fraudem baptiſmum ſuſcipiens pœnam temporalem pro crimine ante baptiſmum commiſſo non euadit.*
14 *Dolus & fraus non debent patrocinari doloſo, & fraudulento.*
15 *Dolus venit appellatione maleficij, etiam in ſtatutis.*
16 *Dolus probatur ex coniecturis.*
17 *Baptiſmus quo ad intereſſe partis læſæ uel damnum paſſæ non liberat baptizatum.*
18 *Iuramentum non habet locum, cum de tertij præiudicio agitur.*
19 *Reſtituere male ablata proximis, quid ſit.*
20 *Peccatum non dimittitur niſi reſtituatur ablatum.*
21 *Iudæi priuſquam admittantur ad baptiſmum, ad quæ teneantur.*

QVAERO decimooctauo. P. Iudæus conuerſus ad fidem, poſt ſuſceptum ſacrum regenerationis lauacrum accuſatur, quod ante baptiſmum commiſit homicidium, excipit ipſe de baptiſmo, intendens ſe ob eius ſuſceptionem ita liberatum, vt ex eo non poſſit amplius in vllo foro conueniri. Quæritur quid iuris? & videretur dicendum omnem accuſationem ceſſare, nec
1 ipſum poſſe † amplius moleſtari ob delictū ante baptiſmum commiſſum. Et pro hoc facit glo. in capitulo primo, 49. diſtin. ſuper uer. ſi adhuc. ubi glo. ex illo tex. arguit, quod quis non poteſt accuſari de crimine de quo pœnituit, & ipſa glo. in fine in ſol. cont. dicit. accuſari poteſt ſi commiſſum eſt poſt baptiſma, ergo ſi ante, non poteſt. cum igitur talis per baptiſmum pœnituerit (non enim poteſt inchoare nouam vitam niſi pœnituerit veteris, vt dicit Auguſt. in libro de pœnitentia) igitur poſt ipſum accuſari non poteſt de commiſſis. Accedit tex. in capitulo quicunque. 26. quæſtio. prima, iunc. glo. in ver. ſatisfactio. vbi ex illo tex. arguit glo. quod ſi aliquis ſatisfecerit de crimine, vel inde egerit pœnitentiam, non poſſit amplius accuſari, licet ſit publicum crimen. faciunt item tex. 8. quæſt. prima, capit. in ſcripturis. in fine. iunc. glo. in uer. purgatum. & 46. diſtin. capit. clericus. il tertio, & idem tenet glo. 32. quæſtio. prima, capitu. quod autem. in glo. fina. quæ dicit, quod per baptiſmum fit plena remiſſio quo ad omnem pœnam, etiam temporalem, & adducit in argumentum tex. in cap. fine pœnitentia. de conſecratio. diſtin. quarta, & ibi glo. fina. ſuper ver. in baptiſmate, di-
2 cit, † quod inter pœnitētiam, & baptiſmum hæc eſt differentia, quia in pœnitentia, etſi dimittatur peccatum per contritionem, remanet tamen temporalis ſatisfactio, in baptiſmo non: nam tanta eſt vis ſacramenti, quod nec etiam temporalis ſatisfactio in baptiſmo remanet pro peccatis, ideo non eſt mirum, ſi infamia quęlibet ſibi dimittatur. Ad quod etiam facit tex. in capit. primo, in fine. 26. diſtin. ubi Grat. ex Hieronymo ad Oceanum, dicit: Vnius vxoris virum, id eſt, monogamum poſt baptiſmum. ſi enim & ante coniugem habuerit, quæ obierit, non imputetur ei, cui prorſus nouo homini nec ſtupra, nec alia quę ante fuerunt iam obſunt. & ſic beneficio baptiſmi ab omnibus liberatur, vt etiam habetur eadem diſtin. cap. vna tantum. ibi, cum etiam delicta obeſſe non ſoleant, ſi lauacri remiſſa fuerint ſacramento, & glo. in ver. non ſoleant. dicit: ergo infamia ex delicto proueniens non nocet. Accedit tex. in capit. ſecundo, in fine. de conſecratio. diſtin. quarta, dum dicit, quidquid ab homine dictum, factum, cogitatum eſt, totum aboleatur. & gl. ibi in uer. totum. dicit, arg. quod in baptiſmo omnis ſequela, & infamia aboletur. idem dicitur in capit. regenerante. ead. diſtin. & per tot. Ex quibus patet, quod iſte conuerſus recte ſe tuetur exceptione baptiſmi, cū baptiſmus liberet baptizatū ab omni crimine.

crimine. & hanc opinionem tenuerunt Calder. Ant. Imo. Anan. & Fely. in dicto capit. de his. de accuſat. uerſ. ſecundo fallit iſta limitatio. & Barb. in clemen. prima, uerſ. nos igitur. columna penul. de ſum. Trin. & pro hac opinione iudicatum fuiſſe Paduæ, teſtatur Thom. Ferrat. caute. 24. incip. quæritur per ſcribentes. ſub numero quarto, verſ. Tu autem Iudæe. in cauſa cuiuſdam Iudęi, qui commiſerat unum enorme furtum, quo commiſſo fecit ſe Chriſtianū. in qua cauſa cum pro & contra interuenerint ſolemniores Doctores totius gymnaſij, tandem ipſe Iudæus fuit liberatus ab omni pœna corporali, aduocantibus pro ipſo clariſſimis Doctoribus, inter quos dicit fuiſſe Ruynum, vt per ipſum ibid. & hoc Ferratij teſtimonium citat etiam Tiraq. in tract. de poen. cauſa 25. & pro hoc caſu a Fer. allegato, extat conſ. Ruyni 13. incip. caſus de quo quæritur. volum. quinto, quod eſt in terminis.

Contrarium, quod talis Iudæus non poſſit ſe tueri baptiſmo, quin accuſari, & condē-
3 nari poſſit † pro homicidio ante ſuſceptum baptiſmum commiſſo, & ſic quod baptiſmus non liberet baptizatum a pœna delicti;
* eſt communis opinio omnium Doctorum, in c. gaudemus. de diuort. vt dicunt, Innoc. ibi. columna ſecunda, uerſi. Alij dicunt. Ancharan. poſt Hoſtien. & Ioan. And. ibi. colu. tertia, numero uigeſimo, uer. Innocen. & Hoſtien. dicunt. Anton. de Butr. & Abb. ibi. numero decimoſexto, uerſ. ibi, in gl. beneficiū alicui competens. & hanc opinionem tenēt, Abb. & Marian. Socin. in d. cap. de his. de accuſat. Cardin. in clem. prima. §. ſane. quæſtio. decimaquarta, de vſur. & ipſam ſequitur, cōmunemque fatetur Ioan. de Anan. in dicto capit. de his. columna ſecunda, idem aſſerit, eam ſequutus, Deci. in capit. quæ in eccleſiarum. colum. 8. de conſtit. num. 84. & latius in conſ. 130. in cip. Proponitur quod Iudæus furtum cōmiſit. ubi conſuluit in contingentia facti, & ut dicit in dicto cap. quæ in eccleſiarum, ubi ſupra, ſecundum ſuum conſilium iudicatum fuit Paduæ contra Iudæum per Dom. Thomam Mocenico, tunc Paduæ Poteſtatem, & bene, ut dicit Syluеſ. Aldob. in addit. ad Deci. in d. c. quæ in eccleſiarum, & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Hier. Cuc. in addit. ad Ang. in tract. maleſ. in ver. & ad querelam, num. 90. uerſ. item ad id quod tangit. & eam ſequitur Couarr. varia. reſol. lib. 2. cap. 10. num. 4. & Tiraq. qui concor. citat, d. cauſa. 25. nume. 3. cum ſeq. a qua ſententia, cum ſit communis, non eſſet in iudicando recedendum, & ſic iſte conuerſus veniret condemnandus. & pro hac opinione adduci poſſunt omnia quæ in præced. q. adduxi, & præſertim in uerſi. Limitatur decimoquarto, ibi uideas.

Pro diſcuſſione autē præſentis quęſtionis, & pro concordia opinionum, ex mente omnium Canoniſt. Theolog. & Summiſt. hunc articulum tangentium, diſtinguendum eſt,
4 Quod † aut loquimur in foro poli, ideſt animæ; aut in foro fori, ideſt quo ad iudicia. Primo nulli dubium quod conuerſus poteſt ſe legitime tueri baptiſmo, nam in illo foro ſtatim, quod quis eſt baptizatus, conceditur ſibi plenaria remiſſio omnium delictorum, ſecundum Scot. in quarto ſenten. diſtin. 33. & Sanctū Thomā, in 3. par. ſum. q. 69. artic. 1.
5 & ſecundo. Ratio eſt, quia † baptiſmus fuit ad regenerationem inſtitutus, unde in eo ſtatim homo tranſit de poteſtate tenebrarum in adoptionem filiorum Dei. hinc Paul. ad Tim. 2. per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abunde. & ſic quo ad animam, ut per San. Bonauen. & Ricard. in quarto ſententia. diſtin. quarta, & Angel. Clauaſ. in ſum. in ver. Baptiſmus, ſeptimo, in princ. ubi in §. primo quærendo vtrum per baptiſmum tollatur omnis pœna; reſpondet quod per baptiſmum tollitur illa pœna, quæ retardat, & excludit a uita æterna, vt in dicto capit. ſine pœnitentia. de conſecratio. diſtinct. quarta. & declarando iſtam pœnam, dicit, hoc eſt pœnam quam quis deberet exoluere aut in hac vita, uel in alia pro peccatis commiſſis, antequam vitam æternam intraret. hoc idem tenet Silueſ. in ſum. in uer. Baptiſm. in prin. Tabien. in ver. Baptiſmus. octauo, num. 1. & 4. & Sum. Armil. in eod. uerſi. §. 71. & ita loquūtur omnes etiam gloſſæ pro conuerſo adductæ, ſi inſpiciantur. Nam illa temporalitas quam dictæ gloſ. nominant, intelligitur de pœnali reſpiciente animam, & hoc patet expreſſe ex lectura ipſarum.

Secundo uero caſu, ſcilicet in foro iudiciali, & exteriori habent locū adducta in cōtrarium, & in his nō vr q̃ talis cōuerſus poſſit
6 ſe tueri: nam † iuriſdictiones, ſpiritualis ſcilicet

cet,& temporalis ſeu exterior, diſtinctæ ſunt, vnde actus qui a iudice ſpirituali fit in remittendo mediante baptiſmo, nō poteſt in præiudiciū exterioris iudicis redundare, arg.96. diſtin.c.cum ad verum.c.nouit.de iudi.c.ſoli tæ.de maior.& obed. c. cauſam quæ.qui fil. ſint legit.& not.tradit Paul. de Caſtro conſi. 216.incip.præſuppoſito.col.pen.Licet ergo baptizatus præteritorum delictorum per baptiſmum conſequatur remiſſionem, non tamen liberatur a pœna exteriori in præiudicium reipublicæ ſeu Principis, cui ſtatim cōmiſſo delicto ius quæſitum fuit. l. licitatio. §. quod illicite.ff.de publ.l.fin.ff.de priu.delic.l. fi. ff. de fur.l.4.§.ſi quis a Principe.ff. ne quid
7 in loco publ. Alias † enim eccleſia defenderet iuſte cōdēnatos pro delictis & delinquētes, quod non eſt dicendum. vigeſima quarta quæſtionem vltima, capitulo finali. nam beneficium abſolutionis quod alicui ab eccleſia conceditur, ſine præiudicio alterius intelligitur.c.ſuper.de off.dele.c. ex tuarum.de author.& vſu palij.d.l.2.§.ſi quis a Principe. aliter enim eccleſia veniret contra iuſtitiam, cum tamen cultrix iuſtitiæ ſit.c.1.de alie.ſeu. quod & Dominus in euāgelio docuit, dicēs, reddite quæ ſunt Cæſaris Cęſari,& quæ ſunt Dei Deo.Mat.c.22.ex hoc inferens, quod vnus alij in ſua iuriſdictione præiudicium afferre non debet.facit etiam illud de remiſſione Domini per Pilatum, ad Hærodem,&per Hærodem ad Pilatum Luc.23.

8 Et ſic baptiſmus † ſecundum horum ſententiam veriorem, non liberat baptizatum a pœna exteriori in præiudicium reipublicæ, ita quod non obſtante baptiſmo, poterit puniri pro delicto commiſſo ante baptiſmum, a iudice ſeculari,& etiam a ſpirituali temporalis iuriſdictionis exercitium habente. & iſtud eſt citra dubium de iure, prout etiam Angel.Clauaſ.in ſua ſum.dicit diſtinguendo de irregularitate, vbi ſupra, quæ ſcilicet prouenit ex defectu ſacramenti, & quæ prouenit ex peccato, in d.uer.Baptiſmus.§.3.vt ſcilicet prima non tollatur per baptiſmum, exēplificando in bigamo ante baptiſmum, vel poſt, vt non poſſit promoueri, & in corrupta vel ante vel poſt baptiſmum, vt non poſſit velari, vt habetur clare 26.diſtin.cap. acutius. Secunda uero poſt baptiſmum, & per
* baptiſmum tollatur, ſecundum communiter Doc.ut per eū ibi.ſequit Syluest. in ſum. in eo.ver. verſ. Primo vero quæritur.& poſt alios hoc tenet Sum. Armil. in eo. uer.§.71. vbi ex mente S.Thomæ,par.3.queſt.69.art. primo, &4. ſenten.diſtin.39.quæſt.1.art.4. ad quartum. & Petri de Palude, dicit, quod
9 † baptiſmus quantum eſt de ſe, tollit omnem culpam, originalem, mortalem,& venialem, & omnem pœnam debitam ſolui in Purgatorio, vel in Inferno, non tamen tollit pœnā quæ debetur in foro exteriori. & ſubiungit ex Pet.de Palu. quod non tollit ſuſpendium a fure, nec pœnam eccleſiaſticam, vt irregularitatem, quæ ex bigamia contrahitur, ſed illam quæ ſequitur homicidium, ſecundum veriorem opinionem, vt ibi per eum, id eſt illam quę contrahitur ex homicidio licito vel illicito, vt 50. diſtin. cap. ſi quis viduam.tam in tex.quam in glo.& c.15 1.diſtin. & ibi Archid.Et ratio veriſſima adducitur ex S. Thoma ubi ſupra, artic.quinto, in fine.nam in pę-
10 nis,† quæ in iudicio humano inferuntur, nō ſolum attenditur qua pęnę ſit homo dignus quo ad Deum, ſed etiam in quo ſit obligatus quo ad homines, qui ſunt læſi,& ſcandalizati per peccatum alicuius, & ideo, dicit, licet homicida liberetur a reatu pęnę quo ad Deum, remanet tamen adhuc obligatus quo ad homines, quos iuſtum eſt ædificari de pœna ſicut ſcandalizati ſunt de culpa. dicit tamen, quod pie Princeps poſſet talibus pęnā indulgere, refert Sum. Tabi. in ver. Baptiſmus.8.num.2.uerſ.primo, vtrum.& eiuſdem dom.Thomę dictum, ſequitur Aſteſ. libro 4. ſuę Sum.titulo quarto, artic.primo, verſicu, vtrum iudex ſecularis. & idem tenuit Alexā. de Ales in 4. par.ſum.q.20.mēb.1.art.2.ubi dicit, ꝙ in baptiſmo omnis culpa delet,& reſtituitur homo in priſtinam innocentiam, quantum ad aīam; quod etiam teſtatur ſan. Bonauen.in quarto ſent.diſtin.2.artic.1.queſtio. 1. & in eadem opinione fuit Antoni. in prima par. tertię par. prin. ſum.titu. decimo quarto, capitul.decimo tertio, poſt prin. vbi dicit, quod omnis pœna debita in Dei iudicio remittitur in baptiſmo, ſed non debita in iudicio hominum, quia non tollit pœnam mortis debitā pro maleficio commiſſo & hos citat, & ſequit Tiraq. d. cau.25.nu.7.

Tamen ſi medullitus conſideremus dicta omnium Doctorum, dici poſſet, quod ex præmiſſis quæſtio non habet dubium in fo-
11 ro animę: in foro vero exteriori,† aut loqui-

mur quo ad intereſſe publicum, ne ſcilicet
delicta remaneant impunita, aut quo ad in-
tereſſe partis læſæ vel damnum paſſæ. primo
caſu, licet aliqui teneant baptizatũ poſſe pu-
niri, & aliqui quod non, vt ſupra dictum fuit,
& primum dictum uerius ſit, tamen fauore
fidei melius, & magis piũ eſt vt eis remitit-
tatur etiam pœna debita pro delicto, etiam
in foro contentioſo, & hoc eſt quod dicit
San. Thomas relatus ſupra, ſed hoc eſt arbi-
trio iudicantis remiſſum, & ita intelligitur id
quod relatũ eſt ſupra ex Petro de Palude &
ex Antoni. in ſum. dum ille dicit, quod ba-
ptiſmus non tollit ſuſpendium a fure, & hic,
quod non tollit pęnam mortis debitam pro
maleſicio commiſſo, quod eſt idem, nam id
aliter euenire poterit, pœnaque ei remitte-
tur, ſi ita videbitur iudicanti, ſicut hæretico
12 † ad fidem reuerſo remitti pœnam mortis
ex cap. ad abolendam, & ibi Docto. de hæ-
ret. ſcribit Ruyn. dicto conſilio decimoter-
tio, numero tertio, uerſi. nec uidetur mirum.
& ita in arbitrio iudicis eſſe hanc opinio-
nem eligere, quæ eſt mitior & æquior, ſcri-
bit Imo. in dicto capit. de his. de accuſatio.
arg. l. Præſes. & l. ſi de interpretatione. ff. de
pœn. poſt gloſ. in l. prima, C. qui pro ſua iu-
riſd. & in hac ſententia fuit etiam Bald. in l.
cum hæreditas. C. depoſ. & in l. precibus. C.
de impub. Imo. alibi in capitulo, cum contin
gat. de iureiuran. Butr. in capitulo primo, in
prin. de offi. leg. & alibi Bald. in capit. primo,
de nat. feud. & in authen. ceſſante. C. de legit.
hæred. & hoc eſt etiam, quod uoluit dicere
Thom. Fer. in dicta caur. 24. in caſu illius Iu-
dæi Paduæ uentilato, ex ſacris Theologis,
quos ibi citat, vide illum. Hoc tamen intelli-
13 ge, niſi talis ficte † & in fraudem baptiſmum
ſuſciperet, nam ſi hoc ex indicijs appareret,
pœnam temporalem pro crimine ante ba-
ptiſmum commiſſo euadere non deberet, di
cto cap. ad abolendam. de hæret. & ibi Abb.
quod licet difficile cognoſci poſſit, cum in
dependentibus ab eius animo, & conſcien-
tia ſtetur dicto ipſius atteſtantis ſe non in
fraudem, nec alicuius pœnæ metu uenire ad
baptiſmum, ſed ſolo fidei zelo, iux. not. in
capit. paſtoralis. de exceptio. in capitulo, ſi-
gnificaſti. il primo. de homicid. in cap. ſi ue-
ro, il ſecondo, de ſenten. excommu. in §. aliæ.
Inſtit. de actio. tamen ubi indicia contra eum
apparerent, quod non fidei zelo id fecerit,
ſed ad vitandam pœnam, ſecus eſſet, ſecun-
dum Barto. in lege, inter omnes. ff. de fur. §.
recte. & in lege, ſecunda. §. ſi a pupillo. pro
empt. ut puta ſi tempore quo petit baptiſ-
mum eſſet diffamatus, vel ab aliquo crimine
accuſatus, ut dicit Bartol. in lege prima. ff. de
pœn. vbi concludit, quod ſi quis in fraudem
poſt delictum eſſiciatur clericus, quod hoc
ſibi non prodeſt, & in fraudem hoc dicitur
demum factum, quando prius fuerat accuſa-
tus uel diffamatus de delicto, per legẽ finalẽ,
de his qui ſibi mortem conſciuerunt. in prin.
ſequitur Ruyn. dicto conſilio decimotertio,
14 in fine, & ita eſt tenendum. dolus enim † &
fraus non debẽt patrocinari doloſo. & frau
dulento. l. verum. §. hoc quoque. ff. pro Soc.
glo. in lege, Titio. in princ. ff. ad municip. Bal.
15 in l. ſi in fraudem. C. de leg. nam dolus † venit
appellatione maleficij etiam in ſtatutis. Bal.
& Docto. in lege prima. §. nunc tractemus. ff.
de tut. & rat. diſtrah. & dicit Alexand. in lege
prima §. fina. ſi quis iuſdicen. non obtemp.
q. quilibet dolus malus eſt delictũ. idem Ale-
xand. in l. ſi quis. ſi cert. pet. & in lege, quod
Nerua. ff. depoſ. Iaſ. Inſtit. de action. §. item ſi
16 quis. numero 107. Cum igitur † dolus probe
tur ex coniecturis, gloſ. in capitulo fina. de re
nunt. in ſexto. l. quoties. §. qui dolo. de pro-
bat. l. dolum. C. de dolo. Felyn. in capit. ſi au-
tem. de reſcrip. & coniecturæ quæ ſupra ap-
parere poſſint, conuerſo ad pœnam uitan-
dam patrocinari non debet baptiſmus.

Secundo caſu, ſi ſcilicet loquamur quo ad
intereſſe partis læſæ uel damnum paſſæ: in-
17 dubitate dicendum eſt † baptiſmum ipſum
non liberare per ea quæ copioſe dixi in præ
ceden. quæſtio. limitat. decimaquarta, &
hoc ſiue uere ſiue ficte baptiſmum petat, &
accipiat: non enim hoc refert iſto caſu, &
hoc ueriſſimum, & ab omnibus approba-
tum dicit Ruy. dicto conſilio decimotertio
numero ſecundo, non enim habet locum iu
18 ramentum † de quo in caſu præcedẽti, cum
de tertij præiudicio agitur. Felyn. in capitulo
cognoſcentes. de conſtit. numero decimo-
quarto, ubi Deci. prope finem. uerſ. ſimiliter,
ſi agatur, & ita poſt eos, & alios quos citat,
dicit Menoch. de arbitr. iudi. libro ſecundo,
cent. ſecunda, caſu 186. numero nono. uerſi.
tertiò. & hoc eſt de mente Sancti Thomæ
in tertia par. ſum. quæſt. 68. art. 5. dum dicit,
19 quod reſtituere † male ablata proximis eſt
ſatisfa-

ſatisfacere pro iniurijs illatis,& ceſſare a peccato, quia hoc ipſo quod detinentur aliena, eſt proximum lædere: proximum autem læſum non placare, eſt peccatum,& ideo peccatoribus baptizatis iniungendum eſt quod ſatisfaciant proximis, ſicut & quod deſinant a peccatis,& hoc dictum S.Thomę referunt Sum. & Tab.in ver.Baptiſmus.7. nu.5. non
20 enim dimittitur † peccatum niſi reſtituatur ablatum.reg.peccatum.de reg.iur. in 6.Hinc dicit Abb. in c. debitum. de baptiſmo.quod Iudæi non ſunt indifferenter admittendi ad
21 baptiſmum :nam † primo debent reſtituere ea quæ extorſerunt per vſuras,vel alias illicite,vt in c.Iudæi.& ibi glo. de conſecrat. diſt. 4.refert, & ſequitur Tabie.in verſi. Iudæus. verſ.decimoſexto.Et ſic in ſumma remanet, quod iſti baptizato venit de approbata ęquitate indulgenda pęna delicti,niſi vt ſupra, appareat quod ſit ficte conuerſus, non tamen remitti poteſt quin proximo ſatiſfaciat,vt ſupra,& in d.limit.14.dictum eſt,& vide Bal.in auth.cauſa quæ.C.de epiſc.& cler.in prin.

QVAESTIO XIX.

Bannitus reſtitutus an recuperet bona medio tempore alienata, à Principe.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus reſtitutus non recuperat bona medio tempore in alium legitime alienata.*
2 *Epiſcopus an poſſit inuito patrono reſtituere præsbiterũ per ſe depoſitum.*
3 *Conſenſus patris requiritur in matrimonio reſtaurando per filiam poſt diuortium, ſicut a Principio in contrahendo.*
4 *Hæretico reſtituto,quæ bona reſtituantur.*
5 *Homicidæ reſtituto an bona hæredibus interfecti iã quæſita reſtituantur.*
6 *Legitimatio naturalis facta poſt legitime natum, an faciat eum primogenitum.*
7 *Reſtitutus ad collegium non recuperat locum ab alio occupatum.*
8 *Clericus depoſitus reſtitutus ad priſtinum ſtatum non recuperat beneficium alteri collatum.*
9 *Diſpenſatio Papæ cum illo qui propter inceſtum perdiderat feudum,non prodeſt illi ut feudum recuperet.*
10 *Profeſſus ordinem Minorum ſi promoueatur ad epiſcopatum,uel tranſeat ad aliam regulam quæ poteſt habere bona in communi, non recuperat bona ſua iam alteri quæſita.*
11 *Verba impropriantur potius quam tertio præiudicium inferatur.*
12 *Reſtitutio facta a Principe intelligitur ſine præiudicio tertij.*
13 *Ciuitas non poteſt facere reformationem in præiudicium tertij,cui ex alio ſtatuto eſt ius quæſitum.*
14 *Princeps etiam in minimo præiudicio non videtur voluiſſe tertio præiudicare.*
15 *Minimum attenditur etiam in modico de iure communi competenti.*
16 *Superior etiam in gratia motu proprio non videtur voluiſſe tertio præiudicare.*
17 *Clauſula,motu proprio,non lædit ius tertij.*
18 *Clauſula ,ex certa ſcientia, non operatur in præiudicium tertij.*
19 *Clauſula,ex certa ſcientia,non operatur in reſcripto parte abſente,quæ non contradixit impetrato.*
20 *Clauſula,ex certa ſcientia,& ſimiles,quid operentur.*
21 *Clauſula,non obſtante,nõ ſufficit quando de iure tertij agitur,& ipſum poſſet lædi, cum ſpecialis mentio requiritur.*
22 *Clauſula,non obſtantibus,ſolum ius Principis reſpicit.*
23 *Clauſula,ſaluo iure tertij,ſemper ſubintelligitur in reſcriptis.*
24 *Clauſula,non obſtante,ſubintelligitur, dummodo non fuerit tertio ius quæſitum.*
25 *Clauſula in priuilegio uel reſcripto apponi ſolita, non obſtante quauis conceſſione alteri facta, intelligi debet de conceſſione inualida,& nulliter facta,non de ualida.*
26 *Princeps non videtur derogare iuri etiam ad rem.*
27 *Ius ad rem facilius tollitur quam ius in re.*
28 *Vaſſallus poſt ſententiam latam ſuper crimine felloniæ,reſtitutus a Principe recuperat feudum.*
29 *Clericus depoſitus ab Epiſcopo reſtitutus recuperat beneficium & 35*
30 *Liberatio facta de principali videtur facta de acceſſorijs, licet de eis non ſit dictum.*
31 *Tranſactio facta ſuper ſorte,videtur etiam remiſſa pœna, dato quod eſſet pœna talis quæ poſſet una cum ſorte imponi.*
32 *Reſtitutio non prodeſt bannito quo ad bona medio tempore a Principe alienata,& in alium tranſlata.*
33 *Vaſſallus reſtitutus quo caſu feudum recuperet,vel non.*
34 *Feudum quando dicatur antiquum, & quando nouum.*
36 *Reſtitutio banniti quando uideatur facta cum præiudicio tertij.*
37 *Actus ut ualeat,Princeps cenſetur uoluiſſe uti plenitudine poteſtatis.*
38 *Princeps quando non uideatur uti plenitudine poteſtatis.*
39 *Princeps poteſt ius ſuum alicui auferre.*
40 *Princeps quando cenſeatur uoluiſſe tertio præiudicare.*
41 *Voluntas Principis ſola non eſt apta ius ſuum alicui auferre.*
42 *Priuilegium conceſſum alicui non ſoluendi decimas tenet,licet præiudicet tertio.*
43 *Exemptionis natura eſt, ut eripiatur exemptus e manibus ordinarij,& illi non ſubſit.*
44 *Priuilegium proprie dicitur quando reſcribitur cõtra ius commune.*
45 *Reſtitutus quando recuperet bona.*
46 *Res cenſetur integra, quando cauſa redit ad non cãm.*

47 *Papa ſimpliciter reſtituendo bannitum, quod & bona reſtituere cenſeatur.*
48 *Reſtitutus per Papam ad bona confiſcata recuperat res emphyteuticas etiam per Papam iam alteri conceſſas mediante condemnatione.*
49 *Reſtitutus contra ſententiam, quo caſu recuperet omnia.*
50 *Princeps poteſt ius quęſitum ex ſententia auferre.*
51 *Reſtitutus quo caſu non recuperet bona.*
52 *Princeps quando poſſit tollere ius alij quæſitum.*
53 *Bona ante translationem dominij dicuntur in patrimonio delinquentis.*
54 *Princeps regulariter præiudicare non poteſt iuri alteri quæſito cum dominij translatione.*
55 *Clauſula, quod non poſsit obijci de confiſcatione bonorũ, quid operetur.*
56 *Reſtitutus quando recuperet alienata etiam ex contractu.*
57 *Pacis fauore multa ſpecialiter contra communes regulas conceduntur.*
58 *Mandatum quo caſu non expiret morte mandantis.*
59 *Pace facta reſcindi debent ſententiæ latæ contra rebellẽ occaſione rebellionis.*
60 *Reſtitutus per uiam iuſtitiæ recuperat omnia bona, etiam a tertijs poſſeſſa.*
61 *Forma conceſſionis, reſcripti, & ſignaturæ, attendi debet.*
62 *Contractus factus in bonis confiſcatis non ualet.*
63 *Princeps auferendo rem alicui ſine cauſa, tenetur ei ad pretium.*
64 *Bannitus reſtitutus quo caſu recuperet bona confiſcata.*
65 *Verbum, libere, quid importet.*
66 *Bannitus reſtitutus quæ bona recuperet.*
67 *Bannitus licet recuperet bona, non tamen recuperat fructus perceptos ex bonis etiam non alienatis a fiſco.*
68 *Bennitus reſtitutus ad patriam, & bona, an ſi uelit admittatur ad ceſſionem bonorum.*
69 *Bannitus reſtitutus ad patriam, & bona, recuperat bona confiſcata.*
70 *Bannitus reſtitutus ſi non recuperat bona habet beneficiũ ceſſionis.*
71 *Bannitus reſtitutus habet actiones contra fiſcum pro bonis in tertium translatis, & nominibus debitorum exactis.*
72 *Culpa ſua cum quid alicui competit, ſibi imputandum eſt.*
73 *Egeſtate laborent male meriti, dignum eſt.*
74 *Dolus requiritur in beneficio ceſſionis amittendo, & non ſufficit culpa.*
75 *Maritus ſi culpa, non dolo, dilapidauit bona dotalia, non perdit priuilegium.*
76 *Pœna priuationis a beneficio ceſſionis non habet locum niſi expreſſe a iure imponatur.*
77 *Bannitus reſtitutus an habeat beneficium ceſſionis, diſtinguuntur tres caſus.*

QVAERO decimonono. Bannitus eſt aliquis, cuius bona vigore banni ſunt confiſcata, & eorum partẽ Princeps alienauit, demum talis bannitus reſtitutus eſt ab ipſo Principe ad omnia ſua iura, agit contra tertios poſſeſſores pro recuperatione ſuorum bonorum legitime alienatorum, an audiendus ſit, & poſſit ipſa recuperare. in hac quæſtione, Abbas & Imo. in c. inter quatuor. de maior. & obedien. dicunt, communem Doctorum opinionem eſſe quod non recupe-
1 rat, † & ibi Abb. col. 2. verſ. & faciunt ad hęc. hoc firmat ex mente Bart. & aliorum in l. fi. C. de ſenten. paſſ. hanc quæſtionem tractat Alex. poſt alios, in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col. 8. num. 19. uerſ. ex quo infert Bart. hic. ff. de lib. & poſthum. & concludit, quod non, per text. in c. quamuis. de reſcr. in 6. vbi Gemin. iunc. glo. magna. circa med. quæ dicit; & nota quod hæc decretalis facit in argumentum, ad quæſtionem dominicalem,
2 an ſcilicet † Epiſcopus inuito patrono reſtituere poſſit præsbyterum per ſe depoſitum: & dicit quod Goffr. determinauit, quod nõ; in ca. ex tranſmiſſa. de renunt. in fi. per l. ſi ut proponis. C. de nupti. la 2. vbi dicitur, ꝙ in
3 matrimonio † reſtaurando per filiam poſt diuortium, requiritur conſenſus patris, ſicut a principio in contrahendo. & dicit Alexã. vbi ſup. in ver. & licet Bar. quod iſta fuit deciſio Iac. de Belui. in diſput. ſua, quam ponit in l. fallaciter. C. de abolit. & in c. Domino guerram. in tit. hic finitur lex Corradi. in vſi. feud. & teſtatur hanc eſſe communem opinionẽ, & hanc opinionem ſequuti ſunt Alber. & Raph. in auth. idem eſt de Neſtorianis. C. de
4 hæret. per illum text. qui dicit, quod † bona hæreticorum aſſignantur orthodoxis, ipſis, ſi conuerſi fuerint, reſtituenda quidem, ſed abſque ratione fructuum, & adminiſtrationis. Hoc idem tenuit Ancha. in c. 1. de ſucceſſ.
5 ab inteſt. in fi. ubi ponit caſum. † Cauetur ſtatuto, quod bona homicidæ publicentur pro dimidia, & alia dimidia applicetur hæredib. interfecti, modò homicida reſtituitur, an videatur reſtitutus ad illa bona hæredibus interfecti iam quæſita? & refert Pet. dicentem determinatum fuiſſe Bononię per Legatum, quod non. & hoc idem in ijſdem terminis, & verbis, ponit Bal. poſt Cyn. in d. §. & quid ſi tantum. vt ibi refert Alex. col. 9. verſ. & per hoc infert Bal. ſed non facit mentionem de Anchar. ad hoc allegat etiam l. 1. ff. de exce. doli. in fi. l. quoties. de pollicitat. & quod no. in l. fin. C. ſi con. ius, vel vtil. publ. & hanc materiam

teriam not.Ioan. And. in regu. ſine culpa.in mercur.& ibi Phil.Franc.col.fi.uer. tertio an inter laicos.& Bartholom.Brixię. in ſuis quę ſtion.domin.quæſt.55.inci.quod natus. vbi
6 loquuntur † in naturali nato ante natiuitatē legitimi, & legitimato poſt natiuitatem ipſius legitimi, quod talis legitimatio non retrotrahitur, ut faciat eum primogenitum in præiudicium legitimi medio tempore nati. ſic., & multo fortius, in caſu qōnis noſtræ, reſtitutus nō admittetur ad ſua bona medio tempore in alium legitime deuoluta.& hanc opinionem tenuerunt etiam Io. de Anan.in c.uergentis.col.2.de hæret. & Imo.in clem. 1.in fi. de hæret. ¶Et pro hac cōcluſione facit dictum Bar.in l.2.ff.de decurion.in princ. per illum tex. vbi dicit, quod Doctor expul
7 ſus de collegio reſtitutus † ad collegium non recuperat locum ab alio occupatum, quem habebat, nec primum gradum, ut tanquam antiquior præferatur in dando primum ſuffragium, ſed habebitur vt quidam de nouo veniēs ad collegium, & dicit Bononiæ fuiſſe practicatū tempore Romei de Pepulis. Sequitur Fely.in c. ex inſinuatione. de ſimo.in fine.uerſ.extra gloſam facit.Vnde dixit Bal. in c.conſtitutus.col.2.ibi,ſed an reſtitutus.de reſcr.& poſt Abb.in c.ex tuæ.ad fin. ibi,Sed dubium.de cler. non reſiden. quod clericus
8 † depoſitus reſtitutus ad priſtinum ſtatum non recuperat beneficium alteri collatum, pro quo eſt glo.& ibi Doct. in c. ex parte. in uer.minor.in fine.de reſtit. ſpoliat. & glo.fi. in c.cum pridem.de pact.circa med. in verſ. ſed pone quod monachi. & ad hoc facit, ꝙ dixit Bal.in l.1.q.2.ff.de rer.diuiſ.quod diſpē
9 ſatio † Papæ cum illo, qui propter inceſtum perdiderat feudum, nō prodeſt in feudo vt illud recuperet.Simile dicit Abb.in c.at ſi clerici.§.de adulterijs.de iudici. col. 9.num.18. uerſi.& per hoc dicit Ioā. de Ligna.quod diſpenſatio facta cum aliquo pendente impetratione qua eſt obtentum,quod ille ſuo beneficio priuaretur,& certo conferretur,non valet in præiudicium impetrantis,cui ius, ſaltem ad rem,fuerat quæſitū, quod eſt in ſtrictiorib. terminis, quam propoſita quæſtio, in qua erat ius quæſitum in re. quod refert, & ſequitur Felyn.in eo.§.colu.6.& num. 21. uerſi.poteſt inuito accuſatore.& uerſ. ſecundo pro hoc allegat.ubi ex not.in c. quia diligentia.de elect.dicit, quod bannitus reſtitutus ad patriam non recuperat bona iam alienata,& dicit ita tenere Bart. & omnes in d.l. fi.C.de ſenten.paſ.facit etiam gl.in l. 2.& ibi Bal.C.de in ius vocan. in glo. fi. dum glo. in ſolut.contrarij dicit. Sed ibi de pena corporali,uel in fiſcum inferenda,hic de inferenda patrono, quaſi dicat, quod non conceditur remiſſio eorum quæ nocent tertio. Accedit dictum Bar.in tract.Minor.fol.vlt.uerſ.cōtin-
10 git interdum.ubi dicit,† quod ſi profeſſus ordinem Minorum promoueatur ad Epiſcopatum,uel tranſit ad aliam regulam,quæ poteſt habere bona in communi, non recuperat bona ſua iam alteri quæſita,ut ibi per eū. lib.4.diſt.3.cap.2.

Vlterius pro hac communi concluſione facit validiſſima ratio. Nam ex hac reſtitutione ad bona medio tempore acquiſita tertio
11 inferretur pręiudicium ipſi tertio, ſed † verba potius impropriantur,quam quod tertio præiudicium inferatur, vt dicunt Cardin.& Bal.quos ſequitur Deci.in c. ſuper eo. per illum tex.de offi.deleg.col.2.uerſ. & prædicta concluſio,& idem tenuit ipſe Deci.in c.ſuſcitata.col.4.de reſcri.verſi.in ſecunda quæſtione principali. ubi limitando concluſionem Abbatis dicentis, quod ſi iudex,qui fuit impeditus reſtituatur priſtinæ famæ,iuriſdictionem reaſſumit,dicit, hoc tamen limitatur niſi agatur de præiudicio tertij, iuxta not.per Bart.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.de liber. & poſthum.& quod not.ab eod.Bart. in l.2. ff.de decurion.Adde eundem Bar.quem omnes ſequuntur, in l. quid ergo. §. pœna grauior.poſt gl.ibi.in uer.oneraſſet.ff.de his qui not.infam. & hoc alibi tenuit idem Deci. in conſ.525.inci.Viſis his quæ accurate.col.fi. num.8.ubi ex mente Bal. dicit, quod reſtitu-
12 tio † facta a Principe intelligitur ſine pręiudicio tertij, cuius ſententiæ fuit etiam Alex. in conſi.216.incip.nec arguendi.col.4. uerſ. & ſecundum hanc deciſionem.uol.2. ubi di-
13 cit, quod † ciuitas non poteſt facere reformationem in præiudicium tertij, cui ex alio ſtatuto eſt acquiſitum ius. & allegat deciſionē Legati Bononiæ, de qua ſupra,quod antea idem Alex.dixerat eod.uolu.conſi. 190. col.2. uerſ. quarto pro hoc facit.& idem firmat Imo. in d.§.& quid ſi tantum.in fine. & Paul.de Caſtro ibi.col.fina. ubi concludit, ꝙ Princeps nō videtur in dubio voluiſſe præiudicare iuri adeundi,quod erat alteri quæſitū.

Præterea

Præterea pro hac communi concluſione
14 facit, nam † etiam in minimo præiudicio
non videtur Princeps voluiſſe tertio præiu-
dicare, vt not. Domini. in c. cum olim, in ver.
ſine præiudicio. per gl. ibi. de conſuet. tradit
Felyn. in c. ſuper eo. de offi. deleg. & ibi Dec.
& in c. quæ in eccleſiarum. de cōſt. col. mihi
14. verſi. quartus caſus. vbi ipſe Deci. dicit, ve
rius eſſe quod etiam in modico non præſu-
matur quod Princeps voluerit tertio præiu-
dicare: quia cum tale ius modicum de iure
15 communi competat, etiam † quod minimū
eſt attenditur. l. ſi proprietarius, in prin. vbi
Bar. ff. de damno infec. & iura generaliter di
cunt, quod intentio Principis nō videtur vel
le tertio præiudicare. d. c. ſuper eo. de offic.
deleg. quam rationem idem Deci. corrobo-
rat alibi, in conſi. 580. incip. Quæritur an pe-
titio. per totum. & præſertim, col. 2. nu. 3. vbi
16 plus dicit, quod etiam † ſi gratia facta ſit mo
tu proprio, non tamen videtur ſuperior vo-
luiſſe tertio præiudicare, per not. per Abb.
poſt Hoſt. & alios in c. cauſam quæ. il 2. de te
ſti. & idem firmat Dec. in d. cap. ſuper eo. col.
2. uerſ. ſecundo ampliatur, & in c. ſuſcitata.
17 col. 4. de reſcrip. & ratio eſt, † nam clauſula
motu proprio, non lædit ius tertij, vt dicit
Celſus Hugo in tract. clauſul. in clauſ. reſcrip.
in clauſ. motu proprio, la quarta. vbi allegat
duas deciſ. Rotæ, vnam 114. quæ incip. licet.
in nou. & alteram 445. quæ incip. nota, mo-
tus proprius, in antiq. Caue tamē, quia licet
ſub his numeris caderent in ſuis recollectis,
non tamen bene allegantur ſecundum de-
ciſ. quæ circumferuntur, nam debuit allegari
deciſ. 332. quę eſt 27. de reſcrip. in nou. & in-
cip. Licet Romana curia. ſecūda autem licet
ſit ea de qua intendit Celſus, non tamen ſic
incipit, ſed eius initium eſt, Nota licet pro-
prius motus. vbi in ver. item, dicit. Item dice-
bant Domini quod non tollit ius tertij, pro
quo remiſſiue uide AEgid. conclu. 391. inci.
motus proprius. Abb. in c. ad aures. de reſcr.
& ibi Felyn. col. 5. num. 25. uerſ. tertius caſus.
cum not. ibi per eum. & Gomeſ. ad reg. Can-
cel. de iure quæſito non tollendo. quæſt. 1. in
prin. quod amplia vt per eum ibi. immo plus
dicit Deci. in conſ. 27. colu. vlt. uerſ. Præterea
& ſecundo, quod iſta clauſula non excludit
illam tacitam conditionem, ſi preces uerita-
te nitantur.

Et nedum iſtud procedit in gratia facta
motu proprio, ſed etiam ſi adſit clauſula, ex
18 certa ſcientia, nam † etiam iſta clauſula in
præiudicium tertij, non operatur, ſecundum
Paul. de Caſtro conſ. 157. incip. quæſtio iſta
vertitur. col. fi. Bal. in prælud. feud. col. 14. in
verſ. item dicit And. de Iſern. Aret. conſ. 15.
incip. Reuerēdiſſime pater. col. 2. verſ. venio
nunc ad ſecundam. & Alex. conſi. 23. incip.
viſo. col. fi. vol. 5. & hanc ampliationem re-
fert Deci. in d. c. ſuper eo. col. 2. uer. tertio am
pliatur. maxime in terminis quæſt. propoſi-
tæ, in qua reſtitutio præſumitur facta inſcijs
vel non citatis his quorum intereſt, qui ſi ſci-
uiſſent, vel citati fuiſſent, contradixiſſent pro
eorum intereſſe, nam dicit Celſus in d. tract.
clauſul. in clauſ. reſcrip. in clauſ. ex certa ſciē-
tia. la quarta. fol. mihi. 17. Clauſula ex certa
19 † ſcientia nō operatur in reſcripto impetra-
to parte abſente, quæ non contradixit. & q
talis clauſula in præiudicium tertij non ope-
retur, firmant, Aret. conſ. 15. nu. 6. Curt. iun.
conſ. 142. num. 8. verſ. non obſtat. Deci. cōſ.
606. num. 18. In fi. conſi. 373. num. 14. conſ.
689. nu. 11. & conſ. 180. col. 2. Curt. ſen. cōſ.
65. col. 8. Gozad. conſ. 9. num. 42. Socin. iun.
conſ. 7. num. 126. uol. 1. Rolan. conſi. 7. num.
103. uol. 3. maxime quando fuit adhibita ſi-
ne cauſæ cognitione, Pariſ. conſi. 4. num. 33.
volu. 2. Rolan. d. conſi. 7. num. 108. Menoch.
conſ. 103. nu. 85. par. 1. tunc enim non ope-
ratur. Rot. deciſ. 2. incip. Papa confirmando.
de confirm. uti. uel inut. in nou. ſequitur Soc.
conſ. 164. incip. viſa bulla. colu. 3. uerſ. ſed ad
omnia. lib. 2. per huiuſmodi enim clauſulam,
& ſimiles ſubſtantialia, & ſolemnitates ſup-
20 plentur, & ſanantur, † quādo proceſſum fuit
parte citata, & cum cauſæ cognitione, aliàs
non, vt dicit Vant. Tract. nulli. Rubr. an qual.
ſent. poſ. dici nul. nu. 18. Cum igitur in quæſi-
to præſupponatur Principem ex ſe ipſo pro
ceſſiſſe ad reſtitutionem, ſine partis requiſi-
tione, & ſine cauſæ cognitione, nimirum ſi
etiam iſta clauſula non ſuffragatur.

Inſuper concluſio procedit, non ſolum ſi
in reſtitutione adſit clauſula, motu proprio,
& clauſula, ex certa ſcientia, ſed etiā ſi ipſum
reſcriptum reſtitutorium habeat clauſulam,
21 non obſtantibus, nam † quando de iure ter
tij agitur, & ipſum poſſet lædi, talis clauſula
non ſufficit, cum ſpecialis mentio requiraī,
ut per Doct. in c. nonnulli. de reſcr. Corn. cō-
ſilio 344. col. pen. uolu. 1. & conſi. 17. incip.
viſo.

viſo.vol.2.Pariſ.conſ. 79. incip.aduertendũ
22 eſt.num.24.vol. 4. nam illa † clauſula ſolum ius Principis reſpicit,ſecundum Bal. in auth. hoc inter liberos.col.1.ad fi.uerſ. de clauſula autem quæ apponitur. C. de teſta. refert & ſequitur Celſ.in d.tract.clauſul.in clau.reſcri. in clauſula,non obſtante,la terza.

23 Et pro his omnibus eſt ratio, nam † in reſcriptis ſemper ſubintelligitur clauſula,ſaluo iure tertij,l.2.§.ſi quis a Prĩcipe. & §.meritò, ff.ne quid in loco publico. not.in l.ex facto. in prin.& ibi Bal.ff.de vulg.glo. vlt. in c.1.vt li. penden.glo.magiſtra in l.fi.in glo.fi.& ibi Bar.col.1.verſ.ſecundo quero.vbi etiam Iaſ. col.2.cum duab. ſequen. vbi ponit regulam negatiuam cum ſex limitat. & ibi etiam Bal. in fi.C.ſi cont.ius vel vtil.publ. & alibi Bal.in l.fi.col.ult.C.de fruct.& lit.expenſ.hinc dixit Rebuf.in praxi benef.in reſcr.etiam & perin
24 de ualere.nu.27.quod † clauſula, non obſtãte, ſubintelligitur,dummodo non fuerit tertio ius quæſitum, cum igitur ex alienatione bonorum bãniti publicatorum facta a Principe fuerit tertio ius quæſitum valide, reſtitutio non prodeſt ipſi bannito, quo ad dicta bona tertio acquiſita. dicunt enim Doct. ꝙ
25 † clauſula in priuilegio vel in reſcripto apponi ſolita,non obſtante quauis conceſſione alteri facta, intelligi debet de conceſſione inualida, & nulliter facta, non autem de valida,prout iſta, vt poſt Alex.& alios quos citat,dicit Vant.in tract.nul.Rubr.quot.& inf. quod temp.num.46.& hoc,ne ius quæſitum tollat.Fely.in d.c.cauſam.de reſcr.non enim intẽdit Princeps poſſeſſoribus præiudicare, l.fin.C.ſi per vim uel alio mo.c. cum noſtris. de conceſ.præben. Oldr. conſ.268. incip.q. Socin.conſ.15.incip.in cauſa. col.pen.nu.4. & conſ.120.incip.memini.col. 6. nu. 8.uol, 3.Rebuf.ſuper reg.de non tol.ius quæſ.gl.3. & de reſcr.perin.val.nu.35.

Procedit ſupradicta cõcluſio etiam ſi agatur de præiudicio tertij,non in re, ſed ad rẽ,
26 quia † etiam non videtur Princeps voluiſſe tali iuri ad rem derogare, & ideo de tali iure mentio facienda eſt in reſtitutione, ad hoc vt valeat,ſecundum Abb.in c.in noſtra. in 3. not.de reſcr.Gemin.in c.ſi motu proprio.de præben.in 6.& in c.quam ſit.de elect.in 6.facit tex. in l. 2. in fine.de natal. reſtit. & quod not.Bal.in l.ſi conſtante.C.de dona.an.nup. Gemin.cõſ.99.incip.ſuper primo. col.2.nu. 8.uerſ.tamen non auferret Papa. & hoc firmat Deci.in d.c.ſuper eo.ver.quarto ampliatur.col.2.ubi allegat Deciſ.Rot.16.de præb. in nou.& alibi in c.ſicut Romana.colu.3. nu. 26.uerſ.ſimiliter non obſtat. de reſcr. ubi di-
27 cit, quod licet ius † ad rem facilius tollatur quam ius in re, tamen in reſcripto etiam de iure ad rem mentio fieri debet.aliàs non videtur illi derogatum, vt etiam dicit in Rubr. de iud. ſecunda Lect.col.6.uerſ. & ad hoc facit,& in c. at ſi clerici. §.de adulterijs.col.pe. num.158.uerſ.& ex dictis Abbatis. quod dictum ipſe Deci.in d.c.ſuper eo. verſ. vltimo ampliatur. ampliat etiã ſi agatur de modico præiudicio. & licet in hoc aliqualiter dubitet,tamen in eo dicto reſidet,vt ibi.

Et licet iſta concluſio uideatur ſine difficultate, nihilominus ex multis poſſet etiam impugnari; Et primo ex his quæ dicit And. de Iſer.in c.vnico.de vaſal.decr.ætat. in vſib.
28 feud.ubi dicit,† quod ſi vaſallus commiſit delictum,propter quod feudum immediate reuertitur ad dominum, & poſt ſententiam latam ſuper crimine feloniæ fuit reſtitutus a Principe,feudũ recuperabit. quod & Aluar. tangit in eo.cap.col.2.uerſ.quæro quid ſi vaſallus.ita & in hoc caſu.

Secundò dicta ſententia poteſt impugnari ex his quæ not.gl.in d.c.quamuis.de reſcr. in 6.in glo.fi.& expreſſius Io.And. in c.con-
29 ſuluit.de Iudæis.ubi dicunt,quod † ſi Epiſcopus depoſuit clericum,quo caſu ad patronũ ſpectant fructus nouæ præſentationis, ſi tamen clericus reſtituatur(quod inuito patrono fieri poteſt)recuperabit beneficium.

Tertiò facit,quod not.Bar.in l. Aurelio.§. Caius.de liber. lega. circa fi.ubi dicit, quod
30 † ſi eſt una cauſa particularis,in qua ſunt aliquæ cauſæ acceſſoriæ, facta liberatione à principali, videtur facta ab acceſſorijs, licet de eis nihil ſit dictum.allegat.l.ſi cum tibi. cũ ibi not. C. de iudici.ubi ſententia lata ſuper certa ſpecie iudicij generalis nocet in omnibus eius acceſſorijs vel dependentibus, licet ſuper eis non fuerit diſceptatum, & nedum ab acceſſorijs, ſed etiam a connexis,vt not. Angel.& Imo.in l.qui Romæ.§.duo fratres. de uerb.obl.per gl.in uer.iudicari.in c. accuſatus.de hæret.in 6.in §.cum vero,in fi.

Quartò facit tex.in l.nõ exiguus. ff.ſi quis caut.ubi eſt caſus ſing.ſecundũ Paul.de Caſt.
31 ibi,quod † ſi eſt facta tranſactio ſuper ſorte, videtur

videtur etiam remiſſa pœna, dato quod eſſet pœna talis, quæ poſſit una cum ſorte imponi. Sic in caſu propoſitæ quæſtionis videret, quod reſtitutio traheretur etiam ad bona, cũ illa ſint confiſcata ob delictum, & ſic ab ipſo confiſcatio dependeat. & in hac ſñia fuerunt Car. & Imo. in c. quia diligentia. de elec. Alex. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de liber. & poſthum. uerſ. ſecundo limitat. Ruy. conſ. 21. num. 7. uol. 5. ubi plura in hanc ſententiã citat. & Deci. conſ. 252. in fi.

Præmiſſis tamen non obſtantibus a propoſita quæſtionis concluſione recedendum
32 non eſt, quod ſcilicet, † reſtitutio non prodeſt quo ad bona medio tempore a Principe alienata, & in alium tranſlata, cum ſit cõmunis ex deductis in ipſa, poſt Bart. in d. l. vlt. nu. 8. uerſ. ſi uero erant alienata. C. de ſen ten. paſſ. & in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num. 12. vbi Iaſ. in prima Lect. nu. 63. & in 2. Lect. nu. 25. Barb. conſ. 43. col. 4. uerſ. aut illa bona. par. 2. Calcan. conſ. 36. num. 29. & cõſ. 52. incip. licet his. col. antepen. in fi. uer. & ſic per conſequens. ſub num. 12. Iaſ. conſ. 21. in fi. uol. 3. Ruyn. ſibi contrarius, conſ. 33. nu. 5. vol. 1. Deci. c. vlt. col. 3. uerſ. & ampliatur iſta. de conſtit. Pariſ. conſ. 69. num. 165. volu. 3. conſ. 1. num. 34. & conſ. 94. num. 25. par. 4. Alcia. conſ. 169. num. 15. Bocr. q. 65. num. 3. Neuiz. conſ. 68. num. 47. Natta conſ. 470. nu. 20. & conſ. 471. lib. 2. Bero. conſ. 60. nu. 19. par. 3. & eſſe dictam opinionem communẽ poſt Abb. Fely. in ca. inter quatuor. nu. 4. de maior. & obed. dicunt, Viui. com. opin. lib. 1. ſub uer. Princeps. Plot. in l. ſi quando. in fine. C. unde vi. & nouiſſime Burſ. conſ. 54. num. 12. p. 1. & Menoch. conſ. 103. nu. 25. par. 1.

Modò in contrarium adducta nõ obſtãt. Primum enim procedit, quando dominus
33 † feudum per feloniam ad ſe deuolutum nõ traxit ad ſe incorporando fiſco ſuo; ſecus au tem ſi traxit, vt in quæſtione propoſita, & hoc ponunt Doct. ad cognoſcendum quan-
34 do feudum † dicatur antiquum, & quando nouum: nam ſi dominus traxit feudum ad ſe, & poſtea vaſallum reſtituat ad gratiam, licet det il li feudum, non tamen dicitur reſtituere ad feudum antiquum, ſed dicitur illum inueſtire de feudo nouo. Si autem non traxit & reſtituat, dicitur reſtituere ad feudum antiquum, ut dicit Aluar. vbi ſup. quem videas allegantem cõcor. & ſic poſſet dici, quod iſtud obiectum non facit ad rem, nihilominus tollitur, ut ſupra.

Ad ſecundum reſpondetur, quod glo. in contrario citata nõ ſe firmat in hoc, ſed imò
35 † ulterius procedendo tenet contrarium, ex Goffr. in c. tranſmiſſa. in fi. de renunt. nec loquitur in reſtitutione, ad beneficium, ſed tan tum in reſtitutione quam dicit Epiſcopum facere poſſe inuito patrono, quod etiã modificat, ſi appellauit depoſitus infra decem dies, ſecundum Bartholom. Brixiẽ. in quęſt. domin. 53. quę incipit, Sacerdos aliquis fuit. vbi in ſolut. ponit hanc ſolutionẽ ſeu reſpõſionem, & aliam Tancr. quam ex ipſo ponit glo. ſuprad. in fine, & ipſa approbat primã, vt per eam.

Ad tertium, & quartum patebit reſpõſum ex infra dicendis in limitationib. concluſionis communis, quæ multis modis limitatur;
36 Et primo † limitatur non habere locum, qñ conceſſio ſeu reſtitutio alias nihil operaret, quia, ne fruſtratoria reddatur, videtur Princeps etiam tertio uoluiſſe præiudicare, ut dicit Deci. in d. c. ſuper eo. col. 2. uerſ. prædicta concluſio, vbi allegat Calder. in quadam diſputat. incip. Dominus Papa conceſsit. col.
37 12. Ratio eſt, nam † ut actus valeat, Princeps cenſetur uti uoluiſſe plenitudine poteſtatis, ſecundum Pau. de Caſtro in l. ex imperfecto, in fi. C. de teſtam. & in conſ. 284. incip. in facto pręſenti. Alex. in l. quãquam. C. de teſta. mil. Hipp. ſing. 84. incip. Princeps in dubio.
38 vbi ponit quæſtionem, quod † ſcilicet Princeps, in dubio, non videtur uti plenitudine poteſtatis, per iura & quotas ibi adductas, quando ſcilicet facit actum, qui poteſt fieri abſque plenitudine poteſtatis: ſed quando facit actum, qui non poteſt valere niſi fiat de plenitudine poteſtatis, tunc in dubio præſumitur vti plenitudine poteſtatis, vt actus valeat, per ea quę ibi adducit, quia innumerabilia more ſolito congerit, vide ibi. hoc firmant Brun. conſ. 3. & Crau. conſ. 75. nu. 3. de quo etiam per Deci. late in c. quoniam Abbas. de offi. deleg. col. 6. uerſ. ſecundo limitatur.

Secundo communis concluſio non procedit, quando conſtaret de mente Principis,
39 quia † eum poſsit ius ſuum alicui auferre ſi ſe declaret, ualet eius conceſsio etiam cum pręiudicio tertij, iuxta not. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. vt dicit pulchre Alex. in d. conſi. 216. incip. nec arguendi. volu. 2. col. 8.

verſi.

verſ.denuo conſidero: vbi concludit, quod
40 † Principem voluiſſe tertio præiudicare con
ſtat etiam, quando excipit particulariter ali-
quid in quo agitur de præiudicio tertij, nam
ex hac exceptione videtur in non exceptua-
tis voluiſſe derogare, idem in ſimili caſu fir-
mat Ruy.d.conſ.21. nu.7.vol. 5. & ſequitur
Deci.in cap.conſultationibus.in fine.de offi.
deleg.ex quo tollitur, quod in tertio contra
rio deductum eſt, nam illud eſt verum quan-
do ex aliquibus coniecturis apparere poteſt
de mente liberare volentis, ſecus ſi nõ appa-
reat vel apparere non poſſit: nam tunc rema
41 neret ſola voluntas, † quæ non eſt apta ius
ſuum cuiquam auferre, vt in principe dicũt,
Socin.ſen.conſ.120.Curt.iun.conſ. 170.nu.
22.& 23.Socin.iun.conſ.65.num. 8. uolu.2.
Ruyn.d.conſi.21.ſub num. 7. uerſ. Et voluit
etiam Cynus.& Burſ. d. conſ.54.num. 20.Si
ergo reſtituit bannitum, & dicat ad bona ẽt
medio tẽpore alienata, vel dato etiam quod
ab alio poſſiderentur, vel ſimilia verba idem
importantia dicat, tũc bannitus recuperabit
42 bona.facit in ſimili: Si conceditur † uni priui
legium non ſoluendi decimas, ipſo facto ap
paret ipſum priuilegium in præiudicium ter
tij, cui decimæ de iure communi debentur,
cõceſſum: nihilominus, quia Princeps expri
mit, & ſe declarat, tenet priuilegium, & non
requiritur clauſula derogatoria illius in cu-
ius præiudicium tendit priuilegium, vt not.
Abb.in c.cum olim.il primo.per glo. ibi. de
priuil.quem ſequitur Deci. in conſi. 113. in-
43 cip.viſo tenore.priuilegij.ratio eſt, quia † de
natura exemptionis eſt; vt eripiatur exem-
ptus e manibus ordinarij, & ipſi non ſubſit,
vt dicit Deci.in dicto conſ.113.ver.& in iſto
priuilegio exẽptionis. Et ad hoc facit quod
not.Bal.in l.item lapilli. col.3.uer.Ego dico.
ff.de rer.diuiſ.vbi inquit, quod quando appa
ret Principem voluiſſe cõcedere priuilegiũ,
non ſunt neceſſariæ clauſulæ, non obſtan.&
ſimiles. Et facit ratio ſumpta ab etymolo-
44 gia vocabuli, nam † priuilegium proprie di-
citur quando reſcribitur contra ius commu
ne, vt per Abb.in rubr.de reſcrip. & Deci.cõ
ſilio.157.col.1. verſ. ſecundo ad declaratio-
nem.vbi etiam ponit qualiter priuilegiũ dif-
ferat a reſcripto. & dicitur priuilegium quaſi
lex priuata, & non communis, quia reſpicit
priuatam vtilitatem alicuius particularis, c.
priuilegia.diſt.3.c.Abbate. verſ. cõtra quod.
de verb.ſignif.Bart.in l.2.ff.de conſt.Prin. &
in l.1.C.de iur.& fac.ignorãn.ſequitur Bald.
in d.l.item lapilli.dicto ver.Ego dico.Pau.de
Caſt.in l.maritus.ſol.matrim. vt tradit Alex.
in l.quia pſona.eo.tit.& Canoniſtæ, ut Hoſt.
in ſum.eo.tit.in ver.quas vires. col. 2. & Ge-
min.in c.1.de exceſ.prælat.in 6. in oppoſ.6.
iſto igitur caſu non procedit cõis opinio.

Tertiò limitatur communis concluſio nõ
45 procedere, † quando acquiſitio trahit cau-
ſam immediate ab ipſa condemnatione, nã
tũc reſtitutus recuperat illa bona ac ſi eſſent
penes fiſcum, ſecundùm Bal.in d.§.& quid ſi
tantum. quem ſequitur ibi Alex. col.9.verſ.
ſed pro Baldo.& fuit dictum etiam Ang.in l.
ſi pater filium. ff.de adopt. & ratio eſt, quia
46 tunc † per reſtitutionem cauſa redit ad non
cauſam, & res cenſetur tanquam ſit integra.
l.ſiue patronus.de iure patron.l.1.in prin.C.
de ſenten.paſſ.l.1.§.fina.de bon.poſſeſſ.cont.
tab.l.ſi quis filio.§.pen.de iniuſto.rup.& ir.te
ſtam.Bal.in c.domino guerram.tit. hic fi.lex
Corr.Anch. c. quãuis.col.2. de reſcr.in 6.&
conſi. 408. incip. Probata tanti uiri ſæuitia.
circa finem.Natta conſ.470.incip.conſidera
to themate.num.21.vbi ita concludit repro-
bata Decij ſententia, in conſi.515.ex rationi
bus per eum ibi adductis. & in hanc ſenten-
tiam, d.cõſ. Nattæ refert Burſ.d.conſ.54.nu.
28.& Anch. in d. conſ.408. ita conſuluit in
fauorem mulieris, cuius bona maritus acqui-
ſiuerat ex quadam condemnatione contra
eam lata, quæ poſtea fuerat reſtituta non ob
ſtante illa ſententia. & concludit quod recu-
perat illa bona, ex ratione prædicta, facit ad
hoc not.deciſ.Aegid.743.quæ incipit, cõclu
ſio patet, iunc. cõcl. ſeq. quæ incipit, his ſup-
poſitis.vbi ad longum diſputat, & cõcludit,
47 † quod ſi Papa priuauit aliquem nobilem do
minio & bonis, ipſa bona publicãdo, ex qua
publicatione feuda reuerſa ſunt ad domi-
nos, & eum poſtea reconciliet eccleſiæ, & re
ſtituat, recuperabit feuda, quæ fuerant reuer
ſa ad dominos, quia liberatio rerum feuda-
lium proceſſit immediate ab ipſa publicatio
ne ſeu priuatione, nullo alio actu interueniẽ-
te, qui præceſſerit, & ideo taliter amiſſa reuer
tuntur ad priſtinum ſtatum, facta ſimplici re-
ſtitutione.inducit tex.in d.l.fin.C. de ſenten.
paſſ.& ipſum Aegid.refert & ſequitur Fel.in
d.c.inter quatuor.de maior.& obed. colu.fi.
vbi dicit dictum Aegid.eſſe intelligendum in
reſtitu-

reſtitutione,ſecus in diſpenſatione,per dictũ Bal.in l.j.de rer.diuiſ.& ad hoc ipſe corrupte allegat conſ. Abb. 192. incip. in quæſtione hæredum quondam Domini Petri de Chiarauallis.nam eſt conſ.94. in 2. par. ubi Abb.
48 firmat,quod reſtitutus† per Papam ad bona confiſcata, recuperat res emphyteuticas et per Papam iam alteri conceſſas,intellige,me diante condemnatione .& hanc limitationẽ ſentit Alex.in d.§.& quid ſi tãtum.col.8.ver. quod intellige.ubi defendit Bal. contra Cy. vt ibi per eum.intellige tamen hanc limitatio
49 nem in ſuis terminis,† ſcilicet rebus ſic ſtantibus, & adhuc integris, vt in caſu quo quis delictum cõmitteret, cuius occaſione ex for ma ſtatuti eius bona venirent pro dimidia publicanda, & pro alia applicanda parti offenſæ,nam hoc caſu,alio non ſequuto, reſtitutus contra ſententiam recuperat omnia,ex doctr.Bal.in d.l.fi.col.pen.uerſ. ſed immedia te opponitur.C. ſenten. reſcin. non poſ. vbi
50 vult,quod Princeps† poteſt ius quęſitum ex ſententia auferre, cum ſentẽtia ſit actus iuris ciuilis,quod priuat criminoſum ſuis bonis.l. Iulianus.de cond.inde.& ipſe poteſt his,quę iure ciuili ſtatuta ſunt derogare.c.propoſuit.
* de conceſ.præben. & eſt communis opinio cum glo.in l.ult.C.ſi cont.ius uel util.publ.& in l.quoties.C.de preci.Imper.offer.& reſciſ. ſa ſentẽtia reſcinditur acceſſorium,l.ſi ex cã.
51 §. 1. ff. de minor. ſecus autem ſi bona † iam eſſent applicata,& apprehenſa, & nouo facto interueniente acquiſita, nam tunc reſtitutus ex iſto capite illa non recuperaret, ita dicit Bal.in d.§.& quid ſi tantum. ſequitur Alex. ibi.num.20.Ruyn.conſi.153.incip.Circa caſum,num.2.uol.5,Natta.d.conſi.470.nu.23. licet aliter videatur ſentire idem Ruy. d.cõſ. 21.num.3.intelligitur enim quãdo nouo facto interueniente ultra ſententiam dominiũ
52 translatum eſt:nã † licet Princeps poſſit tollere ius alij quæſitum mediante miniſterio iuris ciuilis,ut per ſententiam,vt ſupra,non tamen poteſt tollere ſi trãslatum ſit dominiũ, cum dominium ſit de iuregentiũ,vt late multa allegando dicit Ruy.d.conſi.21.d.num.3. Deci.in d.c.ſuper eo, de offi. deleg.col.2.nu. 16.& conſ.343.col.3.uer.& quia poſt aditã,
* ubi dicit eſſe opinionem communem, & cõſilio 284.col.7.uerſ.3.cõmunis opinio. Cur, iun.conſ.1.num.19.Capic.deciſ.69.col.3.in fine.Crau. conſ.172.num. 3.uerſi.Princeps,
53 & præmiſſorum ratio eſt, quia † antequam dominium transferat, bona dicuntur adhuc in patrimonio delinquentis, & ideo nimirũ ſi ipſi reſtituto etiam bona reſtituuntur.tran ſlato autem dominio non dicuntur amplius ſua,ſed efficiuntur iuris alterius,& de eius pa trimonio.Bart.in l.2. ff. de fideicom. hæred. petit.& Are.in rubr.ff.de acquir.hæred.Natta in repet.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſtam.2.euidenti.& d. conſ. 470.
54 num.25.& huic † iuri Princeps in ſua reſtitutione regulariter præiudicare non poteſt, & non intendit,ut late ſupra dictum eſt. igitur ſtat limitatio declarata modo quo ſupra.

Quartò limitatur ſupra poſita concluſio non habere locum,quando bannitus eſſet re-
55 ſtitutus cum hac clauſula,† quod non poſſit obijci de confiſcatione bonorum, nam tali clauſula appoſita reſtitutio trahetur ad bona etiam apprehenſa per partem offenſam, ſeu per fiſcum alienata.ita Car.& Imo. in c.quia diligentia.de elect.ex ea ratione, quia eſt in poteſtate ſuperioris iuriſdictionem magiſtratus ſui moderare.l.2.circa prin.ff.de orig.iur. ideo ſi reſtituto fundãti ſe ſuper antiqua ſua poſſeſſione opponatur de cõfiſcatione, hoc caſu non auditur opponens ſi replicetur de reſtitutione obtenta cum dicta clauſula,& ita dicit Card.ubi ſup.in facto ſeruari, quod eſt not.verbum, ut ſcias formare reſtitutionem fauorabilem pro amico,vt dicit Alex.in d.§. & quid ſi tantum.ſub num.20. uerſ. ſecundo limitatur.ſequitur Ruy.d.conſi.21.num.9.&
* eſt communis ſentẽtia, teſte Aſcan.Clem.de patr.poteſt.c.ult.num. 42. quem refert Burſ. d.conſ.54.nu.11.

Quintò limitatur dicta concluſio non ha-
56 bere locum,† quando reſtitutio eſſet facta à Principe ex iuſta cauſa, tunc enim alienata etiam ex contractu reuertuntur ad ipſum reſtitutum,ita dicit Rom. in d. §. & quid ſi tantum.per tex.in l.quod ſi minor.§.Scæuola.ff. de minor.Nel.in tract.bannit in 1.par.3.tẽp. q.11.in fine.refert & ſequitur Natta conſilio. 471.incip. quoniam in his. in fine. par. 2. ut puta ſi bannitum reſtituat ob pacem publicam,vt dicit Bero.conſi.76.nu. 110.& 113. vol.1.quem cum alijs in hanc ſententiam citat,& dictum declarat Burſ.d.conſi.54.num. 15. & latè Ruyn.d.conſi.21. num. 7. & vide not.ſup.uerſ.ſecundo communis concluſio, & nedum ob pacem publicam,ſed etiam ob

priuatam

57 priuatam familiarum: pacis † enim fauore multa ſpecialiter contra communes regulas conceduntur. Rom. conſ. 332. incip. quo ad primum. col. vlt. in 4. dubio. Fely. in c. quæ in eccleſiarum. col. mihi. 22. uerſ. ſecundo nota in hac materia. de cõſtit. Alex. conſ. 136. col. fi. uerſi. non obſtat poſtremo. uol. 1. Fel. in c. ad audientiam. il 2. col. 2. in 2. concl. de reſcr. per tex. quem dicit ibi ad hoc ſingu. in c. niſi
58 eſſent. de præben. Hinc eſt, † quod licet regulariter mandatum expiret morte mandantis re integra, l. mandatum. C. mand. l. & quia. in fine. vbi omnes. ff. de iuriſd. omn. iud. Fely. in c. relatum. col. 1. de off. deleg. Alph. poſt multos quos citat ad d. l. mandatum. in ſuis collect. iur. nu. 205. tamen non habet locum in mandato conceſſo a vulnerato ad faciẽdam pacem cum inimico: durat enim poſt mortem fauore pacis etiã re integra. Bal. ad Spe. tit. de homic. in fine. Iaſ. in l. eius qui in prouincia. in 4. fall. verſ. placebat. ff. ſi cert. petat. Cotta in mem. in uer. Pax. Hinc dicebat Bal. in cap. 1. §. ſententiæ quoque. nu. 1. de pace
59 Conſtan. quod † pace facta reſcindi debent ſententiæ latæ contra rebellem occaſione rebellionis, quia ceſſante cauſa quæ fuit diſcordia, ceſſare debet effectus, ſcilicet ſententia, arg. l. generaliter. C. de epiſ. & cleri. & ſubdit ibi Bal. §. poſſeſſiones. num. 2. quod poſſeſſiones, quæ poſſidebantur ante tempus belli, debent, pace facta, reſtitui illis qui poſſidebant ante bellum. Bal. ſe quuntur, Rolan. cõſ. 1. nu. 118. uolu. 3. & refert Menoch. conſilio 103. num. 3. & 4. par. 1. & multa ad hoc congerit not. Tiraq. in trac. ceſſan. cau. par. 1. nu. 44. 45. & 46. non refero, quia ab omnibus paſſim habetur. ſic igit̃ fauore pacis ſiue publicæ ſiue priuatæ reſtitui poteſt bannitus, & hoc caſu recuperat oĩa bona, alias ſecus.

Sextò limitatur cõcluſio communis non habere locum in reſtitutione facta per uiam
60 iuſtitiæ: nam † eo caſu reſtitutus omnia bona recuperare poſſet, etiam a tertijs poſſeſſa, & demum totum id quod amiſit vigore condemnationis, Iaſ. in d. §. & quid ſi tantum. nu. 73. & alij quos ad hoc citat Burſ. d. conſ. 54. nu. 23. 34. & 35. & ad hanc limit. faciunt omnia quæ ſup. dixi in 3. limit. nam vltra ibi dicta, cum reſcindatur bannum ex quo prouenit publicatio bonorum, ceſſat etiam ipſa cõfiſcatio, qua ceſſante reſtituto datur repetitio. Bar. & Bald. in l. 1. §. ult. ff. de requir. reis. Bald. in l. 1. circa med. uerſ. extra opponitur. C. de poſtulan. Boer. deciſ. 38. nu. 7. Ruy. conſilio 37. in fine. vol. 4. Tiraq. in d. tract. ceſſan. cau. num. 20. 43. & 61. & in eo. trac. limit. 12. nu. 3. ubi plura more ſuo citat, ipſumq; cum alijs refert Burſ. d. conſi. 54. nu. 33.

Demum ſtantibus omnibus præmiſſis in ſuis terminis intellectis, quia in hac materia attenditur forma conceſſionis, reſcripti &
61 ſignaturæ Principis, ideo † ipſa diligenter attendenda eſt, & pro clara cognitione totius materiæ facias quatuor caſus. aut enim reſtitutio conceditur in forma pleniſſima, puta, Princeps in ſignatura ſeu in reſtitutione dicit, reſtituimus in integrum non obſtante aliqua condemnatione quam volumus haberi pro non facta, nec de ea poſſe obijci: aut conceditur ex ſimplici gratia, cui apponitur verbum, libere, puta ſi Princeps in ſignatura dicat, cancelletur condemnatio liberè; Aut reſtitutio ſimpliciter cõceditur ſub his verbis, facimus tibi gratiam. Aut cõceditur hoc modo, facimus tibi plenam gratiam. Primo caſu, Card. in d. cap. quia diligentia. de elect. di-
62 cit † ſe vidiſſe de facto, quod nullus contractus factus in bonis confiſcatis ualuit, licet male faciat Princeps ſic faciẽdo, quia decet Principem obſeruare contractus, c. 1. de probat. & ſic bannitus reſtitutus recuperat omnia bona, & iſte eſt caſus quartę limitationis, licet emptor forte poſſet habere recurſum aduerſus fiſcum pro ſuo intereſſe, ex quo ab eo emit, iux. l. 1. & 2. C. de quadrien. pręſcrip: non enim æquum eſt, quod quis rem a Principe emptam primo domino reſtituat abſq; pretij exburſati refectione ſibi facta, iõ Prin-
63 ceps hoc caſu reficiet. nam † quando Princeps ſine cauſa aufert alicui rem ſuam, ſine tamen culpa illius a quo aufert, tenetur ei ad pretium, vt dicit Felyn. in d. c. inter quatuor. col. fi. num. 9. in fine. & hoc dicit eſſe æquius Bolognet. in repet. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. ſub num. 157. verſ. quam limitationem, cir. medium. uel de proprio recompenſare, per. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. com. prædi. Rolan. conſ. 69. uol. 2. conſ. 71. uolum. 3. & Burſ. poſt multos quos in hanc ſententiam citat
64 d. con. 54. num. 22. Secundo caſu † bannitus reſtitutus recuperat bona confiſcata etiam quæſita alteri non ex contractu, ſed ſolum ex ipſa condemnatione, vt dicit Anchar. in d. conſ. 408. col. 2. num. 4. uerſ. item verbum

cancelle-

cancelletur.ubi reſpondendo d. §. & quid ſi tantum, & d. c. quamuis,in quibus habetur, quod reſtitutio debet intelligi ſine pīudicio iuris alieni cui eſt poſtea ius quæſitum, dicit, illa iura intelligūtur cum acquiſitio tertij nō trahit cauſam & ortum ab ipſa condemnatione,aliàs ſecus,& ad hunc caſum pertinent dicta ſupra in tertia,& ſexta limitatione.Et ra
65 tio huius ſecundi caſus eſt, quia † verbum, libere,importat, quod Princeps nihil voluerit remanere,vt not. in clem. dudum.§.ſuper Cathedram.de ſepul.Tertio caſu licet bannitus conſequatur remiſſionem pœnæ, non tamen cōſequitur bonorum reſtitutionem, & ita concludit Saly.contra Bart. in d.l.fi.ad fi. C. de ſenten. paſſ. & hic eſt caſus reſpiciens quęſtionem propoſitam.Quarto caſu banni-
66 tus † reſtitutus recuperabit etiam bona,non tamen omnia,ſed ea tantum,quæ apud fiſcū adhuc ſunt, non autem per ipſum alienata, ita dicit And.Sicul.in repet. c. teſtimonium. car.pen.uerſi.illuſtris Dominus Marchio. de teſti.& in c,cum te.col.12,verſ.ego conſului. de reſcr.ubi dicit ſe ita obtinuiſſe Ferrariæ.& inducit verba Bal.in ti.de pace Conſt.in ver. in plenitudinem gratiæ noſtræ recepimus. idem ſentit Cardin.in d.c.quia diligentia.de elect. & idem tenent omnes quos cumulat Menoch.d.conſ.103.nu.25.

Et ſic ex prædictis apparet,quod quæſtio noſtra, & communis concluſio ſuprapoſita non procedit in primo caſu.Procedit in ſecūdo,quando bona confiſcata quæſita ſunt tertio ex contractu;Procedit in tertio abſolute; Procedit in quarto, quando ipſa bona ſunt acquiſita per tertium a fiſco. & ita remanet declarata quęſt o noſtra. Aduerte tamen, ꝙ
67 † licet bannitus in caſibus de quibus ſupra recuperet bona, nullo tamē caſu recuperat fructus perceptos ex bonis etiam non alienatis a fiſco.tex.eſt in d.auth. idem eſt de Neſtorianis.C.de hæret.quam in prin.q.induxi,& ita firmant Ang.& Alex.in d.§. & quid ſi tantū. col.mihi.9.num.21,uerſ.prædictis adde.Bal. in d,c.Domino guerram, & in l. nam ad ea. ff.de legi.& in d.l.fi.C.de ſenten.paſſ.Fely.in d.c.ſuper eo.de offic.deleg. Nellus in tracta. Bannit.1.par.1.temp.q.11. circa fi. & Doct. omnes quos ad hoc cumulat Burſ. d. cōſ.54. num.13.reliqua ad præſentem materiam cōferentia vide apud Ruy. d.conſi.21. & 153. volu.5.& in conſ.33.lib.1.Nat.d. conſ.470. 471.472. Menoch. d. conſi. 103. & Burſ.d. conſ.54.

68 Quid autem ſit † de bannito reſtituto ad patriam,& bona quę ſibi per fiſcum fuerant publicata, an ſi velit, moleſtatus a creditoribus, poſsit & debeat admitti ad ceſsionem bonorum. in hoc corollario procedam per caſuum diſtinctionem, & breuem conſiderationem,& quid in ſingulis caſibus Docto.velint,ſuccincte exponam. tres igitur facio ca-
69 ſus. Quando † bannitus reſtitutus ad patriā, & bona, recuperat bona confiſcata, iux.l.1. in fine.C.de ſent.paſ.& l.fi.eo.tit.& hoc caſu non admittitur ad bonorum ceſsionem, ſed tenetur creditoribus pro viribus bonorum recuperatorum,tex.eſt clarus in l.2.ff.de ſenten.paſſ.qui in ſui principio dicit, quod bannitus ad gratiam reſtitutus, & non ad bona, non tenetur creditoribus. poſtea ſubiungit, ſed ſi cum ei facultas oblata eſſet a Principe ad bona quoque ſua recuperanda, maluerit ea relinquere,& actionibus exuere ſe, quib. ante ſententiam ſubiectus fuerat, non poterit.per quem tex.Rom.in ſing.212.incip.deportatus ſi reſtituitur. hoc quod dictum eſt notat, dicens caſum illius legis eſſe vnicum, & ſingularem in mundo, & literis aureis ſcribendum. Adde tu text.in l. ſi deportationis, C.eo.tit. Si deportationis ſententiæ ueniam indulgentia noſtra conſequutus receperit ſubſtantiam ſuam, ſe protegere ſceleris pœna contra creditores quominus iure debitū ſoluat,improbe conatur. & licet ille tex.non loquatur de ceſsione,clare tamen facit ad ſecundam partem caſus,quod ſcilicet teneatur creditoribus ſuis pro viribus bonorūm recuperatorum. hoc idem quod in ſingulari ponit,tenuit etiam alibi ipſe Rom.in l.alia.§.eleganter.ff.ſol,matrimo.& iſtud dictum Rom. licet locum ubi dicat non alleget, citat Vital. Camb.in tract.clauſul.in rubr. an poſsit renūtiari beneficio ceſsionis, fol. mihi.97.in magnis.col.4.in prin.uerſ.ſecundus ſi poſt publicationem,& eum ſimpliciter ſequuntur Moder.Veronen.in addit. ad d.ſing. Rom.adducunt ita tenere Ioā.de Arno. in epito.82.& Iaſ.in §.cum eo quoque.col.pen.nu.22.Inſt. de action.& quia corruptè allegant, ideo dicas quod eſt in §. ſi minus. §.eum quoq;.qui eſt uerſ.fi.num. 22.Inſtit. de action. idem firmat Socin.in reg.46. ſecundum ordinem antiquum,quæ incip.Cedens bonis.Fallén.15.

& eſt

& eſt reg.7.ſub lit.C,ſecũdum impreſſionem nouiſ.Venetam,per d.l.pen.& fin.C. de ſenten.paſſ.

Secundus caſus eſt, quando reſtitutus nõ recuperat bona,quia caſu,& fortuna deper-
70 dita ſunt, † vt puta quia res caſmate perierunt,vel eius debitores effecti ſunt non ſoluendo,& hoc caſu,quoniam id euenit abſq; eius culpa, & ob id non valeat creditoribus ſatisfacere, admittitur ad ceſſionem bonorum,cum iſtud beneficium ſibi à iure indultum ſit,l.1.C.qui bon.ced.poſ. iunc. glo.ibi: in uerſ.non ſunt liberati.& in uer.in eo enim tantum.ibique not.per Paul.de Caſt.& alios & per Brun.Arimin.de ceſſio. bon. q. 15.4. quæſtio.princip.numero tertio,in fine. uerſ. ſecundo caſu.

Tertius caſus eſt, quando bannitus non recuperat bona,quia medio tempore per fi-
71 ſcum fuerunt alienata,† & ſic in tertium tranſlata,iuxta tradita per Bartol.in d.l. fina. col. tertia,in prin.uerſ. pro declaratione eius. C. de ſenten.paſſ. & prout late ſupra dixi in materia banniti reſtituti, & bona petentis. & quando non recuperat nomina debitorum, quia debitores per fiſcum ad eius iniuriam exacti fuerunt,ut per Ruy.conſ.22. incip. in quæſtione.col.1.uerſi.ſi vero fuerunt. vol.5. & hoc caſu,quia ſibi competit actio contra fiſcum,qui ſua bona alienauit,& ſuos debitores exegit,in eo,in quo fiſcus locupletior factus eſt,iux.trad.per Bartol.in d.uerſi.pro declaratione eius, quem Doctor.communiter ſequuntur,ut refert Nel.in tract.bannit. in 1. par.3.temp.q.6. videtur, quod non debeat admitti ad ceſſionem, cum iſtud beneficium in ſubſidium introductum ſit, & ſubſidium ceſſet ex dictis actionibus ſibi competentib.

72 Et etiam ex eo, quia † cum culpa ſua contigerit ut ſibi bona fuerint confiſcata, & alienata, debitoreſq; ſui exacti, ſibi imputandũ eſt, c.dãnum quod quis. de reg.iur.in ſexto, Dyn.in reg.peccatum.in fine,eo.tit. & iſtam opinionem tenet Bal.in c. quæ in eccleſiarũ, de conſtit.col.4.uerſi.Quæro nunquid ſi propter maleficium, vbi dicit iſtam partem eſſe veriorem,quia præceſſit culpa lata,uel dolus ordinatus ad caſum,ideo ſibi imputet.dignũ
73 † eſt enim quod male meriti egeſtate laborent,& non habeant beneficium, iux. capit. Odoardus. de ſolut. & iux. leg. bona fides, ff.depoſ.

Quod tamen attinet ad hunc caſum, contraria opinio eſt verior, quod ſcilicet reſtitutus hoc caſu non priuetur beneficio ceſſionis,iuxta trad. per Alexand.in l.etiam filios. §.licet in dotalibus. ſoluto matrimonio, columna ſecunda, in prin. uerſi.in gloſ. in uer.
74 quęlibet.nam † in beneficio ceſsionis amittendo requiritur dolus, & non ſufficit culpa. l.verum.§.tempus.pro ſocio,lege fina.in fine cum ibi not.ff.de his quæ in fraud. creditor. Bald.in dicta lege prima, columna ſecunda, & fina. C.qui bon. ced. poſ.ſed in præſenti caſu licet culpa caſum præceſſerit, non tamen interuenit dolus delinquentis, ergo & cætera.quod roboratur ex his,quæ dicit Bar
75 tol. in dicto §.licet.poſt dictã gloſ. quod † ſi maritus culpa ſua dilapidauit bona dotalia, ſi modo non fuit in dolo, non perdit priuilegium.l. maritum. ff. ſoluto matrimonio. & ſic ab iſta opinione Alexand. non eſt recedendum in iudicando; Nam iure cauetur,
76 quod † nunquam habet locum pœna priuationis a beneficio ceſſionis,niſi expreſſe a iure imponatur, vt dicit Alexand. vbi ſuprà uerſi.confirmo,per text.not.in §. cum igitur, in Authen.de non eligen.ſecun. nuben. quẽ pro not.Bald.etiam allegat in Authen.ex teſtamento. C. de ſecun. nupt. & eſt glo.decimaquinta,quæſt.octaua,in Sum. & hanc tenet Brun.Arim.in dicto tract.dicta quæſtione decimaquinta, quar. quæſtio. principa. qui multa dicit facientia ad præmiſſa, & vnã quęſtionem integrã ponit in hac materia, vi
77 de illum. Huius ergo † concluſionis in ſumma tres ſunt caſus; Primus, quod ſi bannitus reſtitutus recuperat bona non admittitur ad ceſsionem,ſed tenetur ſuis creditoribus pro ipſis bonis. Secundus, quod bannitus licet ad bona reſtitutus, non tamen ea recuperãs, quia deperdita ſunt, non priuetur beneficio ceſsionis. Tertius,quod bannitus non recuperans bona per fiſcum alienata,nec nomina debitorum, etſi ſibi competat actio contra fiſcum pro bonis alienatis, non excluditur a beneficio ceſsionis, & iſtæ ſunt uerę & communes concluſiones ut ſupra dictum eſt.Reliqua ſupple ex Ruy. dicto conſilio viceſimoſecundo, per totum. & per Arim. in dicta quæſtione decimaquinta,& vide ſupra quæſti.9.

QVAESTIO XX.

Statutum de compromiſsis fiendis inter coniunctos, an comprahendat etiam bannitos.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus fit hoſtis patriæ, & habetur pro mortuo.*
2 *Compromiſſum annullatur ex banno ſuperuenienti cum confiſcatione bonorum.*
3 *Bannitus quæ beneficia perdat, & quæ retineat.*
4 *Statutum dans præmium capienti bannitum, compræhendit etiam bannitum capientem alium bannitum.*
5 *Statutum de cauſis inter coniunctos compromittendis eſt fauorabile, & inductum ad publicam utilitatem.*
6 *Lites abbreuiari eſt publicæ utilitatis.*
7 *Compromiſſa ſunt inducta ob publicam utilitatem.*
8 *Statutum fauorabile extenditur ad caſus, qui ſub larga ſignificatione vocabuli compræhendi poſſunt.*
9 *Bannitus gaudet beneficio ſtatuti de compromiſſis.*
10 *Compromiſſum, quis facere poſſit.*
11 *Alienatio poteſt ſequi per compromiſſum.*
12 *Bannitus perdit omnia beneficia Ciuitatis a qua bannitus eſt.*
13 *Bannitus ex forma ſtatuti in territorio bannientis nihil acquirere poteſt, etiam per ſubiectam perſonam.*
14 *Compromiſſum, quo caſu cadat in bannitum.*
15 *Correlatiuorum par eſt ratio.*
16 *Compromiſſa fiunt ratione bonorum, non perſonarum.*
17 *Bannitus poteſt compromittere de iure communi extra territorium bannientis.*
18 *Bannitus etiam in territorio bannietis poteſt compromittere ſecundum ius commune.*
19 *Bannitus non poteſt in territorio bannientis compromittere actiue, ſecus paſſiue.*
20 *Bannitus perdit iura ſua ciuitatis, quo ad cõmodum, ſecus quo ad incommodum.*
21 *Bannitus ſi non debet audiri, non valet proceſſus pro eo, ſed contra eum ſic.*
22 *Bannitus de iure ciuili non poteſt compromittere actiue, ſed paſſiue ſic.*
23 *Bannitus ſine confiſcatione bonorum gaudet ſtatuto de cõpromiſſis.*
24 *Compromiſſum factum ab exulante valet mero iure.*

QVAERO vigeſimo, An bannitus cui eſt motalis, vel qui
alteri litem mouet, gaudeat beneficio ſtatuti dicentis, cauſam
inter coniunctos compromitti debere? Et
1 videretur dicendum quod non, Quia † bannitus fit hoſtis patriæ, & habetur pro mortuo. De primo, Bartolus in lege, amiſſione. in prin. in uerſi. aduertendum eſt. ff. de capit. diminut. Corneus conſilio quinquageſimo quinto, incip. reperio, in litera L, in ſecunda parte. De ſecundo eſt lex prima. §. finali ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab. Bald. in lege cum mulier. columna decima, uerſi. ex quarto arguitur. ff. ſoluto matrimonio, & in lege tam mandatori. columna prima, ad finē. verſiculo, ſed pro glo. facit. C. de non numerata pecun. & in lege prima, columna nona, verſ. Et propterea talis bannitus. C. de hæred. inſtituen. & ut late ſupra dictum eſt, quæſtio, decima ſexta, vnde non debet gaudere beneficio ſtatuti, & hoc in materia compromiſſi firmant Roman. Alexand, Iaſ. Socin. & alij in lege, ſi quis arbitratu. ff. de verborū
2 obligatio. ubi concludunt, quod † ſi duo fecerunt compromiſſum, & alter ex compromittentibus eſt bannitus, ita quod ſint eius bona confiſcata, & publicata, compromiſ-
* ſum annullatur, & dicunt hanc eſſe communem opinionem. & licet loquantur in arbitratore, tamen idem, & magis dicendum eſt in arbitro, cuius compromiſſum facilius annullatur, ut dicunt Doct. in dicta lege, ſi quis arbitratu.

Contraria ſententia nihilominus verior eſt, quod ſcilicet bannitus poſſit uigore dicti ſtatuti petere compromiſſum. & ratio eſt,
3 quia † licet bannitus perdat beneficium loci, & ſtatuti loci a quo bannitus eſt, ut late ſupra dixi, dicta queſtione decima ſexta, non tamen perdit beneficium concernens publicum intereſſe, & publicam vtilitatem. Bannitus enim tale beneficium non amittit, vt tenent, Bartol. Bald. & Alexand. in lege, cum mulier. ſoluto matrimonio, per text. in lege ſi quis in graui. §. hi quoque, ff. ad Syllani. q late proſequitur, & firmat Iaſ. in conſi. 167. incip. motiuis ſubtiliter. numero tertio, uolumine ſecundo. Et pro hoc faciunt ea, quæ infra dicam, quæſtione uigeſimaquinta, in tertia ampliat. in materia banniti conſequentis premium ſtatuti loci a quo bannitus eſt, ſi alterum bannitum occidat. Quod etiam clarius firmat Bald. in lege prima, ad finem. C. de preci. Imper. offeren. & in lege libertas. ff.
4 de ſtatu homin. ubi not. dicit, quod † ſi, ſtante ſtatuto, quod dat premium capienti bannitum, bannitus capit alium bannitum, iſte talis bannitus bannitum capiens conſequetur premium ſtatuti, per d. §. hi quoque, & hoc ea rõne, quia in hac materia non attenditur

ditur intereſſe patientis, ſed publicum intereſſe, quale autem ſit iſtud publicum intereſſe, patet ex not. in l. congruit. de offi. præſi. & ex his quæ late dicam dicta quæſtion. Tum
5 ſic. Bannitus † non amittit ea, quæ concernunt publicum fauorem, & vtilitatem, ſtatutum de cauſis inter coniunctos compromittendis eſt fauorabile, & inductum ob publicam vtilitatem, ergo bannitus non amittit beneficium petendi compromiſſum, maior patet ex deductis in dicta quæſtio. 25. Minor
6 probatur. † Publicæ vtilitatis eſt lites abbreuiari, l. properandum, cum materia. de iudic. c. finem litibus. cum not. ibi. de dolo, & contum. Sed per compromiſſa lites abbreuiantur, ad hoc enim inducta ſunt, ut per Blan. in tract. de compromiſ. in princ. ergo compro-
7 miſſa † ſunt inducta ob publicam vtilitatem; quod autem ita ſit, tenent, Bart. Bald. & Pau. de Caſt. poſt eos in prima conſtit. Cod. col. prima Bar. in l. ambitioſa. col. 5. verſ. Quæro quid ſi ex prædictis. & ibi Alexã. in addit. de decret. ab ordin. facien. Alex. in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcid. in 1. not. uerſ. Statutum enim de cauſis compromittendis, & in conſilio 125. incip. Viſo proceſſu cauſæ. col. fina. vol. 7. verſ. Sed nos loquimur in ſtatuto fauorabili, numero ſeptimo cum ſequen. Cum ergo iſtud ſtatutum de cauſis compromitten-
8 dis ſit fauorabile, extenditur † ad caſus, qui ſub larga ſignificatione vocabuli poſſunt cõpræhendi. Secundum Bald. Saly. & Paul. de Caſt. in l. qui ſe patris. C. vnde lib. not. Bal. in l. affinitatis. C. com. de ſucceſſ. & ita conſuluit Anchar. in conſilio 169. incip. in Chriſti nomine, apud me. & hanc opinionem, quod
9 † bannitus gaudeat beneficio talis ſtatuti, ſequuti ſunt, Bal. Saly. Caſtren. Alexan. Corn. Iaſ. Rom. Deci. & alij in lege, qui ſe patris. C. vnde lib. ſecundum quos Blan. in dicto trac.
* de compromiſ. dicit hanc eſſe communem opinionem, quam refert Petr. Beninten. Bononien. Rot. deciſione uigeſimaprima, quæ incipit, Quidam de Paſcis, numero 21. & in fine. ubi dicit quod ita fuit concluſum in Rota Bononienſi.

Conſiderando tamen, quæ in hac materia conſideranda ſunt; Dico primam opinio
10 nem præualere, nam † compromiſſum non poteſt facere qui non poteſt res ſuas alienare, vel de eis libere diſponere. Bannitus non poteſt de ſuis rebus libere diſponere, ergo non poteſt facere compromiſſum. maior patet ex his quæ notantur in capit. cum tempore, de arbitr. & ibi Abb. in ultimo not. vbi ex illo tex. colligit, quod ſupra dictum eſt, & ad-
11 dit rationem, quia † per compromiſſum poſſet ſequi alienatio, & infert ad multa, vt ibi per eum, iunc. addit. in lit. C, ubi reiecto Bal. contrarium expreſſe tenente in l. fina. §. fina. ad finẽ. C. com. de leg. firmatur Abb. opinio
* vt vera, communis atque tutior, quæ fuit ẽt glo. & Bar. in l. nulli. ff. de tranſact. & in l. non ſolum. iunc. gloſ. C. de prædi. minor. non
12 alien. Minor probatur. nam † cum amittat omnia beneficia Ciuitatis a qua bannitus eſt, per. l. amiſſione. cum not. per Bart. ff. de cap. diminut. & in l. certa. C. de iure fiſci. libro decimo. ergo non uideo quomodo poſſit gaudere beneficio illius ſtatuti, a cuius Ciuitate exulat, cuiuſque hoſtis habetur. Et eo magis, quia Doct. citati pro validanda ſecunda opinio. ne nihil dicunt de bannitis, licet multa loquantur circa extenſionem talis ſtatuti, vt licet videre apud illos. Accedit pro corrobo
13 ratione primæ opinionis, nam † bãnitus ex forma ſtatuti in territorio bannientis nihil acquirere poteſt etiam per ſubiectam perſonam, vt ſeruum, vel filium, ſecundum Ang. & Rom. in l. Antiſtius. de acquiren. hæred. §. fi. ergo nec compromittere, quia cũ nihil poſſideat, nihil etiam habet de quo compromittere poſſit. & ſic concluſio prima tutioribus nititur fundamentis.

Tamen pro concordia opinionum dici
14 poteſt, quod aut † talis eſt perpetuo bannitus cum bonorum confiſcatione, aut tantum eſt relegatus. Primo caſu procedit prima opinio, Secundo caſu procedit ſecunda, per ea quæ dicunt Doct. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verborum obligat. in ea quæſt. An ſi poſt cõpromiſſum arbitrator fuerit bannitus poſſit arbitrari. & Specul. in tit. de arbitr. §. differt. uerſi. quid de bannito, ubi dicit, quod in bannitum poteſt compromitti, ſi bãnitus eſt pro delicto pro quo non ueniunt bona publicanda, ſecus ſi bona veniunt publicanda, per iura per eum ibi allegata, & quod dicitur de
15 bannito † quod ſcilicet in eum non poteſt compromitti, idem dicas quod bannitus nõ poteſt compromittere, iuxta terminos quæſtionis, vt correlatiuorum par ſit ratio; & vt quod ſtatuitur in vno, cenſeatur ſtatutum & in alio. l. ſi cum dies. §. penul. ff. de arbitr. l. ve-

teres.ff.de actión.emp.& l.cum emptor.ff.de
reſcind.uendit. Euerar.in cent.leg. in loco,a
correlatiuis. numero decimo. & iſta diſtin-
16 ctio ab omnibus approbatur, quia † com-
promiſſa fiunt ratione bonorum, non perſo
narum.licet igitur perſona ſit affecta, non ta
men bona,quorum cauſa fiunt compromiſ-
ſa.Rurſus & aliter pro concordia diſtinguẽ-
dum eſt, aut bannitus vult compromittere
extra territorium bannientis ſecundum for
mam generalem compromittendi de iure
communi, aut vult compromittere in terri
torio Bannientis. Primo caſu poteſt com-
17 promittere,† & ita intelligitur opinio ſecun
da,non recedendo a fundamentis in ea de-
ductis. quia licet talis bannitus perdat iura
ſuæ Ciuitatis,non tamen amittit iura ciuilia
communia omnium Ciuitatum. dicta lege
amiſſione.§.qui deficiunt.ff.de cap. diminut.
cum alijs diffuſe deductis ſuprà in dicta quę-
ſtio. 16. Secundo caſu ſubdiſtinguendum
18 eſt:Nam † aut vult compromittere ſecundũ
ius commune, aut ſecũdum ſtatuta Ciuitatis
Bannientis. Primo caſu poteſt, vt in primo
caſu principali dictum eſt. Secundo caſu ite-
rum ſubdiſtingue,aut enim vult compromit
tere ut actor, aut patitur compromiſſum vt
19 reus. Primo † modo non poteſt, quia ut di
ctum eſt,amiſit iura ſuæ Ciuitatis.item etiam
quia æquiparatur excommunicato, qui ſi-
cut priuatur communione fidelium, capit.
primo, de procurat. ita & bannitus cętu ci-
uium.& ita procedit prima opinio.Secundo
modo poteſt,ne bannum ſibi proſit,cum or
20 dinatum ſit ut ſibi noceat: nam † licet per-
dat iura ſuæ Ciuitatis quo ad commodum,
retinet tamen ea quo ad incommodum,glo.
in l.poſtliminium.§.filius.de captiu.l.tutelas.
§.fina.de capi. dimin. Vbicunque enim po-
teſt conueniri,l.Papinianus exuli, & ibi Do-
ctor.ff.de minor. Bald. in l.iuris ordinem.§.
ſed hic quæritur.C.de iuriſdict. omn.iudi.&
in addit.Specul.tit. de competen. iudi. adit.
ver.baunitus. Barto.in l.adulter.in prin.ff.de-
adult.Roman. in lege, ſed ſi liberos.de in ius
vocan. & in l. recuſare.§. ſi quis.ad Trebell.
Ange.in diſput.incip.Bononienſis quidam,
Alexand.conſilio ſeptuageſimoſecundo,vo
lumine ſecundo. Hinc dixit Bald.in l.prima,
columna ultima, verſi. quinto quæritur. C.
21 de hæred. inſtit. quod † ſi bannitus non de-
bet audiri, non ualet proceſſus pro eo, ſed
contra eum ſic.quod tenuit & Cardin.in cle
men.conſtitutionem.§.fina.de elect. Bal. ali-
bi in capit.primo,in titu. hic fine lex Cor. &
Alexand.in lege,non ſolum.§.quanquam.de
iniuri.
22 Præmiſſa de bannito non valente † com-
promittere actiue,ſed tantum paſſiue, iuxta
terminos primæ opinionis,intellige vera de
iure ciuili. ſecunda uero opinio, pro qua vt
ſupra dictum eſt,in Rota Bononienſi fuit de-
ciſum,licet Petr.Beninten. hoc non dicat,iu
dicio meo eſt ueriſſima de iure canonico, 9
23 immo † bannitus extra territorium etiam
exiſtens gaudeat beneficio dicti ſtatuti, &
poſſit compromittere actiue, ſi tamen bona
non ſint ſibi confiſcata, ut ſupra dictum eſt,
in uerſ.tamen pro concordia,& hoc per tex.
rotundum in capit. ſecundo, de arbitr. ibi,
non citatum, ubi tex. eſt clarus de ſe, & ibi
24 Abb.in quinto not.dicit,tene menti † quod
compromiſſum factum ab exulãte valet me
ro iure,& in eo not.in fine dicit,plus videtur
probare iſte tex.quod etiam valeat compro
miſſum de rebus, quæ ſunt in loco vbi tunc
morari non poteſt. & intellige, quia banni
tus,propter uerbum,exulás, in tex. poſitum.
ideo & cætera. Reliqua ſuppleas ex dictis ſu
pra qq.15.& 16.

QVAESTIO XXI.

Statutum, quod in caſibus non prouiſis recurratur ad ius commune, de quo iure intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Caſus non prouiſus a ſtatuto debet terminari ſecundum iura Ciuitatis dominantis.*
2 *Statutum,quod in caſu non prouiſo recurratur ad ius commune, non debet intelligi de iure communi, Imperiali.*
3 *Statuto ciuitatis ſubditæ ceſſante, recurrendum eſt ad ſtatuta Ciuitatis dominantis.*
4 *Notarius Ciuitatis dominantis poteſt conficere inſtrumentum in Ciuitate ſubdita.*
5 *Ciuitas ſubiecta non poteſt uia indirecta ſe eximere a legibus dominæ ſuæ.*
6 *Ciuitas inferior non poteſt per ſuam conſtitutionem præiudicium inferre iuri Ciuitatis ſuperioris.*
7 *Ciuitas inferior non poteſt facere ſtatutum, ne liceat appellare,*

appellare, ſiue habeat primas cauſas, ſiue etiam ſecundas appellationis.
8 *Ciuitas inferior non poteſt ſtatuere contra iuriſdictionem ſui ſuperioris. & 16.*
9 *Caſus omiſſus a ſtatuto quod debeat terminari, ſecundum ius ciuile Imperatorum, non autem ſecundum leges ciuitatis dominantis. & 18*
10 *Verbum, ius cōmune, intelligitur de iure communi Imperatoris Romanorum.*
11 *Imperator eſt totius mundi dominus.*
12 *Hæreticus dicitur aſſerens, Imperatorem non eſſe dominū totius orbis.*
13 *Statuti verba intelliguntur ſecundum quod ſonant.*
14 *Ciuitas Vincentiæ, quod in caſibus non prouiſis a ſuis ſtatutis debeat regi ſecundum ordines ciuitatis Venetiarum dominantis.*
15 *Prouinciæ omnes, & ciuitates ſubditæ debent ſequi obſeruantiam ciuitatis ſuperioris.*
16 *Ciuitas Vincentiæ ſubdita Sereniſſimo Dominio Venetorum eſt de prouincia Marchiæ Taruiſinæ.*
17 *Statutum continens aliquod verbum præiudiciale, cenſetur intellexiſſe de ciuitate ſui particularis domini.*
19 *Geſtum utiliter a principio, retractari non debet.*
20 *Statuentium mens inſpicienda eſt.*
21 *Loca inferiora debent regi, & gubernari conſtitutionib. ciuitatis dominantis.*
22 *Ciuitas in præiudicium ſui ſuperioris non poteſt recognoſcere alium in ſuperiorem.*
23 *Confirmatio generalis ſtatutorum nunquam intelligitur vt extendatur ad ſtatutum illicitum.*
24 *Verbum ius commune, non eſt inconueniens, quod intelligatur de iure communi ciuitatis dominantis.*
25 *Verbum ius commune, poſitum in ſtatuto Vicentino, debet intelligi de iure communi Venetorum ratione diſtinctionis iuriſdictionis.*
26 *Venetorum ius dicitur ius commune omnibus ciuitatibus ſibi ſubiectis.*
27 *Actus duo ſufficiunt ad inducendam conſuetudinem, ſiue ſint iudiciarij, ſiue non.*
28 *Conſuetudo uim legis obtinet.*
29 *Conſuetudo dicitur ius non ſcriptum.*
30 *Conſuetudo tollit etiam ſtatutum, licet factum cum clauſula, non obſtante aliqua conſuetudine, ſi ſequatur ſtatutum.*
31 *Diſpoſitio quælibet recipit interpretationem ab eo quod conſuetum eſt.*
32 *Imperator quod ſit mundi dominus, non eſt uerum ſimpliciter.*
33 *Imperator non poteſt ius cauſarum dicere in illis locis, qui ſibi non obediunt.*
34 *Imperator licet ſit dominus totius orbis, dominia tamen particularia ſunt ſingulorum.*
35 *Venetorum dominium eſt liberum, nullum in temporalibus recognoſcit, ſed proprijs legibus regitur, &c.*
36 *Venetorum dominium eſt liberum naturali libertate, & quomodo.*
37 *Veneti cum repræſalijs poſſunt cogere ciuitates exteras ad exequendum ſententias ſuorum tribunalium ſecundum leges Venetas.*
38 *Ciuitas Venetiarum, quomodo regatur.*
39 *Ciuitates ædificatæ in mari communiſſimo omnibus animantibus ſunt eorum qui eas ædificant.*
40 *Referenti non creditur, niſi conſtet de relato.*
41 *Imperatori non licet in locis Veneti dominij iuriſdictionem etiam uoluntariā exercere.*
42 *Imperator non poteſt ponere falcem in meſſem alienam.*
43 *Actus legitimando uoluntariæ iuriſdictionis non poteſt exerceri in aliena ditione.*
44 *Imperator ubi non recognoſcitur de iure uel de facto, nō poteſt exercere iuriſdictionem etiam uoluntariam in nō ſuos ſubditos.*
45 *Venetiarum ciuitatem, communem patriam, & nouiorē Romam hodie dici.*
46 *Ciuitates non recognoſcentes ſuperiorem parificantur ciuitati Romanæ.*
47 *Acceſſorium ſequitur principale.*
48 *Imperatori nullum ius competit de iure uel de facto in terris ſubditis dominio Venetorum.*
49 *Ciuitas ſubdita in caſibus a ſuis ſtatutis non prouiſis debet recurrere ad ius ciuitatis dominantis, non autem ad ius imperiale.*

QVAERO vigeſimoprimo. In Ciuitate Vincentię ſubdita Sereniſſimo Ducali Dominio Venetorum extat ſtatutum, quod in caſibus nōn prouiſis a ſtatutis illius ciuitatis recurratur ad ius commune; Modò occurrit caſus a ſtatuto aliquo non prouiſus, ex quo eſt recurrendum ad ius commune, quæritur quale ſit iſtud ius commune, an ſcilicet ius Imperiale, vel ius Ciuitatis dominantis? Et licet in ſimilibus Doctores diuerſimode ſcripſerint, & multoties ſibi ipſis parum conſtitiſſe videantur, aſſerentibus aliquibus tunc recurrendum eſſe ad ius Ciuitatis dominantis, & aliquibus volentibus caſum occurrentem in defectum ſtatuti decidendum fore ſecundum ius commune ciuile Imperiale: Tamen pro tenui facultate mea, relatis & diſcuſſis opinionibus, quæ ſit ueritas declarabo.

1 Primam igitur ſententiam, quod † ſcilicet in caſu premiſſo habeatur recurſus ad Ciuitatem ſuperiorem dominantem, & ſecundum iura illius caſus debeat terminari, poſt Ioan. And. in addit. Specul. in Rubr. de treu. & pace, quæſt. pen. & poſt Bal. in l. cunctos populos. C. de ſum. Trin. & fide cathol. firmiter tenuit Rom. in conſi. 218. incip. præſens caſus, vbi conſultus in materia ſtatuti Piſani dictan-
2 tis, † quod in caſu non terminato a ſtatuto recurratur ad ius commune, cōcludit, quod ſi intelligeretur de iure communi Imperiali, iſtud ſtatutum eſſet iniquum, & non eſſet ſeruandum, vt pote in præiudicium Florentinę

Ciuitatis dominantis Piſis : ſed in caſu non
prouiſo eſſe recurrendum ad conſtitutiones
Florentinas,ut ibi per eum,qui quæſtionem
diſputat, & ex pluribus rationibus reſidet vt
ſupra.Et hanc Rom.opinionem ſequitur,&
firmat Corne.conſ.151.incip. in hac conſul
tatione.per tot.uolu.3.Vbi concludit,quod
3 † ceſſante ſtatuto Piſano non ſit recurrendũ
ad ius commune ciuile,ſed ad ſtatuta Floren
tina,ratione ſubiectionis,& Dominij, reſpe-
ctiue. Sequitur Socin. ſen. conſ.81.incip.in
præſenti conſultatione.col.1.& ſeq.uolu.1.
Cui ſententiæ in ſimili caſu adhæret Deci.
conſ.17.incip.Viſo puncto. col. 2. quaſi per
totam. & præſertim in uerſi. imò quod plus
eſt.ubi loquitur in ſtatuto Terræ Caſtiglioni
ſubditæ Florentinæ Ciuitati , & in Notario
4 Florentino conficiente inſtrumentum † in
ea Terra, & concludit tale inſtrumentum va-
lere etiam in dicta Terra Caſtiglioni,non ob
ſtante etiam ſtatuto ipſius Terræ,dicente , ꝙ
nullus Notarius forenſis poſſit conficere, &
facere inſtrumenta in dicta Terra, ſi prius nõ
ſit matriculatus in arte, & ſcriptus ĩ archiuio
Notariorum dictę Terræ,ex ſupradicta ratio
nè ſubiectionis & Dominij , ut ibi per eum ,
qui caſus a Decio poſitus eſt in ſtrictioribus
terminis,quam præſens de quo agitur, nam
in illo concurrit ſtatutum,quod prouidet,&
tamen ex eo non infertur præiudicium Ciui
tati dominanti,multo minus debet fieri præ-
iudicium Ciuitati Venetiarum ſeu Sereniſſi-
mo Dominio Venetorum dominanti Vin-
centiæ,ex hoc ſtatuto Vincentino,quod ſpe
cialiter non prouidet,ſed dat recurſum in ca
ſu non prouiſionis , qui recurſus ſi intellige-
retur de iure ciuili communi Imperatorum,
eſſet præiudicare Ciuitati dominanti , nam
5 † hac indirecta via Ciuitas ſubiecta, reco-
gnoſcendo Imperatorem , ſe eximeret a le-
gib. Dominæ ſuæ, quod minime honeſtum
eſt,ut extra de maior.& obedien.capit. cum
inferior. de iureiuran. capit. venientes. Cle-
men.ne Romani.de elect.& in decreto,vige-
ſimaprima diſtin.capit.inferior.in quibus lo
cis clare habetur , & a Doctor. communiter
6 obſeruatur,quod † Ciuitas inferior non po-
teſt per ſuam conſtitutionem præiudicium
inferre iuri ciuitatis ſuperioris , quod fieret,
ſi tali ſtatuto admiſſo, ſeu male intellecto re-
curreretur ad ius Imperiale , non autem ad
ius Dominorum Venetorum,ergo &c.

Cui rationi nedum ius Canonicum con-
uenit , ſed etiam ius ciuile , vt ff. de minor. l.
minor autem magiſtratus. & not. Bartol. in
lege fina.ff.de aqua pluu.arcen. ſeu in l. ſi cui
7 infra.aliàs incipit,is cuius . ubi concludit † ꝙ
Ciuitas inferior non poteſt facere ſtatutum
ne liceat appellare , ſiue habeat primas cau-
ſas,ſiue etiam habeat ſecundas cauſas appel
lationis,ex ea ratione, quia diſponeret circa
id quod non eſt iuriſdictionis ſuæ, & ſic ſta-
tueret contra iuriſdictionem ſui ſuperioris,
8 quod † facere non poteſt.l.fina. C. de iuriſd.
omn.iud. Et hanc eandem Romani ſenten-
tiam ſequitur Claud.Aquen.in lege,poſt do-
tem.numero 111.ff. ſoluto matrimonio , &
Marian.Socin.iun.conſilio ſecundo , incip.
Deceſſit Ioannes. numero trigeſimoprimo,
& ſequen.uolumine primo,& Grat.reſpon.
11.incip.quæritur.numero duodecimo, lib.
* ſecundo.Qui omnes Doctores communiter
hanc concluſionem firmant, quod vbi in ci-
uitate ſubdita deficiunt propria ſtatuta,in ca
ſu omiſſo recurri debeat ad Ciuitatem ſu-
periorem dominantem.

Contrariam autem ſententiam, quod ſci-
9 licet † caſus omiſſus a ſtatuto debeat ter-
minari ſecundum ius ciuile Imperatorum ,
non autem ſecundum leges Ciuitatis domi-
nantis , & ſic Ciuitatis Venetiarum , tenuit
Socin.ſenior ſibi contrarius,conſilio 271.in
cipien. in præſenti. columna prima , & ſe-
quen. volumine ſecundo. Deci. item ſibi pa-
rum conſtans, conſilio 429. incipien. licet
in cauſis.numero quinto,& ſexto , & conſi-
lio 469.incipien. Viſa inquiſitione. numero
duodecimo. in quibus locis vtrobique teſt a-
tur hanc opinionem Florentiæ ſæpius ob-
ſeruatam , atque uſu receptam eſſe , & hanc
ſententiam ita firmauit Socin. ſenior in ſu-
pradicto conſilio ducenteſimo ſeptuageſi-
mo primo, vt retractando ea quæ ſupra con
ſuluit pro prima opinione in dicto conſilio
octuageſimo primo , dixerit , quod quando
id conſuluit fuit ſibi præſuppoſitum , quod
ita erat communis obſeruantia , vt ſcilicet,
ex illo ſtatuto Piſano in caſu ſtatuti non
prouidentis recurreretur ad ſtatuta Floren-
tina,quod ſi ſibi præſuppoſitum non fuiſſet,
aliter(ut ipſe dicit) conſuluiſſet,prout etiam
inquit Ludou. Gozadinus conſilio trigeſi-
moſeptimo,incipien.prima facie. columna
ultima, uerſicu,præterea ibi atteſtatur.nume-

ro 14.& Anton.de Pret. in ſuo clyp. paſtor. nu.20.& 21.vbi refert dicta Decij in d.conſ. 17.& concludit ipſum loqui in diuerſis terminis.& dicit Deci.non citare illud conſ.Roma. quia eius approbet deciſionem, ſed vt quaſdam rationes ad ſuum propoſitum accommodet,vt etiam facit Socin.ſen.in conſilio 288.incip. circa primam quæſtionem, num.4.lib.2. Et ſi recte inſpiciantur ea quæ Claud. Aquen. pro prima opinione, in d.l. poſt dotem, & Marian. Soci.iun.in præcit. conſ.2.& Grat. in d. reſpon. 11. pro eadem prima opinione deducunt, clare cognoſci poterit Claud. & Marian. illud non firmare pro indubitato,vt & ipſimet fatẽtur,& Grat. id potius obiter dixiſſe videtur, quam quod ipſe id ſentiat, neque pro illa parte vllam rationem affert, nec contrarijs reſpondet; ex quibus patet iſtam ſecundam opinionem tenẽdam,cũ prima a nullo firmiter cõprobet̃.

Ex eo maxime firmatur iſta ſecunda con-
10 cluſio,quia † verbum illud,ius commune,intelligitur de iure communi, ſcilicet, Imperatoris Romanorum.§.ſed ius quidem.uer.ſed quoties.Inſt.de iure natu.gent.& ciui.ubi Iuſtinianus recenſitis iuribus gentium,& quale ſit ius ciuile cuiuſque ciuitatis,dicit: ſed quoties non addimus nomen cuius ſit ciuitatis, noſtrum ius ſignificamus.Sic ergo, cum ſtatutum ſupra in quæſtione poſitum dicat, ꝙ recurratur ad ius commune, & non exprimat ad ius commune huius vel illius ciuitatis, recurrendum eſt ad ius commune ciuile
11 Imperiale, ex ea ratione, quia † Imperator eſt totius mundi dominus.l.deprecatio. ff.ad leg.Rhod.de iac.l.bene a Zenone.C.de quadriennali præſcrip. Accedit ius Canonicum in c.conuenior.& ibi glo.13.q.8.firmat Bal.
* in l.1.C.de ſum.Trin.&ita communiter tenetur,ut late proſequitur Iaſ.in l.cunctos populos.in prima Lect.num.6.C. de ſum.Trin.& fide cathol. ubi late proſequitur pertinentia ad Imperiale culmen,& Barto.ante eum in l. apud hoſtes.in 2.colu.ff.de captiu. hoc dixit
12 adeo verum,ut firmet,† hæreticum eſſe ſi aliquis diceret Imperatorem non eſſe Dominũ & Monarcham totius orbis.id enim eſſet cõtra Euang. Luc.3.exijt edictum a Cæſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis.igitur & cætera. Et alibi ſcribit Bald. poſt Senec. conſ.328.incip.quæritur ſi Rex Romanorũ, col.3.uol.1.& conſ.300. incip. Ad euidentiã

præ mitto. vol. vlt.quod Imperator eſt Princeps orbis, & corporalis in mundo Deus, quem ſequuntur Alex.conſ.76.incip.in cauſa.col.vlt.circa med.vol.2.& Curt.ſen. conſ. 157.col.3.

13 Stringit fortius,nam † ſtatuti verba intelliguntur ſecundum,quod ſonant,Anchar.cõſilio 96.incip. iſta domina. uerſ. non obſtat. & conſ.441.incip.Viſo puncto.col. fi. & ante, conſ. 351. incip.pro maiori.vt etiam late proſequitur Cate.Cot.in memor.in lit.S,verſicu. ſtatuta debent interpretari.& verſ.ſtatuto cautum eſt. Sed ſtatuti noſtri uerba clare dicunt,recurratur ad ius commune,vt in themate,ergo non ad ius Dominorum Venetorum, ſed ad Imperiale in caſu propoſito recurrendum eſt.

* Præmiſſis tamen non obſtantibus,prima opinio uera,& communis eſt, nec ab ea ullo modo recedendum, quod ſcilicet ciuitas
14 † Vincentiæ in caſibus a ſuis ſtatutis non prouiſis, debeat regi ſecundum ſtatuta, & conſtitutiones,& ordines ciuitatis Venetiarum ſuperioris dominantis,non autem ſecũdum ius commune Imperiale, vt eſt tex. clarus in §.fina.Inſt.de ſatiſdat. ubi dicit Imper.
15 Quod omnes † Prouinciæ, & Ciuitates ſubditæ debent ſequi obſeruantiam Ciuitatis capitis, & ſuperioris, quod & antea Vlpianus Iuriſconſ.dixit in l. qui ex vico.ff.ad municip.qui ex vico ortus eſt, eam patriam intelligitur habere cui Reipublicæ ille vicus reſpondet. & glo.ibi, in uer.habere.dicit,quo ad omnia. Accedit.l.nulli.C.de epiſc.& cler, vbi Imperator dans formam exequutioni teſtamenti quando in eo relictum eſt legatũ in redemptionem captiuorum, nec a teſtatore eſt deſignata perſona per quam tale legatum diſtribui debeat, in §.fin autem perſona. iunc.§. ſeq.dicit, quod Epiſcopus Ciuitatis exigat relictum, & ſtatim geſtis interuenientibus,rerum quantitatem,& tempus quo eas ſuſceperit, apud rectorem prouinciæ publi-
16 care debebit.Cum ergo Ciuitas † Vincentię ſubdita ſit Sereniſſimo Dominio Venetorũ, itẽ & dicta Ciuitas ſit de Prouincia Marchiæ Taruiſinæ, eiuſque Prouinciæ caput, & rector, ſit Venetum Dominium; ideo concludendum,quod in propoſito caſu omiſſionis ſtatuti ſit recurrendum ad Venetas leges, & quod ius commune hoc caſu intelligatur ius Venetorum dominantium; & ſic in ſimilib.

terminis loquitur, & concludit Cum. conſ. 145. incip. videtur prima fronte. Vbi conſuluit in ſtatuto Paduano, & terra Mõtis ſilicis, quod ſcilicet dicta terra in defectum ſui ſtatuti regi debeat ſecundũ ſtatuta Ciuitatis Paduæ cui ipſa terra ſubeſt, non obſtãte quod dicta terra non fecerit claram mentionem de ſeruandis ſtatutis Paduanis, quaſi quod expreſſiſſet ſi ſeruari voluiſſet. Nam cum non poſſit Ciuitas ſubdita ſtatuta condere in præiudicium Ciuitatis dominantis. Ancha. in c. Canonum ſtatuta. de cõſtit. in 1 1. q. prin. verſ. ego quæro. & late Iaſ. in l. 1. col. 2. ff. de legi. ad late tradita per Bar. & omnes in l. omnes populi. de iuſt. & iure. Si aliquod ſtatutum
17 † habeat quod contineat aliquod verbum, q poſſit præiudicare, vel videatur præiudicia le, cẽſetur intellexiſſe de Ciuitate ſui particularis Domini, vt per alia uerba in d. con. concludit Cum. & late proſequitur Barbat. in cõſilio 4. incip. Scribitur. col. 6. uolu. 1. & Bologni. in conſ. 62. incip. Marinus. col. 1.

Omnia autem quæ pro ſecunda opinione in præiudicium huius veritatis adducta ſunt, facilem patiuntur repulſam; tum, quia Doctores ipſam tenentes in diuerſo caſu loquũtur; tum quia falſum eſt eo modo & ſimpliciter intellectum illud, quod Imperator ſit mundi Dominus. Item & tertiò, quia Dominium Venetorum eſt liberum, nec Imperatorem, nec alium ſuperiorem in temporalibus recognoſcit, ſeu vnquam recognouit. Primũ
18 patet, nam omnes Doctores illam † partem tenentes loquuntur in ſtatuto Piſano, tempore quo illa Ciuitas non erat ſubdita Florentiæ, ſed erat libera, & ſolum recognoſcebat Imperatorem in communi: quo caſu, cum in ſubiectione eius ſtatuta fuerint confirmata ex certa confirmantis ſcientia, uidetur dici poſſe, quod in eodem ſtatu confirmata fuerint in quo erant ante ſubiectionem, & ſic cum ante ſubiectionem recurſus haberetur ad ius Imperiale in caſibus omiſſis, & nõ prouiſis, ſic & in his terminis poſt ſubiectionem, ex ea ratione, quia, cum illud ſtatutum factum fuerit eo tempore quo fieri poterat, ſuccedere debet vulgata illa regula, multa facta tenent, & cætera. l. patre furioſo. ff. de his
19 qui ſunt ſui uel ali. iur. Quod † enim a principio utiliter geſtum eſt, retractari non debet, licet caſus eueniat a quo actus incipere non potuerat, l. in ambiguis. §. non eſt nouum. ff. de reg. iur. accedit ius Canonicum in reg. factum legitime. de reg. iur. in ſex. & Oldr. cõſ. 247. incip. factum tale eſt. in primo dubio. in caſu autem noſtro, ut præſupponitur, ſtatutum illud conditum fuit, & præſentatum Sereniſſimo Venetorum Dominio poſt ſubiectionem, cum alijs ſtatutis in volumine tunc deſcriptis, & iſto caſu nulla eſt difficultas tã ex parte ſtatuentium, quam ex parte Dominij concedentis ſtatuta: nam ſi ſtatuentium
20 † mens inſpiciatur, iuxta tradita per Bar. in l. contra legem. ff. de legi. non potuerunt Vincentini ſtatuentes intelligere, quod ſeruaretur ius commune, ideſt ius ciuile Imperiale, cum ſe ſubieciſſent Dominio Veneto libero, & ſecundum proprias leges viuenti. Immo caſus eſt citrà dubium nedum in iſto, ſed etiã in primo capite, quando de ipſo ageretur: nam licet ſtatutum eſſet conditum ante ſubiectionem, tamen per ſubiectionem deuenit ad eum caſum & tempus a quo incipere, & in quo ſtatui non poterat, & ex conſequenti eſt nullum, iux. reg. l. pen. ff. de verb. obligat. cum ſimil. Si vero attendatur mens Dominij concedentis ſtatuta, multo minus tale ſtatutum interpretabitur de iure Imperiali: nã
21 † cum loca inferiora debeant regi, & gubernari conſtitutionibus Ciuitatis dominantis. d. §. fin. Inſt. de ſatiſdat. ſi per iſtud ſtatutũ eſſet recurrendũ ad ius Imperiale, Ciuitas Vincentiæ non regeretur Venetis conſtitutionibus, & ex conſequenti ſubdita uni recognoſceret etiam alium ſuperiorẽ, quod eſſet ma-
22 ximum abſurdum. Ciuitas † enim non poteſt recognoſcere in ſuperiorem alium quã verum ſuperiorem in præiudicium veri ſuperioris. Bal. in l. 2. §. ſeu uerſ. ſed nunquid Ciuitas. C. de oper. liber. & ideo non eſt præſumẽdum Sereniſ. Dominium illud ſtatutum aliter conceſſiſſe, quam intelligendo illud ius commune pro ſuo iure, licet etiam confirma
23 tio fuiſſet generalis, quia † talis confirmatio nunquam debet intelligi vt extendatur ad iſtud ſtatutum illicitum, vt deducit Rom. in d. conſ. 2 1 8. num. 4. ver. Ad hoc autem reſpõdetur. ſequuntur Alexan. conſ. 59. incip. Viſo inſtrumento. num. 9. uolu. 1. Iaſ. in d. l. omnes populi. in ſecunda Lectura. num. 36. ff. de iuſt. & iure. & in l. more. num. 38. ff. de iuriſd. om. iud. Deci. d. conſ. 17. col. 2. & Hippol. de Marſil. conſ. 1 0. num. 54. Non eſt inconueniens,
24 quod † iſtud verbum, ius commune, intelligatur

gatur de iure communi Ciuitatis dominãtis,
ex prædictis,vt etiam dicit Socin.iun.d. cõſ.
ſecundo.par.1.num.30.vbi conſuluit in ſimi
li caſu,& in terminis terminantibus, ſcilicet
in ſtatuto terræ Bargæ ſubditæ Florentiæ,
quod dictabat, quod vbi deficerent particu-
laria ſtatuta,& antiquæ cõſuetudines,debeat
recurri ad ius commune, tale ſtatutum ſcili-
cet intelligi non de iure communi Romano
rum,ſed de iure Florentino,quod terræ Bar-
gæ & alijs locis ſubditis Dominio Florenti-
no dicitur ius commune,per d.§. fi. Inſtit.de
ſatiſdat.ſic in caſu noſtro, iſtud ius commu-
25 ne de quo in ſtatuto Vincentino,† debet in-
telligi de iure communi Venetorum ratio-
ne diſtinctionis iuriſdictionis, iuxta termi-
nos.§.ius autem ciuile,& §. ſed ius quidem ci
uile.Inſtit. de iure natur. gent. & ciui. Vnde
ex illis iuribus, ſicut ius ciuile Romanorum
dicitur ius commune omnibus Ciuitatibus,
quæ ſubiacent Romano Imperio, d.l.depre
catio.ff.ad l.Rhod.de iac. ita ius Venetorum
26 † dicitur ius commune omnibus ciuitatibus
ſibi ſubiectis, & ſic Vincentinæ Ciuitati. Et
hoc eſt quod tenet Socin.ſen.d.conſ. 81.in-
cip.in præſenti conſultatione.in prima & 2.
col.quem refert Socin.iun.d.conſ.2. Et licet
Dec.d.conſ.429.& 469. dicat cõtrariam ſen
tentiam Florentiæ vſu receptam eſſe, non ta
men ob id tollitur communis concluſio ſu-
pra firmata:nam,ut dictum eſt, & ex lectura
dictorum conſiliorum patet, loquitur Deci.
in caſu ſtatuti conditi ante ſubiectionem, &
confirmati in ſuo ſtatu in ſubiectione, dato
quod hoc eſſet uerum, quod non admitti di
xi ſup. Nos autem ſumus in ſtatuto facto, &
præſentato poſt ſubiectionem, quo caſu ra-
tiones proxime dictæ militant.

Immo fortius argumentum retorquetur
27 in contrarium: clarum eſt enim, quod † ad
inducendam conſuetudinem ſufficiunt duo
actus,ſiue ſint iudiciarij,ſiue non, ut poſt gl.
Bart.& alios,concludit Iaſ. in l. de quibus.ff.
de legi.nu. 51.uerſi.in ſecunda parte gloſſæ.
Deci.conſ.222.incip. viſo puncto. nu. 10.&
conſ.441.incip.præſens conſultatio. nu.11.
in l.ut liberos.nu.11.C.de collat. & in c.1.de
conſuet.cum infinitis alijs, quæ in hanc ſen-
tẽtiam cumulari poſſent.Sed in Ciuitate Vin
centiæ,ſtatutum de quo in themate, vt præ-
ſupponitur in facto, practicatum fuit, quod
illud ius commune intelligatur ius Veneto-
rum dominantium,ergo ex iam inducta con
ſuetudine etiam in hoc caſu ſic iudicari de-
28 bet,cum † conſuetudo uim legis obtineat. c.
conſuetudo.prima diſtin.c.fi.ext. de conſue-
tu.cum infi. ſimil. & ſic ſtylus opponitur ſty
lo in contrarium allegato,& conſuetudo cõ
ſuetudini;qui & quæ cum ita ſeruet, non eſt
quærendum ulterius,habetur enim pro lege,
c.quam graui.de crim. falſi. Gomeſ.in com.
reg.cancel.de ſurrog.collitigan.quæſt.10.in
fine.ita igitur iudicandum eſt: habetur enim
29 ac ſi eſſet ius,quia † dicitur ius non ſcriptum,
Corn.conſi.107.incip.in hac, lit. M, & N,in
2.par.& ſeruanda eſt.l.minime. & l. de quib.
ff.de legi.clem.dudum.§. verum. & ibi Card.
de ſepultur.c.licet ex ſuſcepto.de foro cõpet.
in tit.de pace Conſtan.in prin. uerſi. ab anti-
30 quo.& ibi Bal.& hoc adeo verum eſt,† vt tol
lat etiã ſtatutum, licet factum cum clauſula,
non obſtante aliqua conſuetudine, ſi ſequa-
tur ſtatutum, vt in caſu noſtro. Bartol. Ang.
Alex.in l.ſi mihi.§.in legatis.ff.de lega. 1. ubi
Alexand.in 4.colu.in uer. Quærit etiam hic
Dyn. infinitas concordan. ad hoc adducit.
& Pau.de Caſt.in l.cum conſuetudo.ff. de le-
31 gi. Nã † quælibet diſpoſitio recipit interpre-
tationem ab eo,quod conſuetum eſt, ut not.
dicit Innoc.in c.olim. de uerb. ſign. & refert
Abb.in c.certificari.de ſepultur.l.ely.in c. cũ
M.colu.3.& 4.de conſt.colligitur ex l. vlt. C.
de fideiuſ.ex l.quod ſi nolit.§.quia aſſidua.de
æ dil.edic.& ex.l.ſi prius.§. 1. de aq. plu. arc.
ſequitur Deci.in d.conſ.441.num.13.uerſ.&
eſt dictum Innocentij.& in l.ſemper in ſtipu
lationibus.nu. 10. de reg.iur. & in l.1.nu.18.
C.de eden. Cum igitur, ut ſupra dictum eſt,
ita ſit conſuetum, ideo diſpoſitio ſtatuti de
quo in themate, debet intelligi de iure com-
muni Venetorum, & hæc quo ad primam
conſiderationem. Non enim dubiũ eſt quin
conſuetudo poſſit interpretari voluntatem
ſuorum ciuium. l. iam hoc iure. de vulga. &
pup.Barba.quem refert,& ſequitur Paul.Pic.
in l.Titia.§.Titia cum nuberet.nu.58.ver.ſed
non eſt dubium.de leg.2.

Quo uero ad ſecundum caput, ſiue ſecun-
dam conſiderationem, idem dicendum eſt:
32 non eſt enim uerum ſimpliciter, † quod Im-
perator ſit mundi Dominus:nam, ut inquit
pulchre Chriſt.Por.ſuper Inſtit.in tit.de rer.
diuiſ.in glo.ſuper uer.mare.licet vulgo tenea
tur quod Imperator ſit Dominus totius mũ
di,

di,d.l.deprecatio. & d.l. bene a Zenone. debet tamen intelligi quo ad protectionem, & defenſionem, nō autem quo ad dominium, vt ibi per eum. Vnde dixit not. Bal.in c.olim
33 ex literis.de reſcrip.col.3.nu.16.quod † Imperator non poteſt ius cauſarum dicere Romæ,nec in regnis illis citare,quæ ſibi nō obediunt.nā quo ad obedientiam inſpicitur poſſeſſio,& non merum ius,l.1.C.de ſum.Trini. & irridet meritò Bart.tenentem, hæreticum cenſeri eum qui neget Imperatorem mundi Dominum eſſe.Si ergo in locis quæ ſibi non obediunt non poteſt ius dicere,nec citare,& Ciuitas Vincentiæ,non ſibi, ſed Sereniſſimo Venetorum Dominio obediat,ergo non ipſius Cæſaris leges,ſed Venetorum placita in dicta terra militare,& ſeruari debent in defectum ſtatutariꝫ ꝓuiſionis. Pro quo facit no. doct.Iaſ.in l.poſſideri.§.ex contrario.nu.81. ff.de acquiren.poſſeſ. ubi probat, quod licet
34 † Imperator ſit Dominus totius orbis,dominia tamen particularia ſunt ſingulorum,vt ēt dixit Rolan.à Val.conſ.88.incip.in cauſa magnifici.num.28.uolu.1.& fuit dictum Bar. in extrauag. ad reprimen.in uer. Reges. Alber. in procem.ff.nu.9. & alij quos in hanc ſententiam citant, Anton.Gabr.de acq.rer. domin. concl.3.nu.8. & 9.& Alpha. in ſuis collecta. iur.collect.4.ad d.l.deprecatio. & id adeo verum eſt, quod nec in locis liberis, vt hic de quo eſt quæſtio,Reſpublica quæ hoc dominium tenet,eſt Domina rerum ſingularium ſibi ſubiectorum,vt dicit Franc.Sarmen. in tracta. de reddit.eccleſ.par.1.c.5.ſub num. 21. uerſ.Imperator enim.uolu.15.tract.in nouiſ. Vene.edit. pro quo videas Oldr. conſ.69.& antiq.addit.ad eum,in ver.Imperium.&vide latiſſime Menoch.conſ.2.nu.98. cum plur.ſequen.par.1.ubi ex authorib. quos citat, oſtēdit illam propoſitionem,quod Imperator ſit totius mundi Dominus,iure diuino,naturali,gentium,& ciuili,non eſſe veram,vide illū. ergo cum præmiſſa nullam patiantur difficultatem,in caſu noſtro ex conſequenti non admittitur conſideratio talis poteſtatis Imperialis, cum ſimus in dominio nullo modo ei ſubdito,vt infra dicam.

Minus obſtant contraria ex tertio capite,
35 ſeu membro tertio conſiderationis,quia † ſereniſsimum Dominium Venetorum eſt liberum, nec Imperatorem vel alium ſuperiorē in temporalibus recognoſcit, ſed proprijs legibus regitur, & conſuetudinibus gubernatur, quas etiam ſuis ſubditis præſcribit in defectum particularium ſtatutorū.& licet,Bar. in l. hoſtes.ff.de captiu.& poſtlim.reuerſ.numero 4.dicat,quod Veneti dicunt ſe illam libertatem habere ab Imperio Romano, & priuilegio quodammodo precario teneant ab eo, & poſsit priuilegium illud reuocare quando vellet,& Bal. in c. ſicut.l.ult.in 3.col. num.6.ext.de iureiur. dicat, quod Veneti ſi eſſent rebelles Imperij poſſent priuari eorū libertate,quia non ſunt liberi niſi per patientiam Imperatoris, vel priuilegium ſpeciale, quod poſſent alij ſucceſſores reuocare,& Alber.de Roſa. in d. l. cunctos populos. C.de ſum.Trin.dicat ſe vidiſſe priuilegium libertatis conceſſæ Venetis ab Imperatore bullatū bulla aurea:Tamen quidquid prædicti dicāt & ſomnientur, veritas eſt, quod ipſum Illu-
36 ſtriſsimum Dominium † Venetum eſt liberum,& exemptum ab Imperio,etiam abſque priuilegio,& naturali libertate, quam cū initio vrbis conditæ acquiſiuerunt, populis fugientibus Barbarorum tyrānidem, & in libertate viuere volentibus ipſam ædificantib. vt in hiſtorijs,& chronicis legitur, quod tēpore Athilæ factum eſt, anno Domini 454. &ideo tam in Ciuitate Venetiarum,quam in alijs ipſi Ciuitati capiti ſubiectis, eorum iura ipſi Domini Veneti exercent, & eadem iura in ſuis Ciuitatibus habent,quæ Imperator in Imperio,Cur.ſen.conſ.74.nu.33.Deci.conſ. 150.col.2.conſ.557.col. 2.Pariſ.conſ.2.col. 2.uol.2.&Port.Imo.conſi.106.nu.19. quod
37 adeo uerum eſt,† vt ſi tractetur de exequenda aliqua ſententia ſuorum tribunalium per iudices alicuius Ciuitatis non ſubditæ,qui velint exequi iuxta leges Imperiales, & non ſecundū Venetas, ipſi Domini Veneti poſſunt cum repreſalijs, & alijs prouidere contra illam Ciuitatem ſuper iuſtitia ſibi denegata,vt pulchre in contingentia facti conſuluit Cuma.conſ.141. incip. Domini Iudices Curiæ Foreſtorū. ubi loquitur in Poteſtate Ciuitatis Lucanæ, ibique tenet, quod dictus Poteſtas tenetur exequi ſententias Venetijs latas ſecundum mores Venetos, & nō ſecundum ſolemnitates iuris communis,ex ea ratione, quia, dicit ipſe, notorie conſtat Ciuitatem
38 † Venetiarum non regi legibus Imperialib. ſed proprijs ſuis legibus, & potius naturali * iuſtitia,cuius communem ſentētiam, reiecta

ſomniata

ſomniata Alberici opinione,tenet, & ſequitur Mant.ſuper.l.fina.C.de pact.nu. mihi 49. per d.l.hoſtes.ff.de captiu.& poſtlim.reuerſ. & melius probatur in d.l.deprecatio, vbi Imperator met vocat ſe Dominum mundi, legem autem maris, id eſt ſe non habere dominium ſuper Ciuitates in mari exiſtentes, & hanc ſentētiam tenet etiam,& firmat Bal. in Rubr.ff.de rer.diuiſ.col.4.motus hac ratione,Quia Ciuitas Venetiarum non eſt fundata in ſolo,ſed eſt ędificata in mari. at de iure gentium & ciuili ſtatutum eſt,quod † Ciuita
39 tes ædificatæ in mari communiſſimo omnibus animantib.ſunt eorum, qui eas ędificāt, l.in tantū.in prin.ff.de rer.diuiſ. & ſic rectius ſenſit quam in d.c.ſicut, in quo tamen nihil de ſuo dicit,ſed refert Bar.ita tenere, qui etiā Bar.dicit,quod Veneti dicunt,& ſic non facit propoſitionem,ſed relata refert, vnde ei
40 non creditur,† niſi conſtet de relato.ad not. in auth.ſi quis in aliquo.C.de eden.Cum ergo Ciuitas Venetiarum ſit fundata in mari, & non in ſolo iuriſdictionali alicuius, merito de iure eſt libera,& non recognoſcit ſuperiorem,nec Imperatorem.& cum Bal. tenet Cæpol.in tract.de ſeruit.ruſt.præd.tit.de mari.ad fin. & late Iaſ. in d. l. cunctos populos. nu.11.& 12.& idem tenuit Iacob. Aluar. in c.1.in prin.in pen.col.quis dicat.Dux.Com. vel Marc.in vſibus feud. & alibi Iaſ. in l. 1.§. nunc uideamus.in 2.not.ff.de noui ope. nūt. & in l.ex hoc iure.in 4.col.ff. de iuſt. & iure. & conſ.76.incip.ſuper vtraque,col.1.& 2.li. 3.& Reſtaur.Caſtal. Peruſ. in tract. de Imperat.q.54.nu. 9. qui multis rationib. affirmat, Sereniſſimam Venetorum Rempublicā nec de iure,nec de facto Imperatori ſubeſſe, ob
41 idque non licere † ipſi Imperatori in illorū locis,& Ciuitatibus iuriſdictionem,etiam voluntariam, exercere, quod in facti ſpecie cōſultus reſpondit Ruy.conſ.66.vol.3. num.1. per clem.1.§.porrò,de iureiuran.in uer.iuriſdictionem quācunque &c.quę verba important iuriſdictionem tam uoluntariam,quam contentioſam,ex not.in clem.1.de foro cō-
42 pet.in uer.omnimodam. non † enim poteſt Imperator ponere falcem in meſſem alienā,
* clem.paſtoralis.de re iudic. & eſt communis opinio vt dicit Ruy.ibi.& loquitur in actu legitimandi, qui eſt iuriſdictionis voluntariæ,
* vt dicunt Doct.communiter in c.per uenerabilem.qui filij ſint legit.vbi Butr. colum.4.& Abb.col.3.& ponit Signor.conſ.221.incip. factum ſic ſe habet.colu.5.& Cuman.conſi. 168.incip.Reuerendus pater,per tex. in Authen.quib.mod.natur.effic.ſui.§.generaliter.
43 qui actus † non poteſt exerceri in aliena iuriſdictione,de iuriſd.omn.iud.l.fina. de conſtit.c.2.lib.6.ſequitur Pariſ.conſ.2.uol. 2.nu. 14.15.cū plur.ſequen.vbi poſt multos quos in hanc ſententiam citat, poſt Paul. de Caſt. & Alex. concludit,nu. 20. quod in locis, &
44 territorio in quo Imperator † nō recognoſcit,ſiue de iure, ſiue de iure,ſiue de facto, nō pōt exercere iuriſdictionem, ēt volūtariam, in non ſubditos. Cum ergo in Sereniſſimo Venetorum Dominio non recognoſcatur Imperator,nec de iure, nec de facto quo ad ſubiectionem,ut dicit etiam Ant.Gabr. concluſ.ſuar.li.5.tit.de acquir.rer.domin. concl. 3.num.11.& 12.ſequitur tale ſtatutum non poſſe ſuppleri per leges Imperiales, quia eſſet dare iuriſdictionem Imperatori in alienis Terris,quod non eſt admittendum,ut ſupra. qua ratione eſt factum,vt Fulg.conſ.62.inci. ſtante ſtatuto.col.2.& Cum.conſi.72. incip.
45 viſis pactis.in fine,† Ciuitatem Venetiarum communem hodie dixerint patriam, & Ful. ubi ſup.eam nouiorem Romā uocat, dicēs, nouiorem Romam intelligo Rempublicam Venetorum, qui in ſuæ ditioni ſuppoſitos nouioris Romæ prærogatiua lætantur. Ciui
46 tates † enim non recognoſcentes ſuperiorē parificantur Ciuitati Romanæ, Alex. in l.1. ad l.Iul.maieſt.per not.per Bar.in l.2.eod.tit. & eam etiam communem patriam eſſe dixit Gomes Hiſp.in §.fuerat.nu.5.Inſt.de action. quod etiam firmat Menoch. in ſecundo reſpon.cau.finar.nu.63.&cōſ.75.nu.98.uol.1. Cum ergo ſit ipſa talis,igitur omnes Ciuitates illi ſubditæ ſecundum leges, & conſuetudines ipſius regi debent, nam acceſſorium
47 † ſequitur principale. c. acceſſorium. de reg. iur.in 6.cum ſim. & ratione ſubiectionis ita concludendum eſt,iuxta not. per Deci.in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ.nu.18.de conſtit. nō enim,ut & ſupra deductum eſt, rationi conſonum eſt ut una Ciuitas, uni Principi ſubiecta, ſecundum leges alterius Principis regeretur,& viueret.pro quo facit not. conſ.Maria.Soci.iun.100.incip.pro habenda, uol. 2, col.4.nu.10.uer.nam Imperialis Comeſ.vbi
48 per multa concludit, † Imperatori nullum ius competere,nec de iure, nec de facto in

Terris

Terris ſubditis Dominio Venetorum, & loquitur in caſu qui occurrit in Ciuitate Paduæ, ut ibi per eum, qui teſtatur hanc eſſe cõmunem opinionem, quod etiam late proſequitur Rolan.d.conſ.88.num.28.uol.1. vbi multa ad caſum noſtrum facientia obſeruari poſſunt.

Prædictis igitur poſitis ꝓ ſolutione obiectorum, multis alijs omiſſis quæ a Docto. paſſim in hanc ſententiam cumulantur, maxime in illa quæſt.an & quomodo intelligatur quod Imperator ſit mũdi Dominus, quã tantummodo tetigi quatenus facit ad propoſitum noſtrum, remanet firma concluſio,
49 Quod Ciuitas † ſubdita in caſibus a ſuis ſtatutis non prouiſis debet recurrere ad ius Ciuitatis dominantis, pro deciſione, non autẽ ad ius Imperiale, præſuppoſito etiam ſtatuto de quo in themate. Et ſic ſtatutum illud Vincentinum debet intelligi de iure communi Venetorum, non autem de iure communi Imperatorum: Concurrentibus maxime in cauſa agitata multis fauorabilibus circunſtantijs ex parte petentis recurſum ad ius cõmune Venetorum, quæ hic aliter non recenſentur, & ex proceſſu in facto reſultant. & ita iudicatum fuit in Excellentiſſimo Conſilio de Quadraginta pro excellenti Phiſico Domino Cornelio Blanco, ſub die 26. Nouembris, M. D. LXIX.

QVAESTIO XXII.

Minor an ratione iuramenti excludatur a beneficio reſtitutionis in integrum. Quid etiam ſit in muliere tam pro ſe contrahente, quam pro alijs interueniẽte. Certioratio an in vtroque requiratur de beneficijs ſibi competentibus, & quomodo excludantur.

SVMMARIVM.

1 *Ordo eſt figura ſubſtantiæ cuiuſcunque rei, & nihil conſtat ſine ordinis compoſitione: ex illo enim breuis inſurgit rerum omnium diuiſio, quæ ſolet rem clarã & apertam reddere.*

2 *Certioratio de beneficijs minori, & mulieri competentibus in contractibus cum ipſis celebratis expreſſe interuenire debet, alias contractus non valet.*

3 *Minores præſumuntur ignorare beneficia ſibi a iure competentia.*

4 *Certiorandus de iure ſi non eſt certioratus in contractu non præſumitur cogitaſſe de beneficijs ſibi competentibus, & ſic ipſis renuntiaſſe.*

5 *Renuntiatio generalis quando ſufficiat uel non.*

6 *Ignorantia probabilis præſumitur in muliere, quando tractatur de remiſſione uel abdicatione iuris ipſi competentis ſeu competituri, niſi fuerit certificata.*

7 *Minor & mulier æquiparantur in ignorantiæ præſumptione.*

8 *Certioratio in muliere contrahente eſt neceſſaria, ne beneficia illi per legem indulta per ſimplicem renuntiationem eluſoria redderentur.*

9 *Certioratio beneficij reſtitutionis in integrum quod non ſit neceſſaria, adhoc ut minor iurans excludatur a beneficio reſtitutionis in integrum.*

10 *Iuramentum repræſentat minorem eſſe maiorem. & 13*

11 *Iurans non requiritur quod ſciat, ſed ſufficit quod iuret ſuper facto, & datur ratio.*

12 *Iuramentum quem effectum operetur.*

14 *Ius ciuile non attenditur vbi agitur de contractu iurato, ſed ius canonicum, propter peccatum periurij uitandum.*

15 *Contractus factus per minorem cum iuramento ſine curatore ualet de iure canonico, etiam quod ſtatutum prohiberet fieri contractus per minorem ſine curatore.*

16 *Iuramentum firmat contractum aliàs de iure communi inualidum.*

17 *Minor propter defectum ætatis præſumitur ignorare beneficium reſtitutionis ſibi competere.*

18 *Actus non obligat eum qui renuntiat iuri, quod dubitat ſibi competere.*

19 *Iuramentum non porrigitur ad id quod quis ignorat.*

20 *Minor licet propter iuramentum reputetur maior, non per hoc ſibi aufertur beneficium reſtitutionis in integrum.*

21 *Reus ſi deferat iuramentum actori, an ſibi debeatur talis res, non per hoc intelligitur renuntiare exceptioni quam ignorabat ſibi competere tempore renuntiationis.*

22 *Obſeruantia communis eſt attendenda.*

23 *Opinio magis communis in iudicando ſeruanda eſt.*

24 *Iuramentum ubi interuenit, præſumitur quis accedere deliberatus.*

25 *Iuramentum quo modo iuranti præiudicet.*

26 *Certioratio tanquam ſolennitas extrinſeca non præſumitur.*

27 *Sacramentum ſupplet defectum ignorantiæ minoris.*

28 *Minor ſemper ex iuramento obligatur, ſiue interueniat authoritas curatoris, ſiue non.*

29 *Iuramentum addit forum foro.*

30 *Iuramentum operatur ut actus ſuper quo interponitur valeat omni meliori modo.*

31 *Statutum non poteſt infringere uires iuramenti, quia eſt res ſpiritualis, nec laicali prouiſioni ſubiacet.*

32 *Statutum concernens periculum animæ inſertum inter cætera ſtatuta confirmata a Papa, non cenſetur approbatum, niſi ſpecialiter & expreſſe confirmetur.*

33 *Statuta confirmata a Papa, dicuntur Papalia.*

34 *Statutum præſumens dolum poteſt tollere uires iuramenti, ſi non directè, ſaltem per indirectum.*

35 *Iuramentum quando non liget minorem.*

36 *Iuramentum quo caſu ſuppleat ætatem, ſed non tollat remedium maioribus competens.*

37 *Iuramentum quando non praiudicet minori aſſerenti ſe maiorem.*
38 *Certioratio Velleiani quod non requiratur in muliere pro alio intercedente.*
39 *Iurans cenſetur cogitaſſe, ſi non in ſpecie, ſaltem in genere, ſe nullo beneficio, ſi quod ſibi competeret, vti poſſe.*
40 *Statutum prohibens mulieres contrahere, non comprahendit mulieres contrahentes nomine alterius, quia tūc ceſſat ratio ſtatuti.*
41 *Mulier intercedens pro alio quando non iuuetur Velleiano.*
42 *Iuramentum eſt de iure diuino, & innititur iuri naturali.*
43 *Iuramentum habet uim certiorationis.*
44 *Iuramentum facit ut diſpoſitio extendatur ad caſum non cogitatum.*
45 *Certioratio beneficij l.2.C.de reſcinden. uend. an competat minori, mulieri, & ruſtico.*
46 *Mulier contrahens matrimonium in proprio domicilio non debet certiorari de ſtatutis domicilij mariti.*
47 *Mulier iurans non uenire contra contractum videtur renuntiaſſe beneficijs ſibi competentibus, quamuis illa ignorauerit, & certiorata non fuerit.*
48 *Extenſio etiam ad incogitata de facto quando fiat.*
49 *Clauſula, omni iuris & legum auxilio, non purgat errorē & ignorantiam facti, niſi ſit ſpecialis.*
50 *Iuramentum ad hoc ut obliget debet eſſe præſtitum ex certa ſcientia, non per errorem.*
51 *Iuramentum dolo præſtitum non obligat de iure Canonico. & aſſignatur ratio.*
52 *Iuramenta omnia ſunt inualida propter errorem.*
53 *Dotatio facta per fratrē ſorori, qui ignorabat ipſam prius dotatam fuiſſe a patre, licet iurata, tanquam erronea, prætextu erroris reuocanda uenit. & aſſignatur ratio.*
54 *Aſſertio minoris facta cum iuramento per errorem poteſt reuocari. & datur ratio.*
55 *Iuramentum mulieris de non contraueniendo debet relaxari, vbicunque re ipſa apparet læſio, & iniquitas.*
56 *Abſolutio a iuramento debet de iure, & æquitate concedi, ne iuramentum ſit iniquitatis vinculum.*
57 *Abſolutio a iuramento debet peti priuſquam iurans contrauenerit iuramento.*
58 *Abſolutio a iuramento peti non poteſt, ſi fuit ſponte præſtitum, & ſine fraude recipientis.*
59 *Citatio an ſit præmittenda ad petendam abſolutionem a iuramento.*
60 *Abſolutio a iuramento, quem effectum operetur.*
61 *Citatio in abſolutione a iuramento quando requiratur, diſtinguitur.*
62 *Certioratio an probetur per aſſertionem inſtrumentalem.*
63 *Verba enuntiatiua non probant.*
64 *Sanitas mentis in teſtatore non probatur, ex eo quod notarius in teſtamento dicat, Sanus mente, &c. & aſſignatur ratio.*
65 *Notario non adhibetur fides in his in quibus verſatur eius laus uel opprobrium.*
66 *Mulier de conſuetudine habetur pro certiorata ex eo ſolo quod notarius in inſtrumento ponit certiorationem.*
67 *Stylus, & vſus in omnibus attenditur.*
68 *Notarius cenſetur rogatus apponere in inſtrumentis clauſulas ſolitas, & conſuetas.*
69 *Notarius non præſumitur apponere ex ſuo capite clauſulas in inſtrumentis.*
70 *Notarius ante rogitum tenetur inſtrumentum partibus legere, & interrogare an intelligant, quod ſcriptum eſt, & an uelint quod de contentis conficiat inſtrumentum.*
71 *Notariorum ignorantia ſæpe mundum deſtruit, & conſcientias contrahentium in periculo ponit.*
72 *Notarius an poſſit interrogari, quid ſit Velleianum.*
73 *Ars omnis exercitatione recipit incrementum.*
74 *Practica Regni Neapolitani circa renuntiationes mulierum.*

QVAERO vigeſimo ſecundo, An minor vel mulier occaſione iuramenti excludantur a beneficijs a iure ipſis conceſſis? & vt ordinate procedamus in hac vtili, & pra-
1 cticabili quæſtione, cū † ordo ſit figura ſubſtantiæ cuiuſcunque rei, & nihil conſtet ſine ordinis compoſitione, vt ſcribit Bal. in conſilio ſciſm. poſito ſub rubr. ſi quis aliq. teſta. prohib. in 2. col. reaſſumptus a Iaſ. in præfat. ad titu. C. de iure emphyt. & relatus a Catel. Cot. in ſuis memor. in lit. O, in ver. ordo. in prin. ex illo enim breuis inſurgit rerum omnium diuiſio, quę ſolet rem claram, & apertā reddere. c. ſuper literis. de reſcri. gl. in procę. Inſti. §. eadem. Crauet. in proęm. tract. de antiq. temp. relatus a Meno. cum Neguſ. & Neuiz. in proęm. tract. de arbitr. iudi. in fine. igitur tria in hac quæſtione ordinate venient proponenda, & declaranda.

Primum, an certioratio de beneficijs minori, & mulieri competentibus in contractibus cum ipſis celebratis interuenire debeat, ita vt contractus aliàs non valeat.

Secundum, an certioratio reſtitutionis in integrum ſit neceſſaria, ad hoc vt minor iurans excludatur ab ipſius beneficio.

Tertium, an certioratio Velleiani in muliere pro alio intercedente cum iuramento requiratur.

2 Quo ad primum dicas, certiorationē † de beneficijs minori, & mulieri competentib. in contractibus cum ipſis celebratis expreſſe interuenire debere, aliàs contractus non ualer. ratio eſt, nam in minore præſumitur ignorantia. l. ſi quis patrem. verſ. proinde. ff. ad Macedon. ex qua ignorantia præſumpta iura præſumunt ipſum de facili circumſcribi poſſe. l. 1. ff. de minor. & idem iura conſiderant in muliere, quod præſumatur facile decipi poſſe, vt in §. his conſequens. in Authē.

de

de æqual.dot. & alibi habetur, quod minor, & mulier præſumuntur ignorare ſuum, ſeu iura eis competentia. il. 2. in fi. ff. de iure fiſci. iunc. glo. in ver. poſſit. vbi tex. enumerás perſonas quibus non obeſt error, in fine ponit mulierem, dum dicit, vel propter ſexum fœmineum. & licet nullam de minore mentionem faciat, tamen gl. in d. uer. poſſit, ſupplet, dicens, vel etiam per ætatem. & allegat concor. vt ibi per eam. pro quo facit lex. 1. ad fi. ff. de eden. dum dicit, eis qui ob ætatem vel ob ſexum lapſi non ediderunt, uel ex alia iuſta cauſa ſubuenitur. iunc. gl. in uer. eis. & in ver. ſexum. & l. cum de indebito. §. ſi autem is. ff. de probat. nor. glo. in §. 1. in uer. ſciens. in Auth. de inceſ. nupt. vbi hoc etiã no. Ang.

Ex hoc igitur minor, & mulier contrahẽtes, & renuntiantes omnibus beneficijs eis competentibus debent expreſſe certiorari, quæ ſint illa beneficia, puta, quid ſit Velleianum, quid ſit beneficium reſtitutionis in integrum, cõdictionis indebiti, uel ſine cauſa,
3 & ſic de ſimilibus.† Alioquin, cum ipſi præſumantur ignorare, quę ſint illa iura, non valet renuntiatio niſi certiorentur, vt per Alexan. conſ. 126. incip. Viſo proceſſu. col. ult. uol. 7. ſub num. 6. verſ. ſed ita eſt, quod minor, &c.
* & eſt communis Doct. opinio in l. ſciendũ. ff. de verb. obligat. quam maxime ibi ſequuntur Rom. Alex. & Iaſ. poſt glo. in l. fi. §. fi. ff. ad Velleian. in ver. non vſuram. Nam, quia tex. ibi dixerat, quod mulier intercedens pro alio cauere debebit exceptione ſe non vſurã, dicit glo. & hoc accipe ſi eſt certiorata de beneficio ſibi competenti, alias non, & allegat l. cum Aquiliana. ff. de tranſact. vbi dicit Iuriſconſ. conſenſum contrahentium non extendi ad ea, de quibus non eſt cogitatum. ex quo tex. vult inferre glo. certiorationem eſſe
4 neceſſariam: quia † ſi certiorãdus de iure nõ eſt certioratus in contractu, non præſumitur cogitaſſe de beneficijs ſibi competentib. & ſic ipſis nõ renuntiaſſe, quod etiam firmat lex fi. C. eod. titu. ad Velleian. Et hoc tenent, Dyn. Bart. Rom. Alex. & Iaſ. in l. in repudianda. per illum tex. ff. de acq. hæred. dum dicit, in repudianda hereditate, ſupple tu, & in adeũda, prout ſupplet ibi glo. 1. uel legato, certus eſſe debet de ſuo iure is qui repudiat, quia lex conſiderauit præiudicium adeuntis, vel repudiantis, ideo requirit certiorationem.

Hanc eandem opinionem tenent, Cyn. Bal. & Saly. in l. 2. C. de reſcin. uendit. & Bal. in l. 1. in Lect. ant. qua. ff. ſi quis in ius voca. non ier. & poſt eum Bartho. Socin. bi, in fi. dum (reſtringendo communem opinionẽ
5 Doct. de qua ibi, quod † ſcilicet ſufficiat generalis renuntiatio) dicit, prædicta tamẽ procedunt, præterquam in his, quæ habent priuilegium ratione ætatis, ſexus, uel imbecillitatis, quia tunc requiritur ſingularis renũtiatio præcedente certioratione beneficij, per d. l. fi. in fi. ff. ad Velleian. & hoc alibi firmat idem Bal. in c. cum in iure. de offi. deleg. col. vlt. ſub nu. 17. uerſ. Et vnũ ſcias. vbi poſtquã poſuit, quid in iſtis certiorationib. ſeruetur de conſuetudine notariorum, ſubdit: Et vnũ ſcias, quod in mulieribus, & minorib. requiritur certificatio, aliàs præſumuntur ſpecialia iura ignorare. & hoc firmat per gl. ſolemnem in d. l. ſciendum. in qua ſententia fuit &̃ Abb. in c. ſi diligenti. de foro competen. col. 4. ſub nu. 9. vbi poſita quæſtione, an mulier poſſit renuntiare Velleiano, poſt med. num. declarando dicit. hoc intellige quando mulier fuit certiorata de priuilegio ſibi competenti, aliàs renuntiatio non valet, quia nõ intelligitur renuntiare ei, quod ignorat, allegat d. l. ult. ad Velleian. glo. & Bar. in d. l. ſciendũ, l. tres fratres. ff. de pact. l. ſi ſoror. C. de collat. c. placuit. 38. diſt. & c. gratia. de reſcr. in 6. & iſta eſt cõmunis opinio nedum Legiſt. in d. l. ſciendum. & in alijs locis præcitatis, ſed etiã Canoniſt. in d. cap. ſi diligenti. vt ibi reſtatur Fely. col. mihi. 3. num. mihi 17. uerſ. nunquã tamen. Vbi dicit omnes ibi tenere non ualere renuntiationem mulieris niſi fuiſſet certificata de natura beneficij Velleiani, per glo. in uer. interrogetur. in §. igitur. in Authen. de ſanctiſ. epiſc. & per d. gl. in uer. non vſuram.

Hanc eandem ſententiam probauit Dec. poſt Bal. in l. pen. col. 6. uerſ. poſtremo nota, C. de pac. quam etiam conſulendo tenuerit, Pau. de Caſt. conſ. 411. incip. Viſo facto & dubijs, in primo uolu. nouiſ. Signorol. ante eum conſi. 250. incip. ſuper dubijs, ſeu quæſtionibus. col. 5. nu. 13. verſ. preterea cum tra-
6 ctatur. ubi dicit, quod † quando tractatur de remiſſione vel abdicatione iuris competentis ſeu competituri mulieri, præſumitur probabilis ignorantia, niſi illius iuris fuerit certificata, idem etiam conſuluit Fulgoſ. cõſ. 237. incip. Finus Guidonis. col. 2. in fine. uer. ſupereſt tertia deliberatio. & Alex. conſ. 89. inci.

viſo puncto & inſtrumentis.col.4. verſi.nec
huic reſponſioni obſtat iuramentum.& ver.
Et licet in inſtrumento dicatur.in fine.uol.2.
& alibi idem Alex.conſi.27.incip.viſo libel-
lo.col.2.ſub num.8.in prin.uer.licet aliàs vbi
non interuenit iuramentum requiratur cer-
tioratio.vol.1.Signor.in d.conſi.250.exten-
dit iſtam concluſionem procedere etiam ſi
iuramẽtum interuenerit, cui ſubſcribit Fulg.
in præcit.conſi.Bologn.conſi.45.col.2.vbi
concludit requiri certiorationem beneficio-
rum,& iurium competentium, etiam ſi iura-
mentum interuenerit, alioquin renuntianti-
bus non oberit renuntiatio, & dictum Sign.
ſequitur etiam Hippol.in repetit.rubr. de fi-
deiuſ.num.38.In hoc tamen ſubſiſte,quia in
contrarium eſt communis opinio, vt infra
latius dicam in ſequentib. propoſitionibus,
ſeu membris queſtionis, & hoc ex vi iuramẽ
ti,quod facit actum ualere eo modo quo po
teſt.l.cum pater.§.filius matrem.de leg.2.
7 Non omitto tamen,quod † licet in igno-
rantiæ præſumptione minor,& mulier æqui
parentur, ita quòd in utroque cadat conſide
ratio certiorationis,ut ſupra dixi,num.2.ta-
men ignorantia tanquã conſiderabilior, ma
gis toleratur in minore, quam in muliere.l.
regula.poſt prin.ff. de iuris & facti ignoran.
quam ad hoc not.Iaſ.in d.l.ſciendum. col.
11.uerſ.Secundo pro iſta parte.ff. de uerbo.
oblig.pro quo eſt clarus tex.in l.quamuis in
lucro.C.de iur.& fac.ignor.vbi tex.clarus.&
alibi tex.in l.ult.in prin. ubi expreſſe Salyc.ff.
ad Velleian.dum ibi dicit tex.nec enim loco
minoris vigintiquinque annis circumſcri-
pti per omnia habenda eſt mulier, & tex.in
l.ſi apud minorem.ff.de minor.& facit quod
not.Bal.in c.cum contin gat.uer.Quæro quã
do mulier.de iureiuran. pro quo vide bonã,
& amplam gloſſam in c.turbatur nauicula.1.
q.4.ſuper uer.omnis ignorantia, quæ multi-
pliciter diſtinguit ſuper ignorantia iuris &
facti,& concludit, quod non ſic ſubuenitur
in omnibus mulieri,ſicut minori,vt per eam
8 ibi.Reſtat igitur,quo ad primum, † certiora-
tionem neceſſariam eſſe,ne beneficia illis a le
ge indulta per ſimplicem renuntiationẽ elu-
ſoria redderentur, ut dicunt gloſ. apoſt.ad
Bar.& cæteri in d.§.fi.l.fi. ad Velleian.& no-
uiſſime Burſ.conſi.115.num.20.lib.1. vt &
ante eum in muliere pro alio fideiubente,
poſt Bar.dicit Couar. ad c.quamuis.de pact.
in 6.§.3.2.par.relec.num.5.in prin. Si autem
præcedat certioratio beneficiorum ſibi com
petentium,tenet renuntiatio, ſiue fiat in iudi
cio,ut in §.pen.d.l.fi.ad Velleia.ſiue extra iu-
dicium,de conſuetudine,ut dicunt Doct.in l.
fi.C.ad Velleian.quidquid in contrarium ſit
de iure,ut poſt Imo.in c.ex reſcripto.de iure-
iuran.dicit Couarr.ubi ſuprà,uerſ.Immo ſe-
cundum conſuetudinem,& hæc quo ad pri-
mum caput,in quo non eſt dubium, ex præ-
miſſis.
Quo uero ad ſecundum caput quæſtionis
maior eſt dubitatio.& Bar.in l.ſciendum, ff.
de verb.oblig.num. 8. & 9. uidetur determi-
9 nare,quod † certioratio beneficij reſtitutio-
nis in integrum non ſit neceſſaria,ad hoc vt
minor iurans excludatur a beneficio reſtitu-
tionis in integrum,quod & ibi tenet Ang.in
repetit.idem tenent,Bar.Ang.& Pau. de Ca-
ſtro in auth. ſacramenta puberum. C. ſi ad-
uer.uendit.alibi Bar.in l.2.C.de reſcin.uend.
Bar.Fulgoſ.& Caſtren. in l.ſi duo patroni.§.
idem Iulianus.ff.de iureiuran.Bal.in l.1.C.de
reb.credit.& in l.1.C.ſi aduerſ. uendit. Ang.
in l.qui iure militari.per illum tex.ff.de teſta.
mili.Cum.& Rom.in d.l.ſciendum.Archid.
& Io.And.per illum tex.in cap. quamuis.de
pact.in 6.
10 Ratio huius concluſionis eſt, quia † iura-
mentum minorem ipſum maiorem eſſe re-
præſentat,ut not.glo.in l.2. C.de reſcinden.
uendit. ſed in maiore non cadit certioratio,
vt ipſa glo. concludit,per d.auth.ſacramen-
ta puberum. ergo & cætera, & iſta eſt com-
* munis opinio,vt teſtatur Alex. in conſi.27.
incip.viſo libello.producto. col. 2.uerſi.pro
hoc facit.& pro ipſa Bart.in d.l.ſciẽdum.nũ.
9.refert ſe ita contra Dynum conſuluiſſe,
prout patet in eius conſi. 90. incip. Punctus
generaliter proponendus.col. 2. Bart. ad ita
11 tenendum motus fuit ex hoc,Quia † non re
quiritur,quod iurans ſciat, ſed ſufficit, quod
iuret ſuper facto. Ratio dicti eſt, quia iuran-
do ſuper facto excludit ab omni iure, quod
ex illo facto procedere poteſt. Ex quo ergo
minor iurat non contrauenire contractui,in
telligitur iurare non venire contra omne il-
lud quod poterit ex illo facto reſultare.& ſic
non eſt neceſſaria certioratio, quod probat
Bar.per dict.l.ſi duo patroni.§.Iulianus, & l.
duobus.§.ſi quis iurauerit. ff.de iureiura.quæ
iura licet non ita explicite probent intentio-
nem

nem Bar.faciunt tamen in hoc,quod iurans non tuetur aliqua exceptione, ſeu actione, ſed omnino excluditur.

Firmatur ulterius iſta concluſio per tex.in d.auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit.in illis uerbis,ſuper contractibus non retractandis.& in illis, inuiolabiliter obſerue tur. ubi iuramentum fuit interpoſitum ſuper facto negatiue retractando,ut dicit ibi Bart. quod ſi debet iuxta terminos illius tex. inuio labiliter obſeruari, ſequitur quod non competit reſtitutio, etiam ſi non præceſſit certioratio.& ita illum tex. ponderat Bart. in d.l.ſi duo patroni.§.Iulianus.& in d. authen.ſacra

12 menta. † cum enim interuenit iuramentum non habetur amplius in conſideratione perſona iurantis,ſed ipſum ſolum iuramentum, cui eam vim iura tribuunt,nulla habita ratione certiorationis minoris: pſuppoſita enim eius ignorātia,& imbecillitate, plus tribuunt obſeruationi iuramenti, quam fauori ætatis, per not.in d.c.quamuis.

Corroboratur etiam iſta ſentētia ex hoc, quod etiam ſupra tetigi, numero 10. quia

13 † iuramētum repræſentat minorem eſſe maiorem uigintiquinque annis,vt l.quiſquis.C. de reſcin.vendit. & l.1. ff. de action.emp.per quæ iura ita dixit glo.in d.l.2. C. de reſcind. vendit. in glo. magna. circa med. verſ. ſecus dico in minore.Accedat gl.iur. Canon.in c. cum cauſam.de empt.& vendit.in glo.ſuper uer.reſtituerent.circa med.verſ.Et hoc verū. Tum ſi c. Maior excluditur a beneficio reſtitutionis in integrum,minor ob iuramentum efficitur maior, ergo excluditur a beneficio reſtitutionis in integrū.ita, licet ſub alijs verbis,argumentatur Bald.in d.l.1.in fine. C.de reb.credi.ut ibi per eum. Cui adſtipulatur vr

14 gens ratio:Nam † clarum eſt, quod ubi agit de contractu iurato non attenditur ius ciuile,ſed ius canonicum,propter peccatum per iurij vitandum, caſus eſt in c.licet mulieres. de iureiuran.lib.6. ubi Papa corrigens factū iudicum ſecularium reſtituentium mulieres aduerſus iuramentum legitime præſtitum,dicit:Nos animarum periculis obuiare uolentes,eoſdem iudices ad ſeruādum hoc ius Canonicum per locorum ordinarios cenſura eccleſiaſtica decernimus compellendos. & gl. Ioan.And.ibi ſuper uer. ius Canonicum, allegat ſimilem tex.in c.cum quidam. de exception.& in ca. decernimus. de ſenten. excommun.in d.c.quamuis. de pact.in 6.& in c.2.de foro competen.eo.lib.& infert.& ſic Papa tollit legem etiam quo ad forum ſeculare.pro quo ſe remittit ad not.per ſe in c.2.

15 de reg.iur.in 6.Sed de iure canonico † contractus factus per minorem cum iuramento ſine curatore valet.c.cum contingat.de iureiuran. etiam quod ſtatutum prohiberet fieri contractum per maiorem ſine curatore, & eius forma non ſeruata contractus non valeret de iure ciuili, per l.non dubiū. C.de legi. ergo minor contra ipſum venire non poteſt prout not.Ioan.And. in addit. Specul.in tit. de ſenten.§.vt autem.in addi.incip. Ad hæc, poſt Iacobum de Beluiſ.in diſput.inci. Lege Peruſina.quem ipſe allegat. de quo per Fed. de Senis in conſi.112. Rom.conſ.12.Caſtr. conſ.59.incip.Viſis & conſideratis. Alex.in l.fi.ff.qui ſatiſd. cogant. cum multis concor. per eum ibi adductis.& in conſi.27.incip.viſo libello.col.3,uerſ.nono confirmatur.

16 Vlterius pro iſta ſententia facit,quia † iuramentum contractum firmat, qui aliàs de iure communi inualidus eſſet.c. cum contingat.ex.de iureiur.c.mulieres.eo.tit. in 6.Bar. in l.ſi quis pro eo.uerſ.tertio dixi.ff. de fideiuſ.Abb.in d.c.cum contingat.col.4.Alex.in conſi.29.incip.præclare.volu.3. Aret. conſ. 12.incip.Diligenter.col.fi. licet ergo contractus cum minore geſtus nullus ſit de iure nō præmiſſa certioratione,ut ſupra in primo capite quæſtionis dictum eſt, ſi adhibeatur iuramentum efficitur ualidus,licet non præceſſerit certioratio.

Contraria tamen ſententia ſuſtineri poſſe videtur,ſcilicet, certiorationem eſſe neceſſariā ad hoc vt minor excludatur a beneficio reſtitutionis in integrum,nō obſtante,quod iurauerit.& in hac ſententia fuit Dyn. in d.l. ſciendum. prout poſt omnes refert Iaſ. ibid. num.33 ff.de uerbo.obl.motus,quia clarum

17 eſt, quod † minor propter defectum ætatis præſumitur ignorare tale beneficium reſtitutionis ſibi competere, vt dicit glo.vni.in d.l. ſciendum.in uer.item hæc lex.Sed iuri quod ignorat ſibi competere,quis non intelligitur renuntiare.l.mater decedens.ff.de inoff.teſt. glo.ordin.in §.igitur ordinandus.in uer.interroget.in Auth.quom. oport.epiſc. collat.1. ergo neceſſaria eſt certioratio, aliàs minor non excluditur, nec ei nocet renuntiatio.& hoc clare colligitur ex glo. in d.l. ſciendum.

quæ

quæ declarando terminos illius legis, dicit, item hæc lex locum habet in his, qui iure cõmuni poſſunt efficaciter obligari. ſecus ergo in muliere, & minore: non enim præſumo vel minorem iuraſſe, vel mulierẽ Velleiano renuntiaſſe, uel illud ſciuiſſe per quod Velleianum ceſſet: & addit rationem, dicẽs, quia ſic aliud extrinſecus intelligeretur, quod eſſe nõ debet, ut l. quæcunque. ff. de publici. in fi. Validatur iſta ratio a fortiori militare, nedum quando clare liquet minori competere tale beneficium, ſed etiam quando eſt dubium,
18 nam † actus non obligat eum qui renuntiat iuri, quod dubitat ſibi competere; tali enim iuri non intelligitur nec præſumitur quis renuntiare. ita not. Bar. in l. fi. §. 1. per illum tex. C. de furt. quem ad hoc multum notat, & cõmendat, & dicit ſe alibi neſcire alium, quem ſequitur, idem notando, Bal. in l. leges ſacratiſſimæ. C. de legi. facit pro hoc, in argumentum, tex. in l. 2. in §. fieri autem poteſt. ff. quis or. in bon. poſſeſ. ſeruet. in illis uerbis, poſtea quaſi certiore nuntio allato dubitare cœperit, & cætera.

19 Vlterius pro hac ſententia facit: Nam † iuramentum non porrigitur ad id quod quis ignorat, l. ſi. C. de non num. pecun. c. veniens. c. quemadmodum. de iureiuran. glo. in c. ad noſtram. il 2. eo. tit. Bart. in l. ſi quis pro eo. in octauo membro. ff. de fideiuſ. ſed (vt ſupra dictum eſt) minor præſumitur ignorare beneficium ſibi a iure cõceſſum. l. regula. in prin. ff. de iur. & fac. ignoran. ergo iuramentum a minore præſtitum in contractu non porrigitur ad id de quo non fuit certioratus.

Item pro hac opinione Dyni facit, quia
20 † licet minor propter iuramentum repręſentetur maior, ut ſupra dixi, numero decimo. Tamen per hoc non ſequitur, quod ſibi auferatur beneficium reſtitutionis in integrum per gloſ. ſingul. in lege uni. C. ſi de moment. poſſeſ. fuer. appel. & ibi Bald. in fine. ubi licet minor in iudicio poſſeſſorio repræſentetur maior, tamen non perdit beneficium reſtitutionis in integrum. & ita argumentatur Alexand. in dicta lege, ſciendum, & eum ibi refert Iaſon numero tertio, uerſiculo, Alexan. hic dicit.

Præterea uidetur fundari iſta ſententia ex argumen. Aret. in dicta l. ſciendum. ſub numero nono, per tex. in l. eum qui. §. ſi iurauero, ff. de iureiuran. ubi ſi reus † deferat iura-
21 mentum actori, an ſibi debeatur talis res, non per hoc intelligitur renuntiare exceptioni quam ignorabat ſibi competere tempore renuntiationis, & Bar. etiam notat illum tex. ad hoc, prout dicit Are. ubi ſuprà, ſub numero decimo, uerſi. pro iſta concluſione. Ergo dicendum eſt in caſu hoc iuramentum non obeſſe minori quin ſibi competat reſtitutio, quando non fuit certioratus de his de quib. erat certiorandus. Et ex conſequenti certioratio eſt neceſſaria, cum opinione Dyni, qui ita conſuluit in conſi. 3. incip. Quæſtio talis eſt, quidam Goffredus minor uigintiquinq; annis. quod conſi. formaliter refert, & ſequitur Alberi. in dicta auth. ſacramenta puberũ. C. ſi aduerſ. uendit. iſtam opinionem Dyni ſequitur Cyn. in d. l. 2. in 2. & 6. quæſtion. C. de reſcin. uendit. & eam etiam tenuerunt, Ioan. And. Anton. de Butr. & Card. Floren. in cap. penul. de empti. & uendit. ubi Anto. de But. dicit, quod iſta eſt communis opinio. Eandẽ ſequitur ſimpliciter Bald. in d. l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiuran. Ioan. de Imo. in cap. cum contingat. car. 33. in tertio membro. de iureiura. & in dicta l. ſciendum. columna 3. ff. de uer. obligat. & hanc opinionem de æquitate ueram dicit Roman. in d. §. idem Iulianus. in fine. Ioan. And. ad Specul. tit. de obligat. & ſolut. §. 1. in additio. incip. Vbertus. & Aret. in d. §. idem Iulianus. in 3. not. alias in 1. dicit iſtã communem opinionem, pro qua multa cumulat Tiraquel. in l. ſi vnquam. num. 146. C. de reuocan. donat. & pro hac indicatum fuiſſe Tholoſę, dicit Aufr. in Capel. Tholoſ. 49. ut refert Gabriel. concl. ſuar. libro ſecundo, titu. de iureiuran. concl. tertia, ubi conſulentes, & alios hanc ſententiam tenentes refert. & nouiſſime Pinel. ad dictã l. 2. C. de reſcind. uendit. par. 3. capit. 1. num. 9. & 10. ubi multa congeſſit, & perpendit in hac materia, ut ibi per eum.

Præmiſſis tamen non obſtantibus, quidquid dicant Dyn. Anton. de Butr. & ſequaces, quæſtio in hoc capite uera, & communis eſt, quod ſcilicet certioratio non ſit neceſſaria quando in contractu interuenit iuramentum. & iſtam cum Barto. ſupra citato tenuerunt, Angel. in repetit. d. l. ſciendum. ibique Cum. & Roman. columna ſexta, uerſi. ſed ſuccedit, & eandem tenet Bartol. in dicta authe. ſacramenta puberum. ubi dicit, quod iſta opinio obſeruatur, colu. 2. in fine, verſic.

vtrum per tale iuramentum. vbi dicit' ſe ita conſuluiſſe,ut patet in eius conſ. 90.col.1.& cum Bart.in d.authen.ſacramenta puberum. ita ſentiunt,Angel.in 2.colum.uerſi.Aduerte etiam.Fulg. & Paul. de Caſt. in fine. Bart. in d.l.2.C.de reſcinden.uendit.colu.2. uerſi. Quæro ſi minor iurauit.& ibi Ange.col.2.in fine.ubi dicit quod ita ſeruat conſuetudo.Caſtren.ibi.colum.2. in fi. uerſic. ſeptima concluſio.Saly.colum.5.uerſi.ſed ultra illa.Bart. & alij in d.l.ſi duo patroni. §. idem Iulianus. colu.1.uerſi.item per hanc legem.cum multis concor.traditis per Alexand. in d.l.ſciendum.& in d.§.idem Iulianus.colum.2.& 3.& ultra cum ita etiam tenet Abb.in d. cap.ſi diligenti.in ſexta col. poſt Anton. de But. ibi. de foro competen. & dicit Alexand. in d.l. ſciendum,col.7.verſ.quod tamen primo fallit, quod communis practica ſeruat opinionem Barto. quam ipſe dicit, quod obſeruaret in practica propter authoritatem iuramẽti. Iſtud idem ante eum, quod ſcilicet conſuetudo approbet opinionem Bart. atteſtatur etiam Ioan.de Imo.in d.l.ſciendum.& in cap.cum cauſam. de empt. & vendit. & in c. cum contingat.de iureiuran. ubi etiam,Bald. columna 3.uerſi.Quæro quando mulier. Et Collect.in cap.2.circa fin.de pact.dicit hanc ſententiam eſſe tutiorem,licet prima ſit æquior.& ſecundum hanc multoties cum Barto. ſenſit conſulendo Alexan. ut patet in conſi. 27.incip.Viſo libello producto. in pri.volu. vbi diſputat iſtum articulum, & columna 2. num.7.dicit, quod practica, & conſuetudo videtur approbaſſe iſtam opinionem, cum nunquam in inſtrumentis ſit conſuetum apponi iſtas certiorationes beneficij reſtitutio-
22 nis in integrum minoris.ergo † a communi obſeruantia diſcedendum non eſt.l. cum de conſuetudine.ff.de legi.l.fina.C. de iureiurã. cap.quam graui. de crimi. falſi. idem & alibi concludit ipſe Alexand.in conſi. 127. incip. viſo proceſſu cauſæ principalis.uol.2.in fine uerſi.ubi dicit, Quod vbi aliàs fuiſſet neceſſaria certioratio,tamen propter virtutem iuraménti ad quod præſumitur quis deliberatus accedere,non requiritur alia certioratio, & ſic ipſe concludendo dicit,ideo mulier, minor,& cætera, excluditur a beneficio reſtitutionis in integrum, & beneficio ſenatus conſulti Velleiani:&ita,dicit ipſe,videtur opinio de iure verior, quam dicit ſe ſolitum conſulendo,& legendo ſequi, & prolixius cõprobare, prout facit late in d.l. ſciendum. ſuper glo.& in d.conſi.27.& hanc opinionem eſſe tenendam in legendo,& conſulendo, dicit Iaſ.in d.l.ſciendum.ſub num.34. uerſi.Et ita teneas conſulendo, legendo, & iudican-
* do. & hanc velut magis communem tenendam dicit Gabriel.d.concl.3.in fine.latiſſime Tiraquel.ubi ſup. num. 130. & hanc ſententiam dicit indubitatam, ratione iuramenti, Pinel.ubi ſup.ſub nu.10. uerſ. Ego autem.

Nec obſtant ea, quæ in contrarium pro Dyno & eius opinione adducta ſunt. Quib. primo generaliter reſpondetur, quod de ipſis quærendum non eſt, cum pro concluſione propoſita habeamus communem,& ma-
23 gis communem opinionem, † quæ in iudicando ſeruanda eſt.l.1.in uer.crebrior.C.de offi.quæſto. ponderat Barto.in rubr.ff. de ſenator.not.Innoc. & Ioan. And. in capit. ne innitaris.de conſtitut.& Barto.in l.fina.C.de pœna iudic. qui male iudic. Deinde ſpecialius reſpondetur, quod iuramentum operatur,quod certioratio illa non eſt neceſſaria, tex.eſt in cap. ex reſcripto. de iureiuran. ubi mulier intercedens pro alio cum iuramento obligatur abſque alia certioratione de beneficio ſenatuſconſulti Velleiani, & hoc eſt ex ui,& effectu iuramenti, cum aliàs ubi non interuenit iuramentum, requiratur certioratio,ut not. glo. in dicta lege finali,§.penul.ff. ad Velleian.& in dicta l.ſciendum.ff.de uerb. obliga.ut infra latius dicam in tertio memb.
24 quæſtio.Vbi enim † interuenit iuramentum præſumitur quis accedere deliberatus, & ſit cum uideatur interuenire duplex conſenſus, propter iuramentum, ideo actus eſt efficacior,ut not.in dicto capit.cum contingat.de iureiur. ideo nimirum ſi non requiritur certioratio quando minor iurauit.ita dicit Anton.de Butr.in d.c.ſi diligenti.de foro competen.per ea quæ habentur in l.cum pater.§. filius matrem.ff.de lega. 2.& ita dicit tenere Archid.in c.2.de pen.in ſexto, & idem not. Paul.Caſtr.in d.l.fina.§.pen.ff.ad Velleian.ſequitur Alex.in dicto conſi.27.num. 8.col.2. uerſi.Et quia.& conſ.42.incip. ſuper. col. 4. eo.uol.1.cum concor.

Vel,& aliter reſpondetur ex mente Bart. & aliorum in dicta lege ſecũda, C.de reſcin. venditio.& in dicta lege,ſciendum.ff.de ver-
25 bor.oblig. Quod † adhoc ut quis ſibi præiudicet

dice per iuramentum, non requiritur quod ſciat particulariter & in ſpecie omne ius dependens à facto ſuper quo iurat, ſed ſatis eſt, quod iuret ſuper facto, quia uidetur iurare ſuper omni iure deſcendente ex illo facto.d. §.idem Iulianus.& d.l.duobus. §.ſi quis iurauerit.ff.de iureiur.Vnde iurando non venire contra contractum uidetur in genere cogitare de omni remedio,per quod uenire poteſt contra contractum. Vnde eſto quod ſpecialiter non habuerit ſcientiam de omni iure,quod ſibi competere poteſt ad reſcindendum contractum, & ſic de beneficio reſtitutionis in integrum,tamen ſatis eſt, quod in genere cogitauerit de omni remedio, quod ſibi competere poſſet.l.qui iure milit.ff.de re milit. & eo ipſo quod generaliter iurat non uenire contra, videtur in genere cogitaſſe, quod per aliquod remedium non intendit venire contra.d.l.duob.& hoc eſt ideo, quia iuramentum habet vim ſpecialis certioratio* nis, prout ſe habet communis opinio, teſte Alex.d.conſi. 27.& 42. Et per conſequens
26 non obſtat illud quod dicebatur,† quod certioratio tanquam ſolemnitas extrinſeca non præſumitur,quia propter dictum iuramentũ in genere præſtitum patet,quod de tali beneficio certiorationis ſeu reſtitutionis cogitauit in genere,& per conſequens alia certioratio neceſſaria non fuit.d.l.1.in fine. ff.de act. emp. Et iſta reſponſio ſatisfacit etiam omnibus alijs adductis pro contraria ſententia. Baldus in hac quæſt.ſuper d.l.2.C.de reſcin. uendit.diſtinguit, quod aut minor qui iurauit,contraxit cum authoritate curatoris, aut ſine.Primo caſu non poteſt peti reſtitutio,ſe-
27 cundum eum, quia † ſacramentum ſupplet defectum ignorantię minoris,vt l.ſi pupillus. ff.de acquir.hæred.& per Bart.plene in l. qui duos.in prin.ff.de reb.dubi.& ſic perinde eſt ac ſi minor ſciuiſſet beneficium reſtitutionis. Secundo caſu,dicit ipſe, peti poteſt. quæ diſtinctio non placet Rom.in d.l. ſciendum.ff. de verb. obligat. quia ſicut decretum iudicis interueniens in cõtractu minoris,poteſt ſupplere ſcientiam ipſius,ita etiam præſentia tutoris vel curatoris,vt l.ſi infanti.in fine. de iure deliberã.& l.bonorum. C. qui admit.arg. ſumpto a contractibus ad iudicia, ut per Euerar.in centu.leg.in loco a contr. ad iudi.hoc idem tenet Aret.in d.l.ſciendum. ſub num.9. ubi credit quod ſcientia curatoris in iſto caſu poſſet ſupplere defectum minoris in tollẽdo reſtitutionem in integrum, & mouetur, quia ſi reſtitutio non competit minori, niſi decepto & læſo,minor qui renunciat reſtitutioni cum iuramento, in effectu remittendo ius ſuum donat,in donatione autem non ſufficit neque authoritas tutoris uel curatoris, neque authoritas iudicis,ut l.ſi.in fi.C.ſi maior fact.& l.præſes.cum ibi no.C. de tranſac.
28 dicas,quod nedum †ſi interuenit authoritas curatoris,ſed etiam ſi non,ſemper iuramentum minoris ſuper contractu ualet, & ipſum obligat,ſecundum glo.in d.auth.ſacramenta * puberum. C. ſi aduerſ.vendit. & eſt communis opinio,quæ ubique ſeruatur de conſuetudine,ut teſtatur Iaſ.ibi.colum.7.poſt medi.& Corne.conſ.72.in prin. uolu. 3. Vnde idem Bal.in l.ſi.de reb. credi. ſequitur opinionem Bar.& in d.l.ſciendum.concludit, quod etiã ſi minor ſimpliciter iuret non uenire contra ratione minoris ætatis,vel alia cauſa,non poteſt petere reſtitutionem in integrum, licet non fuerit certioratus de ipſo beneficio reſtitutionis in integrum. quod & alibi firmat in d.authen.ſacramenta puberum. ubi ſimiliter loquitur in minore iurante ſimpliciter ſeruare contractum. & in d. §. idem Iulianus. ubi exemplificat in minore iurante non uenire contra aliqua ratione,uel cauſa.

* Pro quibus omnibus facit urgens ratio. Nam ſi eſſet vera ratio Dyni,quod minor nõ videtur renuntiare iuri quod ignorat, quia præſumitur ignorare beneficia ſibi conceſſa, ſequeretur quod etiam contractus nõ firmaretur iuramẽto ipſo iure factus a minore vel muliere ſuper re dotali, niſi eſſent certificati de beneficio legis dicentis, quod minor nõ poteſt alienare rem ſine decreto iudicis, vel quod mulier non poteſt cõſentire alienationi rei dotalis niſi eſſent certificati de his beneficijs,licet interuenerit iuramẽtum, quod videtur contra d.c.cum contingat. de iureiura.& contra d.auth. ſacramenta puberum, quibus iuribus fieret magna violatio,ſi ſubaudiretur,quod certioratio iſtorum beneficiorum debet interuenire,cum illa iura ſimpliciter loquantur quando mulier uel minor promiſerunt non contrauenire, & ſic opinio Bar.communis eſt,ut poſt Guid.Papæ deciſione 35.& Pariſ.conſi.16.numero 145.uolumine ſecundo,dicit Boui.de ſtatut.u.b. pręſcrip.glo.19.contra omnes credit. num. 37.

& in hanc ſententiam multa dicit Euerar. in cent.leg.in loco, a ui iuramenti. particulariter nu.2.& 3.& hanc eſſe communem Legiſ. & Canoniſt.teſtatur Abb. conſ. 39. ante numerū 2.lib.1.& conſ.108.illud. poſt num.8. uerſ.Præterea Hoſtien. lib.2. & hanc eſſe cōmunem affirmat Deci. in l. pupillū.ff.de reg. iur.uerſ.& per iſtum tex.& eam ueriorem dicit Alex.in l.qui iuraſſe.poſt prin.ff.de iureiuran.& dicit Quintil.Mandoſ.in tract. de ætamin.c.4.nu.44. Et præmiſſa uera quo ad beneficium reſtitutionis, ſecus autem in remedio legis.2.C. de reſcin. uendit. de quo non tracto,cum non ſit intentio quæſtionis, ſed vide Pinel.in d.l.2.par.3.c.1.num.9.vbi multa congerit, & noſtram cōmunem affirmat. tenenda eſt igitur,licet multi Doc.in præcit. locis dicant opinionem Dyni eſſe æquiorē, & eam ratione huius æquitas ſequantur. Et hoc, ut eſt dictum, ob religionem iuramenti,
29 † quę adeo efficax eſt, vt addat forum foro, &faciat quod laycus uirtute iuramenti ēt coram Iudice eccleſiaſtico poſſit conueniri, ꝓ-
* ut eſt communis opinio Legiſt. & Canoniſt. ſecundum Iaſ.in conſ.6. incip. circa primū. col.1.uerſ.circa ſecundum.uolu.1. non ideo mirum ſi minor ob ipſum excludatur a dicto beneficio reſtitutionis,ut dicunt Deci. conſ. 31.col.1.circa medi.uol.1.Bero.q.27. incip. tutor ſeu curator.&Crau.conſ.7.nu.6.vol.1. ubi de intellectu d.authen. ſacramenta pube-
30 rum.nam † iuramentum operatur, & habet vim,ut actus ſuper quo interuenit, ualeat om-
* ni meliori modo, prout eſt communis opinio Doct.teſte Iaſ.in l. ſtipulatio iſta. colu.2. uerſ.quinto fallit. ff. de uerb. obligat.Socin. conſi.21.incip. in præſenti conſultatione. in prin.uolu.3.Corn.conſi.228.incip.multum. uol.1.& Pariſ.conſ.16.num.119.uol.2.Hinc
31 dicunt Doct.quod † ſtatutum non poteſt infringere uires iuramenti.ratio,quia iuramētum eſt res ſpiritualis, nec laicali prouiſioni ſubiacet,ſecundum Bartol.in l. omnes populi.in 3.quæſt.prin.de iuſt.& iure,ut per Alex. conſi.59.incip. viſo inſtrumento. uolu. 1.&
* eſt communis opinio, ſecundum Curt. iun. conſi.118.num.3.par.1.Amplia etiam ſi uolumen ſtatutorum fuerit confirmatum a Papa,ratione periculi animæ, qđ uertit in violatione iuramenti: dicunt enim Bal.& Abb.
32 in d.c.cum contingat.de iureiur.quod † quādo ſtatutum concernens periculum animæ inter cætera ſtatuta confirmatur a Papa,non cenſetur approbatum, niſi ſpecialiter & expreſſe confirmetur.quod dictum refert,& ſequitur Boui.in tract.de ſtatut. vrb.præſc. gl. 1.num. 23.tunc enim ſi a Papa confirmaret, poſſet tollere uires iuramenti, quia cenſeret eo caſu non ſtatutum laicale,ſed Papale,vt in conſtitutione Marchiæ dicit Rom. conſ.12. incip.viſo facto.col.2.ſub nu.2.in fi. & Ruy. conſi.95.incip.in quęſtione.col.5.uer.ex pręmiſſis.uol.5.
33 ſtatuta † enim a Papa confirmata papalia dicuntur.Bald.in l. ex placito. ſub nu.6.uerſ.interdum confirmās.C.de rer. permutat.Rom.loquens etiam in conſt. March. conſi.37.incip.viſo puncto.ſub nu.2.in fine. ibique concor.ad hoc citat Horat. Mandoſ. in addit.in lit.C,ſuper uer. cenſeantur.

Intellige autem præmiſſa niſi ſtatutū præ-
34 ſumat dolum,nam † eo caſu poſſet tollere vires iuramenti,ſi non directe, ſaltem per indirectum,ut per Bal.in d. auth.ſacramenta puberum.col.1.uerſ.ſed quero nunquid.Caſtr. in l.ſi.ante ſi.ff.qui ſatiſd.cogant.Anch.conſ. 330.viſis.nu.9.Abb.q.2.incip.ſtante ſtatuto. in primo & ſecundo dubio.Alex.conſ.196. incip.perſpectis.nu.4. lib.6. Ruyn. conſ. 53. incip.Primo uidendum.nu.2 3 uol. 1. & cōſ. 164.incip.Circa primum.nu. 12. & 13.vol. 2.& conſ.95.incip.in quæſtione.nu.9.vol.5.
* & ita communiter tenēt omnes, dummodo ſtatuentes iuſta,& rationabili cauſa ſint moti ad præſumendum dolum, vt dicit Rom.d. conſ. 12.in prin. vbi late Horat. Mandoſ. in 1.addit.& Abb.conſ.72.incip.Quinque dubia.& dicit communem Iaſ.in d. auth. ſacramenta puberum.col.vlt.C. ſi aduerſ. vendit.
35 Et hoc caſu † iuramentum non ligat minorem,nec illi præiudicat: talis enim præſumptio ſtatuti pro ueritate habetur,ſecun. Alc. conſ.151.viſo themate.col.pen.vol. 7. & eſt
* communis opinio,a qua non eſt recedendū in iudicando,ſecundum Iaſ.in d. auth.ſacramenta puberum.col.fi.& dicunt communē, Cur.iun.conſ.118.& 119.& Socin. iun. cōſ. 3.num.37.uol.2.

Vltimo loco intellige quæſtionem in terminis ſuis,quo ſcilicet ad beneficium reſtitutionis in integrum: ſecus autē, quo ad reme-
36 dium d.l.2.C.de reſcind.vendit.nam † eo caſu iurm ſupplet ætatē, ſed nō tollit remediū maioribus competēs,niſi expreſſe renunciatū fuerit auxilio ætatis, & remedio læſionis,

ſecundum Crauet.conſi.188.nu.3. vbi alios refert.Couar.in capit.quamuis.de pact.in 6. par.3.§.ult.num.6.& alios quamplures rela-
37 tos a Pincl.ubi ſup. num.9. item ſecus † quo ad beneficium nullitatis allegandæ, quę pro uenit ex defectu ſolemnitatis a ſtatuto requi ſitæ,nam in hoc iuramentum non præiudicat,ipſi minori aſſeréti ſe maiorem.& ita ſingulariter tenuit Ioan.And.in addit. ad Spec. in tit.de ſenten.§.ut autem. in verſ. quandoque uero.in addit. incip. procedendum. cuius ſingulare dictum refert Socin. conſ. 66. incip.fruſtra plenitudini. num. 28.uolum.1. Curt.iun.dicto conſilio 118.num.9.& conſ. 119.incip.pro clara.num.6. Curt. ſen.conſi. 43.incip.ſuper contingentia.num. 35. Soci. alibi.conſ.61.incip.in præſenti.nu.5.uolum. primo.Tiraq.in leg.connub.glo.8. quæſtio. 16.Hippo.ſing.299.incip. aduertas ad vnū. cum alijs concordantibus per ipſos ad hoc citatis, poſt Rom.d.conſi. 12.ſub num.5.ver. iſtud eſt ſingulare verbum.& hæc quo ad ſecundum caput quæſtionis, pro quo facient etiam multa infra dicenda.

Tertium caput remanet,quid ſit in muliere pro alio intercedente cum iuramento:An requiratur certioratio.Pone,ſtatutum prohibet mulieres contrahere ſine certa ſolemnitate,mulier pro alio cõtrahit, ſeu intercedit, & iurauit,an ſtante iuraméto requiratur certioratio beneficij Velleiani ſibi competétis.
38 & quod non requiratur † eſt tex. in c.ex reſcripto.de iureiur. iunc.glo.in ver. & vxoré. in ſuo ultimo intellectu. Dum glo. pro ſolutione obiecti,quare ſcilicet Papa mãdet mulierem ibi puniri, cum iuuetur Velleiano,po ſitis duobus intellectibus ſubdit, uel poteſt aliter dici,etiam ſi nõ renuntiauit, quod punitur propter iuramentum, & iſta eſt communi. opinio,vt teſtatur Alex.in d.conſi.27. incip.viſo libello producto,col. 2. ſub nu. 7. uerſ.non obſt.uol.1. ubi concludit per d.ca. ex reſcripto.hoc ibi omnes ſequi.licet aliàs vbi non interuenit iuramentum, requiratur certioratio,vt ſupra.Et hanc concl. iuxta d. tertium intel.d glo.teneri dicit Felyn.in d.c. ex reſcripto.col.4.nu.13.quod antea firmauit ibi Abb.col.fi.ſub num.9.uerſ.tertia ſolutio.& hoc uigore iuramenti,& dicit ſemper notandum in hoc illum tex.iunc.ſuprad.gl. quod mulier obligatur ex fideiuſſione, ſi iurauit,per doct. Barto.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ. quod ſcilicet contractus fideiuſſoris firmatur iuramento, quod dicit ipſe Abb.bene notandum. nam mulier principaliter iuuatur in fauorem ſui, merito contractus in contrarium firmatur iuramento.d.c. quamuis.de pact.in 6.quod & ibidem tenuit Imo. & ſequuntur omnes. Hanc concluſionem latiſſime firmat Roman.in d.l.ſciendum. ff.de verb.oblig.col.10.vbi examinans,an ad excludendum mulierem a beneficio reſtitutionis in integrum,iuramentum tantum operetur quantum ſi interueniſſet certificatio de qualitate beneficij Velleiani ſibi competentis,latiſſime concludit, quod ſic, ex ca ratio-
39 ne, quia † iurans cenſetur cogitaſſe ſe nullo beneficio,ſi quod ſibi competeret,uti poſſe. & quamuis non cogitauit in ſpecie, ſufficit cogitaſſe in genere,& refert dicta Bal. in d.l. 2.C.de reſcind. vendit. & pro hoc dicit eſſe caſum rotundum in d.c.ex reſcripto.non de ſtruendo literam, quia in d.c.nulla fit mẽtio de certificatione beneficij Velleiani,& tamẽ compellitur mulier ſeruare iuramentum, & eam ita firmiter tenet, vt doleat ſe inaduertenter,aliquando conſuluiſſe in contrarium, quod & alibi firmat ipſe Rom. quem ſequitur Alex.in l.quoties.ff. de in ius uocan. vbi
40 per illum tex.dicunt, † ſtatutum prohibens mulierem contrahere,non comprehendere mulieres contrahentes nomine alterius, quia tunc ceſſat ratio ſtatuti,ut refert Io. Bologn.ad l.ſi unus.§.pactus. ff. de pact. nu.44. Et hanc eandem communem concluſionẽ tenet Ant.de Butr.in d.c.ſi diligenti.in 6.col. de foro comp.ubi allegat tex.in d.cap.ex reſcripto.& d.l.cum pater. §. filius matrem.de leg.2.idem tenent Archid. & Ioan. And. in d.c.quamuis.de pact.in 6.per illum tex.indiſtincte loquentem. idem etiam tenet Abb.in d.c.ſi diligenti.in 6.col.& Pau.Caſtren.in d. l.fi.circa fi.ff.ad Velleia.per tex.in d. authen. ſacramenta puberum.C.ſi aduer.uend. iſtud etiam videtur de mente Bar.in d.l.ſi quis pro eo. in 5.membro. ff. de fideiuſ. cum quo ita ſimiliter concludit Alex. conſi.42.incip. ſuper præmiſſo themate.colu. 4. ſub num. 16. verſ.ſeptimo optime facit per d. c. 2. & d. c. ex reſcripto.cum glo.& Docto.ibi.poſt Archid.Ioan.And.Anton.de Butr. & Barto. in præcit.locis.

Et pro hac concluſione , Ant. de Butr.in d.cap.ſi diligenti. in 6. col. de foro compet.

 adducit

41 adducit duplicem rationem.Dicens † quod ideo mulier intercedens pro alio non iuuatur Velleiano, quando intercedit cum iuramento,quia præſumitur ad iuramentum venire deliberate,& quia ibi adeſt duplex conſenſus, qui plurimum operatur, vt in authé. ſiue a me.C.ad Velleian. nam propter interuentum iuramenti præſumitur certificata. al legat not.per Archi.in d.c. quamuis.de pac. in 6. Et quia, dicit ipſe, iuramentum habet vim clauſulæ, quod actus valeat omni melio ri modo quo ualere poteſt.dicto §. filius matrem.Pro quo dicto faciunt notata per Alexan.in conſi.30.in fi.uol.4.& in l.1.§.ſi quis. ff.de uerbor.obligat. & in l.ſciendum.eo.tit. & in conſi.222.inci.viſa facti narratione. columna ſecunda,num.4.uolu.2. ubi ex mente præcitat.Doct.& ex Doct.in c.2.de pign.cõ cludit mulierem excludi a beneficio Velleiani abſque eo,quod appareat ipſam aliter fuiſſe certioratam de dicto beneficio, & hoc ẽt
42 ex eo,quia † iuramentum eſt de iure diuino, & innititur iuri naturali, ut not. gloſ.15.q.6. cap.authoritatem.per id quod habetur in c. etſi Chriſtus.de iureiuran. & talis iuris ignorantia neminem excuſat.38.diſt.ſi ea.l.2.C. de in ius uocan.

Et iſta opinio Doct.conſuetudine approbata tenenda eſt in practica,ut in d. cõſ.222. dicit Alex.quidquid uoluerit Dyn.ut referũt Cyn.& alij in d.l.2.C.de reſcin. uendit. iura-
43 mentum enim,† ut iam dictũ eſt, habet vim certiorationis, quod forti argumento probatur.certum eſt,quod ad hoc vt mulier poſſit renuntiare Velleiano, oportet quod ſit certiorata,glo.in l.fina.C.quan.mul.offi. tut. fun.pot. Tum ſic. Mulier poteſt renuntiare cum iuramento beneficio Velleiani,iuramẽtum habet uim certiorationis,ergo in muliere iurante non eſt neceſſaria certioratio. & hoc eſt,quod ſub alijs uerbis dicit Imo. in d. c.cum contingat. de iureiur. per text. in d.c. ex reſcripto.quem ad hoc reputat ſingularẽ. ſequitur Alex.in d.l.ſciendum.Corſ. in repe tit.Rubr. de iureiuran.in 13. Priuil. Iaſ. in d. auth.ſacramenta puberum.& in d.l.ſciendũ. ubi late diſcurrit in hac materia.

Et inſuper pro iſta concluſione facit ur-
44 gentiſſima ratio,quæ talis eſt. licet † diſpoſitio generalis non extendatur ad aliquem caſum de quo diſponens non cogitauit, nec in genere,nec in ſpecie:ſi tamen fuerit interpoſitum iuramentum, tale iuramentum facit vt ad caſum non cogitatum diſpoſitio extẽdatur. Iſta eſt gl.in d.auth. ſacramenta puberũ. iuramentum enim non extenditur ultra con ſenſum,l.fi.C.de non num.pecun.Bar. in d.l. ſi quis pro eo.ad fi.ff.de fideiuſ.Ripa in d.l.j. §.ſi quis ita.nu.28.ff.de uerb.obl.Alex.Rube. conſ.24.incip. præſupponitur. nu. 9.tamen quando diſpoſitio generalis non extenditur ad aliquem caſum,eo ſolo reſpectu, quia de eo debeat fieri ſpecialis mentio,tunc iuramẽ tum interpoſitum operatur, vt ad illũ caſum fiat extenſio, tanquam ſi ſpecialiter eſſet ſpecificatus, quia iuramentum habet vim caſus expreſſi,ita pulchre dixit Bal. poſt Cyn. in l. 1.in pen.col.C. commod. allegat caſum ſingularem in d. §. filius matrem. vt etiam late proſequitur Marcus Ant.Bauer. in tracta.de uirt.iuram.ſub nu.7.uerſ.ſecundo principaliter.cum multis num.ſequen.Meno. conſ.89. num.32.par.3.

Et licet Bal.in d.l.2.in 4.q.C.de reſcin. uẽ-
45 dit.contrarium ſenſerit,dicens,† quod in minore,muliere, & ruſtico, renuntiantibus remedio d.l. 2. requiritur certioratio illius beneficij, tamen eius dictum cõmuniter reprobatur,quando iuramentum in contractu interuenit:nam,vt dictum eſt, propter iuramẽtum præſumitur magis deliberate quis actũ gerere.& ita reſpondet Alexan. in dicto cõſilio 42.ſub num.20.uerſ.& ſic patet non obſtare.& num.27.cum ſeq.uel dicas ut ſup.nu. 36.Et concluſio propoſita ſecundum precit. Doct.eſt ſine difficultate.pro qua in ſimili uideas Curt.iun.conſ.129. incip.præſupponitur in facto.colu.3. uerſ. nec obſtat limitatio Baldi.ubi cum Com.contra Bal. concludit,
46 quod † mulier contrahens matrimonium in proprio domicilio, non debet certiorari de ſtatutis domicilij mariti,ut ibi per eũ, quod dictum Bal.etiam Deci.reprobat in conſ.19. incip.pro tenui facultate mea. quem & ipſe Curt. in d. conſi.allegat. & in conſi.47. col. pen.verſ. poſtremo non obſtat aliud.

Verum, quia multi multa in contrarium ſcripſerunt, uolentes, iuramento mulierem non excludi a beneficio Velleiani ſibi competente,niſi fuerit ſpecialiter de ipſo certiorata,tanquam iuramentum non extendatur ad incogitata, ut per ſcribentes in d. authẽ. ſacramenta puberum.in d. l. ſecunda. C. de reſcin. uendit. & in dicto capit. quamuis. de pact.

pact.in ſexto.Ideo conſulẽdo breuitati,& ad tollendas omnes difficultates circa præſentẽ partem quæſtio. & pro reſponſione eorum, quæ obijci poſſent,poteſt ita diſtingui. Aut hanc renuntiationem iuratam intelligimus de incogitatis de iure, aut de incogitatis de facto. Declaro,Proponit quod certioratio non eſt neceſſaria in contractu mulieris quãdo interuenit iurm eius,quia iurm habet vim certiorationis,& extendit ẽt ad incogitata, vt dictum eſt.Dico igitur, quod ſi loquamur de incogitatis de iure,fiet extenſio,ſi de incogitatis de facto,non fiet.Exemplum, mulier
47 iurauit non venire contra contractum,† certe per tale iuramentum videbitur renuntiaſſe priuilegijs ſibi competentibus,ut puta beneficio Velleiani,quamuis illud ignorauerit, & de eo certiorata nõ fuerit, & ita procedit quæſtio noſtra,& communis concl. Bar.& Doct.in d.l.ſciendum.in d.l.2.in d. auth. ſacramenta puberum,in d.c.ex reſcripto. & in d.c.quamuis. Si autem iurauit aliquod factũ de quo non eſt certa, ut puta approbando compromiſſum in quo erat condemnata ad præſtandum legata de præſenti,cum in veritate eſſent conditionalia, & poſtmodũ fuit decretum,tunc poterit contrauenire, nõ obſtante iuramento de non contraueniendo. quia,cum hoc caſu ignorantia non ſuppleatur per iuramentum , ad talia incogitata de facto iuramentum non extendetur, ita not. diſtinguit Marc.Ant.Bauer.in d.tract.de iur. iuram.nu.29.& 30.uerſ.decimoſeptimo. Allegat Paul.de Caſt.in conſi.70.incip.viſo pũcto ſupradicto.quod conſi.non reperi in lib. meo. ſed eſt con ſi.122.quod incipit,viſo pũcto ſupraſcripto.in 2.par.vbi Caſtr.ſub nu.9. verſ.nec obſtat etiam. diſtinguit ut ſupra. Et licet Bauer. ubi ſupra reſtringat iſtud quod
48 de facto dictum eſt,ut non procedat † quãdo eſſet præſtitum iuramentum de non contraueniendo aliqua ratione uel cauſa, uel cũ clauſula,omni iuris & legum auxilio, nã tũc fiet extenſio etiam ad incogitata de facto,tãquam de illis potuerit in genere cogitari,per ea quæ late ipſe ponit in eo.tract.ſub num.7. poſt Alex.in conſ.133.incip.ſuper quæſitis. col.3.num.11.& 12. uol. 5. & ut per Bart.& alios,in authen. matri & auiæ. C.quan. mul. tut.offi. fun. pot. ubi Bar.col.pen.uerſ. quæro quid ſi non renuntiauit. ubi dicit per d. clauſulam cenſeri renuntiatũ beneficio Velleiani,& in l. ſub conditione. col. pen.uerſi. Quæro quid ſi.ff.de teſtam. tut. quem ſequitur Alex.in conſi.11.col.pen.uerſ. pondero illa uerba,uol.2.Aret.conſi.33.col.pen.Soc. conſi.200.col.pen.uol.4.& conſ.103. col.ſi. vol.3. tamen non obſtante hac reſtrictione,
49 dictum procedit, nam † dicta clauſula non purgat errorem & ignorantiam facti,niſi ſit ſpecialis,ut dicit Rol. conſ. 13.nu.37.vol.1.

Et quia dicta Caſtr. diſtinctio eſt clauis in hac materia, licet eam referre videatur eſſe idem repetere,quod ſupra dictum eſt, tamẽ quia non omnes habent eius conſilia, ideo eam hic ad literam inſerere libuit. ipſe ergo in d. conſi. 122. reſpondens obiecto, quod ſiebat in caſu ibi poſito,quod ſcilicet iuramẽtum porrigatur etiam ad incogitata, dicit,illud eſt uerum, quando iurans eſt certus de facto ſuper quo iurat, licet non ſit certus de iure , quod oritur ex facto, ut quando iurat non uenire contra contractum per ſe celebratum , de quo eſt certus, licet ignoret ſibi competere beneficium reſtitutionis,vel mulier de non ueniendo contra interceſſionẽ, licet ignoret auxilium Velleiani ſibi competere,ſic loquitur Bar.& Ioan.And.in locis ſupra alleg. ſi bene inſpiciatur, ſed in caſu noſtro iſte erat incertus de facto, ideſt de eo,ꝙ in facto conſiſtebat, videlicet, quod legata iſta eſſent conditionalia,immo per errorem iuris & facti putabat eſſe pura.Conſtat autẽ, quod aliud eſt legatum purum , aliud conditionale,ſicut & ſtipulatio.ff.de verb.oblig.l.j. §.ſi quis ſimpliciter. iuramentum ergo præſtitum tanquam ſuper puris legatis nõ porrigitur ad conditionalia, quæ ſunt diuerſa, quia ideo iurauit, quia putauit eſſe debita vtroque iure, & tamen nullo iure erant debita, & hãnc Pauli diſtinctionem ſequuntur, Deci.conſ.350.in fine.conſi.351.col.fina.& conſ.403.col.pen.Socin.conſ.38.col.1.vol. 3.Ruin.conſi.134.col.4.vol.1.& Pariſ.conſ. 12.num.90. vol. 2. & ſic hoc caſu requiritur certioratio.

Vel,& ſecundo,diſtingui poteſt,quod aut mulier in contractu adhibuit iuramẽtum ex certa ſcientia,aut per errorem. Primo caſu, etiam quod non fuerit certiorata, non reſtituitur,ſecundo caſu requiritur certioratio.& hoc eſt quod dicit Pau.de Caſtro in d.conſi. 122.ſub num.11. dicit. quod etiam de iure
50 canonico, iuramentum † ad hoc ut obliget,

debet eſſe præſtitum ex certa ſcientia, non per errorem, cum iuramẽtum, inter cæteros ſuos comites, debeat habere iudicium. 22.q. 2.c.animaduertendum.& not. C. de nupti.l. imperialis. Hinc eſt etiam, quod iuramentũ

51 † dolo præſtitum non obligat de iure canónico, quia non habet voluntatem iurantis, propter quam quis obligatur. & hoc eſt, ꝙ dicit tex.in d.c.quamuis.de pact.in 6. ubi loquitur tex. in filia dotata renuntiante paternis bonis cum iuramento, & volens ibi Pótifex docere quo caſu ex tali iuramento obligetur, recitata lege ciuili improbante pactũ quo filia nuptui tradita cedit bonis paternis dicit, ſi tamen iuramento non ui, nec dolo præſtito firmatum fuerit, ab eadem omnino ſeruetur. & ſic videtur probata ex illo tex. diſtinctio Pauli Caſtren. Pro quo facit, quod not. Bal.in l.error.C.de iur. & facti ignorañ. & in c.ſacramẽta.col.2.de pace iuram. firm.

52 vbi dicit, quod † propter errorem omnia iuramenta ſunt inualida, per l.fi.C. de nõ num. pecun.& alibi dixit idem Bal.in l.fi.ff. qui ſatiſd.cogant. quod iuramentum poteſt ſperni ratione ignorantiæ, & erroris. idem cenſuit Socin.conſ.25.vol.4. ubi loquitur de quadã diuiſione erronee facta, & iuramento confirmata, & tamen concludit, quod poteſt retractari, quia iuramentum ratione erroris in facto conſiſtentis nõ obeſt. & in diuiſione idẽ concludit Deci.conſi.408.col.pen. & fi.

Facit not. dictum Iaſ. in conſi. 160. col.fi.

53 vol.4. vbi dicit, & firmat, quod † dotatio facta per fratrem ſorori, qui ignorabat ipſam prius dotatam fuiſſe a patre, licet iurata, tanquam erronea, prætextu erroris reuocanda uenit, ex ea ratione, quia iuramentum non impedit reuocationẽ, quæ fit prætextu erroris: error enim, cum remoueat conſenſum. l. ſi per errorem.ff.de iuriſd.omn.iud. impedit etiam effectum iuramenti, ut dicit Hippol. cõſilio 118.col.7. vbi conſuluit in cauſa tranſactionis iuratæ, & erroneæ, & dicit quod error excuſat iurantem a periurio, ſecundum Bal.in auth. niſi rogati.col.pen.C. ad Treb. Socin.iun.conſi.30.col.3.in fi.uolu.2. ubi di-

54 cit, quod † aſſertio minoris facta cum iuramento per errorem poteſt reuocari, ea ratione qua minor ductus eſt ad ita aſſerendum, eadem & ad iurandum ductus præſumitur. Pariſ.conſ.20.num.114.vol.1.conſ.72.col. pen. & conſ.99.col.fi.eo.uol. & Ruy. conſi. 134.col.3.vol.1. ubi dicit, quod ſolutum ex cauſa tranſactionis iuratæ, ſed erroneæ, poteſt repeti, quia error effectum iuramenti impedit, & quia iuramentum debet habere iudicium, quo caret error, ut ſupra dictum eſt num. 50. & ita communiter in hac materia teneri dicit idem Ruy.cõſi.190.col.fi. uol.1. & alij multi, quos refert Rolan.d. conſi.13. num.32. cum alijs antecedentibus, & ſequentibus, vbi prædicta, & alia multa in hac materia congerit, imo totum conſilium eſt ferè in terminis noſtris. & hanc ſententiam communem dicit Viuius commun. opin.li.1.concl. 221.incip. mulier omni iuri. & par. 2. opin. 309.incip. tranſactioni iuratæ, in quibus locis omnes fere Doctores in hac materia refert tam pro, quam contra tenentes, more ſuo, & tandem concludit vt ſupra.

Et præmiſſa magis uera ſunt, ubicunque re ipſa apparet læſio, & iniquitas: nam licet

55 † tunc mulier iurauerit non contrauenire, tamen tale iuramentum debet relaxari, & contractus reſcindi; & nedum hoc uerum in muliere, ſed & in quocunque alio, ſecundũ Deci. qui ita communiter teneri dicit, conſilio 349.col.2. circa fi. uerſ. ſecundo principaliter. etiam quod talis læſio intra dimidiã contigerit, quando dolo lædentis aut decipientis ex propoſito interueuit. nam tunc etiam in foro exteriori tollenda eſt. l.1.§.perſuadere.ff.de ſeruo corrup.l.& eleganter. ff. de dolo.l.Iulianus.§. ſi venditor.de action. emp. Abb.& Anan.in ca.in Ciuitate.de vſur.Dec. in c.1.nu.18.de conſt.& eſt communis opinio cum glo.in c.cum dilecti.de empt.& vendit.de qua per Couar. variar.iur.reſol.lib.2. c.4.num.11.uerſi. omnes tamen conueniũt. & alia multa in hac materia cumulari poſſent, quibus facile conſtaret de veritate præmiſſorũ, quæ hic cauſa breuitatis aggregare omitto.

Quę omnia uera ſunt, dummodo prius petita, & conceſſa fuerit abſolutio a dicto iuramento ad effectum agendi: nam ſtante iuramento, concluſio abſolute eſt ſimpliciter vera abſque diſtinctione, prout omnes concludunt communiter in d.c.quamuis.de pact.in 6. per glo.ibi.in ver.non vi. iunc.addit.Ioan. And.& per glo. ſeq.in ver. ſeruari debebit, quas vide, quia claræ ſunt. Et ob id introducta eſt iſta abſolutio a iuramento, quæ debet

56 † de iure & æquitate concedi, ne iuramentũ

ſit

ſit iniquitatis uinculum.c. & ſi Chriſtus. & c. quanto.de iureiuran.glo.in authen.quod eis. C.de nupti.Doct.in c.cum contingat.de iureiur.Caſtren.conſ.175.incip. Contra ſuperius.uol.1.cum alijs citatis per Alex.conſilio 213.incip.Viſis,uol.7.& Curt.conſ.44. inci. ſuper contingentia.circa finem.Dummodo
57 † fuerit petita priuſquam iurans contrauenerit iuramento,ſecundum Alc. qui dicit ita communiter teneri, conſ. 17. col. 2. volu.3. nam illi qui contrauenit iuraměto priuſquã petierit abſolutionem, non poteſt concedi, ut dicit Alex.ibi.ſequitur Brun.conſ.46. uerſ. Secundo non poteſt. licet contrarium teneat Bero.quæſt.28.incip. ſed & quæſitum eſt.
58 Si autem † iuramentum fuerit ſponte præſtitum,& ſine fraude recipientis,vt præſupponitur in terminis quæſtionis noſtræ, abſolutio peti non poteſt,vt eſt crebrior opinio,& magis communis,teſte Alex.in cõſ.59.incip. viſo.col.pen.uol.1. & ſic mulier intercedens pro alio cum iuramento excluditur a beneficio Velleiani.

59 An autem † ad concedendam abſolutionem à iuramento præmittenda ſit citatio, Doct.diuerſę opinionis fuerunt:alij enim tenuerunt præmittendam eſſe, cum ad ipſam concedendã neceſſaria ſit qualiſqualis cauſæ cognitio,ſaltem ſummaria,ſecundum Feder.de Sen.conſ 300.Domin.conſ.16. ad fi. in ſpecie Anch.conſ.198.& conſ.282.Alex. conſ 222.nu.8.vol.2.Guid.Papæ,quæſt.140. & 225. quam ſententiam dicit tutiorem Fel. in c.1.de iureiur.& eſt communis, ut teſtantur,Curt.ſeni.conſ.44.artic.2.& Hippol.in l. de unoquoque.num.173.de re iud. Alij contra tenuerunt eam peti, & concedi poſſe abſque citatione,ut Oldr. conſ.120. Anch. ſibi contrarius,conſ. 18. & eſt communis,ſecundum Alci.in c.cum contingat.de iureiur.nu. 125.Gomeſ.in tract.breu.nu.46.quam apud Gallos ſeruari teſtatur Gugli. Benedic.in ca. Raynutius.de teſtam.uer.duas habens filias,
60 col. vlt. Tu dic hoc † eſſe in arbitrio iudicis, ut dicit Ant.de But.in c. debitores. de iureiu. nam hoc parum refert concedere abſolutionem ad effectum agendi parte non citata, cum ex ea non pereat ius aduerſarij, ſed ſolũ ſummoto obſtaculo perſona habilitatur ad actum,vt dicit Anch.inter conſ.Cald.cõſ.1. tit.de feri.& Oldr.d.conſ.120. ubi concludit quod quando quæritur dę relaxatione iuramenti, nõ ad reſciſſionem doloſi cõtractus, ſed ad habilitandum perſonam, vt non obſtante tali ſacramento poſſit detegere fraudem contractus, hoc caſu non exigitur partis citatio,nec ſolemnis examinatio,qui a nõ agitur de grandi periculo creditoris, vt per eum,quem multa ſimilia allegando ſequitur Rolan.d.conſi.13.nu.38.& Raynal.Corſ.in add t.ad d.conſ.Oldr. ſuper uer. nõ requiritur.ubi Bertran.& alios,& Rot.Rom. in hoc citat,ut per eum.& ita ſeruatur vbique in practica,ut dicit Ruy.conſi.170.num.30. vol.1. & conſ.69.vol.3. dicit quod ita ſeruatur de facto.& ita conſuluit Pariſ. conſi.44. nu.14. uol.1. in quo etiam nu.15.dicit, quod ſi fuit iuratum non petere abſolutionem a iuramẽto, prius debet peti relaxatio ab iſta qualitate iuramenti ita præſtiti. Vel dic, & melius,
61 † Aut ſumus in caſu in quo abſolutio poteſt concedi ſine cauſa, aut non poteſt concedi ſine cauſa: primo caſu non requiritur partis citatio,ſecundò caſu ſic,ſecundum Curt.cõſ. 65.col.pen.Socin.conſ.59.num.15.vol.3.& hoc firmat Cor.in d.auth. ſacramenta puberum.& conſ.45.incip.in hac.col.fi.uol.2.vbi vult quod ſemper pars quæ læditur eſt citanda, quando iuramentum eſt confirmatoriũ contractus,& ſic intelligitur regula Doct. volentium abſolutionem a iuramento peti poſſe parte non citata, vt dicit Pariſ. conſ.96. num.88.par.1.& in caſu de quo agimus concludi poteſt talem abſolutionẽ peti non, poſſe ab iſta muliere intercedente pro alio,cum partis aduerſę maxime interſit,& ideo neceſſaria ſit citatio,iuxta Regulam generalem d. l.de vnoquoque.de re iudic. & ſic concluſiue ipſam teneri abſque eo, quod fuerit certiorata.& hæc ſententia,vt dixi, communis eſt,licet contraria magis iuri,& rationi conſona ſit, vt ſcribit Couar.ad d.cap.quamuis. par.2.relect.§.3.num.5.vbi quæſt.proponit, & Doct.hinc inde refert. & tandem declarãdo tex.in d.c.ex reſcripto.concludit vt ſupra & hæc omnia intellige in locis,vbi fiunt contractus iuramento intercedente:nam vbi reijceretur appoſitionis iuramenti ſolemnitas in contractibus, non admitteretur iſta quæſtio,ut not.Pinel.in d.l.2.loco præcit.nu.10. & 11.& Viui.opin.120.lib. 1.

Quid autem caſu quo requiratur certioratio,an probetur per inſtrumẽtum?exemplũ, Notarius in inſtrumento teſtificatur ſe certioraſſe

tioraſſe mulierem renuntiantem de virtute,
62 & effectu ualoris dictæ renuntiæ, an † per hanc inſtrumentalem aſſertionem dicta certioratio probetur? & in hoc breuiter diſtinguas, Aut loquimur de iure, aut de conſuetudine. Si de iure, per inſtrumentum non probatur certioratio, ita not. conſuluit Feder. de Senis in conſ. 189. incip. Quæritur an domina Margarita. allegat in argum. l. in omnib. C. de teſti. & quod not. Inno. & Hoſt. in cap.
63 quoniam cōtra. de probat. nam verba † iſta ſunt enuntiatiua, quę non probant. l. nam co dicillum. C. de teſta. ſequitur Alex. conſ. 141. in fine. uol. 1. quod incipit, Ponderatis. Bart. Socin. conſi. 3. incip. Circa præſentem cōſultationem. verſ. Verum prædictis. Hinc dicit
64 Bald. in l. 2. C. de teſta. quod † ſanitas mentis in teſtatore non probatur, ex eo quod Notarius in teſtamento dicat, ſanus mente &c. ex eo etiam, quia ex hoc reſultat Notario laus,
65 & ex contrario vituperium. & Notario † nō adhibetur fides in his in quibus uerſatur eius laus vel opprobriū, ut dicitur de proxeneta in §. pen. in Auth. de teſti. & per Alex. conſ.
* 13. col. 5. vbi aſſerit hanc eſſe cōmunem opinionem, & conſi. 141. col. 4. uolu 1. ſequitur Viu. cum alijs quos in hanc ſententiam citat commun. opin. lib. 1. opin. 373. incip. Notarius faciendo. in prin. Si de conſuetudine, dicas contrarium, nam in hoc conſuetudo ſer-
66 uat contrarium: mulier † enim de conſuetudine habet pro certiorata, ex eo ſolo, ꝙ Notarius in inſtrumento ponit certiorationem. & ita in terminis dicit Bald. in c. cum in iure. de offi. deleg. col. ult. nu. 17. ubi dicit: Quid ſi in protocollo Notarij, cū Notarius ſit mortuus, reperiantur hæc verba, & renuntiauerunt dictæ partes &c. vtrum hæc clauſula poſſit mandato iudicis extendi, & declarari, puta in muliere, vt ſi dicatur, Renuntiauit Velleiano. & videtur dicendum quod ſic, ex cōi
67 vſu Notariorum, qui ſeruatur. ſtylus † enim, & vſus in omnib. attenditur, iux. not. in c. ex literis. de conſtit. & Abb. in procem. Decret. in uer. Gregorius. nu. 1. iūc. addit. ibi in lit. C, Card. Zabar. de fide inſtrum. ca. quod ſuper his. nu. 3. & inf. q. 51. nu. 125. Cum igitur huiuſmodi inſtrumentis mulierum clauſula certiorationis apponi ſolita ſit de ſtylo, & vſu Notariorum, ex inſtrumēto probatur ipſam
68 interueniſſe: Notarius † enim cenſetur rogatus apponere in inſtrumentis, clauſulas ſolitas, & conſuetas. Bal. in l. ſi. C. de fideiuſ. Alc. in l. ſi finita. in prin. nu. 2. ff. de damno infec. Iaſ. in l. Gallus. §. idem credendum. nu. 22. de lib. & poſthum. & in l. ut liberis. nu. 14. C. de collat. & ibi Deci. num. 14. & idem Deci. in l. ſemper in ſtipulationibus. num. 9. de regul. iur. & in c. cum. M. in 7. no. de conſt. & ibidē Ripa, & idem Rip. in l. Centurio. num. 80. ff. de vulg. Pariſ. conſi. 45. num. 44. lib. 1. & magna eſt pro ipſo Notario præſumptio ut ſit doctus, & peritus, glo. in §. ſi ita ſcriptum. Inſtit. de inutil. ſtipulat. Socin. iun. conſ. 101. numero primo, uerſ. Præterea, volum. 1. Vnde
69 † non eſt præſumendum, quod ex ſuo capite apponat talem clauſulā, quod mulier fuerit certiorata, cum ſit maximę importantiæ, niſi uere eam certioraſſet, & ab ea reſpōſum habuiſſet, quod ita promittit certa de beneficijs ſibi competentibus quibus renuntiat, ſecundum Bal. in Rubr. C. de fide inſtrum. nu. 10. & Curt. ſeni. conſ. 56. incip. ſuper proceſ-
70 ſu. col. 1. maxime cum † Notarius, ante rogitum, teneatur inſtrumētum partibus legere, eaſque interrogare, an intelligant, quod ſcriptum eſt, & an velint quod de contentis conficiat inſtrumentum. Bar. in l. fideicōmiſ. §. 1. de leg. 3. Alex. in l. ſciendum. num. 28. in fi. ff. de uerb. oblig. Deci. conſ. 97. nu. 3. Rub. cōſ. 14. nu. 3. Socin. iun. conſ. 198. nu. 94. uol. 2. & Menoch. conſ. 87. num. 48. uol. 1.

Verum, quia non omnes Notarij ſciunt importantiam clauſularum, & ſæpe eorum
71 † ignorantia mundum deſtruit, & conſcientias contrahentium in periculo ponunt, Bal. in conſi. 5. lib. 2. Menoch. conſ. 62. nu. 1. vol. 1. & conſ. 37. num. 139. eo. uolu. ubi nu. 138. ex Bal. d. con. 5. dicit, quod Notarij regulariter ignorant uires clauſularum, quæ inſtrumentis apponuntur, dubitant Doct. an Notarius aſſerens ſe certioraſſe mulierem de beneficio Velleiani, poſſit interrogari quid ſit Velleianum, & ſi interrogetur, & reſpenderit ſe ignorare, vt multi, & plerique Notarij igno-
72 rant, an præiudicet? † & Alber. in l. fi. §. pen. ff. ad Velleian. dicit Notario neſciente, quid ſit Velleianum, vitiari eius aſſertionem factā de certioratione, & per conſequens renuntiationem factam a muliere, quia ſicut teſtib. interrogatoria fieri poſſunt, ut per Bar. in l. 1. ff. ſi cert. petat. cum quo omnes ibi commu-
* niter tranſeunt, ita & Notario. & ſicut teſti neſcienti reſpōdere ſuper interrogatorijs non

datur

datur fides;ita & Notario neſcienti reſpōdere,quid ſit Velleianum, vt dicunt Deci. in d. l. 1 ſi cert.pet.in 3. lect. num. 53. & ibi Niger num.31.Marſil.ſing.661.&in Rubr. de fideiuſ.nu.39.Alex.tamen in l.ſciendum. de uer. oblig. col. 10. poſt Fulg. tenet contrarium, quia aliud eſt in Notario, aliud in teſte,quia Notario aſſerente ſe certificaſſe in cōtinenti acquiritur ius parti per renuntiationem mulieris:vnde videtur, quod non poſſit interrogari,cum talis interrogatio nullum effectum operetur:quia licet interrogatus deponat ſe neſcire,per ſuam negationem non poſſet auferre ius tertio.Deci.in hoc in d.l.j.diſtinguē do dicit. Aut Notarius incontinenti interrogatus reſpōdit ſe neſcire, quid ſit Velleianū, aut ex interuallo:primo caſu præiudicat, ſecundo non. ratio, quia ex interuallo potuit obliuiſci, quod tunc ſciebat.arg.l.peregre.ff. de acquir. poſſeſ.quę ratio non ſubſiſtit,quia quis præſumitur omni tempore ſcire ea quę
73 pertinent ad eius officium, immo † quanto plus quis exercet aliquod officium,tanto magis in eo creſcit ſcientia, cum omnis ars exercitatione recipiat incrementum.l. in legatis. §.ornatricibus.de leg.3.not.Doc.in l.Gallus. in prin.ff.de lib.& poſthum.dum dicunt, ſeniores plura ſcire quā iuniores. igitur dicas, aut Notarius uoluntarie,& extra iudicium dixit ſe neſcire,quid ſit Velleianum,aut in iudicio cum iuramento examinatus idem dixit: primo caſu non præiudicat,&ita loquuntur Fulg.& Alex.ſecundo caſu præiudicat,& ita loquitur Alberi.ut dicit Ioan.Bologn. in d.l. 1.ſi cert.petat.ſub num.29. uerſi. circa vero. & hæc quando mulier querela vellet venire contra.& pro complemento vide Viu.com. opin. par. 1. opin. 220. quæ incipit,mulier
74 iuuatur.in fine.ubi dicit,quod hodie † in Regno Neapol.eſt ſublata iſta ambiguitas, per pragmat.exordientem,Don Petrus de Toledo.in qua expreſſe diſponitur,mulieres non poſſe renunciare Velleiano, etiam certioratæ per Notarium,de dicto Velleiano immo, dicit ipſe,fortius diſponitur ibi, mulieres ipſas non poſſe renuntiare etiam cum interuētu iuramenti,& renuntiando, renuntiatio facta dicitur ipſo iure nulla.Quod ſi & alibi fieret,non ita deciperentur mulieres,vt quotidie fit, per contractus, quos ipſæ non intelliguut.vi.Ioā. Royas ſing. 136. ſi quis autem vult caſus,quibus mulier de iure non iuuatur Velleiano,videat collectos in gl. l. 1. ad Velleian.ſuper ver.ne pro illo.

QVAESTIO XXIII.

Arbiter & Arbitrator ſimpliciter pronuntians, ex quo capite pronuntiare cenſeatur.

Arbiter permittens tranſire tempus, an teneatur partibus.

Tertius electus in cauſa diſcordiæ an poſsit ſolus laudare.

SVMMARIVM.

1 *Arbiter & arbitrator ſimpliciter pronuntians, ex quo capite pronuntiare cenſeatur.*
2 *Compromiſſum in dubio, præſumitur factum ut in arbitrum,non ut in arbitratorem.*
3 *Appellatio non datur regulariter ab arbitri ſententia.*
4 *Iudex habens in eadem cauſa iuriſdictionem ordinariam & delegatam,ſimpliciter cognoſcens, & pronuntians, intelligitur,in dubio,vti poteſtate,quæ magis ualet.*
5 *Clauſulæ,omni meliori modo,effectus.*
6 *Cauſæ duæ ſi concurrunt,quarum vna prodeſt, altera nocet,inſpicitur illa quæ prodeſt.*
7 *Aſſumptus ſuper nuda purificatione contractus, potius uidetur proceſſiſſe ut arbitrator,quam ut arbiter, niſi de mente partium per alia uerba aliud appareat.*
8 *Arbiter permittens tranſire tempus, quod teneatur partibus.& nu.25.*
9 *Contractus commiſſus in arbitrio alterius, ipſo non arbitrante redditur nullus.*
10 *Iudex male iudicando facit litem ſuam.*
11 *Sententiæ arbitri quod ſtandum ſit ſiue iuſtæ, ſiue iniuſtæ,quomodo intelligatur.*
12 *Arbiter non obſeruans apices iuris facit litem ſuam.*
13 *Lucrum quando eſt radicatum intelligitur prout de dāno*
14 *Arbiter eſt ille,qui eligitur ut iudex.& 25.*
15 *Arbiter dicitur ab arbitrij libertate.*
16 *Arbiter debet unicuique partium reddere, quod ſuum eſt,nec debet de iure unius tollere, & alteri dare.*
17 *Arbitri quidam iuris,quidam compromiſſarij.*
18 *Appellatio quando detur a ſententia arbitri.*
19 *Appellatio inuenta eſt ad tollendam iniquitatem.*
20 *Dolo futuro non poteſt nec expreſſe nec tacite ſub generalitate uerborum renuntiari.*
21 *Dolus ex propoſito in arbitro quis dicatur.*
22 *Grauamini quando locus ſit a læſione arbitri.*
23 *Arbitrium quando alicui de re aliqua partium conuentione conceditur, intelligitur ita conceſſum ut dolus abſit, & æque arbitretur.*
24 *Quantitas magna ad cognoſcendam qualitatem læſionis dicitur reſpectu cauſarum,& perſonarum.*
25 *Arbiter iuris ſiue a lege,ſiue a principe,ſiue a ſtatuto datus ſit,permittens tranſire tempus compromiſſi tenetur partibus,nam eſt ad inſtar iudicis.*

Arbiter

26 *Arbiter omittens arbitrari ſiue per negligentiam, ſiue per dolum uerum uel præſumptum, quomodo parti læſa teneatur.*

27 *Compromiſſi ſeu commiſſionis forma attenditur ad cogno ſcendum quibus caſibus detur appellatio uel reclamatio.*

28 *Electus tertius in caſu diſcordiæ duorum arbitrorum poteſt ſolus laudum proferre, & indicare abſque eo, quod concordet cum primis uel altero illorum. contrarium uide num, 29.*

30 *Tertius electus in caſu diſcordiæ duorum priorum arbitrorum quo nomine nocetur.*

31 *Tertius arbiter electus ex forma ſtatuti debet arbitrari cum primis.*

32 *Tertius electus a primis propter eorum diſcordiam, compellente prætore ad partis inſtantiam, non eſt arbiter, ſed concordator.*

33 *Tertius electus ex uirtute compromiſſi dicitur arbiter.*

34 *Tertij electi poteſtas quomodo cognoſcatur.*

35 *Arbitri iuris, & arbitri a partibus aſſumpti differentia.*

36 *Arbiter coactus ſtare conſilio ei dato in ſcriptis a tertio, & ſecundum illud pronuntiare, an teneatur illud ſequi, ſi cognoſcat iniuſtum.*

37 *Eligentes non idoneum imputent ſibi de mala electione.*

38 *Cautela pro arbitris pronuntiare debentibus ſecundum conſilium tertij.*

QVAERO vigeſimotertio de pluribus pertinentibus ad materiam compromiſſorum, & quia quæſtio habet tria capita, ideo ſingula ordinate perſtringam. quo igitur ad primum, dicas, quod quis exi-
1 ſtens Arbiter † & arbitrator, ſi ſimpliciter pronuntiaret, & ex proceſſu, & ſententia nõ poſſet colligi intentio ipſius iudicantis, qua poteſtate uti uol uerit (qđ in primis ex proceſſu colligi, & deprẹhẽdi ſolet, quam viam ſcilicet fuerit amplexatus, vt docet Bartol. poſt glo. in l. 1. ff. de iudici. & in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. in 3. col. ff. pro ſocio. & Bal. in l. nõ codicillum. C. de codicil. cum alijs de quibus per Alex. cõſ. 55. incip. quoniam. col. 2. vol. 5. & ita communiter tenetur, vt aſſerit Caſſa. dicis, 7. nu. 6. tit. de appellat.) in dubio, præſumitur, quod proceſſerit vt arbiter, cum hæc ſit mitior, & ęquior interpretatio, ex quo tũc tollitur reductio ad arbitriũ boni viri, vt not. ponit Mil. in repert. in uer. iudex poteſt procędere. Et ita communiter tenent Doct. ſecũdum Felyn. in c. cum ex officij. de præſcript. col. 12. in fi. uerſ. inducuntur iſta ad quæſtionem. & continuando in col. ſequen. ubi refert duas opiniones, & reiecta opinione Bal. in l. ſi ſeruus plurium. §. ſi, ff. de lega. 1. qui tenet, quod videtur procedere vt arbitrator, dicit concluſionem propoſitam eſſe communem, & refert Angel. in diſput. ſua incip. duo ad inuicem, dicentem eam ſeruari in practica, ut per eum. Et hanc opinionẽ tenet Abb. in c. Quintauallis. de iureiuran. col. 24. uerſi. Quæro nunc de aliquibus caſibus.

2 Ratio propoſitæ quæſtionis eſt: nam †, in dubium ſeu in dubio, vbi quis ſe compromittit in aliquem, videtur ſe compromittere vt in arbitrum, non vt in arbitratorem, quia coram arbitro proceditur ordinarie, ſicut corã iudice arbitria enim redacta ſunt ad inſtar iudiciorum. l. 1. ff. de recep. arbitr. non autem ſic coram arbitratore, l. 1. ff. de arbitr. l. rem non nouam. C. de iudici. l. pen. C. de arbitr. & ibi Bal. in vlt. col. & Bal. in d. l. 1. & not. Inn. in d. c. Quintauallis. colu. 1. uerſ. item coram huiuſmodi arbitratorib. & col. ſequen. per tot. ubi ponit differẽtiam arbitri, & arbitratoris. quod autem videatur in dubio factum compromiſſum, vt in arbitrum, notat Specul. in tit. de arbitr. §. fina. uerſ. quid ſi ſimpliciter. & clarius Imo. in l. 1. §. & poſt operis. ff. de noui oper. nunt. & Ant. de Butr. in d. c. Quintauallis. quem ſequitur ibi Im. in 2. car. refert. & ſequitur Alex. d. conſ. 55. colum. 2. uerſ. accedit prædictis. & late proſequitur Ioan. Bapt. Peruſ. in tract. de arbitr. lib. 12. c. 7. in uol. 1. trac. mihi primo, ſecundum impreſ. Lugdun.

Huius concluſionis magnus eſt effectus propter multas differentias, quæ ſunt inter ſententiam arbitri, & laudum arbitratoris,
3 maxime propter appellationẽ, nam † ab arbitri ſententia regulariter non datur appellatio, glo. in uer. arbitrium. in c. ſuper his. de accuſ. ſecus autem a laudo arbitratoris, ut communiter tenent Doct. relati a Menoc. in trac. de arbitr. iudi. lib. 1. q. 70. nu. 1. & 11. & ſupra dixi q. 13. per totam, & dicam infra in ſeq. memb. huius quæſt. Vnde ſi habens hãc mixtam poteſtatem ſimpliciter pronuntiat, vel actus commiſcet, adeo vt non poſſit depræhendi, quæ via ſit per eum electa, ut ſupra dictum eſt, in dubio uidetur electa uia arbitri, vt actus magis valeat. c. niſi eſſent. de pręben. facit lex. 3. de teſtam. milit. & de ver. ſignif. c. Abbate Sancti Syluani. & l. quoties. de verb. obligat.

Et facit quod in ſimili dicunt Doct. maxime Ant. Innoc. & Abb. in d. c. cum ex officij.
4 ponentes, quod † ſi iudex habens iuriſdictio-

nem

nem ordinariam,& delegatam, in eadem cā
ſimpliciter cognoſcit,& pronuntiat, intelli-
gatur in dubio uti poteſtate quæ magis ua-
let;& Specul. clarius tangit hanc quæſtionē
in ti.de arbitr.§.ſequitur.uer.Sed pone quod
ſint. ubi refert ſuper hoc multas opiniones,
tandem determinat eius laudum potius iudi
cari ut arbitri, quam arbitratoris, & hoc ex
ſupradicta ratione,ut ſcilicet magis valeat.&
ratio eſt, quia non poteſt reduci ad arbitriū
boni uiri.arg.ff.mand.l. qui mutuam. & hoc
ad effectū,ut lis citius finiatur, vt.ff. de arbitr.
5 l.quamuis.cum ſimil.Hinc eſt † quod iudices
duplici poteſtate fungentes, ut in terminis
quæſtionis noſtræ,caute procedentes, ſolēt
in eorum ſententijs vti clauſula,omni melio
ri modo,cuius clauſulæ virtute facile ſaluabi
tur proceſſus,ſecundum Fely.in d.ca. ex offi-
cij.col.11.uerſ. tertiò limita, & per eum in c.
cum ſuper.col.4. uerſ. quid autem importat.
de offi.delega. vbi virtutem huiuſmodi clau-
ſulæ ponit.& Deci.conſi.77. col.3.in princ.
Alex.conſi.112.incip.poſt reddita, uol.3.&
conſ.80.incip.viſis.col.2.uol.5.cum alijs infi
nitis,quæ in hanc ſententiam, & in ſimili ad
oſtendendam virtutem huius clauſulæ addū
cunt Doct.quæ conſulto hic omitto.

Et pro concluſione facit ulterius optima
6 ratio,nam † quando concurrunt duæ cauſæ,
quarū vna prodeſt,& alia nocet, inſpicimus
illam quæ potentior eſt, ſecundum omnes,
id eſt illam quæ prodeſt,quādo illa quæ pro
deſt ueriſimiliter eſt magis conſiderabilis,vt
no.Bar.in l.3.§.eleganter.ad Syllani.& in l.ſi
uir.ff.pro donato. & late proſequitur multa
aggregās more ſolito Tiraq. in l.ſi unquam.
C.de reuocan.donat.in præfat.num.60.cir-
ca medium.Sed non poſſe reductionem peti
eſt fauorabile & prodeſt,& eſt æquum,con-
trarium autem iniquum, & nocet, ueriſimi-
liuſque eſt talem electum magis eam, quæ
prodeſt conſideraſſe, igitur ipſum tanquam
arbitrum iudicaſſe cenſendum eſt,ſicut dici-
tur,quod ut iniquitas extirpetur,æquitas prę
fertur rigori.C.de iudic.l.placuit. cum ſimil.
igiť ne ſit locus reductioni,quæ datur in arbi
tratore, nō in arbitro, ſicut not.in l.ſi ſocieta
tem.§.arbitrorum. ff. pro ſocio. & late ſupra
dixi.q.12.13.& 14. cōcludendum eſt ipſum
proceſſiſſe ut arbitrum,non ut arbitratorem,
vt late Firm.in uer. Arbiter.uerſi.iij.

Limitari tamē poſſet propoſita quæſtio,
vt non procedat,quando aliquis ſimpliciter
ſuper nuda purificatione contractus aſſuma-
7 tur, nam † tunc potius uidebitur proceſſiſſe,
vt arbitrator quam vt arbiter, niſi de mente
partium per alia verba aliud appareat,vt pro
batur.ff.pro ſocio. d. l. ſi ſocietatem, in prin.
iunc.fine legis,& coniuncta.l.interpoſita. &
hæc ſatis clara ſunt.Innocen.in d.c. Quinta-
uallis. de iureiur.pro concordia, & declara-
tione diſtinguit,dicens.Si fuit factum cōpro
miſſum in aliquem, quod poſſit procedere
ſeruato ordine iudiciario,uel etiam non ſer-
uato, & procedat ſeruato ordine iuris, ui-
detur proceſſiſſe ut arbiter: ſi uero proceſſit
ordine non ſeruato,videtur proceſſiſſe ut ar-
bitrator, & ſic ex eius dictis habetur, quod
attenta forma compromiſſi & laudi cogno-
ſcetur,qua authoritate proceſſum ſit.hoc di-
ctum licet uerū in ſe,ut late proſequutus ſum
ſupra,quæſt. 13. non tamen facit ad caſum
noſtrum,nam nos loquimur quādo non po
teſt ex eius pronuntia apparere, qua faculta
te ſententiam dixerit, & tunc ex ſupradictis
præſumitur eam dixiſſe ut arbiter,ut & latius
dicam in ſeq.cap.q.uerſ.ne autem in confu-
ſo loquamur.& hæc quo ad primum caput.

Quo ad ſecundum propoſitæ quæſtionis
8 caput,videtur † quod arbiter permittens trā-
ſire tempus teneatur partibus, per tex. in l.1.
§.ſciendum.in uer.prodeſſe. iunc. §. præced.
ff.de magiſtr.conueniē.ubi dicitur quod ma-
giſtratus, qui debet expedire actum, & non
expedit,ſed differt in tempus ſucceſſoris, vt
ſucceſſor faciat,punitur.& extenditur ad ęſti
matores,ſcilicet qui habent ęſtimare an tuto
res ſint idonei,facit quod not.in l.fi.C. de cō
trahen.empt.ubi Bal. extendit materiam ar-
bitratoris, & ibi particulariter notat, quod
9 † contractus commiſſus in arbitrio alterius,
ipſo non arbitrante,redditur nullus, & Bart.
in d.l.fina.& in l.ſi quis arbitratu. ff. de uerb.
obligat.& eſt tex.in l.3.§. tametſi neminem.
ff.de arbitr.& in l.2.ff.pro ſocio.glo.Inſtit.de
obligat.quæ ex quaſi delicto.in princ. & eſt
tex.in auth.decernit.C.de arbit.& in l.ſi quis
in conſcribendo.in fine.C. de pact. Ex quo
* tex.omnes ibi ſingulariter, & communiter
10 notant, quod ſicut † iudex male iudicando
facit litem ſuam,l.1.ff de vari. & extraordin.
cognit.iunc. l.fi.ita & arbiter, ut dicit glo.in
d.l.fi.Bar.in d.l.ſi quis in conſcribēdo. in vlt.
not.& ibi Bal.in ult.col.uerſi.eſt ergo notan-
dum.

dum.Card. in clem. 1. in 4. quæſtio. de appel.& in ſpecie, de arbitro negligente intra terminum arbitrari, quod faciat litem ſuam ſicut male arbitrando, dicit Iaſ. in d.l.ſi quis in conſcribendo.col.2.in fi.in 5.no.& Rom. conſ.338.incip. in caſu propoſitæ conſultationis.in 2.dub.prin.& refert,& ſequitur Fir. in reper.in ver. Arbiter.uerſ.124.qui incipit, Arbiter negligens.& de materia idem in eo. uer.uerſ.34.qui incipit, Arbiter male iudicās cum plurib. ſeq.Rom.ſing.700.quem ſequitur Curt.in d.l.ſi quis in conſcribendo.num. 13.& vtrumque refert Menoch. tract.de arbitrar.iud.li.2,cent.4.caſu.341.nu. 8. & caſu 339.nu.9.& iſta eſt communis opinio, quā tenent, Iaſ.in d.l.ſi quis in conſcribendo. in octauo not.in fi.Deci.in l.1.in prin.iux.num. 26. ff. quod quiſq. iur. in c.ſæpe. ante nu.11. verſ.& ad ſupradicta. de appel. Marſ.in l.nihil intereſt.nu.5.ff. de ſicar. conſ. 115.nu.24. & conſ.131.nu.47. & Amanel. in ſing.143. inci.no. quod ſicut iudex. & dicas quod ſingul.Rom.quod Menoch.citat,num. 700. eſt num.707. quod incipit, Tu habuiſti legem, ſi quis in conſcribēdo. quem vide iunc. addit. Veronen. & vltra locum ab ipſis citatum ex Gomeſ.in 36.caſu negligentiæ poſt regu. de trien. uide eund. Gomeſ. ſuper reg. de non iudican.iux.form.ſuppl. quæſt.8.

11 Hinc eſt, quod illud dictum, quod † ſententiæ arbitri ſtandum eſt, ſiue iuſtæ, ſiue iniuſtæ,l.diem proferre.§.ſtari.ff.de arbitr. procedit quo ad ipſas partes inter ſe, non reſpectu arbitri, ſeu quo ad partem læſam, quia illa habet actionem cōtra ipſum arbitrum. ita Iaſ.in d.l.ſi quis in conſcribendo.nu. 9. uerſ. * Contrarium uidebatur.& ibi Curt.nu.11.cōmunem eſſe declarationem teſtatur.ſequitur Menoch.d.caſu 339.num.7.Plus etiam probat tex.in d.l.ſi quis in conſcribendo. ſecundum quod ponderat Bald.in c.2. de conſtit.

12 quod † arbiter non obſeruans apices iuris, facit litem ſuam.facit, quia ille text. loquitur de exceptione declinatoria fori, quæ eſt de iuris apicibus,l.ſi fideiuſſor.§.quædam. ff.mā da.& quidquid bonam fidem nō tangit, ſed extrinſecus venit latur, eſt de apicibus iuris, d.§.quædam.Et ideo dicit Bal.in c.ne innitaris. de conſt. quod arbiter facit litem ſuam, intellige tamen reſpectu ſortis, non reſpectu pœnæ, vt per eum ibi.col. vlt. ſimiliter & circa damnum, ſecus ſi omiſiſſet condemnare circa lucrum. Quod tamen eſt intelligēdum, quando lucrum, & damnum ſunt ſeparata,

13 nam † quando lucrum eſt radicatum, intelligitur prout de damno.glo.in l.1.§. ſi quis.ff. de itin.actuq. priua. cum multis alijs quæ allegat Alex.in l.non amplius.ad fi.ff.de leg.1. & in l.3.ff.de dam. infec.

Et premiſſa patent ex communi Doct.diffinitione de ipſo arbitro, quæ habet, quod

14 † arbiter eſt ille, qui eligitur ut iudex, ſcilicet ut procedat ſeruato in ſubſtantialibus ordine iudicij,ff.de arbitr.l.1.& l.qualem. Innoc. in c.Quintauallis.de iureiuran. Pro quo facit id quod Salyc. & alij notant in d.l. ſi quis in conſcribendo.ſuper uer.text. omnes itaque. ſcilicet,quod exceptio, quæ non poteſt opponi etiam coram ordinario vel coram delegato, non poteſt etiam opponi coram arbitro. & ratio eſt, quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum, d.l.1.ff.de arbitr.& ibi Rom.ubi reputat d.l. ſi quis in conſcribēdo. ſingularem ad hoc.

15 Verum, quia † arbiter dicitur ab arbitrij libertate, l. qualem.in prin. ff. de arbitr.& per Præteium in Lexic.iur.in uer. Arbiter.uer. Arbitrium Feſto.lib.1.videretur, quod poſſet ſe qui animi ſui motum,& ſic terminare uel nō, quem animi ſui motum alteri committere non poteſt,ut not.eo.tit.l.ſicuti, & ex conſequenti quod in nullo teneatur. Tamen ex ſupradictis contrarium eſt uerius, vt per Imol. Alex.& alios in l.diuus.ff.de re iudic. & contrarium loquitur in arbitratore,vt dicit Bald. in c.Canonū ſtatuta.col.2.uerſ. Tu dic quod non licet arbitro.de conſt.ubi dicit,quod nō licet arbitro leges tranſgredi, ſed arbitratori ſic propter bonum pacis.c. niſi eſſet.de præben.ſcilicet in parua quantitate, pro qua veriſimiliter partes tranſigerent, vt ff. de arbitr. l.ſed ſi in ſeruū.§.ſi quis iudex. & l.ſi de meis. §.recepiſſe.in gl.ordin.eo.tit.& Aret. in c.dilecti.de iudic. Poſſet tamen dici hoc habere locum, ſi dolo fecit, aliàs ſecus, ut dicit Ang. Clauaſ.in ſum.in uerſ. Arbiter.§.1.in fi. & ſequitur Silueſt.in ſum.in eod.uer.in fine.uerſ. Vigeſimo primo quęritur.& nedum ſi dolo, ſed & ſi lata culpa, & etiam ſi leui (ſi ſe obtu-

16 lit) vt ibi per eos. Nam † arbiter debet unicuique partium reddere quod ſuum eſt, nec debet de iure unius tollere,& dare alteri, ideo dicit lex, arbitrum ſumere partes iudicis, l.ſi de meis. ff. de arbitr.& ut dicit Abb. in d. c.

Quintauallis.de iureiuran.Arbiter eligitur loco iudicis, & conſequenter debet per tramites iuris procedere, cuique tribuendo ſuum, aliter facit litem ſuam, ut ſupra eſt dictum. Quod tamen intellige,ut intelligit Bal.in d.c. ne innitaris,in uer.ſimile dico in arbitro. vbi not.dicit.Si reus ſoluit pœnam compromiſſi, non poteſt arbiter facere litem ſuam, niſi uſque ad quantitatem ſortis,quia contumacia litigatoris nõ debet nocere arbitro. ff.de in lit.iuran.l.1.§.item ſi ita.& ff. de regu.iur.l. quod a quoquam pœnæ nomine exactum eſt,id idem reſtituere nemo cogitur.

Pro declaratione materiæ, & ſolutione dubij,diſtinguenda ſunt genera arbitrorum.
17 quidam † enim dicuntur arbitri iuris, quidã arbitri compromiſſarij,ſcilicet,quidam dantur a prætore, & quidam ex cõpromiſſo accipiuntur,& partium conuẽtione adeuntur, l.ſocietatem.§.fin.ff.pro ſocio.l. arbiter.ff.de arbitr.l.rem non nouam.C. de iudici. de primis loquitur quæſtio noſtra, non autem de ſecundis. ſed quodcunque contra quęſtionẽ obiectum eſt,uel obijci poſſet, habet locum in ſecundis,ſcilicet in cõpromiſſarijs, a partibus ex earum conuentione nullo iure cogente electis: iſti enim ex ſolo animi ſui motu terminare poſſunt.Et iſta diſtinctio eſt fundamentum materiæ,& ſeruit ad multa, & facit etiam ad dilucidationem poſitorum ſup.
18 in quæſt.13.Dum enim quæritur, † an a ſententia arbitri detur appellatio,dicitur, quod ab arbitro iuris ſic,ab arbitro compromiſſario,non.2.q.3.c.a iudicibus. & rationem affert.S.Thom. 2.2.q.69.art.3. ad ſecundum. quia leue videtur, quod quis non permaneat in eo quod ſemel approbauit, & eſt regula iuris,quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt,ideo rationabiliter denegatur ſubſidium appellationis a iudicibus arbitrarijs,qui non habent authoritatem niſi ex cõſenſu litigantium : non autem ſic a ſententia arbitri iuris,cuius poteſtas ex conſenſu litigãtium non eſt,ſed a Principis authoritate, uel ſtatutorum diſpoſitione, ideo nimirum ſi debet procedere ſecundum iuris tramites, vt in caſu noſtro,& ſic contra huius grauamen lex appellationis ſubſidium tribuit,ut in d.q.
19 13. Lex † enim non tolerat iniquitatem, & ad hoc inuenta eſt appellatio.2.q.6.c.omnis oppreſſus,iunc.c.ſeq.c.placuit.c.cum ſit.cap. perſonas.de appell. c. cum ad ſedem.de reſt. ſpoliat.& c.cum ſpeciali.§.porro.de appella. vnde ſi ſententia arbitri iuris eſt iniqua,ita vt deceptio interuenerit ex propoſito,reſpectu cuiuſcunque læſionis,datur ſubſidium,læſionem proponenti,appellationis,ſeu reductionis.quod ſentit etiam Lanfr. in ca. quoniam contra.de probat.uerſi. interloquutoriæ, & appellationes.num.102. uerſ. decimo fallit. qui diſtinguit,quod ab arbitro de iure tantũ non poteſt appellari, & eius ſententiæ ſtandum eſt,æqua ſit,uel iniqua.ab ijs autem,qui eliguntur ex neceſſitate,ut ſunt illi qui eligun tur ex forma ſtatuti inter conſanguineos, poteſt appellari.gl.in l.ab arbitro. & ibi Bar. ff.qui ſatiſd.cogant.Et procedit, dato etiam quod interuenerit iuramentum uel pactum
20 de non reclamando, quia † dolus futurus non poteſt nec expreſſe,nec tacite ſub generalitate uerborum renuntiari, nec remitti poteſt.ff.de pac.l.ſi unus. §.illud nulla.l.Aurelio. §.Caius.de liber.lega. Deci.conſi. 178.nu.3. & in l.contractus.num.42.de reg.iur. & hoc ſequuntur cõmuniter Doc. Et dicitur dolus
21 † ex propoſito,quando ſcienter per fraudẽ, gratia, uel odio aliquid fit ab arbitro in fauorem alterius partis.

Si autem læſio interuenit ſine dolo,diſtin
22 guas,vel eſt modica,uel non.ſi eſt † modica, ceſſat locus grauaminis,d.l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de arbitr.etiam ſi renuntiatio non interuenit,ut in c.niſi eſſent. de præben. ſi non eſt modica,tũc ſubdiſtingue, aut eſt magna, aut maxima,& enormis.Si magna, datur remedium de quo per Bald.in l.ſi cum ea.C.de dot.promiſ.Socin.conſi.220.colu.3.Cæpo. conſi.ciui.34.col.1.Caſſad.deciſ.unica.tit.de empt.& vendit.Rom.in rubr.de arbitr.fol.5. col.4.Et hoc,niſi partes contentarent, quod poſſet tollere vni, & dare alteri : conſenſus enim debet aliquid operari.c.ſi Papa. de priuil.in ſexto.Si autem ſit enormis,datur remedium appellationis, uel reductionis, nã hoc grauamen,in dubio, uidetur exceptum.arg. ff.de his quę in frau.credit.l.omnes.§.Lucius. & ratio eſt, quia non fecit ſicut bonus uir facere debuiſſet.ideo ex quo maxima lęſio nõ fuit expreſſa,non debet trahi ultra intentionem agentis,Bald.in l.pen.C.de arbitr. Ant.
23 de But in d.c. Quintauallis. Quando † enim alicui arbitrium de re aliqua partium conuẽtione conceditur,intelligitur ita conceſſum, ut dolus abſit,& æque arbitretur.l.ſi libertus.

ff.de

ff.de oper.libert.& Ita per illum tex.dicit Ale
xan.conſi.37.num.32.uol.2. & poſt eũ Dec.
conſi.430.col.2.uerſ.ſecunda concluſio, vbi
vult hoc caſu læſo ſuccurri,& Crau. cõſ.192.
num.23.& cum ratione arbitretur : nam ꝙ
ſine ratione fit non dicitur uiri boni arbitrio
fieri.Socin.iun.conſi.91.num.13.uol.3. eam
enim æquitatem in re aliena ſeruare debet
quam ſeruaret in ſua propria,Deci.l. in per-
ſonam.§. 1. in fi. ff.de regul. iur.ubi multa in
hanc ſententiam citat.& poſt eum Tiraq.de
retrac.conſanguin.§.35.glo.1.in fine. ſequi-
tur, præmiſſa & alia ad hoc cumulans, Me-
noch.in tract.de arbit.iudi.lib.1.quæſtio.13.
num.11.& ſucceſſiue vſque in finem. Data
igitur enormi læſione,ut ſupra,eſt locus ap-
pellationi vel reductioni. Læſus enim omni
iure eſt reſtituendus,vt dicit Menoch.eo.li.1.
24 quæſt.96.num.3.Magna † quantitas autem,
ad cognoſcendam qualitatem læſionis,dici
tur reſpectu cauſarum & perſonarum,Albe.
in l. in bonæ fidei. C. de iureiuran. ubi dixit
cauſam ducẽtorum florenorum eſſe magnã
inter duos ciues, ſed paruam inter duos Re-
ges,& Chaſſan.conſ.18.num.4.ubi dixit cau
ſam quinquaginta turonenſium arduã qua-
litate perſonæ inſpecta,& eſt gl. in auth. niſi
breuiores.C.de ſenten.ex breuic.recitã.poſt
quam id iudicis arbitrio relinqui longa ſe-
rie firmat Menoch.de arbitr.iud.li.2.Cent.1.
caſu 72. num.10. & caſu 73.num.5.uide ibi.
25 Arbiter † igitur iuris,ſiue a lege,ſiue a Prin
cipe,ſiue a ſtatuto datus ſit, permittens tran-
ſire tempus compromiſſi tenetur partibus;
nam eſt ad inſtar iudicis,ut dictum eſt. Hinc
dixit Bar.in l.fi.C.de iudic. quod arbitri ſtatu
tarij ſunt iudices delegati,ſequuntur Bal. ibi.
in 7. not. & ibid. Salyc. in 3. not. per tex.in
l.nemo poteſt. ubi id etiam obſeruat Aret.
col.antepe.ff.de leg.1.& Iaſ.in l. duo iudices.
colum.3.ff.de re iudic.ubi atteſtatur iſtam eſ-
* ſe communem opinionem,& Aret. vbi ſup.
dicit eam eſſe indubitatam, & eam ſequũtur
multi quos citat Blan. de compromiſ. q. 6.
num.4.vbi & ipſe præſupponit hanc eſſe cõ
munem ; & poſt omnes quos citat ita firmat
Viui.commun.opin.lib.2.opin.27,incip.Ar
bitri ſtatutarij, Idem firmat Lud. Gomeſ. ſu-
per reg.de non iudican.iux.form.ſuppl.q.8.
Vbi propoſita quæſtione, an illa regula lo-
quens de iudicib. habeat locum in arbitris,
adductis breuiter contrarijs hincinde, diſtin-
guendo concludit ut ſupra: quia, dicit ip-
ſe,in effectu tales erunt ſicut arbitri iuris, qui
iudices delegati appellantur, in l. iudices.C.
de iudici.& in c.ab arbitro.de offi.deleg.& in
fine cõcludit,illud dictum, quod arbitri ſunt
redacti ad inſtar iudicum,intelligi de arbitris
iuris,de quibus noſtra eſt quęſtio. ſicut ergo
iudices, ita & iſti ex permiſſione lapſus tem-
poris in arbitrari nolendo puniuntur, vt ſup.
26 ſiue per ſimplicem negligentiam † arbitrari
omiſerit, quo caſu parti læſę ob non latum
arbitramentum tenetur damna reſarcire in-
quantum facere poteſt,glo.in l.ult.ff.de uari.
& extraord.cognit. ſiue per dolũ uerum vel
præſumptum, quo caſu tenetur in ſolidum.
Alex.in l.4.§.cum.in fi.ff.de damno infec.
Et pro complemento huius ſecundi capi-
tis quæſtionis,circa ea, quæ dicta ſunt in ca-
ſibus,quibus appellatur, reclamatur, vel nõ
27 dicas † quod debet attendi forma commiſ-
ſionis,ſeu compromiſſi. nam ſi in compro-
miſſo fuiſſet dictum, quod poſſit facere alte;
baſſe,in totũ vel in parte tollere de iure vnius
& dare alteri, tunc non eſſet locus grauami-
ni,niſi interueniret dolus ; ſed ſi in compro-
miſſo dictum fuiſſet,alte & baſſe,prout ſibi vi
debitur, propter illud uerbum reſtrictiuum
(prout ſibi videbitur) quod importat arbi-
trium boni uiri,l.Thais.§.ſorore ſua. ff.de fi-
deicommiſ.libert. eſſet locus reductioni, &
appellationi,prout late dixi ſupra,quæſt.12.
& ex hac conſideratione paſſim poſita a Do
ctoribus in ſupradictis locis,& hic compen-
dioſe redacta, ſupple dictis in d.q. 12. & ex
ibi dictis declara dicta hic.
Tertium modò reſtat quęſtionis caput,in
quo,glo.in l.item ſi unus.§.ſi.in uer.authori-
28 tati.ff.de arbitr. dicit, quod † tertius electus
in caſu diſcordiæ duorum priorum arbitro-
rum non conuenientium in prolatione lau-
di,poteſt ſolus laudum proferre,& iudicare,
abſque eo quod concordet cum primis, ſeu
altero illorum,quam glo. ſequitur Bal. ibi in
ſuis apoſtil. in 2. Lect. & in l. iubemus.C.de
appel.& ante eum Specul. in tit. de arbitr.§.
ſequitur.uerſ.ſed nunquid iſte, cum uerſ.ſeq.
ſequitur Felyn.in c. ſuſpicionis. de off.deleg.
in verſ. vtrum verò tertius ſolus,& id ante te-
nuit Bart.in l.ſi dominium.ff. de furt. Ang.in
conſi.152.incip.arbitri electi a partibu.Cor.
conſi.120.col.2.Paul.Caſtren.in l.in offeren
dis,C.de appe.Card.in d.c.ſuſpicionis,Ang.
in l.

in l.quod ſi forte.§.1.in fine.ff.de ſolution.& iſta eſt magis communis opinio, quam poſt Ang.ubi ſupra,quem citat, ſequitur Hippol. ſing.262.incip.quod potui nolui.poſt med. verſi. Et facit etiam ſingulare verbum Aug. ubi iſtud dictum ponit ſimpliciter,& allegat concordantes.

29 Contrariam ſententiã,quod ſcilicet † iſte tertius non poſſit ſolus laudum proferre,tenet glo.in d.l.item ſi unus.§.itẽm ſi plures.ſuper uer.quod autẽ omnes.& Bald.in l.1.in 2. oppoſit.C.de ijs quæ pœnæ nom.& in c.cũ ſpeciali.col.2.de appellat. uerſ.quærit Bernardus.Abb.in d.cap.ſuſpitionis. de offi. delega.col.2.uerſi.item nota ibi.& ibi Bal. col. 1.uerſi.nota quod ſententia tertij. & ibi etiã Imo. in fine.& Ioan.Andr.in addit. Specul. d.tit.de arbitr.d.uerſi.ſed nunquid iſte. ſuper uer.præcepto.

Et quoniam omnes quaſi ſicco pede per tranſeunt,proponendo ſimpliciter dubium, & materia iſta electionis tertij, quotidie practicatur,ideo ſciendum eſt ex mente Specul. in dicto uerſi.ſed nunquid iſte tertius. quod
30 † iſte ſic electus non eſt nec arbiter, nec iudex, ſed habet authoritatem uocandi ad ſe arbitros, qui ſi conueniant in unam ſententiam,non procedit ulterius, ſinautem diſſentiant,ipſe ſententiam dicet, & eius authoritati ſtabitur, ut in d. §. fina. in fine. d. l. item ſi unus.de arbitr.ubi dicit tex.ad literam.Et debet prætor cogere arbitros,ſi non conſentiant,tertiam certam eligere perſonam, cuius authoritati pareatur,non quod ipſe pronuntiet,ſed eius dicto, ſeu conſilio eis in ſcriptis dato arbitri ſtare cogentur, & ſecundum illud pronuntiare, & ſic eſt conſiliarius, ſeu mediator. Quæ res eſt magni effectus, nam coguntur illi duo ferre ſententiam ſecundũ mentem illius tertij, etiam quod ipſi contrarium ſentiãt, dummodo inter ſe diſſentiant, vt ex illo tex.dicũt Doct.Et exemplicat Specul.ubi ſupra, etiam in tertio,a partibus electo de iudicis pręcepto.cuius dicto,alijs duobus diſcordantibus, ſtabitur, ſecundum tamen prius dicta, ut idem Specul.ubi ſup.dicit,in uerſ.Sed nunquid ſtabitur. Et ſic ex ipſius Specul. dictis habetur, quod iſte tertius non eſt arbiter, ſed eſt ſuperior vtrique eorum,per authoritatem glo.in d.§.fina.in uer. Authoritate.ubi glo.in fine dicit.uel potes dicere,quod eius dicto ſit ſtãdum,licet diſcordet ab alijs duobus, & hoc per hanc legem. cum ergo lex dicat, cuius authoritati pareatur,dicendum eſt, ipſum non eſſe arbitrum, ſed ſuperiorem, & ſic ſolus laudare poteſt.

Contra illam glo.inſurgunt, Fran.in d.c. ſuſpitionis.& Cyn.in d.§.fina.dicentes contra illam gloſ.eſſe caſum in d. ca. ſuſpitionis. ubi tex.in fine ita dicit.ijdem ut conueniant, ſi diſcordes fuerint,in unam ſententiam, vel tertium concorditer aduocẽt,cum quo duo uel alter eorum id faciat,ſunt cogendi,& facit tex. in l. quod ſi forte. §.1.ff. de ſolution. Immo plus,licet Innocen.in d.c.ſuſpitionis. in fine.in uer.alter.teneat, quod iſte tertius poſſit pronuntiare cum uno ex duobus, altero abſente,quia ſecundum ipſum ſemper intelligitur à iure adiecta illa clauſula, quod ſi non omnes,duo veſtrum. tamen glo. in l.ſicuti.ff.de arbitr. uidetur requirere omnium præſentiam,ſuper ver.omnes, vel ſaltem, ꝙ omnes dederint votum, ad effectum vt duo contra tertium præualeant,vt clare dicit tex. in d.l.ſicuti.dum dicit,quia id demum,quod maior pars omnium iudicauit ratum eſt, cũ & omnes iudicaſſe palam eſt. iunc.l.præced. cum ratione in ea poſita,Fran.& Cyn.in pręcit.locis,refert & ſequitur Bal.in d.c.ſuſpitionis.col.1.uerſ.Sed Fran. & Cyn. Iſtud etiam tenuit Iacob. de Are. in l. quod ſi forte. §. ſunt quidam.ff.de ſolut. & hæc opinio communiter ſeruatur, quia de cõſuetudine in electione tertij ſolet dici,quod ſtetur ei, quod per maiorem partem ipſorum arbitrorũ dictum fuerit,ut teſtatur Lanfran.in tract.de arbitr.in 5.memb.q.2.verſ.pone etiam.

Abbas in dicto cap.ſuſpitionis. col.2.uer. item nota ibi,cum quo duo,uel alter eorum. refert opiniones ante latas,& etiam opinionem Bart.in d.l.ſi dominium.ff.de fur. dicen
31 tis in fine, quod † ſi ſtatutum dicit aſſumendum tertium arbitrum,debebit pronuntiare vnà cũ illis,& demum dicit ſibi placere, per illũ tex.ut indiſtinctè tertius pronunciet unà cum alijs,& declarando tex. in d.§.fina.dum dicit,cuius authoritati pareatur,vult eum intelligi,quod debet pareri quando accedit ad alterius ſententiam, vt videtur innuere litera d. cap. ſuſpitionis.dum ait,cum quo, ſcilicet tertio,duo vel alter eorum id faciat. Et ita ſolus non poteſt laudare.

Pro concordia opinionum, diſtingui poteſt hoc modo. Aut tertius fuit electus a pri-

mis propter eorum diſcordiam, compellente prætore ad partis inſtantiam; Aut fuit ele-
32 ctus ex virtute compromiſſi. Primo † caſu non eſt arbiter, ſed potius concordator quidam, nec ipſe habet ferre ſententiam, ſed alij duo compelluntur concordare, ſecūdum authoritatem huius tertij aſſumpti, & ſic intelligitur d. §. fina. l. item ſi unus. in illis uer. cuius authoritati pareatur. & in gloſ. exponitur, ꝙ eius ſolius authoritati parendum eſt i: non enim ipſe iudicat, ſed alij ex ipſo, quia eius authoritati parere coguntur, quoniam non eſt arbiter, vt dictum eſt. Et iſtud eſt, quod expreſſe dixit Barto. in d. l. ſi dominium. & pro hac opinione facit. l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbitr. & ſic intelligitur communis concluſio ſupra poſita. Secundo caſu eſt arbiter,
33 † ſecundum Dyn. in dic. l. ſi dominium. quia partes elegiſſe dicuntur, d. l. item ſi unus. §. ſi in duos. & tunc eius ſolius authoritati ſeu ſententiæ non paretur, ſed ſententiæ plurium eſt ſtandum, quæ tamen alijs præſentibus lata ſit, vt in l. ſi in tres. ff. de arbitr. & ita mirabiliter, licet alio modo, & forma, diſtinguit Angel. in d. conſi. 152.

Vel etiam aliter diſtingui poteſt, ſecundū mentem Bal. in l. iubemus. C. de appellatio. quod aut iſte tertius datur ex forma ſtatuti, aut eſt electus a partibus, ut puta, ſtatutum
34 dicit, † quod cauſa committatur in duos, & eis diſcordantibus Poteſtas ſit tertius, & hoc caſu ſtabitur arbitrio ſolius Poteſtatis quando autem eſt electus a partibus non habet niſi vnum votum, & ſic eius ſolius dicto non ſtabitur. & ſic primo caſu procedit concluſio, ſecundo caſu contraria. quod & alibi ſentit idem Bald. in capit. paſtoralis. in prin. de rer. permut. & eſt text. in capitu. legitima. de appellat. in ſexto, ibi. cum ambo uel alter ipſorum, & refert Fely. in dicto cap. ſuſpitionis. in uer. Vtrum uero tertius.

Et hoc eſt utile ſcire propter differentiam
35 † quæ eſt inter arbitros iuris, ſeu electos vigore ſtatuti; & arbitros a partibus aſſumptos, nam diuerſos effectus producunt, ut ſupra dictum eſt, & iuxta not. in l. apertiſſimi. C. de iudici. & in capit. ab arbitris. de offic. deleg. in ſexto, vt per Pariſ. conſilio quadrageſimo-quinto, incip. ſatis concludenter. numero octuageſimo quarto, volumine primo, prout de effectu patet in præmiſſis: nam quando eſt datus a ſtatuto, ſeu a iure, ſolus laudat, quando a partibus non poteſt ſolus laudare, ad quod uide eundem Pariſ. conſilio quadrageſimo ſexto, incip. Paucis abſoluetur. colum na ſecunda, numero octauo, cum ſequen. eo. uolumi. ubi alios effectus cauſatos ab hac diſtinctione ponit.

Et quia ſupra ſub numero trigeſimo dictum eſt, quod duo cogentur ſtare conſilio eis dato in ſcriptis a tertio, & ſecūdum illud
36 pronuntiare, dubitatur, an † ſi tale conſilium ipſis duobus uel ipſorum alteri uideatur iniuſtum, teneatur illud ſequi: & quia ſumus in arbitris iuris, illud ſequendo faciat litem ſuam, & parti teneatur iuxta ſuperius dicta, in quo breuiter diſtinguas, aut duo primi ſūt perſonæ idiotæ, & ignari literarum, & iuris, aut ſunt perſonæ peritæ, & doctæ. Primo caſu, licet illud conſilium ſequantur, & ſecundum illud iudicent, vel pronuntient, non tamen tenentur, ſecundum Barto. in lege, ſtatutis, C. de ſenten. ex breuic. recitan. glo. & Doctor. in lege ſecunda. ff. quod quiſque iur. Bartol. in l. expertes. C. de decurion. libro deci-
37 mo. imputent † enim ſibi, qui ipſos elegerūt de mala electione, & quia ignaros elegerint, vt dicit Bald. in lege, obſeruare. §. proficiſci. quæſtio trigeſimaprima. ff. de offi. procon. & lega. & in authen. habita. uerſi. quæro cum ad Doctores pertineat. C. ne filius pro patre. Secundo caſu, conſilium iniuſtum, & iniquū cognoſcentes non tenentur illud ſequi, vt dicit Abb. in cap. ſi pro debilitate. de offic. deleg. & ibi late Felyn. & ſi ſequerentur, tenerentur parti ratione iniuſtitiæ, quam cognoſcentes ſequuti ſunt. Sed quia dictus. §. item ſi vnus. cogit eos pronuntiare ſecundum tale
38 conſilium, ideo caute † agendo, prius quam pronuntient, conſulere poſſent ſuperiorem, quid in illo caſu foret agendum, arg. capit. per hoc. de heret. in ſexto, & tunc excuſarentur, arg. tex. in capit. fina. de re iudic. iunc. not. ibi per Abb. & alios. & ad not. in l. Gracchus. de adulter.

QVAESTIO

QVAESTIO XXIIII.

De appellatione, & eius multiplici effectu.
Tempus finiendæ appellationis, quando currat.
An tempus proſequendæ appellationis poſſit prorogari.
Judex qui detulit, an poſſit vltra ſe ingerere.
Appellans quid facere debeat, vt videatur diligens.
Deſertio appellationis, an tollat reliqua iuris remedia.
Jn appellatione an requiratur litis conteſtatio.
Appellatio an detur in cauſa poſſeſſoria.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio eſt inuenta ad corrigendam iudicis iniquitatem.*
2 *Appellatio de iure communi ſemper admittitur niſi ſpecialiter ſit prohibita.*
3 *Appellatio ſuſpendit pronuntiatum, & extinguit interim ipſa pendente.*
4 *Appellationis formalitas eſt de iure poſitiuo.*
5 *Statutum an poſſit tollere appellationem, remiſſiue.*
6 *Princeps an poſſit tollere appellationem. remiſſiue.*
7 *Conſuetudo an poſſit tollere appellationem, remiſſiue.*
8 *Appellatio, cum ſit defenſio, non poteſt tolli attenta eius ſubſtantia, quia eſt de iure naturali.*
9 *Princeps ex cauſa, & cauſa cognita poteſt tollere defenſionem.*
10 *Rotæ Romanæ authoritas præualet communi opinioni.*
11 *Appellatio reſcindit ſententiam, & cauſam reducit perinde ac ſi lis fuiſſet conteſtata in cauſa principali.*
12 *Appellatio nedum negotium deuoluit, ſed etiam cognitionem nullitatis.*
13 *Appellatio expenſas, damna, & pœnam in ſententia reſeruatam ſuſpendit.*
14 *Appellatio ſuſpendit, & deuoluit inſpecto futuro euentu.*
15 *Litis conteſtatio non extinguitur nec ſuſpenditur per appellationem.*
16 *Exceptiones dilatoriæ, quæ prohibentur opponi poſt litem conteſtatam, non poſſunt opponi in cauſa appellationis.*
17 *Appellatio iuriſdictionem ſuſpendit, & impedit, niſi ſit manifeſte friuola.*
18 *Appellatio manifeſte friuola proceſſum non interrumpit, nec obſtat iudicis inhibitio deſuper emanata.*
19 *Appellans manifeſte friuole iniuriam facit iudici, & parti.*
20 *Appellatio non datur in notorijs.*
21 *Pronuntiatio iudicis in notorijs non eſt proprie ſententia, ſed uidetur quædam exequutio.*
22 *Appellatio in ciuilibus etiam in notorijs admittitur, ſuſpendit exequutionem, & ligat manus iudicis.*
23 *Appellatio etiam in notorijs admittitur, quando allegaretur cauſa per quam ipſa appellatio iuſtificaretur.*
24 *Appellatio non ſuſpendit ſententiam excommunicationis.*
25 *Excommunicatio, & interdictum a pari procedunt quantum ad hoc, quod neutro caſu ſententia per appellationē ſuſpenditur.*
26 *Appellari non poteſt a ſententia Principis.*
27 *Appellari non poteſt a ſententia Senatus.*
28 *Appellans poteſt dicere tempus finiendæ appellationis tātum currere a die appellationis in ſcriptis interpoſita, & non ante, licet prius uiua uoce appellauerit.*
29 *Appellans viua uoce, reſeruato beneficio appellandi in ſcriptis, unam tantum appellationem interpoſuiſſe uidetur.*
30 *Tempus finiendæ appellationis, quod incipiat currere a die appellationis interpoſitæ in uoce.*
31 *Tempus appellanti, quod currere incipiat a die appellationis in ſcriptis interpoſitæ.*
32 *Appellatio uiua uoce ſufficit quo ad actum interrumpendi per appellationem iuriſdictionem iudicis a quo.*
33 *Tempus porrigendi libellum appellatorium per partium pacta prorogari non poteſt.* 36
34 *Appellari licet poſt decem dies quando grauamen habet cauſam ſucceſſiuam.*
35 *Appellatio datur a comminatione iudicis.*
37 *Appellationis proſequendæ tempus non poteſt prorogari.*
38 *Appellationis proſequutio debet fieri intra annum cum citatione partis.*
39 *Tempus proſequendæ appellationis non poteſt pacto aut ſimplici litigantium conſenſu prorogari.*
40 *Statutum poteſt augere, & minuere tempus proſequendę appellationis.*
41 *Terminus hominis, iuris, uel ſtatuti, non poteſt prorogationis uia elongari, ampliando, duplicando, uel triplicando, quia hoc non reperitur conceſſum.*
42 *Tempus proſequendæ appellationis partium conſenſu ſuperſederi poteſt.*
43 *Iudex non poteſt prorogare terminum quando præfixus eſt inſtantiæ.*
44 *Cauſa ubi celeritatem requirit, terminus proſequendæ appellationis nullo modo ſuſpendi poteſt.*
45 *Iudex quibus caſibus poſſit compellere partes ad litigandum.*
46 *Prorogatio fieri poteſt de tempore præfixo a declaratione iuriſdictionis.*
47 *Terminus ad proſequendam appellationem prorogatur, quando appellans impeditur ex facto appellati.*
48 *Appellans impeditus proſequi facto iudicis, per quem ſtat quominus in cauſa procedatur, habet ſecundum annum ad proſequendum.*
49 *Infirmitas dicitur iuſtum impedimentum ad proſequendā appellationem, ſi probetur.*
50 *Infirmitatis impedimentum per teſtes domeſticos probari poteſt.*
51 *Fatalia non currunt in cauſis, quæ agitantur in conciſtorio Principis.*
52 *Fatalium curſus ceſſat durante compromiſſo.*
53 *Fatalia non currunt appellanti procedenti quando eſt appellatum ſuper attentatis.*
54 *Attentatorum cauſa non requirit obſeruationem terminorum.*

55 Tempus prorogandi fatalia non habet locum in reſtrictione, & aſſignatur ratio.

56 Fatalia partium conſenſu prorogari poſſunt de iure canonico.

57 Appellatione admiſſa, proceſſus factus a iudice, qui detulit appellationi, poſt delationem eſt irritus.

58 Iudex deferendo appellationi, quantum in ſe eſt abdicat a ſe iuriſdictionem.

59 Iudex quicquid facit poſtquam detulit appellationi, nulliter facit.

60 Ordinarius non tenetur parere iudici præcipienti exequi ſententiam contra appellantem, & ſi feratur ſententia aliqua ob hoc, non tenet, quia a non ſuo iudice lata.

61 Iudex licet detulerit appellationi, poterit tamen aſſignare terminum appellanti ad arripiendum iter, & ſe præſentandum coram iudice ad quem.

62 Dictio, poſt, poteſt importare actum qui ſit interpoſita diſtantia plurium dierum.

63 Iudex non poteſt appellanti terminum aſſignare ut redeat coram ſe, & fidem faciat de præſentatione ſui coram iudice ad quem, & de proſequutione appellationis.

64 Delegatus deſerendo appellationi abdicat a ſe iuriſdictionem.

65 Iudex a quo deſerendo appellationi abdicat a ſe iuriſdictionem.

66 Expenſæ an poſſint taxari per iudicem qui detulit appellationi.

67 Appellans ad hoc ut uideatur fuiſſe diligens in cauſa appellationis, quid facere debeat ad effectum ut ſibi tempus non currat.

68 Appellationis cauſa ſi ex forma ſtatuti debet committi per priores infra tres menſes, intelligitur, ſi ſuper hoc fuerint interpellati, & cum importunitate.

69 Cauſa ad Principem deuoluta licet intacta remaneat donec eam Princeps committendam duxerit, quid tamen appellanti incumbat.

70 Impeditus facere aliquid in termino ſibi ſtatuto, non excuſatur niſi proteſtetur de impedimento.

71 Proteſtatio non eſt neceſſaria quando conſtat notorie de impedimento.

72 Appellans ut excuſetur, quid facere debeat, & 73. & 74

75 Appellans debet iudicem interpellare nedum ſemel, ſed bis & pluries.

76 Interpellatio unica quando ſufficiat.

77 Appellans cui eſt aſſignatus terminus, quæ ſeruare debeat.

78 Iudex ſi non reperiatur, quid appellanti facere ſufficiat.

79 Iudex qui pronuntiauit appellationem deſertam, an poſſit reponere appellantem addocendum de ſua diligentia

80 Appellanti an currant fatalia ſi nõ potuit habere copiam iudicis.

81 Appellationis deſertio an tollat reliqua iuris remedia.

82 Appellationis deſertio operatur ſolum ut fingatur non eſſe appellatum.

83 Nullitas quæ acceſſorie, & uirtualiter ineſt appellationi etiam cum ea deducitur.

84 Exceptio nullitatis, quando latæ ſunt tres ſententiæ conformes, quo caſu impediat exequutionem.

85 Litis conteſtatio quare non ſit neceſſaria in cauſa nullitatis.

86 Statutum tollens unum remedium, non ob id aliud tollere videtur.

87 Recurſus ſupplicationis uel querelæ non tollitur a ſtatuto prohibente appellationem.

88 Appellationis omiſſio non purgat incompetentiam iudicis nec nullitatem proceſſus.

89 Appellationis deſertio in cauſa beneficiali nõ obſtat quin iudex appellationis poſſit de meritis cauſæ cognoſcere ex officio.

90 Lis debet conteſtari in appellatione a ſententia diffinitiua ſi utraque pars ſit præſens.

91 Litis conteſtatio non uidetur, quod requiratur per præſentiam partium.

92 Litis conteſtationem uidentur partes per eorum præſentiam remittere.

93 Lex loquens in uno caſu, non extenditur ultra caſum ſuum.

94 Rotæ Romanæ authoritas quanta ſit.

95 Lite non conteſtata in cauſa appellationis ad ſententiam diffinitiuam perueniri poteſt.

96 Appellatio deuoluit primam cauſam cum ſua qualitate.

97 Iudex appellationis poteſt ſupplere de facto uicem abſentis.

98 Litis conteſtatio an requiratur in appellatione ab interloquutoria, ſi partes ſunt præſentes.

99 Abſentia unius partis non impedit diffinitionem articuli appellationis ab interloquutoria, ſiue fuerit lis conteſtata, ſiue non.

100 Iudicium non eſt abſque litis conteſtatione. & 102

101 Litis conteſtatio non eſt neceſſaria ſuper articulo grauaminis, & datur ratio.

103 Lis quod debeat conteſtari in appellatione ab interloquutoria, ſi pars eſt præſens, ſicut in diffinitiua.

104 Appellatio non admittitur in cauſa momentaneæ poſſeſſionis, & ubi agitur de mero poſſeſſorio.

105 Cauſa dicitur minima, quando contenditur de poſſeſſione tantum, licet res ſit maximi ualoris.

106 Appellatio a ſententia ſuper poſſeſſorio quod nullibi prohibeatur.

107 Poſſeſſio parat multa commoda.

108 Appellatio non datur, etiam in poſſeſſorio iuris, & in poſſeſſorio dato uigore ſtatuti.

109 Appellatio quo caſu detur in cauſa poſſeſſorij.

110 Appellatur ab hypothecaria, licet nudam poſſeſſionem aduocet.

111 Appellatur in poſſeſſorio mixto.

112 Appellatio datur in poſſeſſorio recuperandæ, & quare.

113 Exequutio facta appellatione pendente debet per uiam attentati reuocari.

114 Appellatio ſuper poſſeſſorio ualet, quando non admittenda fuit admiſſa.

115 Appellari licet non poſſit in cauſa momentaneæ poſſeſſionis, poterit tamen per uiam nullitatis ſententia in cauſa huiuſmodi lata impugnari.

116 Appellatio non admittitur de iure ciuili in cauſa poſſeſſorij, ſiue agatur interdicto recuperandæ, ſiue adipiſcendæ, niſi ut.

117 Appellari ita poteſt de iure Canonico in cauſis minimis, ſicut in maioribus.

Inſtantia

118 Inſtantia de iure ciuili durat triennio, de iure canonico poteſt perpetuo durare.
119 Exequutio non retardatur per appellationem interpoſitam ſuper poſſeſſorio.
120 Appellatio quo caſu de iure ciuili ualeat ſuper poſſeſſorio.
125 Nullitatis dictio in poſſeſſorijs eſt permiſſa, licet ſit prohibita appellatio.

QVAERO vigeſimo quarto de
materia appellationis vtili, fre-
quenti, & neceſſaria, quam iudi
cantes vt plurimum, licet intelli
gentes, non obſeruant, quod ſi
facerent, rectiori iudicio procederent, nec
partibus appellandi occaſionem darent. in
hac quæſtione multa tractabuntur, quæ qua
lia ſint, ſingula in partitione cognoſcentur.
multiplex autem eſt eius effectus, tā quo ad
inuentionem, quam quo ad exequutionem.
1 Nam † primo appellatio eſt iuuēta principa-
liter ad corrigendam iudicis iniquitatem, 2.
q.6.c.omnis oppreſſus, & c.ſeq. & c. placuit.
c.cum ſit.c.perſonas. de appel.c. cum ad ſe-
dem.de reſti.ſpoliat.c.cum ſpeciali.§.porrò.
de appel.ad differentiam nullitatis, quæ tan-
tum ad irritandum actum eſt iuuēta.nam ſen
tentia nulla non meretur nomen ſententiæ.
c.fina.de re iudi.lib. 6.l.4.§. condemnatum.
ff.eod.glo.in clem.unica.de ſequeſtrat.l.1.in
prin.ff.de appel.iuncta l.1.§.fi.ff.ad Turpil.&
eſt commune ſcribentium dictum, ſecundū
Fely.in rubr.de appel.nā appellatio eſt præ-
ſidium innocentiæ.d.§.porrò, & cap. conſul
2 uit.il ſecondo, de appe.Et ideo † de iure com
muni ſemper admittitur, niſi ſpecialiter ſit
prohibita, ſecundum glo.in l.qui reſtituere.
ff. de rei uendicat. quæ ſingularis eſt, teſte
Fran.in Rubr.de appel.in ſexto, col.5.Bal.in
l.uni.col.2.C.ſi de moment.poſſeſſ.& in c.pa
ſtoralis.col.3.de appel. & Deci. in c. cum ſit
Romana.col.4.eo.tit.
3 Deinde eſt inuēta ipſa appellatio † ad pro
nuntiatum ſuſpendendum, & extinguendū
interim ipſa appellatione pendente. Saly.in
l.1.C.qui bon.ced.poſ.Aret.in §. fina. Inſtit.
de action.Afflic.deciſ.296.incip, quidam de
bitor.uerſ. Tamen quia dicit Saly. & eſt tex,
in l.fin.ff. ad Turpil.Pronuntiatum vero ipſa
appellatio ſuſpendit, quatenus reſpicit futu-
rum, ſed quatenus reſpicit præſens, ut ſupra
dictum eſt, extinguit.Bald, in l.tale pactum,
§.qui prouocauit.ff.de pact.refert & ſequitur
Afflic.deciſ. 188.incip.ſi conuenitur. col. 3.
* nu.5.uerſ. & per hoc facit. & eſt communis
opinio cum Bar.in d. l. fi. in fi.ff.ad Turpil.l.
furti. in prin. & ibi glo.Bar.& Doct.ff.de in-
fam.c.ueniens.& ibi Doct.de iureiuran.c.ſi a
iudice.de appel.in 6.c.ſæpe.ext.eo.tit. Bal.in
l.ſi cauſa cognita.C.de trāſact. & alibi in Ru-
br.C.de appel.& hanc eſſe communem ſen-
tentiam teſtatur Alex. conſ.188. incip.viſo.
col.4.verſ.& licet.uol.2.Ang. in repetit.d.§.
qui prouocauit.Are.in §.ex quibuſdam.Inſt.
de pœna tem.litig.Alex.conſi.35.uol.4.
Et quia ſupra num.1.dictum eſt, quod ap
pellatio eſt inuenta: ideo per tranſennam
ſciendum eſt, ſecundum Abb.in Rubr.de ap
4 pel.col.2.uerſ. ad tertium. Quod † formali-
tas appellationis eſt de iure poſitiuo, l.vn.C.
de ſenten.præfec.præt. nam & olim ſolemni
tates appellationum non erant inuentæ, l.2.
ff.de orig. iur. ſed ipſa ſubſtantia appellatio-
nis videtur de iure naturali.nam eſt quædam
defenſio, ſeu præſidium innocentiæ.d.§.por
rò.& c.ſuggeſtum.eod.tit.ut ſup. dictum eſt.
fuit enim principaliter inducta ad iniquita-
tem, ſeu imperitiam iudicis corrigendam, l.
1.ff.eo.uel ad ſupplendum quod in priori iu
dicio incaute fuerat omiſſum.c.cum Ioan.de
ſi.inſtrum.l.per hanc.C.de tempor.appellat.
Appellatio enim defendit a ſententia lata cō
tra nos, vel ignorantia iudicis contra iuſti-
tiam, uel per imprudentiam, ſecundum Bar.
in l.ſi expreſſum.colu.4. ff. de appel.& quod
propter ſupradicta duo fuerit principaliter
inuenta appellatio, dicit iuriſconſ.in l.1.ff.de
appel.& quæ dicit Abb.in d.Rubr. de appel.
præcit.loco, omnes ſequuntur, vt dicit Deci.
in d.Rubr.de appel.col.5.uerſi. tertia princi-
palis, licet ipſe ad longum dictum Abb. im-
pugnet, ut ibi.
Effectus autem proximè dictorum in præ
ceden.eſt ad ſciēdum, an ſtatutum, Princeps,
vel conſuetudo poſſint tollere appellatio-
nem, quibus quæſtionibus quia non eſt lo-
cus hic, ipſas remittam, & interim circa ſtatu
5 tum † videantur, glo.& Bald.in l.præſcriptio
ne.columna ſeptima, in magnis. verſi.nunc
uenio ad exempla. C. ſi cont. ius uel util.pu-
blic.idem Bald.in §.quibus. columna vltima
in verſi.non obſtat. in prima conſt. Cod.Bar
tol.in l.is cuius. aliàs ſi cui. de aqua pluu. ar-
cen.& plenius in l.omnes popul.3.quæſt.3.
quæſt.prin.col.10, uer, iuxta præmiſſa quæ-

ro.ff.de iuſt.& iure.& ibi Alexan.col. 5. & in l.ambitioſa.col.10. uerſic. circa alias vero.ff. de decr. ab ordi. facien. ubi omnes tenent negatiuam. Contrarium vide per Bald. in l. fina.col.2.uerſ.ſed nunquid per ſtatutum. C. de ſenten.& in l.fina.§.illud.ad fin.ubi etiam Ang. C. de tempor. appel.in l.2.colum.1.in fine.in prima oppoſ. in fi. C. quæ ſit longa
6 conſuet. De Principe † poteſt videri apud Doct.in d.Rubr.de appel.in l.1.§. interdum. & ibi Barto. in 1.& 2. oppoſ. ff. quibus ap-pel.non licet.Bar.in l.finà.col.1.in fine.C.de ſenten.Specul.in titu. de appel. §. in quibus. verſi. Secundo quando appellatio. & verſi. ſequen.Fely.in Rubr.de appe.columna 2.& in cap.1.de reſcrip. Socin. conſ. 195. incip. circa primum conſultationis articulum. in prin.uolu.2.Felyn.in cap. ſicut Romana. de reſcrip.ubi concludunt, quod appellatio po teſt tolli per Principem ſolum.De conſuetu-
7 dine † videantur Ioan.And.in addit. Specul. tit.de appel.§.nunc tractemus.in prin. in ad-dit.incip.Martinus de Fano. Roma.in Rubr. de arbitr.col.28.Doct.in c. cum acceſſiſſent. de conſtit. ubi tenent negatiuam.

His remiſſiue poſitis, quia ſupra tetigi per Principem ſolum appellationem poſſe tolli, ſufficit pro nunc, quo ad hoc dicere, quod
8 cum appellatio † ſit defenſio,non poteſt tol li attenta eius ſubſtantia, quia eſt de iure na-turali, eſt communis omnium opinio cum Bar.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iure,& ibi Bald.& Inſtit. de iure naturali. §. & ſi quidem. quod ius naturale Princeps tollere non poteſt. In-ſtit.de iure natur.§.ſed naturalia. & hanc eſſe communem teſtatur Ioan.de Amic.conſilio 147.incip. ſuper dubio quæſtionis. num. 6. verſi.conſtat autem. De cuius tamen concl. veritate,remitto ad Abb.in dicta Rub.de ap-pellat.col.2.uerſi. ex quib. poſſet.& ad alios ſcribentes ibi,& præſertim Deci.uerſi.ex præ
9 dictis infertur.ubi concludunt, quod † Prin-ceps ex cauſa, & cauſa cognita poteſt tolle-re defenſionem,nedum appellationem,quia appellatio eſt quædam defenſio ciuilis, & non naturalis,ut per eos.Rota tamē deciſio-ne decimaſexta, ſub tit.de dolo,& contum. quæ incip.Cum iura clamitent.in nou.nume ro tertio,verſi.præterea graue eſſet. decidit, quod defenſio, ideſt remedium appellatio-nis non eſt denegandum diabolo,ſi eſſet præ-ſens in iudicio.quam ſequitur Alexand.con-ſilio 113.incip. viſo. columna prima, libro quinto,vbi uocat appellationem remedium fauorabile,ut poſt omnes refert Vanti.in tra cta. nullit.Rubr.quid ſit nullitas.numero de-cimo octauo, uerſi. ſi ergo eſt iuris remediū. & alia deciſ. Rot. per Biſign. in antiq. 23.tit. de appel.quæ incip.Appellatum eſt a diffini-tiua.numero tertio, aſſerit, quod appellatio eſt quedam ſpecies defenſionis, & iſta vide-
10 tur tutior propter Rotæ authoritatem,† quæ tanta eſt, vt præualeat communi opinioni Doctorum,ita Barb.in capit.olim.de lit. cō-teſt. columna 12. poſt prin. refert Hieron. Cucal.in addit. ad Deci. in reg. iura ſangui-nis.de regu.iur.in addit.in lit. C, ſuper uerſi. Contrarium tamen. Dicas, quod in totum non poteſt tolli appellatio nec ſimpliciter, ſed in caſibus,& ex cauſa ſic, & ita concor-dantur dicta ſupra: nam caſu quo negatur appellatio,non tamen ſublata ſunt alia reme dia,vt infra dicam. Vnde licet Princeps tol-lat appellationem, remanet tamen recurſus, ita Abb.in capitulo primo, ſecundo not.vbi Deci.Bero.& cæteri,& in capit.paſtoralis.de reſcrip.& ſic non aufertur defenſio, ſed de-terminatus quidam defenſionis modus, qui iuris poſitiui eſt, licet in ſubſtantia ſit iuris na turalis, & alius ſupereſt modus, quo ſe tueri poteſt,ideſt recurſus, ut dicit Menoch. conſ. 100.num.102.vol.1.

Quo igitur ad propoſitam quæſtionem,
11 dicimus, quod † appellatio reſcindit ſen-tentiam, & cauſam reducit perinde ac ſi lis fuiſſet conteſtata in cauſa principali, & ſic ſolum in cauſa appellationis poſſunt fieri il-la, quæ poſſunt fieri in cauſa principali poſt litem conteſtatam.l.ita demum.C.de procu-rat. Bald. in lege,per hanc. columna quinta. C.de tempor.appel.Caſtren.conſilio ſeptua geſimotertio, incipiē. quod in cauſa appel-lationis.not.Abb.in capit.denique.de exce-ption.ſuper gloſ.per ſententiam. in fine. & ibidem refert Deci.columna quarta, uerſ.in fine gloſ. de quo ipſe Deci. alibi in Rubr. de
12 appel. columna quarta. Et nedum ipſa † ap-pellatio negotium deuoluit,ſed etiam cogni tionem nullitatis, & hoc propter connexita tem quæ eſt inter eas,l.quædā mulier.ff. fam. erciſc.Innoc.in c.dilecto.de appel.Oldr. cōſ. 12.incip. Quæſtio eſt prima. ſub nu. 1.uerſi. immo eſt tanta.argum.l.1.C. quan. prouoc. non eſt neceſ.& cap.literas.de reſt.ſpoliat.&

eſt

eſt deciſ.Rotæ.5.ti.de lit.conteſt.in nou. quę incip.fuit dubitatum.nu.3.uerſ. immo ſecundum eum. & 29. in antiq.tit. de ſenten. & re iudi.quæ incip.nota utrum.nu. 4. & ipſa appellatio intantum ſuſpendit effectum ſententiæ,vt ſuſpendat etiam omnia in prima inſtātia producta, ita vt non obſtent in ſecunda niſi reproducantur,c.uenientes. de iureiurā. d.c.cum Ioannes.de fide inſtru.d.l.per hanc. C.de tempor.appel.& Rota. de reſt. ſpoliat. in nou.16.quæ incip.Si A. conferatur.nu.2. uerſ.quia a concluſione,ſiue ſententia.Et nedum præmiſſos effectus operatur ipſa appellatio,ſed etiam † expenſas,damna, & pœnā
13 in ſententia reſeruatam ſuſpendit.Bal.in l.terminato.C.de fruct.& lit.expenſ.Bar.in l.Paulus.ff.de re iud.Lanfran. in c. quoniam contra.de probat.in uerſ.expenſæ.nu.10. & 15. Iaſ.in l.properandum.§.ſiue autem.num.26. C.de iudici.late Carau.Ritu Neapol.297.nu. 5.12.& 13. & ritu. 298. in fine. & Burſ. poſt alios quos citat,in conſ.21.nu.12.uol.1.

14 Aduertendum tamen eſt, quod † licet appellatio ſuſpendat,& deuoluat inſpecto futuro euentu,ut per Lap.alleg.2.nu.12.& in terminis alleg.107.uerſ.ſecunda ratio.iunc. ad. dit.Mandoſ.ſeni.in uer.deuoluitur.& quo ad præſentem ſtatum extinguat ſententiam, vt ſupradictum eſt, & tenuit Bal. in Rubr. C.de appel.Butri.Imo. & Abb. in cap. uenientes. in fine. de iureiuran. Alexand. conſilio 37. incip.viſo themate.col.2.uol.4.Socin.conſi. 76.incip.Et viſa facti.colum.2.& Aret.in l.ſi cauſa cognita.C.de tranſact.hoc tamen non procedit quantum ad litis conteſtationem,
15 nam † illa indiſtincte non extinguitur nec ſuſpenditur per appellationem, ſecundum Bart.in d.l.ita demum.colum. fina.per illum tex.uerſic.deinde conclude. C. de procurat. Abb.poſt Butr. in cap. exceptionem. col. 5. uerſ.item ſcias.de exception.Bald. in d.l. per hanc.colum.5.C.de tempor. appel. & tradit Caſtren.d.conſi. 73. Et huius dicti notabilis
16 effectus eſt: Nam † exceptiones dilatoriæ, quæ prohibentur opponi poſt litem conteſtatam,non poſſunt opponi in cauſa appellationis,niſi in caſibus, ut per Iaſ. in d.l.ita demum.C.de procurat. ſuper quibus non inſiſto, quia non faciunt ad propoſitum concluſionis.

Aduertendum eſt ulterius, quod licet (ut
17 ſupra dictum eſt) Appellatio † iuriſdictionē ſuſpendat & impediat, ut etiam dicit Inn. in c.ſi quando.de offic. deleg. & ibi Abb. in 4. concluſ.quos Bal.ſequitur in l.addictos. col. fina.C.de epiſc.audien. & in l. vt uim.quæſt. 7.de iuſt.& iure. in tantum, quod, vt inquit Oldr.in conſi.89. incip. Epiſcopus inuocat. poſt appellationem iudex remanet tanquā priuatus, non tamen ſuſpendit nec impedit ſi eſt manifeſte friuola, c. Paſtoralis.de app.
18 cum ibi not.Nam † appellatio manifeſte friuola proceſſum non interrumpit,nec obſtat iudicis inhibitio deſuper emanata, Felyn.in c.dilectus.il 2.de reſcr.colu.fi.uerſ. non inhibet iudex.& late Maran. par. 6. Rubr.de appel.num.196.uerſ.ſecundam regulam. & ita decidit Rota,ut patet deciſ.1.tit.de offic. delega.& deciſ.58. incip. ſi appelletur manifeſte friuole.de appel.in nou.Et adeo hoc procedit, ut friuole appellantem ante ſententiā priuet etiam facultate appellandi poſt ſentētiam, a qua aliàs ſibi licitum fuiſſet appellare.clem.ſi ante,de dolo,& contuma. ibi, vel ſi iudex pronuntiauerit illam falſam,& ab ipſa pronuntia non fuit appellatum,iunc. gl.in uer.manifeſte.& ibi Card.col.3.& 4.&latius conſi.32.in 1.dubio.colu.1.& 2. ubi teſtatur hanc eſſe communem opinionem. & d. deciſ.Rotæ 58. num. 3.uerſ. præterea reperio.
19 Ratio eſt, nam † manifeſte friuole appellās facit iniuriam iudici, & aduerſario ſuo. Iudici,quia eius officium impedit: Aduerſario, quia eius iuſtitiam quantum poteſt perturbat.& iſta eſt ratio.S.Thomæ.2.2.quæſt.69. art.3.in corpore,in 2.membro.cui conuenit tex.quem ipſe allegat.2.q.6.capit.omnino. do.Et quod friuole appellans ante ſententiā non admittatur etiam ad appellandum a diffinitiua,conſuluit Abb. conſi.38. incip. Tria ſunt.col.2.in fine.par. 1. & hoc de rigore iuris,ſecus de æquitate, & ſtylo Rotæ Romanæ,nam in ipſa admittitur talis appellans a diffinitiua,ſi docuerit de bono iure ſuo in meritis negotij principalis, ut late dicit Bonif. de Vital.in d.clem.ſi ante,

Item non procedit quæſtio in omnibus illis caſibus,in quibus non datur nec admittitur appellatio:nam ubi clarum eſt non dari appellationem, fruſtra quæritur an appellatio ſuſpendat,extinguat, uel alios producat effectus de quibus ſupra.non habet igitur lo-
20 cum in notorijs,nam † in illis non datur appellatio,Angel. in l. pactum inter hæredem.

col.pen.ff.de pact.Abb.in c.2.de re iud.Dec.
in cap.cum ſit Romana. de appel. colum. 5.
num.33.verſi.ultimo noto. & in c.conſuluit.
num.8.uerſi.circa iſtum textum.de appel. &
in d.cap.cum ſpeciali.§.porro.in prin.vbi al-
legat Oldra.in conſ.324. incip. in propoſita
conſultatione.ſed quia in Oldrado hodie nõ
extat hoc conſilium, & in conſi.ſub illo nu-
mero non tractat hanc materiam, ſed bene
in conſi.18.incip.circa primum.num.3.uerſ.
Sed contrarium. quod conſi. etiam ibi citat
Deci.ubi Oldr.dicit rationem, quare ſenten-
tia in notorijs ſtatim poſſit exequi non ex-
pectato decendio dato ad appellandum, eſ-
ſe, quia cum decendium datum ſit ad delibe
randum utrum quis velit appellare uel non,
in Authe. de appel.& int.quæ temp. in prin.
& in notorijs certum ſit appellari non poſſe,
d.cap.cum ſit Romana.cap peruenit. & cap.
conſuluit.fruſtra eſſet expectare, quod expe-
ctatum non prodeſt.ff.ad Velleian.l. aliquan
do.§.ult.de acquir.hæred.l.cum hæres.§.fin.
& argu.de curat.bon.dan.l. 1. Credo quod
Deci.uoluerit allegare Roman.conſ.324. nã
in prin.d.§.porrò, dicit.Oldr.in conſi.324.&
paulo poſt ſubiungit. ita Roman. dicit in di-
cto conſi.324.nec mirum, ignorantia enim
aliquorum correctorum ſimiles, & maiores
errores cauſat.Rom.enim in conſ. ſub d. nu.
1.& prin.num.2. dicit illud ad quod per De-
ci.allegatur, dum ait, notiſſimam eſſe iuris re-
gulam, ſententia in notorijs prolata appella-
ri non poſſe, allegat.d.§.porro. & alia iura, vt
21 per ipſum.& eſt ratio, nam † in notorijs, iu-
dicis pronuntiatio non eſt proprie ſenten-
tia, ſed videtur quędam exequutio, Innocen.
in cap.ex parte, il primo. de verbor. ſignifi.
num.4.in fine, ſuper uer.manifeſta.& ab exe
quutore non appellatur.cap.nouit.de appel.
Oldr.d.conſi.18.Deci.d.§.porrò.in prin.nu-
mero ſecundo. immo iudex in notorijs de-
bet procedere potius in exequendo, quam
ſententiando, ut dicit Gig.ad Dec.ubi ſup.in
uer.iudicis.ubi citat videndum Socin. in cõ-
ſilio 22.col.4.uerſ.quarto. circa fin. lib.1.Re
ſtringe tamen iſtam fallentiam ut locum ha
beat in cauſis criminalibus. d.ca. propoſuit.
de appel.& ibi Doct.ſecus in ciuilibus, nam
22 † in ciuilibus, etiam in notorijs, admittitur
appellatio, quæ ſuſpendit exequutionem, li-
gans manus iudicis a quo.glo.in l. emptore.
in prin.in uerſi.poſſe.ff.de actio.emp.Bald.in
l.final.col.2.uerſi.Quæro quid.eod.tit. C. de
quo per Specul.in tit.de noto.crim.§.iam de
notorio.uerſ.8. & ita intelligit Firmanus in
repert.in uer. Appellatio in notorijs. Decla-
ratur ulterius iſta fallentia non habere locũ,
quando allegaretur cauſa, per quam iuſtificã
23 retur appellatio: nam † tunc etiam in noto-
rijs admitteretur appellatio, ut puta ſi propo
neretur illud ſuper quo eſt lata ſententia, nõ
eſſe notorium.multa enim dicuntur notoria,
quæ non ſunt.d.c.conſuluit.de appel. glo.in
d.c.cum ſit Romana.§.ſi autem.in uer.man-
detur.eod.titulo, ut nó.Deci.in d.§.porrò.in
prin.& in d.c.conſuluit.il 1.num.8.uerſi. Cir
ca iſtum tex.ubi allegat concor.poſt Oldr.&
Roman.in præcit.conſi. Licet igitur in noto
rijs non detur appellatio, tamen.datur a de-
claratione notorij, ex ſuprad.ratione, ut di-
xit etiam Specul.in tit.de recuſat.§.fin. uerſi.
hoc etiam nota.Abb.conſi. 100. col.penul.
uerſ.& ſi etiam.vol.1.Felyn.in c.Rodulphus.
columna penul. uerſ.& appellari poteſt. de
reſcrip.& in c.cum non ab homine.col.pen.
uerſic. Et nota quod licet. de iudici.quos in
hanc ſententiam citat Gabriel. Concluſ. ſua-
rum lib.6.de reg.iur.concluſ.3.num.60.quæ
autem dicatur iuſta cauſa vt appellatio in no
torijs admittatur, ponit Deci. in d.§.porrò.
num.20. uerſ. Et iuſta cauſa.de notorio au-
tem quid, & quotuplex ſit, & in quo differat
a manifeſto, pleni ſunt libri.vide per te.

Declaratur ulterius propoſita quæſtio nõ
habere locum in ſententia excommunica-
24 tionis, nam † appellatio ipſam non ſuſpen-
dit, c.is cui, de ſenten.excommun.in 6.c.per
tuas.ext.eo.tit.Reſtringitur tamen iſta decla-
ratio non procedere in ſententia declarato-
ria excommunicationis incurſæ, nam ab iſta
datur appellatio, quæ ſuſpendit, ut no. Card.
& Imo. in clemen.1. ad finẽ, uerſ. Quid autẽ
operetur.de ſequeſt.poſſeſ.& fruct. Domin.
in cap.is cui.§.ſane.de ſenten. excommun.in
6.refert & ſequitur Deci.in cap. repræhenſi-
bilis.col.2.num.20. uerſi. quia ſententia ex-
communicationis.de appella.& alij quos ad
hoc congerit Gabriel.d.concl. 3. de reg.iur.
num. 59. & non ſolum ſuſpendit declarato-
riam, vt ſupra, ſed etiam deuoluit negotium
ad ſuperiorem.d.cap.per tuas.ubi Abb.in 1.
not.& alibi idem Abb. in Rubr. de appellat.
colum.2.uerſi. Et ſcias quod non ſemper. &
in c.cum cõtingat.de offi.deleg.& tollit præ-

ſumptionem

ſumptionem ſententiæ, Innocen.in c. bonæ. il 1.de elect. c. quoniam contra. de probat. bona glo.in materia, in c. ad reprimendam. de offi.ordin. Alex.in l.ſi cauſa cognita.C.de tranſact.& conſi.37.incip.viſo themate.vol. 2.& Socin.conſi.76. incip. viſa facti contingentia.uol.2.

Vlterius concluſio non procedit in inter-
25 dicto. Nam † excommunicatio & interdictũ a pari procedunt, quantum ad hoc, quod neutro caſu per appellationem ſententia ſuſpendatur, c.ad hæc.ubi Doct.not. de appel. & clarius in d.c.is cui.de ſenten.excommun. in 6. Declaratur tamen iſta Limitatio procedere in interdicto a diuinis, in ijs, quæ reſpiciunt animam. Secus in interdicto in rebus temporalibus, nam tale interdictum ſuſpenditur per appellationem.glo.not.quæ ita cõcludit in d.cap.is cui.in glo. fina. quam multum not. Abb.& Doct.in d.c.ad hæc.ubi Bal. circa finem, dicit, quod ſuſpenſus ab ingreſſu ciuitatis uel Doctor a Lectura per appellationem ſententiam ſuſpendunt, quia iſta temporalia ſunt. Innocen.in ca. fina.de pen. intellige iſtam declarationem, niſi illud temporale eſſet connexum, & haberet dependentiam ab interdicto in diuinis, ſeu ab excommunicatione, quia tunc etiam in tali iure temporali non haberet locum ſuſpenſio. c.paſtoralis.circa finẽ.de appel.ubi Abb.declarat in pen.col.ſuper.§.verum quia.uer.ad vnum tamen aduerte.

Non habet etiam locum concluſio in ſen-
26 tentia Principis, a qua † non poteſt appellari, ideo nimirum ſi appellatio nullum effectum parit.2.quæſt.6.§.anteriorum.9.quæſt. tertia. cuncta per mundum. & cap.per principalem.Card.in clem.1. de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct, quæſt.10.l.2.ff.quis & a quo. Reſtringitur iſta fallentia niſi Princeps ferret ſententiam ad alterius relationem, quia tunc poteſt interponi appellatio.ita dicit Roman.in cõſilio 521.incip. circa propoſitam. & dat rationem, quia appellans tunc potius prouocat aduerſus errorem, ſeu imperitiam relatoris, quam aduerſus ſententiam Principis. & loquitur in appellatione a ſententia ſummi Pontificis promulgata ad relationem unius Cardinalis.num.1. & exemplificat in Imperatore, numero ſecundo, & per tot. conſilio iunc.addit. Mandoſ.iun.ſuper uer. relatione. ubi tradit concor. ut per eum.quod conſiliũ corrupte allegat ſub numero 21.Gabriel.cõcluſ.ſuar.lib.2.de appel. concluſ. 1.ubi ponit quæſtionem, & more ſuo glomerando multos citat, uide illum. & ultra per eum allegata, uide omnino Afflic. in prælud.ad Conſt. quæſt.16.num.4.& 5. ubi ponit quid in ſupplicatione, & per totam illa quæſt.enumerat caſus quibus appellatio & ſupplicatio differunt.uide illum, quia hæc ſcire utile eſt. Quid
27 autem ſit a ſententia ſenatus, † idem ponit in ea.quæſt.num. 4.in princ.& in deciſ.231. & de eius ſententia idem iudicatur, quod de ſententia Principis, nam Principem repræſentat, ut dicit idem Affl. deciſ. 120.in fine. & ſequuntur Crau. conſi. 144.in fine.& Rolan.conſi.70.nume.17.& 18.uolu.1.& id ante eos tenuit Gui.Pap.quæſt.19. 39.& 58. & Deci.conſi.200.in fine.ſicut igitur a Principis ſententia non licet appellare, ita nec a ſententia Senatus. Neuiza. conſi.70.num.1. Menoch.de arbitr.iudi.lib.2.cent.1.caſu.68. vbi a num.21.uſque ad num.35.multa ponit pro confirmatione huius dicti, & exemplificat in multis Senatibus, ut per eum, & per Caccher.in proem.ante deciſ.ſuas.quos omnes ſimpliciter in hanc ſententiam refert, Burſ.conſilio 62. inci. nullibi uideo.numero 26.& 27.uolum. 1.& de hoc uide latiſſime Bertach.in repert.in lit. A, in uer. appellatio a quibus non fiat.uerſ.appellatio a Papa, vbi ſummatim ferè omnes caſus cumulat, in quibus non datur locus appellationi. & in uer. Appellatio ab exequutione. uerſi. 1. & paſſim per illam literam. Et ſic quo ad iſtud primum caput remanet, quod appellatio in caſibus quibus non eſt prohibita, producit effectus ſupracitatos.reliqua vide apud nominatos ſcriptores, & nouiſſime per Gabriel. conſilio 35.qui multa bona dicit non refero multa Modernorum dicta, ſed ſufficiat ipſos citare: nam ſicut ego habeo, ita & alij emãt, & uideant.

Quo ad ſecundnm, breuiter dicas, quod
28 † appellans poteſt dicere tempus finiendæ appellationis tantum currere a die appellationis in ſcriptis interpoſitæ, & non ante, licet prius viua voce appellauerit, fuit opinio Ang.in l.ſi quis libellos.C.de appellat.& Salic.ibi per illum tex..& Ioan. de Imo. in l.1.§. libelli.ff.de appellat.in l.cum procurator.§.ſi dominus.poſt Angel.ibid.de ope.noui nuntiat.& in capitulo, dilecto.de appel. Paul. de

Caſt.

Caſt.& Roman.in dicto §. ſi dominus. Anto.de Butr. & Abb. in dicto capitulo dilecto.& iſtud dictum eſt verius,& magis commune,ut teſtatur Alexand.in conſilio 82. incip.Viſo proceſſu cauſæ. iux. fin. uerſi. concludas ueriorem.uolum. 1.ubi dicit ſe ita ſolitum tenere legendo & conſulendo, ſaltem quando in appellatione interpoſita in ſcriptis appellans non repetit diem primæ appellationis,ut not.Ioan.And.in capit.bonæ. de appellat.Bald.in l.generaliter.C.de rebus credit.& in cap.fina. quo temp. miles. Abb. & alij in capit.ſua nobis.de appellat.ad finē, & in dicto capitu.dilecto.columna fina.in fi. uerſi.ſecundo caſu.late proſequitur Deci. in cap.bonæ memoriæ.col.fina.de appel.

29 Ratio huius dicti eſt, quia † appellans viua uoce, reſeruato beneficio appellandi in ſcriptis, unam tantum appellationem videtur interpoſuiſſe,& ob id ſibi tempus tantum currit a die appellationis in ſcriptis interpoſitæ.nec ex ea appellatione in uoce,ſtante illa reſeruatione, ullum dicitur illatum præiudicium appellationi in ſcriptis porrigendæ, cap.directę.vbi Cardin.& Deci. de appellat. refert Menoch.conſilio 38. numero 28. volumine primo.Et licet Barto.in dicto §.ſi do minus.videatur contrarium tenere, innuen-

30 do ſcilicet, quod † tempus incipiat currere a die appellationis interpoſitæ in uoce,vt tenet etiam Bald.in l.appellatione.C.de appel latio.ex ea ratione, quia ex ſecundo actu in ſcriptis interpoſito non eſt ſecundo loco ap pellare,ſed eſt, appellationem non ſcriptam redigere in ſcriptis, ideo conſideratur tempus primæ appellationis, non quia prima, ſed quia vnica, l.inſtitutio talis. ff. de condit. inſtit.ſecundum quam opinionem, Paul.de Caſt.in dicto §. ſi dominus. refert ſe uidiſſe multos conſuluiſſe, & ſe etiam proſequutū fuiſſe, in conſilio 25.incip. ſuper primo dubio clara eſt.ubi refert Anton.de Put.Anch. & Onofr.de Peruſio ita conſuluiſſe. & latius proſequitur in conſilio ſequen. inc p. in dubio præfati excellentiſſimi,par.1.Tamen ipſemet Caſtren. recedendo ab opinione Bar, tenuit primum dictum contra Barto, quod

31 ſcilicet † tempus appellanti currere incipit a die appellationis in ſcriptis interpoſitæ, ex ea ratione, quia prima appellatio cenſetur potius quædam proteſtatio appellandi in ſcriptis, quā ſit appellatio viua voce,arg. l.fideicommiſſa.§.fina.de lega. 3. & iſtud dictum tanquam appellanti vtilius ſequendum eſt.arg.l.ſi quis intentione ambigua.ff. de iudici.Et hanc opinionem tenuerunt, Angel. Imo.& alij ſupra relati, & eam dicunt magis communem.Immo Ang. in d.l. ſi quis libellos,dicit, quod conſuetudo ſeruat iſtam. & eam legendo tenuit Alexand.in d.§. ſi dominus.quem ſequitur ibi Iaſ. colum. pen. uerſi. quærit Bartol.ſi appellaui in uoce, & ita tenendum eſt.

32 Aduertendum tamē eſt,quod † licet, quo ad actum interrumpendi per appellationem iuriſdictionem iudicis a quo, ſufficiat appellatio uiua uoce ſine ſcriptis,ut C. de appella. l.litigatoribus.ſi incontinenti fit, debet porrigere libellum appellatorium infra decem dies,ut C.eo.auth. hodie. & apoſtolos petere,de quibus in dicto capit.bonæ memoriæ. de appel.de quo per Barto. in dicto §. ſi dominus.col.2.ad finē. uerſ. ſed quid ſi dixi. & ibi Imo.& Alexan.col.8.uerſi.ſubſequenter. cum concor.ut per eum. Bald. in dicta l. litigatoribus.& in l.generaliter.§.2.de reb.cred. Lanfran.in capitu. quoniam contra. de probatio.in uer.appellationes. columna ſecunda.Quod procedit etiam ſi pars ipſa læſa fuit præſens,& non contradixit, Barto.in l.1. uerſi.ultimo no. C.de relat.Bald.in l.ne in ar bitris.columna ult.uerſi. ulterius etiam no. C.de arbitr.Franc.in cap.intimaſti.de appel.

33 in ſexto.nec † per partium pacta tale tempus prorogari poteſt, ſecundum Bald.in dicta authen.hodie. & in authen. ei qui. C.de tempor.appel.per tex.in clemen. ſi appellationem.de appel.licet per ſtatutum uel conſuetudinem poſſit prorogari.glo. ſingul. ſecundum Bald.in l.2.C. ſi contra ius uel util. publi.De tempore autem proſequendæ appellationis,an poſſit prorogari,dicam infra in tertio memb. princ. Et ſic appellatio fieri debet infra decem dies in ſcriptis a die interpoſitæ appellationis in uoce, ut ſupra.

Fallit quando grauamen habet cauſam

34 ſucceſſiuam, nam † tunc etiam poſt decem dies appellare licet.Specul.in titu. de appel. §.reſtat.in fine.Bald.in lege ſecunda, columna ſecunda.C.de epiſcop. audien. Alexand. in l.1.§.ſed excipiuntur. circa medium. ff.de ferijs.Pau.de Caſt.in l.eum qui.§. in populatibus.in fi.ff.de iureiuran.

35 Fallit etiam in comminatione iudicis, † a qua

qua datur appellatio, c. cum ceſſante. & ibi Innocen. paulo poſt prin. de appel. Bald. in l. 2. col. 3. verſi. ſed aduertatis. C. de epiſcop. audien. not. in l. ſiquis prouocatione. C. de appel. Specul. tit. de appel. §. 1. poſt prin. in uer. & intellige. ubi ponit formam talis appellationis. nam & in ipſa licitum eſt appellare poſt decem dies, quia talis comminatio nō habet vim ſententiæ, Paul. de Eleaz. in clem. cauſam. de elect. no. in c. ad aures. de tempor. ordinan. Innoc. in cap. 2. in glo. in uer. inhibitione. de in integ. reſtit. Specul. de appel. §. in quibus. uerſ. 37. & ibi Ioan. And. in addit. in uerſi. quid ſi Epiſcopus. & hæc quo ad ſecundum membrum.

Quo ad tertium maior eſt difficultas. nam
36 licet, † vt dictum eſt ſupra, num. 33. tempus ad appellandum conſtitutum non poſſit de conſenſu partium prorogari, vt per Zenzel. in extrauag. Ioan. 22. incip. ſuſcepti. in uerſi. nos de illo, in ver. decem dies. in tit. de elect. Bal. in l. Centurio. in fine. ff. de vulg. Caſtren. & Rom. in l. 2. ff. de re iudic. idem Roma. in repet. Rubr. de arbitr. col. 15. num. 30. Corſ. in ſuis ſing. in uer. appellatio. uerſ. Appellatio interponi. & alij ut d. num. 33. tamen de tempore proſequendæ appellationis nō eſt citra controuerſiam an poſſit prorogari. Et quoniam iſta materia prorogationis fataliū frequens eſt & diffuſa, ideo neceſſaria perſtringendo, procedam per concluſionem, ampliationes, & limitationes.

37 Concluſio igitur eſt, quod † appellationis proſequēdæ tempus non poteſt prorogari.
* & eſt communis opinio, ſecundum Alex. cō ſilio 24. incip. inſpecto proceſſu. circa finem.
* uol. 4. & huius ſententiæ fuerunt, Anch. cōſ. 286. Fulg. conſ. 168. incip. data ſententia. in fine. ex mente Bart. in authen. ſi tamen. C. de tempor. appel. & in l. fin. eod. titu. ſecundum quam fuiſſe conſultum Senis refert Bald. in addit. Specul. ad tit. de appel. in fine tit. in addit. magna, quę incipit, Confeſſus in tormentis. §. conſtitutio Epiſcopi, uel ſtatutum ciuitatis. uerſi. Et ita fuit conſultum Senis. & eam poſt alios quos citat, dicit communem Dec. in c. ex ratione. uerſ. ſecundum, dum Abbas. & in cap. cum ſit Romana. num. 46. & 47. de appel. & fuit opinio Specu. in tit. de appel. §. nunc breuiter. uerſi. licet autem detur annus. ibique Ioan. And. in addit. ſuper uer. Ex ratione. ubi ad longum ſuper hoc refert duas diſputationes, unam Mart. & alteram Richar. Malum. ut ibi per eum. & Cy. in auth. ei, qui in fi. C. de tempor. appel. Cyn. & Bal. in d. l. Centurio. ff. de vulga. Bartr. & An. in d. c. ex ratione. & in c. pen. de iudici. Alex. in l.
38 properandum. colu. 4. C. de iud. Debet † autem talis proſequutio, & expeditio fieri intra annum, cum citatione partis. Ang. in Authen. de iudici. §. appellationibus. in ver. ſcias autem. collat. 6. & ex cauſa, intra biennium, a die ſcilicet interpoſitæ appellationis, non ante, ut ibi dicit ipſe. & Bar. in l. fin. §. illud. & in authen. ſi tamen. col. 1. uerſ. oppo. ſecundo. & latius in uerſi. quæro circa iſtam partem. C. de tempor. appel. & eſt text. in clem. ſicut. de re iudic.

Ampliatur iſta cōcluſio procedere, quod
39 † nec etiam pacto ſeu conſenſu ſimplici litigantium poſſint talia tempora prorogari. ita ſentit Barto. in d. auth. ſi tamen. & in d. l. fina. C. de tempor. appel. & probatur in Clemen. appellationem. & ibi glo. & Doct. de appel. Ioan. And. in d. uerſ. licet autem detur annus. Bal. in l. eos. col. 2. uerſ. Modo quærit glo. C. de appellat. Matheſ. not. 24. inci. nota quod tempus. Abb. in d. c. ex ratione. nu. 8. ubi Fel. num. 3. idem tenuit. Ale. in d. conſ. 14. in uer. pro hoc etiam facit. vbi dicit, quod licet tempus appellationis breuius ſit. quam ſit tempus inſtantiæ cauſæ principalis, tamen non poteſt conſenſu partium prorogari, & ibi di
* cit hāc eſſe magis communem opinionem. & ſequitur Bero. in d. c. cum ſit Romana. nu. 52. de appel. ubi late proſequitur materiam, & dicit aliàs pro hac ſententia conſuluiſſe. & licet Deci. in d. c. ex ratione. in uerſ. ſecundū dum Abb. diſcutiat hunc paſſum, tamen reſidet cum iſta ampliatione. & eam tenuit Bal. ante in d. auth. ei qui. uerſ. quæro nunquid tempus. C. de tempor. appel. & in authen. hodie. uerſ. quæro quid ſi eſt appellatū. C. eo. ti.

Decius in d. c. cum ſit Romana. reſtringit & declarat iſtam concluſionem non habe-
40 re locum, † ſi authoritate ſtatuti uel conſuetudinis facta ſit prorogatio. in verſ. Ex prædictis infertur. per glo. not. in l. præſcriptione. in uer. iuris. ubi Bal. col. 7. uerſ. Ex prædictis apparet. C. ſi cont. ius vel vtil. publ. nam tempus proſequendæ appellationis poteſt per ſtatutum augeri, & minui, Bald. ubi ſup. verſ. nunc uenio ad exempla. & in d. authen. hodie. & in l. fi. §. fi. col. 2. uer. Extra quæro, nunquid

quid per ſtatutum.C.de tempor.app.& Angel.in l.per interualla. C. de iudici. id tamen Deci.ubi ſupra intelligit, dummodo nõ agatur de præiudicio ſuperioris, vt declarat ẽt Bald.in l.pen.in fi.C.comminat. uel epiſt. & iſtam reſtrictionem ante Deci. poſuit Bal. in l.fi.C.de tempor.appel. per illum tex.

Sed Ant.de But.in cap.ſi diligenti.de foro competen. ponderando clem. quandiu. de
41 appel. dicit,† quod nec terminus hominis,
nec iuris communis,vel ſtatuti per uiam pro
rogationis poteſt elongari, ampliando, uel duplicando,uel triplicando,quia hoc nõ reperitur conceſſum.Et Archi. etiam ita tenet. 2. q. 6. anteriorum. uerſi.ad hoc. ubi docet modum practicandi illam Clementinam. & ſequitur Abbas approbãdo opinionem Io. And.& But.in d.c.ex ratione.col.2.uerſ.Sed mihi plus placet prima ſententia. & ſic contra Bal.& hoc pulchra ratione, quia ſi daretur quod iſte terminus poſſet prorogari, ſequeretur abſurdũ, quod partes poſſent prorogare illud tempus in mille annos,& ſic inquietaretur iudex,Reſpublica læderetur,partes uexarentur litibus & expenſis,& materia criminibus præberetur, quibus lex obuiare uolens præfixit certum terminum, ideo nõ debent partes huic poſſe renuntiare, prout in ſimili deciditur in l.properandum.C.de iudici.c.finem litibus. de dolo & contum. eſt tex. in l.nemo poteſt.ff.de leg.1.facit.c.requiſiti.& c.tua.de teſt.& iſta magis cõſonat iuri, ut dicit ẽt Bero. in d.c.cũ ſit Romana,nu.53.

Declaratur tamen concluſio non habere
42 locum in ſuperſeſſione: nam † partes, ſi uolunt,poſſunt ſuperſedere, vt non currat tempus,ut dicit Abb.in d.c. ex ratione, uerſi. ſed quando uolunt ſuperſedere. Aliud enim eſt prorogare, aliud ſuperſedere,ſeu ſuſpendere,ut dicit Alex.in d.conſi.24.uerſ.Et eſt magis communis opinio.vbi dicit, quod in cauſa appellationis bene ſuſpendi poteſt terminus,quod non currat interim lite pendente, d.clem.quandiu. Aduertendum tamẽ, quod iſtud dictum,quod interim non currat tempus, non intelligitur, quod finito tempore conuento habeat appellans integrum tempus,nam habebit ſolum quantum tempore conuentionis ſupererat, dormit enim tunc illius temporis curſus.c.un.de in integ. reſtit. c.dilecto.de uerbo.ſignif.ff. ex quibus cauſis maior.l.ſed etſi per prætorem. §. quoties. & glo. in d. clem. quamdiu. ſuper uer. currere.

Ampliatur etiam principale dictũ huius
43 tertij capitis,in iudice, vt † & ipſe non poſſit
prorogare terminum, quando præfixus eſt inſtantiæ.l.properandum.in prin.C. de iud. ubi dicitur,non eſſe iudici concedendum ulterius lites,quam triennij ſpatio excedere.Et adeo hoc procedit, quod nec uigore alicuius generalis arbitrij iudex poteſt inſtantiam prorogare.Bar.in l.ſi in lege. per illum tex.ff. locati.Sequitur Bal.in l.1.§.1.ff. de iure deliberan.& in l.obſeruare.§. proficiſci.in 11.q. ff.de offi.proconſ.& leg.Alex.in l.milites.C. de teſtam.milit.col.fi.& conſi.50.incip.Viſis actis.col.3.uol.2.& in l.qui Romę.§.Callimachus.ff.de ver.oblig.col.fi.& idem tenet Anchar.in clem.1.in 2.not. de reſtit. in integ.& Rom.conſi.322.incip.in caſu propoſitæ cõſultationis.col.2.uerſ.ſecundo & hoc eſt.vbi dicit,quod habens arbitrium plenum authoritate ſtatuti circa proceſſum ſeu cognitionẽ non habet facultatem prorogandi terminũ illi præfixum. & in hoc in aliquibus locis eſt prouiſum per particulares conſtitutiones iudicibus ex ſuo arbitrio prorogantibus,an ſcilicet cauſas omnes infra tempora a ſtatutis præfixa expedirent,ut in Rota Florentina dicit Aſini.in praxi iudici.§.2.c.9.in fi.

Quod autem dictum eſt de ſuperſeſſione, intellige,dummodo non agatur cauſa matrimonialis,ſeu alia ſimilis priuilegiata, ſecundum Goffr.Hoſt.& AEgid.in d.c.quoniã.per
44 illum tex.ut lite non conteſt.Nam † vbi cauſa
celeritatem requirit, terminus nullo modo etiam ſuſpendi poteſt,ut dicit Goffr. de app. in ſum.nu.17.uerſi. & ſic ſecundum præmiſſa patet.& not.ff.de damno infec.l.1.& l.1. & 2.ff.de ferijs.Item & ſecundo intellige,niſi ex dilatione ſeu ſuperſeſſione fiat alijs præiudicium,ut ſi eſſet quæſtio hæreditaria, vel natalium,quę differretur in fraudem legatorum.c.later.qui fil.ſint legit.

Immo ex præmiſſis,Lauren.de Rodulph.
45 in d.clem.quãdiu.de appel.notat,Quod † vbi
intereſt tertij,puta Reipublicæ, ſeu eccleſiæ, uel priuati,vel ubi periculum animarũ imminet, põt iudex cõpellere ad litigãdũ. C. quo. & qñ iud.auth.qui ſemel.de colluſ.c.1. & ibi Card.notat. ¶ Limitat̃ concluſio non proce
46 dere † in tpe præfixo a declaratione iuriſ-
dictionis.l.2.§.ſi iudex.ff. de iudic. ut dicunt Martin.& Cy.in dicta lege,properandum.in

prin.

prin.&Ioan.And.in addit.ad Specul.in ver. Et quia.§.fi.& ſi iudex.nam illud poteſt prorogari,cum non per hoc fiat prorogatio inſtantiæ ipſius cauſæ,vt dicit Alex.in d. conſi. 24.in fine. Secus in termino legali & limitato in publicum commodum,non in priuatã utilitatem, propter quod uidetur prorogatio non ualere, l. ius publicum.ff. de pact.& de inram.calum.l.2.§. ſed quia.Et Specul. & Ioan.And.in d.addit.uerſ. Contrarium uidetur tutius.

Item concluſio non habet locum, quãdo
47 appellans impeditur ex facto appellati:† tũc enim prorogatur terminus, & ſic ſi appellans fuit impeditus in primo anno,habet ſecundum,vt dicit Abb.in d.c.ex ratione. col. 3.in prin.uerſ.Ego enim dicerem.idem ſi impediatur ex quouis alio iuſto impedimento, vtputa ſi propter inopiã proſequi impediatur: huic enim taliter impedito non currunt fatalia,ut dicit Inn.in d.cap.ex ratione. & ibi Abb.col.2.uerſ.& inter cætera.Bald.in l.fi.in 1.oppoſ.C.de cond.inſer.Bar.in l.ſi procurator.§.ſi ignorantes.uerſ.ſecundo nota.ff.mãda.Bal.in l.acceptam.C.de uſur.col.ult.uerſi. hic tamẽ reſtat.per gl.in l.cos.in §.his.in uer. inopia.C. de appel.nec ſententia tranſit in rẽ iudicatam,ſed ſtat firma, & ita tenent cõiter Doct.in d.c.ex ratione.& Guiel. de Cun.in l. eos.C.de appel.dicit, quod euaſit quendam à pena furcarum, qui propter paupertatem ſuam ſententiam ipſam luere, nec proſequi poterat,ut per Hippol.conſ.10.nu.37.uol.1. nam,propter tale impedimentum, non uidetur deſerere appellationem. Bal.in margari. ad Innocen.in uer.appellatio. uerſ. 45. & in uer. contumax.uerſ. fin.Innocen.in c.perſonas.in glo.in ver.ſententiæ.de appellat.Item
48 † ſi impediatur facto iudicis, per quem ſtet quo minus in cauſa procedatur, ut in Authẽ. ſed ſi lis. C. de temp.appel. & ibi Doct. Inn. in d.cap.ex ratione.circa med.& ibi Abb.in uerſ.ſecundo caſu.id tamen intellige,ſi fuerit diligens ipſe appellans in proteſtãdo iudici appellationis inſtanter,&inſtãtiſſime, & pluries vt procedat,aliã non dicitur feciſſe diligentiam,& ſibi currunt fatalia. Bar. in auth. item ſi appellatione.in 1.oppoſ.C. de temp. appellat.& ibi Bal.& in addit.Specul. tit. de appel.uerſ.mora iudicis. & Innoc. in d. cap. ex ratione.

49 Item non habet locum concluſio,† ſi ſuperueniat impedimẽtum infirmitatis,vt not. Innoc.in d.c.ex ratione.circa med. Io. And. Butr.& Doct.in c.ſæpe.de appellat.dummodo tale impedimentum allegãs illud probet. l.fin.§.illud.C.de tempor.app.l.qui commeatus.ff.de re milit.probabit autem per ſuum iuramentum,& tali iuramento appellantis dicentis ſe non potuiſſe proſequi intra annum appellationem ſuam propter impedimentũ, ſtari,tenet Specul.in tit. de appellat. §. nunc breuiter.uerſ.quid ergo ſi appellator, quem refert,& ſequitur Anchar. in c. præterea. ad fi.de dilation.Feder.de Sen.conſ.109.incip. ſuper puncto.Ioan.And.in addit.Specul.vbi ſup.in addit.incip.Aduerte. dicit hoc uerum in appellatione ad curiã de longinquo,propter difficultatem producendi teſtes. ſecus ſi in loco propinquo.Imola & Franc.in d.c.ex ratione.Abb.in d.cap.ex ratione.col.5.uerſ. quarta quæſtio fuit.dicit arbitrariũ iudici eſſe,quæ probatio in hoc ſufficiat.idem tenent Imo.& Gemin.in c.cupientes. §. quod ſi per uiginti.de elect.in 6.Archid. & Ioan.And.in c.1.de dolo & contum.in 6.Card. in clemẽ. ſicut.q.4.de appel.Bar.& Ang.in l.2.§.quod diximus. ff. ſi quis caution. dicunt probari iu
50 ramento,† quãdo eſt difficilis probatio;quo caſu,etiam per teſtes domeſticos poteſt probari impedimentum,prout infirmitatem domini probari per teſtes familiares,tenet Bar. in l.quæſitum.in fine.uerſ.poterit etiam probare.ff.de re iud.refert,& ſequitur Gabr.concluſ.ſuarum lib.1.de teſti.concl.10.num.36. ſed quouis modo probetur,ſufficit quod ſtãte tali impedimento deducto,& probato,fatalia nõ currũt, & ex cõſequenti prorogãt.

Item concluſio non habet locum in cauſis,quę agitantur in conciſtorio Principis, in
51 quibus † nullum currit fatale. quando enim examinatur cauſa in conciſtorio,dantur nouæ dilationes, nec attenditur ſubtilitas iuris, vt tradit Bar.in l.in offerendis. per illum tex. C.de appellat. multa enim introducta ſunt præter ordinem iuris in conciſtorio, in quo ſilet omnis lex,ut dicit Gomeſ. ſuper reg. de infirm.reſignan.q.14.lit.F,in fine, & ſucceſſiue lit.A,vbi dicit quod ſtylus procedendi in cauſis conciſtorialib. multum differt ab alijs obſeruationibus curiæ.

Vlterius non procedit concluſio, ſi intra tempora proſequutionis fiat a partibus cõ-
52 promiſſum, nam † illo durante ceſſat curſus fatalium.

fatalium. auth. ſi tamen.C.de tempor.appellat.d.clemē.quamdiu.de appel. Io.de Amic. conſ.6.nu.7.& 8.& eſt deciſ.Rot.Rom.2.ſub tit.de dilation.quæ inci.fuit dubitatū.in nou.

Declaratur item non habere locum concluſio,quando eſt appellatum ſuper attenta-
53 tis, nam † eo caſu appellanti procedenti nō currunt fatalia, quia attentatorū proſequutio impedit curſum fatalium, & hoc in odiū attentantis,ita dicit Rota ti.de appel. in nou. deci.15.quę incipit,fatalia ad proſequendū, cuius deciſionem ſequuntur, Abb. in d.c.ex ratione.& Deci.ibid.num.10.uerſi. vnde illa opinio,Ioan.de Amic.d. conſi. 6.nu.14. Fel. in c.ex parte.S.de reſcr.colum.4.uerſ.& dicit Rota.circa med.quam deciſi.notat Vanti.in tract.nul.car.mihi.10.num.18.& car. 117.& idem uoluit Rota,deciſ.10.incip.Nota quod ubi. & deciſ. 79.incip. nota quod fatalia. de appellat.in antiquit. quæ dicunt, fatalia non currere agenti ſuper attentatis. & ratio eſt,
54 quia † cauſa attentatorum non requirit obſeruationem terminorum, Abb.in c.ex parte.col.pen.de reſcrip. Franc. in c. conſuluit. de appel.in 6.Bal.in l.appellatione. col.2.C. eo.Doct.in c.non ſolum.eo.tit.in 6. Rota,deciſ.unica.de offi.iudi.in antiq.deciſ.78.incip. ſciendum eſt.de appe.in eiſd.& Rota Biſign. deciſ. 2. incip. vtrum poſtquam. eod. titu.in antiquior.

Item ſaluis omnibus præmiſſis in ſuis ter-
55 minis,nota,quod concluſio † non ſibi locū uendicat in reſtrictione fatalium, Goffr. vbi ſup.uerſi.& ſi quæratur diuerſitatis ratio. nā ratio, quæ militat in prorogatione non cadit in reſtrictione, nā terminus eſt præfixus inſtantiæ fauore publicæ utilitatis, ad hoc vt lites non ſint immortales.d.l.properandum. in prin. C. de iudic, ergo nec parti,nec iudici uidetur data poteſtas prorogandi huiuſmodi terminum in præiudicium publicæ vtilitatis.l.iubemus nullam. ubi Bal.C.de ſacroſ.eccleſ.ſecus eſt in reſtrictione,nam tale tempus poteſt ex cauſa reſtringi,& militat in hoc fauor,quia cauſæ citius terminantur,id tamen non poteſt fieri ſine cauſa.& ita concordat Abb. cum gl.in d.c.cum ſit Romana.de app. Dum Abbas ſuper d. glo. vult tempus poſſe pro aliqua cauſa reſtringi, & gloſ.magna,in uer.receſſus tempus.dum negat, intelligatur ſine cauſa,ſequitur hāc declarationem Rom. in l.2.ff.de re iudic. cum concor. traditis per Alex.in d.l.properandum.in prin.colu.pen. & ſequitur Deci.in d.c.cum ſit Romana.col. 7.in prin.uerſi. Poterit tamen.

Vt autem magiſtraliter reducatur ad concordiam concluſio principaliter propoſita in hoc tertio capite quæſtionis cum ſuis cōtrarijs obiectis,& quæ obijci poſſent,generaliter ſic diſtinguas. Aut loquimur de iure Ca-
56 nonico,aut de iure Ciuili. Primo caſu † partium conſenſu prorogari poſſunt fatalia, vt ſentit Ioan.And.in glo.d.clem.quamdiu. de appel.ſuper uer. quamdiu. dum dicit per illā clem.tria adijci authenticæ, ſi tamen. C. de appel. & ratio eſt: nam ſecundum canones inſtantia temporis lapſu nunquam perimitur.d.l.properandum. in pr n. c. venerabilis. de iudici.& utrobique in glo.ſuis.Oldr.conſ. 60.num.1.& 2.& d.Rotæ deciſ.2.de dilatio. in noui.Secundo caſu prorogari nō poſſunt ſecundum Bart.in d. authen.ſi tamen. & in l. fi.de tempor.appell.& in foro ſeculari in ordinatorijs iudiciorum,& ubi non eſt periculum peccati, iudicandum eſt ſecūdum leges, non ſecundum canones.l.omni.C. de ſacroſan.eccl.Ioan. And.in c.1.de noui oper.nunciat. in foro autem eccleſiaſtico, ſecundum canones,ut in præd.locis.& ſequitur Fulgoſ. conſ.168.in fine. Et finaliter concorda, de iure Canonico fatalia poſſunt prorogari, ſi adſit cauſa,& legitimum impedimentum. de iure ciuili non poſſunt prorogari ſine cauſa, & non exiſtente legitimo impedimento, & ita in hoc concludi cum Rot. d.deciſio.2.in fine. clara eſt, uide illam. & in materia uide Firm.in reper.in lit.A,in ver.appellationum fatalia.per totum.

57 Circa quartum,breuiter dicas,† quod appellatione admiſſa, proceſſus factus a iudice qui detulit appellationi, poſt delationem eſt irritus.c.licet.c.per tuas.de ſenten.excomm. c.ad audientiam.c.directę.de appella.Ratio, quia deferendo appellationi,cauſam a ſe abdicare dicitur.de appellat.c. cum appellationibus friuolis.lib.6.& l.intra utile.ff.de mino. ſecundum intellectum Bar. & eſt communis Docto.opinio in d. c. cum appellationibus. & in c.interpoſita.§. ille denique. extra eod. tit. & ita firmat Rota Rom. deciſ. 49.incip. Ex hoc iuſurrexit.nume.4.de appel. in nou. quæ dicit,quod per quamuis iudicis delationem in tantum transfunditur tota iuriſdictio in iudicem ad quem, quod iudex a quo non

poteſt

poteſt ſe in cauſa ulterius intromittere, etiã de conſenſu partium, niſi iudex ſuperior ad eundem illam remiſerit, per d. c. cum appellationibus. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Rom. conſi. 501. incip. vt decla rationem accipiat. num. 7. verſi. vnde ſupereſt. quo caſu, ſi a ſuperiore illi remittatur, nõ per hoc intelligas, quod cognoſcat vigore ſuæ primæ iuriſdictionis, nam illa remiſſio cenſetur noua commiſſio, & in vim illius nouæ commiſſionis, & nõ in vim antiquæ procedere poteſt, vt dicit Rota. d. deciſ. 49. verſi. quæ remiſſio. Gemin. in d. c. cum appellationibus. §. ſi uero. col. 1. uerſ. Sed pone quod iudex. refert Tancr. hanc opinionem tenuiſſe contra Ioan. & dicit eam tenendam, ſecundum Ioan. And. qui remittit ad not. in c. conſtitutus. il 2. ſuper uer. confirmauit. eod. tit. & lib. 2. decretal. & de accuſat. c. meminimus. ſuper uer. deferre.

Et iſta opinio probatur per tex. in d. c. cũ
58 appellationibus. qui dicit, quod † per delationem iudex quantum in eo eſt abdicat a ſe iuriſdictionem. ergo ſi abdicat a ſe iuriſdictionem, non poteſt reuocare, quia non habet amplius iuriſdictionem, & reuocatio fieri non poteſt ab eo, qui iuriſdictionem non habet. c. ſi a iudice. de appel. in ſexto, & ibi gl. ſuper uer. teneris. Et facit quod not. extra de offi. deleg. c. ſignificantibus. ubi not. quod iudex non poteſt reuocare ſuam interloquutoriam, cuius pronuntiatio inducebat reuocationem iuriſdictionis. & ita trãſeunt omnes, & Deci. poſt Abb. & alios quos ipſe refert, in d. c. interpoſita. §. ille denique. col. 2. uerſi. An autem appellans. ubi dicit quod iſta opinio uerior de iure videtur.

59 Quicquid ergo † facit iudex poſtquam detulit appellationi nullum eſt, ex defectu iuriſdictionis, c. venientes. in fine. de iureiuran. c. non ſolum. & c. ſi a iudice. de appel. in ſexto, & per tot. tit. nil nouan. appel. pend. & uenit reuocandum per viam attentatorum, vt tradit Lap. alleg. 1. Abb. in c. ſuper quęſtionum. §. fi. de offi. deleg. & in cap. dilecti. de except. dummodo iuſta fuerit, ut dicit Lap. ibi. num. 10. de quo inferius dicam, nam iſta nullitas nunquam ſanatur. glo. in cle. 1. de ſequeſtra. poſſ. & fruct. Gomez. in compen. utriuſq. ſignat. fol. mihi. 35. in magnis. & Pariſ. conſi. 106. incip. Bonifacius grauatus. uolu. 4. uerſi. quidquid igitur poſt dictam appellationem.

Hinc dixit Innocen. in c. Paſtoralis. de off.
60 deleg. quod † ſi iudex præcipit ordinario vt exequatur contra eum qui appellauit, nõ debet ei parere, & ſi feratur ſententia aliqua ob hoc, non tenet, quia a nõ ſuo iudice lata eſt. ita dicit Lap. alleg. 2. incip. Diſputat hic allegans. num. 12. & adducit ad hoc Federic. de Sen. in conſ. 244. uel potius eſt 248. vt aduertit in addit. ad d. alleg. Mandoſ. ſeni. in lit. N, vbi dicit Feder. quod appellatio deuoluit id ſuper quo appellatur cum contingentibus, ſiue acceſſorijs, & cognitione ſeu iuriſdictione ipſius, ut per eum ibi. His igitur ſtantibus, remanet firma concluſio ſupra poſita.

Declaratur tamen iſta concluſio, non habere locum in aſſignatione termini, nam li-
61 cet † iudex detulerit appellationi, poterit tamen aſſignare terminum appellanti ad arripiendum iter, & ſe præſentandum coram iudice ad quem, c. ex inſinuatione. cap. perſonas, & c. cum ſit. de appel. c. cum cauſa. de re iudic. necnon ad proſequendum appellationem. c. ſæpe, vbi Doct. not. de appel. & tenet glo. in c. 2. de matrim. contr. cont. interd. eccleſ. ſuper uer. diſtrictius interdixit. vbi dicit ad literam, poteſt etiam ſtatuere terminum appellanti, & allegat d. c. ſæpe. Et licet aliqui tenuerint cõtrarium, tamen iſtud eſt verius, ſecundum Ioan. And. in d. c. cum appellationibus. quem ſequitur Gemin. ibi, in d. §. ſi vero. col. 1. uerſ. ſed quæro, an poſtquam detulit. & eſt tex. clarus in c. cordi. eo. tit. in §. poſt hoc. ubi patet, quod talis terminus ſtatuitur poſtquam iudex detulit appellationi. & ita tenet Rota deciſ. 356. quæ eſt 40. ſub tit. de appel. & incipit, Si appelletur a diffinitiua. vbi Rota propoſito dubio, & recitatis opinionibus hinc inde, dicit, & in hanc partem, videlicet Ioan. And. & ſequac. declinauerũt omnes domini & ego. & eſt in nouiſ. Et licet Io. de Ligna. diſtinguat, quod aut iudex deferẽs appellationi ſtatim pręfigit terminum appellanti ad proſequendum, & poteſt, & ſic intelligitur cap. ſæpe, & c. cordi. §. poſt hoc. Aut ex interuallo, & non poteſt, & ſic intelligatur opinio contra Ioan. And. Tamen opinio Ioan. And. approbata a Rota indiſtincte pro
62 cedit, per tex. in d. c. cordi. propter illam † dictionem, poſt, poſitam in illo tex. quę poteſt denotare actum qui fit interpoſita diſtantia. plurium dierum, vt dicit tex. in d. §. ſi uero. in fine. ubi loquitur de appellatione, quę interponitur

ponitur poſt ſententiam,& tamē clarum eſt, quod ibi illa dictio,poſt,denotat appellationem quæ interponitur decem dies poſt ſententiam. & ſic patet quod poterit terminum aſſignare ad proſequendum, ſiue illico aſſignet,ſiue ex interuallo.Et hoc alibi clare firmat Rota Biſing.deciſ.23.titu.de appel.quæ incipit,appellatum eſt.ubi num.6. dicit.imò credo quod iudex ſecundæ appellationi poſſit reſpondere, & ſuper ea dare apoſtolos reuerentiales, & præfigere terminū eidem ad proſequēdum, licet functus eſſet officio ſuo quo ad cognitionem cauſæ ulteriorem, ſed non tamen quo ad reſpondendum, & terminum præfigendum,vt per eam. Licet autem iudex poſſit præfigere terminum, ut ſupra:
63 non tamen † poteſt aſſignare terminum in quo appellans redeat coram ipſo iudice a quo,& fidem faciat de præſentatione ſui coram iudice ad quem,& de proſequutione appellationis,ita dicit Feder.de Senis conſ.ſuo 17.per d. c. ex inſinuatione. idem dicitur de termino ad finiendum,d. c. ex inſinuatione, & ibi Doct.

Ampliatur propoſita concluſio procedere etiam in iudice delegato, a cuius diffinitiua appellatur, etiam quod non cōſtet ipſum
64 pronuntiaſſe:nam † ſi defert,abdicat a ſe iuriſdictionem, & iam functus eſt officio ſuo. ceſſat igitur eius authoritas,& iuriſdictio.l.iudex poſtquam.ff.de re iudic.cap.in literis.de offi.deleg.Rot.Biſign.d.deciſ.23.de appella. numero 5.

Ampliatur ulterius procedere, etiam ſi iudex a quo re integra reuocaret grauamen.
65 nam † ex eo quia una vice deferendo appellationi iuriſdictionem à ſe abdicauit, eā amplius non recuperat, ut dicit Gemin. in d. c. cum appellationibus.col. pen. poſt Io.And. quem cōmuniter ſequuntur Doct. & tenuit Phil.Fran.in d.c.cum ceſſante. de appella.in col.10.uerſ.quinto limita.

Ampliatur item procedere etiam ſi ſit appellatum ſine ſcriptis, licet apoſtoli non ſint petiti,licet in appellatione non ſit inſerta eā, quæ tamen interuenire debet, alias appellatio ruit, nam ſi tali appellationi iudex detulit,abdicauit a ſe iuriſdictionem, ut per Archid.& alios in d. c. cordi.Fran. in c. ut debitus,eo.tit.col.20.verſ.ultimo pone, & ita decidit Rota deciſ.385. quæ eſt 54.ſub titu.de appel.in nou.quæ incipit,ſi appelletur ab electione.uerſ.ex cuius dicto videtur.vbi hoc tenet clare,& ſequitur Pariſ.d.conſ.106.uol.4. in fi.& ante eum Felyn. in c. perſonas.col.1. uerſ.amplia etiam.de appellat.in ver.ſed omnes iſtæ cautelæ limitantur, dummodo iudex a quo detulerit appellationi. Quid autē
66 ſit de expenſis:An † ſcilicet per iudicem qui detulit poſſint taxari, uide Lap. allegat. 82, num.7. iunc. not. per Mandoſ. ſeni. in addi. in lit.K,ubi citat tenentes contrarium, concordan.& Deci.in c. paſtoralis. §. uerum.de appel.nu.14. ubi reaſſumit dictum Lapi, defendit,& impugnat,vt per eū.&de hoc ſatis.

Quintum a præmiſſis depēdens,eſt,quod
67 † appellans ad hoc vt videatur fuiſſe diligēs in cauſa appellationis, ad effectum ut ſibi tēpus non currat, nō ſufficit quod ſemel interpellet iudicem ut cauſam expediat, ſed debet ſumma openiti,& interpellare in inſtantia qua petuntur apoſtoli, l. fi.§. illud.in uer. ſumma ope.C.de tempor.appel.ubi Saly.& Bal.in auth.item ſi appellatione.C. de temp. appel.ſequitur Alex.in l. de pupillo. §.ſi quis ipſi prætori.ff.de noui oper.nunciat. & cōſi. 19.incip.Viſo proceſſu.col.2. uerſi. circa ſecundum dubium,uol.1.& conſ.81.incip.ſtātibus ijs.col.2.num.2.& 3.uol.4.

Pro hoc facit quod notat Angel.in conſ. 140.incip.quidam Mattheus.in prin. ubi di-
68 cit,quod † ſi ex forma ſtatuti cauſa appellationis debet committi per priores infra tres mēſes, quod intelligitur ſi ſuper hoc fuerint interpellati,& cum importunitate. l. 1. de libel.dimiſ.clem. quamuis. de appel. c. ab eo. de appel.in 6. & niſi interuenerit talis interpellatio,& lapſi fuerint dicti tres menſes,cauſa cenſetur deſerta, tanquam appellans fuerit negligens.Sequitur Alex.d.conſ.19.

Facit etiam quod pulchre notat idē Ang. in auth.ſed lis.C.de tempor. appellat. quod
69 † licet cauſa ad Principem deuoluta intacta remaneat,donec eā Princeps committendā duxerit,debet tamen appellans ad quem ſpectat petere ut cauſa committatur, ſecundū glo.in d.auth.Bal.& Saly. & ut dicit Ant. de Butr.in d.c.ex inſinuatione. col.1.de appel. debet apparere quod fuit ſolicitus in introducendo eam, & non potuit, quia non habuit aditum ad Principem.& ideo dicit introductum eſſe,quod appellantes uadunt ad cameram Principis,ſolicitant portariū, & pulſant ad cameram pro introducenda cauſa appella-

appellationis, & faciunt rogari Notariũ de acceſſu ſibi denegato.

Benefacit, quod not.glo.in c.cupientes.§. quod ſi per viginti.in uer.propoſita.de elect. in 6.& gl.in c.1.& in c.plerunque.de reſcrip.
70 quod † ſcilicet ubi quis eſt impeditus facere actum in termino ſibi ſtatuto, non excuſatur niſi proteſtetur de impedimento. Vnde Imo la in d.§.quod ſi per viginti. dixit, quod ſemel cauſam obtinuit, quia appellans non potuit habere copiam iudicis, & tranſiuit ſibi tempus ſine proteſtatione, nam per illã negligentiam in non proteſtando ſuccubuit, ut refert Gemin.in d.§.quod ſi per uiginti. col.3. uerſ.Et per hoc dicit Ioannes de Imola. Pro quibus faciunt Ant.de Butr.conſi.38.in cap. ex ratione.& in c.fi.de appel.Bartol. in l.1.§. dies.quan.appel.fit. Alex.conſ.114.incip.viſa ſcripturarum.vol.5. per totum. & præſertim, num.4.& ea quæ dicit Lap. alleg. 38.incip.An valeat appellatio, quæ tota eſt in hac materia.

Declara tamen præmiſſa non procedere quando manifeſte apparet de impedimẽto,
71 † nam tunc non curatur de proteſtatione, ut dicit Aret.conſi.161.incip. verum eſt, ꝙ comicus.col.2.in fine.uerſi.ſed redeundo ad caſum noſtrum.& late Franc.in d.c.ex ratione.col.1. Alias nedum non ſufficit, quod appellans ſemel attentauerit adire ſuperiorem pro impetranda commiſſione, & fuerit impeditus, niſi impedimentum perſeuerauerit, quod per proteſtationem narrari debebit, vt colligitur ex adductis per glo.in d.§.quod ſi per viginti.dum dicit, donec Papa ſui copiam faciat.& ibi omnes atteſtantur. Et dicit Bal.in conſi.453.incip.ſuper facto.uolum.4.
72 quod † appellans debet inſtanter adeſſe, nec ſufficit ſecundo comparere, ſed iterum & iterum.ff.ex quib.cauſ.maior.l.non enim.& forte ter.ff.de pignorat.acti.l.ſi conuenerit. & ff. de uerb.obligat.l. qui Romæ.§. cohæredes. Ant.de Butr.in d.ca. ex ratione. uerſi. ex his etiam.& in capitulo fina.in 3.quæſtio.de appellat.

Et dicit Alex.in conſ.164.incip. viſo proceſſu cauſarum.uol.2.col.2. uerſ. Aut conſi-
73 deramus diſpoſitionem ſtatuti, quod † ſi ſtatutum non determinat tempus infra quod appellans debeat uti diligentia pro cauſa cõmitti faciendo, ſed ſolum dicit, quod debeat terminari infra menſem, quod elapſo menſe non habebit ulterius tempus ad obtinẽdam talem commiſſionem, ſed debet facere diligentiam ſuam petendo cauſam committi inſtanter, & inſtantiſſime.l.fina.§.illud.in ver. in ſumma.C.de tempor.appel. & in d. auth. ſed lis.iuncta prima opinione ibi poſita. in
* glo. quæ eſt communiter approbata. ubi dicit glo. quod ſpectat ad appellantem notificare Principi ad quem appellatum eſt, ut cauſam committat, & illam opinionem approbant ibi Saly.Rayn.Bald.& Ang. & dicit ibi Saly.quod Doct. communiter ita tenent. & pro hoc allegat.l.quoniam nõnulli.C.de appel.& l.2.in fine.C.de tempor.appel. Et Alex. in ſuprad.conſi.intantum approbat hoc, vt dicat, & neminem inuenio contrarium tenentem, & in fi. dicti conſi.in uerſi. & etiam non uidetur. dicit quod hoc omnes Doctores volunt.

74 Et nedum debet appellans † iudicem interpellare, vt ſupra, ſed etiam ad hoc ut tempus ſibi non currat, ultra inſtantiam coram iudice factam quod cauſam expediat, cum proteſtatione de ſua negligentia, debet etiã inſtare coram ſuperiore, ut corrigat negligẽtiam iudicis inferioris nolentis cauſam expedire. Butr.in d.cap.ex ratione. quæſt.5. Quæ concluſio procedit, etiam ſi appellans impeditur facto appellati, quando potuit ſibi prouidere, implorando prętoris auxilium, & nõ fecit, ſecundum Rom.in l.2.ff.de re iudic.per l.quibus diebus. ff. de condit. & demonſt. in prin.iunc.d.§.illud, d.l.fin.C.de temp.appell. & hoc firmat Alex.conſi. 72.incip. Videtur prima conſideratione.colu. 4. uerſi. per hoc enim dicit Lud.de Roma.

Vnde ex præmiſſis liquet, hanc eſſe ſolidã
75 & communem opinionem, quod † appellãs debet iudicẽ interpellare, nedum ſemel, ſed bis, & pluries, ut etiam tenet Imo. in l.Titia Sæio.§.vſuras. de lega. 2. ubi dicit tutius eſſe quod fiat ſæpius requiſitio, per.c.1.de ſuppl. negligen. prælat. ubi eſt ſingularis caſus, ꝙ quando aliquis inferior vult conſtituere ſuperiorem in mora, requiruntur tres interpellationes.& hoc etiam tenuit Ant.in c.plerunque.in fine, de reſcr. & in c. dilecto.col.2.de appellat.glo.in clem.2.§.ſi uero. in uer. recuſauerint.de ſepultur.in clem.1.de decim. ubi Card.& Felyn.in c.ex literis, col.5. de conſt.

Declaratur tamen iſtud habere locũ, niſi in prima interpellatione iudex interpellatus

conſ. 104. num. 1. & conſ. 114. num. 1. uol. 5. Corn. conſi. 142. num. 15. & conſ. 228. nu. 1. uol. 3. Deci. conſ. 436. num. 1. & Cæpha. conſilio 201. num. 2. nullitatis autem vitium non purgat, & ſic non tollit remedium nullitatis. Et licet appellatio ſit remota, non tamen intelligitur eſſe remota vbi grauamẽ eſt notorium. glo. in c. ex conqueſtione. de reſtitut. ſpoliat. & probatur per ea quæ notat Bar. in l. 1. in prin. col. 3. uerſ. oppono ſupra ne quis & cætera. de noui oper. nuntiat. num. 24. vbi dicit quod licet quis nuntiet, tamen poteſt eſſe locus remiſſioni, & num. 25. dicit, quod licet quis non habeat ius nuntiandi inſpecta veritate, habet tamen ius inſpecta iuris permiſſione. & per not. a Bald. in l. 1. C. ſi de moment. poſſeſ. nu. 5. ubi dicit in terminis de quibus ibi, quod ſi non competeret exceptio, tamen debet officio iudicis conſuli, & ſic vno remedio ſublato, non eſt ſublatum aliud. ſic in caſu iſto per deſertionem appellationis non tolluntur alia iuris remedia.

Et præſertim non tollitur remedium nullitatis, intellige tamen de nullitate ab appel-

83 latione ſeparata. Nam † nullitas, quæ acceſſorie, & virtualiter ineſt appellationi, etiam cũ ea deducitur. l. Carmelia Pia. de iurepatron. l. quædam mulier. fam. erciſcun. remoto enim principali, etiam acceſſorium remotum videtur. Tancr. in ſua compend. tit. de appel. q. ſi. Bald. in l. 1. in prin. C. de ſenten. ex breuic. recitan. Franc. in cap. dilecto. quæſt. 49. & in c. interpoſita. §. fina. uerſi. quarto quæritur. de appel. & declarat Barto. in l. 1. columna quarta, uerſi. nec obſtat. C. quan. prouoc. non eſt neceſſe. & Anchar. in clemen. 1. in princ. de re iud. & Felyn. in cap. ſi autem. colum. 4. uer. per illum text. dicit Innocen. de reſcript. ſi autem ſit nullitas ſeparata, non tollitur, vt dixi.

84 Vnde videmus, quod † licet contra executionem ſententiæ non obſtet exceptio nullitatis, quando tres ſententiæ conformes latæ fuerunt, vt in clemen. 1. de re iudic. tamen fallit ſi ex inſpectione ipſius ſententiæ apparet de nullitate, quia illa non intelligitur eſſe reiecta, ut concludit Oldrad. conſi. 106. incip. quod litera exequutoria. nume. quarto. per l. 1. C. quan. prouoc. non eſt neceſ. c. literas. de reſtit. ſpoliat. pen. reſp. ibi, & probationes offeruntur incontinenti paratæ. not. Bald. & Salyç. in l. 1. C. ne lic. in vna eademque, cauter. prouocare. & alibi Bald. in l. ſi unus. §. pactus ne peteret. col. 14. ff. de pact. & in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. noui nuntiat. vbi refert ita tenere Dominos de Rot. & quia nõ citat locum, vide tu deciſ. 5. de lit. conteſt. quæ incipit, fuit dubitatum. in nouiſ. quę habet, quod ſi ex actis notorie conſtat de nullitate ſententiæ vel proceſſus, tunc iudex vocatis partibus, abſque obſeruatione alterius ordinis reuocabit ſententiam. Et idem tenuit alibi ipſe Bald. in d. l. ſi expreſſum. colu. 22. cum ſeq. & col. pen. Cardin. in clemen. 1. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. §. fina. Roman. in l. ſi uero. §. de uiro. ſal. 22. ff. ſolu. matrimon. & in l. ſi feriatis. ff. de fer. Anchar. conſ. 206. incip. de iure communi. per ea quæ leguntur in cap. literas. de reſtit. ſpoliat. & in c. ſignificaſti, de homici. ſequitur Alex. conſ. 77. inci. Viſis dubitationibus. col. 3. uerſ. pro hoc beue facit. uol. 3. & in conſ. 106. inci. Viſo themate. col. 5. eod. uol. uerſ. & conſtat. ubi not. dicit, quod vbi denegatur appellatio, uel aliud ſimile remedium, non intelligitur denegari ubi euidenter & notoriè conſtat de iniuſtitia.

Declaratur tamen iſtud procedere, dummodo incontinenti doceatur de ipſa nullitate, ex actis, uel aliunde, ut dicit Oldr. in ſupracit. conſ. & in iur. prædictis, maxime in d. deciſ. Rotæ, num. 3. ubi Rota allegando ratio-

85 nem, quare † in cauſa nullitatis non ſit neceſſaria litis conteſtatio ſicut in cauſa appellationis, dicit, quia in cauſa nullitatis ſemper arguitur iniquitas iudicãtis, & abſque eo quod tangatur iuſtitia partis.

86 Immo plus, † etiam ſi ſtatutum vnum remedium tollat, non ob id aliud tollere cenſetur, ut dicit Imo. in conſilio 142. incip. in caſu præmiſſo, columna ſecunda, uerſ. Et per conſequẽs non impedit. nam prohibitio eſt ſtricti iuris, & non comprændit niſi id ꝙ fuit expreſſũ, Bald. in l. 1. in ult. no. C. de edic. diui Adri. toll. cum alijs de quibus per Alex. conſilio 56. incip. Aldrouandus. uol. 5. & cõſilio 155. viſo. columna fina. uolum. ſecundo & Deci. conſi. 377. & 379. Requiſitus. col. 2. uol. 3.

Et in ſtrictioribus terminis concluſionis, dicit Bald. in dicta lege fina. §. fina. in fine. C.

87 de tempor. appel. quod † licet ualeret ſtatutum quod tollit appellationem, non tamen a tali ſtatuto tollitur recurſus ſupplicationis

vel querelæ, & not. per glo.in c. ex literis.in uer. ſupplicauit.de reſtit.in integ. & late per Deci.in lege fina. C. de edic.diui Adria. tollen. Et propoſitam concluſionem, communiter tenent, Anto.de Butr.in capit. paſtoralis, in tertio not.in princ.de appella. Salyc.in l.fina.colum.fina.C.de ſenten. Paul. de Caſt. in dicta l.fina. C.de edic. diui Adri.tollen.co lum.fina.& ibi etiam gl.notat, quod licet appellatio non admittatur, querela tamen admittitur.ſequitur Imo.in l.prima.§.interdum. a quibus appel. non licet. colum. 11. ubi dicit, quod remota appellatione non tollitur ſupplicatio.& Lap.alleg. 1.nu.9.uerſi. ſecundo præſuppoſita.

Et dicit not. Matth. de Afflic. deciſ. 354. incip.in cauſa reuocationis. columna mihi penul.uerſ. nec debet eſſe in conſideratione.

88 Quod † omiſſio appellationis non purgat incompetentiam iudicis, nec purgat nullitatem proceſſus, ex quo non operatur prorogationem iuriſdictionis, capit.ſtatutum.§.in nullo.uerſi.expreſſus aſſenſus.de reſcrip.in 6. * & ita tenet glo.quam Doct. ibi communiter ſequuntur, in clemen.1.in fine. de ſequeſtra. poſſeſ.& fruct.Bald.in l.generaliter.columna ſecunda, C.de epiſco.& cleri.Caſtren. in l.fina. C. de arbitr. Corſ. in ſing. in ver. ſtatuto cauetur. Abb. conſ. 82. incip. Conditor. columna penul.lib. 1. Deci.conſilio 520. incip. in cauſa.in fine,& conſ.360.incip. perſcrutatis.in prin.& teſtatur communem Alex.conſilio 76.incip.in cauſa,& lite. in fine, uolumine ſeptimo,& late Vanti.in tracta. de nullit. Rubr. quis poſ. dicere de nullit. numero 37. cum ſequen. Ab iſta ergo concluſione communi non eſt recedendum, concludendumque, quod appellationis deſertio, ſeu omiſſio non tollit alia iuris remedia, nec nullitatis defectum, vndecunque appareat. et uide notata ad hoc per Deci.in conſilio 533.columna fina.in princ. Et pro complemento nota,

89 quod † deſertio appellationis in cauſa beneficiali non obſtat, quin iudex appellationis poſſit de meritis cauſæ cognoſcere ex officio,& ſic de negotio principali deuoluto, vt not.in cap.conſtitutus.& ibi Franc.& alij, de appel.quod Abb. ibi uerum dicit ratione publici intereſſe, non priuati, pro quo iudex ex officio non poteſt ſe intromittere, pro publico ſic.quod not. etiam Cardinal. in clemen. conſtitutionem.§.inſuper.quæſtio.prima.de elect.ubi dicit idem in omni cauſa.ex quo cõcluſiue elicitur, quod appellatione deſerta poteſt fieri proſequutio negotij principalis ex officio.

Septimo, quia ſupra num. 85. dictum eſt, quod in cauſa appellationis neceſſaria eſt litis conteſtatio, ideo duo videnda ſunt. Primo quid in appellatione a ſententia diffinitiua. Secundo quid in appellatione ab interloquutoria. Quo ad primũ igitur dicas, quod

90 in appellatione † a ſententia diffinitiua, ſi vtraque pars ſit præſens, lis debet conteſtari ut probatur in cap. per tuas, a contrario ſenſu.de appellat. & in c. Raynaldus, de teſtam. iſta fuit opinio Alber.Galeo.in tracta.de appel.inſerto in ſua margar.ſub cap.26.col.fin. uerſi.Sed nunquid in cauſa appellat. & eam tenet Hoſtien.in tit. de lit.conteſta. §. quis ſit effectus.columna ſecunda, & ita tenuit Rota Roma. in tit.de lit. conteſt. in nou.deciſi.1. quæ incipit, item fuit dubitatum, utrum in cauſa.in prin. quæ allegat ita tenere Innocẽ. Spec.Hoſtien.& alios, ut ibi per eam. & hoc firmat Bart.in l.fina.§.illud.C.de tempor.appellat.Bald.in l.ita demum.in prin.C. de procurat.& idem alibi in l.prima, per illum text. circa fin.uerſi. vltimo nota.C.ne lic. ter. prouoc.& ad hoc facit glo.in cap.per uenerabilem.qui filij ſint legit. in uer. iudiciarium ordinem non ſeruatum. ubi gloſ. in fine dicit, quod ubi utraque pars eſt præſens, debet ordo iuris ſeruari, alias non ualet ſententia. & * cum ipſa glo.eſt communis Doct. opinio, vt teſtatur Deci.in c. per tuas. de appel.uerſicu. ſecunda concluſio.

Iſta concluſio non tranſit abſque dubitatione, ex ijs quæ ponit Rota in dicta deciſ. 1. & ſequitur Deci. in d. c. per tuas. circa med.

91 nam † non videtur, quod per præſentiam partium litis conteſtatio requiratur: nam aut in cauſa principali lis non fuit conteſtata, aut fuit. Primo caſu litis conteſtatio eſt neceſſaria, ſiue pars ſit præſens, ſiue non; ſecundo caſu non eſt neceſſaria, licet partes præſentes ſint. nam iſta ratio, quod lis fuerit conteſtata in prima inſtantia, militat et utraq; parte præſente.& licet tex.in d. c. per tuas.loquatᷣ reo abſente per contumaciam, idem eſſet tamen eo præſente.ut dicit Dec.in d.c.per tuas.in 3. not.& inf.eodem, in uerſi. Eſt enim conſiderandum. vnde, ſi procedatur utraque parte p̃ſente, ualebit proceſſus in cã appellationis

abſque

abſq; alia litis cõteſtatione, dũmodo in prin-
92 cipali cauſa lis fuerit cõteſtata: partes † enim per eorum præſentiam videntur litis conteſtationem remittere, & iudicium inde ſequutum valet, vt dicit Bal. in d. l. 1. in fi. C. ne lice. tert. prouoc. & in d. l. fina. in prin. C. de tempor. appel. ubi dicit ualere pactum, quod in cauſa appellationis procedatur abſque litis conteſtatione utraque parte præſente, vt dicit Rom. ſing. 410. incip. Tu ſcis duas regulas. & Fran. Cremen. not. 126. incip. ſi poſt litem conteſtatam. Ergo non videtur neceſſaria litis conteſtatio ſi partes ſint præſentes: etſi fiat, fit ex abundanti, & iſtud eſt verius.
93 nam † glo. in d. c. per venerabilem. loquitur in cauſa principali, ergo non extenditur vltra ſuum caſum. & gloſſa eſt clara, quæ tamẽ declaratur non habere locum in cauſis matrimonialibus, vſurarijs, & ſimilibus, in quibus nullo modo eſt neceſſaria litis conteſtatio. clemen. diſpendioſam. de iudici. ubi omnes caſus enumerantur, & Io. And. id notat.

Tamen quia Rota in d. deciſ. 1. de lit. conteſt. ex mente omnium Dominorum tenet concluſionem ſuprapoſitam, dum dicit, Aut pars non eſt abſens per contumaciam, & tũc ſiue ſit in curia, ſiue extra; procedi non poteſt lite non conteſtata, ideo ab ea non eſt recedendum propter eius authoritatem, quæ
94 † in tam illuſtri, & excelſo loco poſita eſt, vt ab ea recedere nefas quodammodo eſſe videatur, quæ etiam præualet communi opinioni, ſecundum Barba. in c. olim. il 1. de lit. conteſt. col. 11. Hier. Cuchal. in addit. ad Deci. ſuper regu. iura ſanguinis. de reg. iur. Lud. Gom. in proœm. ad reg. cancel. quæſt. 2. fol. 11. in paru. lit. E, cum ſequen. ubi multa de illo ſacro Rotæ auditorio dicit, multo magis cum faueat concluſioni ſupra poſitæ. Et licet videatur dici poſſe, quod dicta Rotæ deciſio ex textibus, quos allegat, loquatur in cauſa principali, tamen ipſa tenet vt ſupra, & clare caſum ponit, dum dicit, Fuit dubitatum utrũ in cauſa appellationis a diffinitiua interpoſitæ eſſet neceſſaria litis conteſtatio, igitur cauillari non poteſt, nec aliter intelligi, quam quod loquatur in cauſa appellationis. & idẽ clarius firmat deciſ. 7. eo. tit. quæ incipit, Auditor. dum ait. Auditor in ſecunda inſtantia non tenetur conteſtari litem niſi velit. quod intellige, ſi altera pars ſit abſens per cõtumaciam, & altera non, & allegat Specul. Archi. & Innoc. vt ibi per eum.

Pro clara præmiſſorum reſolutione dicas, quod concluſio propoſita non eſt regula, ſed eſt fallẽtia ad regulam, quæ habet, quod
95 † lite non conteſtata in cauſa appellationis ad ſententiam diffinitiuam perueniri poteſt. d. l. fi. §. illud. de tempor. appel. Fallit quando partes eſſent præſentes tempore litis conteſtatæ, quia debent litem conteſtari, aliàs non audiuntur. Bal. in authen. qui ſemel. col. 1. C. quom. & quan. iud. & ita ponit Socin. in tracta. fallen. in lit. L, regu. 240. ſecundum ant. impreſ. & eſt 23. ſecundum nou impreſ. Venetam, & incipit, Lite non conteſtata. fal. 2. Accedat not. deciſ. Bal. in ca. dudum. in fine. de elect. ubi dicit. Deinde ſcias, quod in cauſa appellationis poteſt procedi ad diffinitiuam cum abſente, lite non conteſtata. C. de tempor. appel. l. fi. §. illud. eo tamen citato legitime, alias ſententia non ualet, ſecundum Bernar. ſed ſi tempore litis conteſtatę eſt pręſens, poteſt petere litem conteſtari, & iurari de calumnia, aliter non teneret proceſsus, vt not. inf. qui fil. ſint legitimi. c. per uenerabilẽ.

Vel etiam alio modo pro reſolutione dicas diſtinguendum, quod aut eſt cauſa talis, quæ in prima inſtantia non requirit litis conteſtationem, aut eſt talis, quę requirit. Primo
96 caſu † cum non requiratur in prima, non requiritur etiam in ſecunda inſtantia. nam appellatio deuoluit primã cauſam cum ſua qualitate. ideo, ſi in primo iudicio ſummarie proceſſum eſt, etiam in ſecundo eo modo procedetur. d. clem. diſpendioſam. & clemen. ſæpe. de verbo. ſignifi. Secundo caſu ſubdiſtinguas. Aut appellans vel appellatus abſunt tẽpore ſtatuto ad cõteſtandam litem, aut vterque eſt præſens. primo caſu non requiritur litis conteſtatio, vt lites breuientur, d. l. properandum. C. de iudici. & c. finem litibus. de dolo & contum. cum ſimil. Dilationis enim materia amputanda eſt. C. de tempor. appel.
97 l. 2. in prin. Et quia † iudex appellationis poteſt ſupplere de facto vicem abſentis. C. de tẽpor. appe. l. fi. §. illud. C. de appel. l. ampliorẽ, in prin. Secundo caſu, quando ſcilicet utraq; pars eſt præſens, oportet litem conteſtari. d. glo. cap. per uenerabilem. d. l. 1. C. ne lic. ter. prouoc. nam iudex pro præſente non poteſt de facto ſupplere. ff. de damno inf. l. 4. §. hoc

 iudicium,

iudicium, niſi pro ruſtico uel miſerabili perſona, ut dicit not. Bal. in Rubr. de appel. extra col. 4. num. 20. uerſi. porrò pro præſente. & alibi idem Bald. in margar. ad Innocen. in litera L, dicit. lis conteſtari poteſt in cauſa appellationis, licet non ſit neceſſarium, Innoc. in cap. Raynaldus. de teſtamen. num. 4. & ibi Abbas. & intellige altera parte præſente, ſed utraque parte præſente, lis eſt conteſtanda, d. l. 1. C. ne lic. ter. prouoc. & ibi Iac. & Cyn. aliàs proceſſus non valet. in hanc materiam Afflic. multa dicit ſuper conſtit. in 2. lib. titu. De dilat. & exception. Rubr. 17. nume. 9. ubi ponit quæſtio. & numero 11. cum And. de Iſern. concludit, quod in cauſa appellationis non eſt neceſſe, quod detur libellus, nec, quod lis conteſtetur, ſiue iudex habeat pronuntiare ex eiſdem actis, ſiue ſuper exceptione de nouo oppoſita, & dicit quod iſta opinio eſt verior in Regno, & quod in eo ita ſeruatur, quia, cum articulus appellationis non ſit ſeparandus a negotio principali, ideo ſufficit litis conteſtatio facta in principali. & ita reſidet cum Goffr. Innocen. & alijs quos citat, cuius dicta intelligas uera regulariter, ut ſup. nu. 95. fallit autem ut in concluſione noſtra, quæ ex præmiſſis ſatis clara remanet.

98 An autem † in appellatione ab interloquutoria, ſi partes ſunt præſentes, requiratur etiã litis conteſtatio, ſicut in diffinitiua, maius eſt dubium, nam in hac concluſione Doct. uarie loquuntur. Deci. enim in c. per tuas. uerſi. in glo. in uer. liquebit. ex mente Abb. ibi, dicit, quod non eſt neceſſaria litis conteſtatio, ut probatur in c. interpoſita. §. ſanè. de appel. ex ea ratione, quia appellatio ab interloquutoria incidenter occurrit, ideo non videtur neceſſaria litis conteſtatio, & ibi Deci. exemplificat in exceptionibus, ſuper quibus non cõteſtatur lis, ut ibi per eum, & ſic ſecundum eum iſta fuit opinio Abbat. indiſtincte. qui tamen in d. c. per tuas. in glo. in uer. liquebit. loquitur ſubobſcure, & vult, quod quo ad diffiniendum articulum appellationis, an iuſte uel iniuſte fuerit appellatum, non ſit neceſſaria litis conteſtatio, etiam ſi in prima inſtantia non fuerit lis conteſtata, quia agitur hoc caſu de iniquitate iudicis, dicto §. ſanè.

99 Et † abſentia unius partis non impedit diffinitionẽ articuli appellationis ab interloquutoria, ſiue fuerit lis conteſtata, ſiue non. Sed ſi iudex ad quem pronuntiauerit appellationem eſſe legitimam, tunc, cum ſuccedat loco iudicis a quo, ſuper principali diffiniendo, ut in capit. ut debitus. eod. titu. de appel. in fine, procedit contra abſentem contumaciter ſuper principali, ſecundum quod diſtinguitur in glo. dicti cap. per tuas. in prin. Ex quibus verbis Abb. potius innuit affirmatiuam quam negatiuam: nunquam enim loquitur quando partes ſunt præſentes, ſed ſemper ſtat in terminis contumacis, tacite ergo innuere uidetur, quod ſi partes eſſent præſentes, neceſſaria foret litis conteſtatio, iuxta terminos eorum quæ dicta ſunt ſupra, numero 90. cum ſequen. & iuxta terminos glo. in dicto capit. per tuas. quæ & ipſa ſemper loquitur in abſente.

Baldus autem in rubr. extra de appellat. columna tertia, in fine, uerſic. Quæro nunquid. diſtinctius loquitur, dicens, Aut fuit appellatum ante litem conteſtatam, aut poſt coram primo iudice, & quia appellatum eſt bene, deuoluta eſt iuriſdictio principalis.

100 Primo caſu † ſuper libello principali requiritur litis conteſtatio, quia abſque litis conteſtatione non eſt iudicium, ut in Authen. de litigioſ. §. omnem. Secundo caſu, quia appellatio deuoluta eſt cum ſua cauſa, ſuiſque uitijs, non eſt opus litis conteſtationem geminare, ſicut nec coram ſucceſſore primi iudicis, nam iudex ad quem dicitur ſucceſſor iudicis a quo, lege penultima. ff. iudic. ſolui. licet proprie non ſit ſucceſſor, ſed maior, & in alia iuriſdictione, ut not. in lege prima, C. ſenten. reſcin. non poſ. non tamen ipſe exprimit caſum noſtrum, quando ſcilicet partes ſunt præſentes. Sed intelligendum eſt, quod litis conteſtatio ſecundum ſenſum prædictorum Doctorum, ſit neceſſaria partibus præſentibus, quando totum negotium cum appellatione deuolutum eſt, nam nouum iudicium inchoari uidetur.

Pro clara ergo reſolutione propoſitæ cõcluſionis ſic eſt dicendum, aut quæritur an
101 † ſuper articulo grauaminis ſit neceſſaria litis conteſtatio, & dicitur quod non. ratio, quia non mutatur inſtantia, ſed tractatur articulus, eadem manente inſtantia, & ſic, cum una ſit inſtantia, ſufficit una litis conteſtatio, ſecundum Archid. in capit. ſecundo, de iuram. calum. in gloſ. 1. & probatur extra, de appellat.

appellat.in c.interpoſita.in ratione ſui. Aut quæritur,an corã iudice appellationis(omiſſo articulo grauaminis,iuxta c. cordi. de appel.in 6. uel expedito, iuxta c. ut debitus. de appel.)& procedendo ſuper negotio principali,ſit neceſſaria conteſtatio.Et tunc diſtinguendum eſt,aut coram primo iudice fuerat lis conteſtata,aut non ſi fuerat, nõ debet iterum conteſtari, ſi non fuerat, conteſtari de-
102 bet.Ratio,quia † iudicium non procedit ſine litis conteſtatione.d.§.omnem.& ſemper neceſſe eſt ut ſemel in cauſa quacunque conteſtetur lis,vbi ſeruatur ordo iuris.extra ut lite non conteſt.per tot. & non reperitur iure cautum, quod requirantur plures conteſtationes.Sed ſi iudex qui primo ſuccedit videat litem coram iudice a quo non fuiſſe conteſtatam,faciat conteſtari, alias non.l.nemo. de iudici.& d.cap.interpoſitas. & hoc tenuit Rota deciſ.467.in nou.aliàs 7.ſub titu. de lit. conteſt.quæ incipit, Auditor in ſecunda inſtantia.uerſ.quid ſi appellatur ab interloquutoria.

103 Quod autem † in appellatione ab interloquutoria,ſi pars eſt præſens,debeat lis cõteſtari,ſicut in diffinitiua, eſt magis communis opinio, ſecundum Aret. conſi. 20. quod incipit,in quæſtione. circa finem. uerſi.quia poſt conſilium factum.ubi ita teſtatur, quod in appellatione ab interloquutoria debet lis conteſtari,ſi pars eſt præſens, ſicut in appellatione a diffinitiua, per d.c. interpoſitas.§. ſi.de appel.& ad hoc alia adducit Aret. in d. conſi.ut per eum.

104 Quo ad ultimum,dicas, † quod appellatio in cauſa momentaneæ poſſeſſionis non admittitur,& ubi agitur de mero poſſeſſorio l. 1.& ibi communiter Doct.C.ſi de momẽt. poſſeſ.& 2.q.6.§.de poſſeſſione. ubi Archid. hoc tenet,quod a ſententia lata ſuper poſſeſſorio non poſſit appellari,idem tenet Inn.in c.ſignificantibus.de noui oper.nuntia.col.2. vbi dicit, quod a ſententia poſſeſſorij non licet appellare,& addit rationem,non quia ſit interloquutoria, ſed quia ſuper proprietate principalius,& perfectius iudicium expectatur,& allegat.d.l.1.C.ſi de momen. poſſeſ.& idem not.Doct.in l.quiſquis.C.quor.appell. non recipi.Specul.tit.de appel.§.in quib.uer. ſexto,non appellatur in momentanea poſſeſſione.Et ſecundum iſtam concluſionem cõſuluit Fulg.conſ.145.incip. quoniam pluri-
mæ.in ſecũdo dubio.eſt enim temeraria iſto caſu appellatio,ut dicit Feder.de Senis conſ. 76.in prin.& ratio eſt,quia in poſſeſſorio agitur de modico præiudicio, ut declarat Bart. in l.2.ff.de appellat.recipiẽ.& in l.1.C.quor. bonor.Adeo, quod licet res ſit maximi valo-
105 ris:† tamen, ſi de poſſeſſione tantum contẽdatur,cauſa dicitur minima,ut not.dicit Bar. in l.admonendi.in pen.col.de iureiur. Anto. de Butr.in c.fi.col.7.de iureiur.Mattheſ.not. 3.incip.nota quod in iudicijs. & illud modicum præiudicium poterit reparari. & iſta eſt cauſa quare poſſeſſorium debet agitari ſummarie,ut in l.qui petitorio.ff.de rei uendic.& ita dicit Lanfran.de Oria.in c.quoniam contra.in uer.interloquutoriæ,& appellationes, num.102.cum ſequen.uerſi. quæro in quibus cauſis quis poſſit appellare. & uerſi. Ex quo etiam infert Angelus. Et hoc idẽ tenet Bal. conſi.366.incip. quanquam ſuper prædicto puncto.col.2.uerſ. præterea dicta ſententia. uol.3.& conſ.379.incip.ſequitur quod anno Domini.col.3.num.9.uol.1.& conſ. 208.incip.præmiſſis tribus ſtatutis.num.1. in ſi.uer. & eſt ſimile quod dicimus.eo.uol. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Deci. in conſi. 28. incip. & pro tenui facultate mea. uerſ.ſed tamen ijs,& ſimilibus. Sequitur Bal. hanc opinionem,conſi.330.num.1. & conſ. 331.uerſ. reſtat igitur ſolus articulus poſſeſſorij.uolu.1.& alios hanc opinionem tenentes citat Firm.in ſuo repert. in uer.Appellatio a ſententia poſſeſſorij,uerſ.1. & nouiſſime Gabriel.conſi.35. incip. Terentius egit. num.1. 2.& 3.

Contrariam opinionem tenuit Bart. in l. 2.col.2.uerſ.poſſumus etiam dicere.ff. de ap-
106 pel.recipien.ubi dicit, † quod a ſententia lata ſuper poſſeſſorio nullibi prohibetur appellatio.nam,ſecundum eum,text.in d.l.1.C. ſi de moment.poſſeſ.tantum dicit,quod nõ obſtante appellatione ſententia habebit effectum,ibi,etſi appellatio interpoſita fuerit, tamen lata ſententia ſortitur effectum. non ergo prohibetur appellatio,ſed potius permiſſa uidetur,& ſecundum iſtam concluſionem Bar.conſuluit Ang.conſi.107.incip.Iacobellus,& Lucas.colu.2.uerſi.non ſequitur, ergo non appellat.& idem ſequitur Abb.in c.cum ad ſedem.in vlt.car.de reſtit.ſpoliat.uerſi.ulterius expediendo hanc gloſam.dicens ſe ita de facto conſuluiſſe,ut patet in eius conſ.55.

incip.in cauſa que ad præſens uertitur.par.2.
Et hãc partem ſi quis tenere vellet, poſſet
reſpondere rationibus,in quibus ſe fundat
cõmunis,hoc modo. Dum dicit, quod ideo
non datur appellatio, quia poſſeſſio eſt mo-
dici præiudicij,reſpondetur,& negatur hoc,
107 nam † immo poſſeſſio parat multa cõmo-
da, ex quibus colligiť eſſe magni præiudicij,
ut refert Ripa in c. ſæpe.col. 2. nu. 3. de reſt.
ſpoliat.ubi dicit,quod iſta ratio per tex.in d.
c. ſæpe. non videtur uera. Et quod poſſeſſo-
rium ſit magni, & non leuis præiudicij, di-
cit Curt.in repetit. l. admonendi.col.71. nu.
270.& ſeq. uerſ. quærit circa ultimam quæ-
ſtionem Bar.ubi improbat dicentes, a ſentẽ-
tia poſſeſſorij non poſſe appellari, ex ea ra-
tione,quia cauſa ſit modici præiudicij, dicẽs
quod iſta opinio ſemper fuit ſibi viſa erro-
nea,& male intellecta,imò quod poſſeſſio eſt
maximi præiudicij, quod experientia do-
cet,& tenet Alex.conſi. 139. num. 16. uol.6.
Et iſtam opinionem contra communẽ,poſt
prædictos,dicit veriorem Rip. in d. c.ſæpe.
ubi dicit,poſito etiam quod eſſet interloqu
toria, tamen propter difficultatem proban-
di dominium, eſt apta parere præiudiciũ ir-
reparabile in petitorio per diffinitiuam.& iõ
deberet poſſe appellari,l.ante ſententiam.C.
quor.appel.non recip.& hoc ante dixit An
gel.conſi.107.incip.dicta conſtitutio. col. fi.

Quibus tamen non obſtantibus, prima
ſententia, vt iam dictum eſt, communis eſt.
quæ ampliatur procedere etiam in poſſeſſo-
rijs iuris, & in poſſeſſorio dato uigore ſtatu-
108 ti,nam † etiam eo caſu non datur appella-
tio,ut not.Innocen.in c.fi.ext.de feri. Puta,ſi
ſtatutum vult,quod ſine lite fiat reſtitutio, &
officio iudicis,& ęquitas eſt notoria pro agẽ
te, unde illicitæ poſſeſſiones fouendæ non
ſunt,ne detur materia delinquendi,l.illicitas.
in prin.de offic.præſid.Bald.in d.conſi. 330.
in fine.

Limitatur autem iſta concluſio plurib.mo
dis,ut ſcilicet non procedat quando ex ſen-
tentia lata in poſſeſſorio infertur tale graua-
men, in quo aliquo modo non eſſet conſul-
tum illi,qui ſuccubuit in cauſa poſſeſſorij,niſi
109 per remedium appellationis, nam † tunc
admittitur appellatio,ita Bart.in d.l.2. col.2.
ff.de appel.recip.ubi exemplum ponit quan-
do tantum ius retentionis competeret illi a
quo poſſeſſio uirtute ſententiæ abdicatur, vt
in l.qui exceptionem.§.ſi pars.ff. de excepti.
ſeu de condict.indeb.& hoc idem dicit gl. in
l.1.in uer.momento.in fine.C.quor. bonor.
quæ ait,quod ideo nõ poteſt appellari a ſen
tentia lata ſuper poſſeſſorio,quia in quæſtio-
ne proprietatis omnia poſtea poterũt retra-
ctari,ſecus ergo quando ad cauſam proprie
tatis deueniri non poteſt: nam tunc poterit
appellari,cum pręiudicium illatum in poſſeſ
ſorio non poſſit reparari,ita dicit Ang.in d.
l.1.& tota materia ad iſtam doctrinam, ſe-
cundum eum,reducitur, & ſequitur Abb. in
præd.locis.& facit quod not.dicit Bal.in d.l.
1.in prin.ubi inquit,quod d. l. 1. intelligitur
quando prius poſſeſſorium intentatur, quia
ſupereſt remedium proprietatis.ſi aũt actum
prius fuiſſet petitorio, & actor ſuccubuiſſet,
& ſententia in rem iudicatam tranſiuiſſet, ſi
poſtea agat poſſeſſorio, & ſententia contra
eum feratur,iſto caſu poterit appellare,quia
non haberet remedium proprietatis,in quo
præiudicium illatũ poſſet reparari, & ſequi-
tur Ang.in d.l.2.

Item fallit,quando tractatur de poſſeſſio-
ne, non per viam momentanei iudicij, ſed
per uiam contractus, ſicut appellatur ab hy-
110 pothecaria,† licet nudam poſſeſſionem ad-
uocet.facit quod not.ff.de rei vendicat.l.qui
reſtituere.Bartol.in l.1.ff.de Saluia.interd. &
Bal.conſi.210.incip.punctus infraſcripti cõ-
ſilij.in fi.uol.5.
111 Fallit ulterius in poſſeſſorio mixto,† quã
do ſcilicet Princeps mandat cognoſci de iu-
re utriuſque partis,tam in poſſeſſorio, quam
in petitorio, & commiſſarius de utroque re-
tulerit,ſicut dicimus in ſimili, quando pro-
fertur ſententia ſub conditione ex.l.ſi quis in
tantam.C.unde ui.iux.not.in d. c. cum ad ſe-
dem,ut inquit Bal.in d.conſi.366.col.2.uerſ.
prætereaiſtud non eſt iudicium.uol.3.& iſta
eſt communis omnium Doct.ſentẽtia, quod
in poſſeſſorio mixto poſſit appellari, vt dicit
Bal.in d.conſi.330.num.5. nam titulus, ſi de
moment.poſſeſſi.intelligitur ſcilicet,mera.ar
gum.ff.de lega.3.l.hoc legatũ. ut dicit Bald.
conſi.331.incip.ſuper prædicto puncto,ver.
quia ille titulus.uol.1.
112 Vlterius fallit concluſio † in poſſeſſorio
recuperandæ:nam ſi ſententia per Iudicem
extraheretur ad conſtitutionem dicta lege ſi
quis in tantam, iuſtius eſt dicendum, quod
poſſit appellari, nę proprietati fieret præiu-
dicium

dictum, argumen. ff. de appel. l. creditis. §. iuſ. ſus. not. Specul. tit. de appel. §. in quibus. verſ. ſexto. & verſi. ſed nunquid. ſequitur Bald. d. conſi. 379. col. 3. uerſ. item ſi eſſet poſſeſſoriũ. Et licet Archid. ſuper hoc multa ſcripſerit, ſecunda quæſtio. §. ſunt etiam quorum. verſ. ſi de poſſeſſione, tamen iſta eſt veritas, cuius
113 effectus eſt, quia † exequutio facta appellatione pendente debet per viam attentati reuocari, cap. non ſolum. de appel. in 6. ubi Gemini. & attentatis cognitis exequutio retractatur, Inn. in c. paſtoralis. de offi. deleg.

Item fallit, quando appellatio, licet aliàs non admittenda, fuit admiſſa, per iudicem,
114 nam † iſta appellatio ſuper poſſeſſorio tũc valet, Bald. in l. poſt ſententiam. C. de ſenten. ſequitur Alex. conſ. 10. incip. ponderatis. vo lumin. 3. & Iaſ. in l. 2. C. de bonor. poſſeſſ. ſecun d. tabul. ubi ponit alias duas limitationes videlicet, quod ab inordinato proceſſu ſuper poſſeſſorio poſſit appellari: item quod poteſt dici ſemper de nullitate, ut ibi per eum.
115 Cui adde veriſſimum eſſe, quod licet † in cauſa momentaneæ poſſeſſionis non poſſit appellari, poterit tamen per viam nullitatis ſententia in cauſa huiuſmodi lata impugnari, vt not. Bald. in l. vn. colu. 2. C. ne in una eademq. cau. & in d. l. vn. colu. 3. in prin. C. ſi de moment. poſſeſ. cum alijs de quibus per Alexan. conſi. 20. incip. conſideratis. col. 3. uerſi. quantum autem ad dubium. lib. 3. cui adde Aret. Inſt. de action. §. item Seruiana. colu. 6. num. 18. circa med. & Corn. conſi. 190. in lit. C, & F, uol. 1. Ex quibus poteſt etiam intelligi quando procedat opinio contraria.

Pro totali autem reſolutione huius dubij diſtinguendum eſt, quod aut loquimur de iure ciuili, aut de iure Canonico. de primo
116 † iure non poteſt appellari, ſiue agatur interdicto recuperandæ, ſiue adipiſcendæ, & ita procedat communis concluſio, ex iurib. in ea allegatis, exceptis tamen caſibus in limitationibus deductis, intellige tamen concluſionem procedere, vt ſcilicet appellatio de iure ciuili non admittatur quo ad effectum ſuſpenſiuum, ſecus quo ad effectũ deuolutiuũ, niſi per ſtatutum eſſet diſpoſitum ſimpliciter, quod in cauſa poſſeſſorij non poſſit appellari, quia tunc, cum ſtatutum contineat iuris iã conceſſi extenſionem, intelligeretur præciſe prohibere appellationem, etiam in caſibus a iure permiſſis, ne aliàs reddatur ſuperfluum,

Bal. in d. l. 2. C. de appel. ſequitur Aret. conſi. 105. inci. in præſenti dubitatione. in fi. Quod facit ad conſtitutionem Marchiæ Anchonitanæ, prohibentem appellationem in cauſa poſſeſſorij, ut per Neguſan. in tract. de pign. 8. par. prin. in prima parte. & dicta conſtitutio eſt in lib. 6. conſtitut. c. 2. in quib. caſ. appel. non ualet. circa prin. ibi, nemo etiam in cauſa momentaneæ poſſeſſionis, quam uide iunct. nouiſ. glo. Caballini, in lit. D, ſuper ver. poſſeſſionis. ubi & noſtram quæſtionem tangit, & multa dicit, & cumulat, & de materia, Menoch. de recuper. poſſeſ. rem. 9. nu. 331. De iure autem Canonico, licet Archi. in d. §. ſunt quorum. 2. q. 6. uerſ. de poſſeſſore. teneat idem quod de iure ciuili, motus, quia lex vni. C. ſi de momen. poſſeſ. ibi eſt canonizata, & ideo habet uim legis: tamen communis opinio eſt in contrarium, ut ſcilicet appelletur de iure Canonico, & hanc tenet idem Arch. vbi ſup. & multi quos ipſe refert ibi, & Ioan. And. in d. c. cum ad ſedem. vt ibi refert Abb. num. 30. uerſi. alterius expediendo hanc gloſam, poſt medium. & ſecundum Ioã. And. id videtur expreſſum in clemen. uni. de ſequeſt. poſſeſ. & fructu. & hãc diſtinctionem, & opinionem habet Innocen. in d. c. ſignificantib. de noui oper. nunt. ubi, poſito quod in poſſeſſorio non datur appellatio, dicit, ſed ſecũdum canones bene appellatur a ſententia poſſeſſorij, allegat c. ex conqueſtione. de reſtit. ſpoliat. item & Specul. in d. uerſic. ſexto non appellatur. ubi dicit, ſed ſecundum canones bene appellatur, ext. de teſti. c. ſignificauerunt. & de reſt. ſpoliat. c. ex conqueſtione. & ibi Ioan. And. in addit. ſuper uer. conqueſtione, ſequitur Bal. conſi. 379. uol. 1. & ante, conſi. 330. co. uol. nu. 5. ubi dicit, de iure Canonico hoc clarius eſt, vt legitur, & not. ext. de reſtit. ſpoliat. cap. cum ad ſedem. ſequitur Deci. in d. conſi. 28. Et iſta diſtinctio eſt citra difficultatem. De iure ciuili ſatis probata eſt.
117 De iure Canonico patet: Quia † de iure Canonico ita poteſt appellari in minimis cauſis, ſicut in maioribus. d. c. appellationib. de appel. ex ea ratione, quia licet certo reſpectu cauſa poſſeſſoria uideatur modici præiudicij, ut dictum eſt ſuperius, tamen alio reſpectu poteſt eſſe maximi præiudicij, vt quia nõ poſſunt haberi probationes ſuper proprietate: tunc enim ex poſſeſſionis ſeu probationis defectu perditur dominium in effectu. c. ſæpe.

pe.de reſtitut.ſpoliat.Item,quia magnum eſt poſſeſſionis commodum, cum data paritate poſſeſſionum abſoluatur poſſeſſor, c. ex literis.de probat.§.commodum.Inſt.de interd. Et hanc partem,quod poſſit appellari de iure Canonico,tenent Feder.de Sen.conſi.77. Paulus de Leaz. in d.clemen. 1. de ſequeſtr. poſſeſ.& poſt eos Abb. in d. c. cũ ad ſedem, vbi ſupra.

118 Ratio autem, quare † de iure ciuili non poſsit appellari,de iure autem Canonico ſic, eſt, quia de iure ciuili inſtantia debet durare triennio, & non plus,ut in d.l. properãdum. C.de iudici. unde ſi poſſet appellari ab interloquutorijs,cauſa principalis non poſſet fini ri intra inſtantiam: ſed ſecundum ius Canonicum cauſa principalis nullam habet inſtantiam,immo poteſt perpetuo durare, vt eſt caſus in c.venerabilis.de iudici. & ita ex mente Bal.dicit Lanfr.in d.cap.quoniam contra.in uerſi.interloquutoriæ. num. 105. uerſi. Et ſi dicatur.

Aduertendum tamen eſt, quod, quocunque iure loquamur, licet a ſententia ſuper

119 poſſeſſorio poſſet appellari, tamen † per talem appellationem non debet retardari exequutio ipſius ſententiæ, ſed exequutione facta,iudex ad quem cognoſcet de iuſtitia, vel iniuſtitia cauſę appellationis,ita Bar.& Ang. in d.l.2.ff.de appel.recipien.Bald.Saly.& alij in d.l.unica.C. ſi de momen. poſſeſ. Archid. in d.§.ſunt quorum.2.q.6.Bald. in L.2. C. de epiſcop.audien.Abb.in d.ca. cum ad ſedem. & in d.conſi.55.& late Afflic. deciſ. 269. incip.iudices inferiores.& deciſ.77. incip.fuit ſatis excitatum. in fine. ad quam deciſ. 269. vide Vrſil. in ſuis addit. ubi multa in materia propoſita cumulat.& alibi idem Afflic. in 2. lib.conſtit.Regni,Rubr.de appel. in probat. producen.ſeu de probat.in appel.producen. in conſtit.Iuriſperitorum.col.mihi.3. uerſ.decimoſexto limita. ubi not. dicit, quod a tali ſententia poteſt appellari, ſed non retardatur exequutio,ubi vide mirabilem effectum, qui hinc emanat, quod ſcilicet per appellationem ſuſpenditur poſſeſſorium, ut ibi, & hanc declarationem ſequitur pract. Papien. in forma appel.ab interloquutoria.col. fina. uerſi.& nota.& habetur in c.Piſanis. de reſti. ſpoliat & Rota Rom.deciſ.2.de ſenten. & re iudic.in nou.& ponit Milis in uer.exequutio, uerſi, Exequutio ſententiæ latæ in poſſeſſorio,& facit alia deciſio Rotæ.21.eo. tit. & ſi de appel.in nou.quæ incipit,Si committatur cauſa reſtitutionis.& eſt communis omnium opinio,vt teſtatur Pariſ.conſi.108.inc.de bono iure.col.3.uerſ.Rurſus aduertendum.vol. primo.in quo dicit unum not. uerbum Affl. in lib.1.conſtitut.Regni,Rubr.15. de de fenſ.

120 imponen.num.12.quod † licet de iure ciuili a ſententia lata ſuper mero poſſeſſorio non appelletur,tamen ſi fuit admiſſa, & non fuit appellatum ab admiſsione,valet appellatio, & proceditur in cauſa appellationis, allegat Bal.in l.cum ſententiam.C.de ſentẽ.& interl. omn.iud.& licet Bal.meus non dicat hoc,voluit tamen illum forſam allegare in argum. dum num.5.dicit,quod iudex qui habet unã & certam ſedem, ſi fert alibi ſententiam de partium uoluntate, ualet ſententia, quia eſt prorogata iuriſdictio de loco ad locum.ſicut igitur in caſu Baldum vult dicere Afflict. ualet ſententia iudicis quia adeſt partium voluntas, ita & in caſu ſuo proceditur ſuper appellatione, quia ex non appellatione ab admiſsione appellationis videtur pars acquieſcere,& conſentire vt procedat, & cum hac declaratione facit Bal.pro Affl. alias nõ uideo quomodo. Ex quibus remanet expedita iſta concluſio, ad quam uide plura per ſcribentes in locis citatis, & nouiſsime per Ant.Gabriel.concl.ſuar.lib.5.ti.de reſtit. ſpoliat.concl.5.num.124.uerſi. trigeſimaprima concluſio.Menoch.de recuperan.poſſ.remedio 15.num.640.cum ſequen.Hieron.Gabr. d.conſ.35.num.1.cum ſeq. & nouiſsime Cabal.in d. glo. ad d.conſt.March.in quib.caſ. appel.non ualet.ſuper uer.Poſſeſsionis.Quid

121 autem ſit † de nullitate,an ſcilicet in poſſeſſorijs ſit permiſſa, licet ſit prohibita appellatio? breuiter dicas quod ſic, clem.ut calumnijs,de re iudic.Bald.in d.l.1.colu.pen. uerſi. quæro nunquid ſententia lata. C. ſi de momen.poſſeſ.fuerit appel. ſequitur Firm. in repert.in uer. Appellatio a ſententia poſſeſſorij.uerſi.9.qui incipit, Appellatio in poſſeſſorijs. & late proſequitur Afflic.lib. 2.conſtit. Regni,Rubr.45.de appel.nu.36. Et iſta eſt ratio, quare in poſſeſſorijs appellatio non ſuſpendit exequutionem, etiam quando eſt intentatum petitorium, quia poſt exequutionem ſententiæ de nullitate agi poteſt, vt dicit Innocen.in c.ex ratione.colu.3.de appel. Bal.in margar. in uer. agens.uerſ.7.Cardin.

in clem. 1. oppoſ. 2. de ſequeſt. poſſeſ. & fruc. Bald. alibi in d. l. 1. C. ſi de moment. poſſeſ. & ſequitur Firm. ubi ſup. uer. 7. qui incipit, Appellatio in poſſeſſorijs non ſuſpendit. & ad materiam præmiſſorum, vide Moder. Peruſ. in ſuis deciſ. 20. deciſ. quæ incipit, Domina Martiana, vbi latiſſime tractat, vide illos, & de hac ſatis.

QVAESTIO XXV.

An poſsit articulari poſt concluſum in cauſa.

An alimenta debeantur filio naturali, & non petita per longum tempus, peti poſsint.

SVMMARIVM.

1 *Articuli an poſſint dari poſt publicationem proceſſus, & concluſum in cauſa.*
2 *Concluſio in cauſa quod videatur reuocata per admiſſionem articulorum.*
3 *Articuli (publicato proceſſu) poſſunt produci, & ſuper eis recipi, & examinari teſtes. & id quomodo intelligatur, 4*
5 *Cauſa appellationis eſt eadem cum prima.*
6 *Teſtes publicatis atteſtationibus non poſſunt recipi ſuper eiſdem capitulis, uel directo contrarijs tam in cauſa principali quam in cauſa appellationis.*
7 *Iudex, non obſtante publicatione proceſſus, poterit ex officio alios teſtes recipere, licet etiam id fiat ad vtilitatem partis.*
8 *Iudex quod ex officio poſt concluſum in cauſa poſſit interrogare.*
9 *Iudicis in criminalibus nunquam concluditur in cauſa.*
10 *Allegationes iuris poſt concluſum in cauſa produci poſſunt.*
11 *Inſtrumenta nouiter reperta produci poſſunt vſque ad calculum ferendæ ſententiæ, non obſtante concluſione in cauſa.*
12 *Ius ciuile denegat alimenta filijs natis ex alio coitu quam ex legitimo matrimonio.*
13 *Ius Canonicum, vult etiam ſpurio alimenta dari,*
14 *Spurius, & inceſtuoſus ſunt legibus odioſiſſimi.*
15 *Filio naturali tantum ex concubinatu nato de iure ciuili debentur alimenta.*
16 *Ius canonicum procedit de æquitate.*
17 *Filij ſpurij, & nati ex damnato coitu, de iure canonico debent alia parentibus ſecundum facultates eorum.*
18 *Alimentorum fauori nec expreſſe nec tacite renuntiari poteſt, etiam per lapſum temporis.*
19 *Conſuetudo fauori alimentorum contraria, non valet.*
20 *Dos & alimenta æquiparantur.*
21 *Statutum excludens filium ab alimentis non valet.*
22 *Alimenta ſi cui debentur, is non excluditur ab eorum petitione, quia ipſa non petijt, & ſe ipſum aluit.*
23 *Alimentorum iudicium diuerſimode intentatur.*
24 *Alimenta debita iudicis officio, & iure ſanguinis non repetuntur, niſi ut ibi.*
25 *Alimenta debita iure actionis præterita repetuntur, abſque præcedenti proteſtatione.*
26 *Cautela pro volente conſequi alimenta.*

QVAERO vigeſimoquinto de duobus, videlicet, an poſt concluſum in cauſa poſſint dari articuli; & an filio naturali debeãtur alimenta, etiam præterita, & per longum tempus non petita. Circa quæ breuiter, & reſolutiue materiam perſtringendo, dico ad
1 primum, quod † Doctores conſiderantes timorem ſubornationis, & quod per concluſionem in cauſa, & publicationem proceſſus videtur renuntiatum probationibus, dixerunt articulos non poſſe dari poſt publicationem proceſſus, & concluſum in cauſa, in c. cum veniſſet. & in ca. cum clamor. de teſti. Rot. Roma. in titu. de teſti. deciſ. 21. in antiq. Felyn. in c. paſtoralis. de exception. num. 35. verſi. Demum vide. & Boer. deciſ. 172. num. 23. licet ante concluſ. non ita firment, immo aſſerant poſſe dari, ut Rota ibi, & Boer. in d. deciſ. Alibi tamen Rota deciſ. 1. eod. titulo in nou. uidetur innuere, quod poſſint dari, & ad
2 mittantur † etiam poſt concluſum in cauſa; ſed quod per talem admiſſionem intelligatur reuocata concluſio in cauſa. & ita tenendum eſt, ut dicit Rot. deciſ. ſecunda, incip. per eadem motiua. eod. tit. in nou. quam ad hoc propoſitum citat Firm. in repert. in lit. A, in uer. Articulus. uerſ. Articuli ſi admittantur.
* Eo magis, quia extat cõmunis opinio Doct. cum Bar. & Bal. in auth. qui ſemel. C. de probation. & Canoniſt. cum Panorm. in c. fra-
3 ternitatis, per illum tex. de teſt. quod † articuli, publicato proceſſu, poſſunt produci, & ſuper eis recipi, & examinari teſtes, ut dicit et tex. in clem. teſtibus, eod. tit. quam pro comprobatione huius ſententię citat Benedic. de Peruſ. in quadam alleg. inci. eximie Doctor & honorande collateralis. Et hanc opinionem teſtatur communem Ioan. de Amic. cõſilio 128, incip. orto dubio. num. 1. qui extendit hoc, dato etiam quod extaret ſtatutum, quod elapſis tot diebus poſt publicationem, intelligatur in cauſa concluſum. & loquitur in terminis conſtit. Regni, incip. Iuriſperitorum. Rubr. de prohib. produc. in 2. lib. conſt. Regni.

Et iſtud eſt verum, dummodo non articuletur

letur idem quod prius, & non examinentur
ijdemmet teſtes, qui ſuper ijſdem deponant,
4 quia † tũc ob timorem ſubornationis, Doct.
meritò reijciunt eorum admiſſionem. ſed ſi
articuletur aliud cauſam concernens, & etiã
idem, dummodo articulans producat diuerſos
teſtes, articuli, & teſtes admittuntur, quia
ceſſat ratio finalis Doctorum, ſtante dicta cõ
muni opinione, quæ in conſulendo, & iudicando
ſeruanda eſt. Non obſtat illud, quod
in principio dicebatur de renuntia probatio
nibus, quia data veritate illius, ſequeretur, ꝙ
poſt primam inſtantiam, in cauſa appellatio
5 nis, quæ † tamẽ eſt eadem cauſa cum prima,
non poſſent eademmet articulari, quæ in pri
ma, & teſtes examinari: conſequens eſt falſum,
ergo & antecedens, & ita ſeruari in pra
xi dicit Afflic. deciſ. 216. incip. quotidie. nu.
2. & 4. quod ſcilicet in cauſa appellationis,
in qua tamen ſunt didicita teſtificata, deduci
& probari poſſunt ijdemmet articuli, qui in
prima. & loquitur Afflic. ſecundum practicã
Regni Neapolitani.

Demum in hoc primo membro quæſtio-
6 nis dicas, quod † publicatis atteſtationibus
non poſſunt teſtes recipi ſuper eiſdem capi-
tulis, vel directe contrarijs, tam in cauſa prin
cipali, quam in cauſa appellationis, text. eſt
clarus in d. clem. teſtibus. in d. c. fraternitatis
& in c. cum clamor. eo. tit. & ita in d. locis no.
Doct. idem & apud Docto. iuris ciuilis rece-
ptum eſt in authen. atqui ſemel. C. de probat.
& in §. quia uero. in Authen. de teſt. iſtud ta-
men intellige ad inſtantiam partis, ſecus ex
7 officio iudicis: nam † hoc caſu, non obſtan-
te publicatione, iudex poterit alios teſtes, re-
cipere, licet etiam id fiat ad vtilitatem partis,
vt dicit Bald. in l. ampliorem, col. 2. C. de ap-
pel. ubi dat cautelam, qua parti conſulatur cõ
tra prohibitionem d. clemen. teſtibus. quod
Bal. dictum referunt, & ſequũtur multi Doct.
quos refert Marſil. conſi. 43. num. 26. & ſeq.
8 Quod autem iudex † ex officio poſt conclu
ſum in cauſa poſſit interrogare, eſt magis cõ
munis opinio, quam tenuerunt, Felyn. in c. j.
col. 2. uerſ. vtrum iudex. de iudici. & ibi Dec.
in prima Lect. in 4. no. uerſ. ſecundo amplia-
tur, & in 2. Lectu. in 4. not. uerſi. ſecundo talis
interrogatio. & idem alibi tenuit Felyn. poſt
Innocen. & alios, in c. cum Ioannes, num. 11.
de fide iuſtrumen. quidquid dicat Ripa in d.
c. 1. de iudici. in 4. not. dummodo id iudex ex
iuſta, & rationabili cauſa faciat, ut not. Spec.
in titu. de renunt. & concluſ. in prin. in verſi.
Et ſcias. quam refert Bald. in l. 1. C. ſenten. re-
ſcin. non poſ. aliàs ſecus, ex reg. l. ubicunque.
de interrog. action. ut not. glo. in c. cum Ioã-
nes. de fi. inſtrum. Ad quæ, vide Roma. conſ.
176. incip. iſtæ ſunt reſponſiones. per tot. cõ-
ſiliũ, & conſi. 479. incip. in eo quod quæri-
tur. iunc. annot. Mandoſ. iun. utrobique. vbi
dantur concordantes, & declarationes ad ca
ſum noſtrum, remitto, quia communiter ha-
betur. Ego nunquam poſt concluſum in cau
ſa admiſi alios articulos, quam repulſorios,
& ita practicaui, loquendo in ciuilibus, ſecus
9 in criminalibus: quia † in iudicijs criminali-
bus, cum nunquam concludatur in cauſa, vt
eſt tex. in l. diui. ff. de pœn. Iodo. in prac. cri-
min. c. 52. Boſſi. de uiſit. proceſ. Iulius. Clar. in
pract. crim. §. fi. q. 61. Magon. deciſ. 100. nu-
mero 32. nimirum ſi in eis vſque ad ſententiã
poſſunt omnia produci, & articuli dari, ſuper
illiſque teſtes examinari, ut per Felyn. in cap.
cum dilectus. colu. 2. uerſ. ſecundo limitat, de
fide inſtrumen. Item in ciuilibus, dum dici-
tur, poſt cõcluſionem in cauſa nihil dari poſ-
ſe, intellige, quod concernat ius partis, con-
ſiſtens in inſtrumentis, aut alijs actis iudicia-
rijs tendentibus ad probationem ſeu impu-
gnationem eius, quod in controuerſiam de-
ductum eſt. aliud enim eſt de allegationibus
10 iuris. iuris † enim allegationes etiam poſt cõ
cluſum in cauſa produci poſſunt. Bal. in c. fi.
in uerſi. Quæro hic utrum poſt concluſionẽ
in cauſa. de probat. Card. conſi. 72. incip. Ti-
tius nunc ſunt. in quarto dubio. dummodo
ad eas producendum dilatio non petatur,
vt ibi dicit Cardin. & Felyn. in d. c. cum dile-
ctus, num. 24. Idem dic de inſtrumentis no-
11 uiter repertis, nam † produci poſſunt vſque
ad calculum ferendæ ſententiæ, non obſtan-
te concluſione in cauſa, vt dicit Roman. in d.
conſi. 176. ſub num. 12. uerſi. quinimmo poſ-
ſunt. per tex. in l. admonendi. ſecundum unã
Lect. de iureiur. ubi id ſcribentes notant. Iaſ.
in repet. nu. 50. Card. d. conſi. 72. in 4. dubio.
uer. pro hoc etiam quia ex cã rationabili, &
Mandoſ. iun. ad d. conſi. Roma. 176. in uer.
produci, vbi etiam dictos, & alios concordã
tes in hanc ſententiam citat.

Circa ſecundum, duo ſunt diſtincte viden
da; vnum, an filio naturali tantum debeantur
alimenta: An alimenta non petita per longũ

tempus,

tempu",peti poſſint & debeãtur. Quo ad primum,concurrunt ius Ciuile, & ius Canoni-
12 cum. Nam † ius ciuile adeo abhorret alium coitum quam legitimum,ut deneget alimenta filijs natis ex alio coitu quàm ex legitimo matrimonio,ut in authen. ex complexu. C. de inceſ. nupt. & in corpore unde ſumitur, ſcilicet,in Authen.quib.mod.natur. effician. ſui.§.fin. & in auth.licet.in fi. C. de natur.lib.
13 ius † canonicum verò vult etiam ſpurio alimenta dari.c.cum haberet. de. eo qui dux.in matrim.quam pol.per adult.ut per Alex. cõſilio 158.nu.3.uol.7.& Paul. Gril. in tract.de pœn.omnif.coit.quæſt.2.nu.9. uerſ. de iure verò Canonico.Immo nec etiam de iure Ciuili quæſtio noſtra habet difficultatem, nam ſumus in filio naturali,& ſupra adducta de iu-
14 re ciuili loquuntur in ſpurio † & inceſtuoſo qui ſunt legibus odioſiſſimi,in d.auth. ex cõplexu.Deci.conſ.433.n. 15.Paleot. de noth. & ſpur.c.40.& 54.in ijs tamen etiam iuris cãnonici diſpoſitio ſeruanda eſt,maxime in ter-
15 ris eccleſiæ.in filio autem naturali tantũ † ex concubina nato,quia lex Ciuilis concubinatum admittit, ipſi filio debentur alimenta, ꝙ probatur in d.Auth. ex complexu. & in corpore vnde ſumitur. & voluit hoc iuriſconſ. in l.ſi quis à liberis.de liber.agnoſcen.§.vtrũ. in fine.ſecundum intel.gloſ.ibi,quem approbat Socin.iun.conſi. 8. incip. Audio in præſenti cauſa.nu.9.par. 3. quod eſt indubitatũ, &,vt dixi, de iure Canonico non habet difficultatem, etiam quod tantum ſpurius eſſet,
16 cum illud ius procedat de æquitate, † quæ ſimpliciter in foro ciuili ſeruatur, ut dicunt communiter Doct.in d. c. cum haberet. per illum tex. & ita tenuerunt Doct. omnes tam iuris Ciuilis,quam Canonici, Ripa in l.ſi vnquam.nu.68.C.de reuocan.dona. Deci.cap. clerici.col.1.de iudi.& in ca. Eccleſia ſanctæ Mariæ.num.30.de conſtit.& ita conſulendo reſponderunt Iaſ.conſ.26.nu.13.uol.1. Dec. conſi.611.nu.5.in c.eccleſia.S.Mariç.nu.30. de conſt.& in c.clerici.num.21.de iud.Ruin. conſ.102.uol.4.& conſ.98.nu.4.uol.3.Bero. conſ.165.nu.21.& 32.cum ſeq.uol.2. & alij innumeri, quos nouiſſime in hanc ſententiã citat Burſ.conſ.1.num.32.conſ.62.num.7.& 9.conſ.83.num.2.par.1.& Gabr.concl.lib.6. de alim.concl.1. nu. 1. & ad hoc pro concl. facit not.dictum Abba. in d. c.cum haberet. in ult.not.dum ait. Tenebis perpetuo menti
17 finem huius tex.qui non eſt alibi, † quod de iure canonico etiam filij ſpurij,uel nati ex dãnato coitu debent ali à parentibus ſecũdum facultates eorum.& huic iuri Canonico ſtatur hodie etiam de iure ciuili, quia eccleſia hoc induxit ex quadam æquitate naturali, ne filij alimentis priuati pereãt, ut etiam ſentit Bar.in d. auth.ex complexu.ut & latius infra dicam in alia quæſtione.50. numero 17. cum ſeq.

Secundum caput etiam nõ habet difficul-
18 tatem,reſolutiue procedendo. Nam† materia alimentorum adeo fauorabilis eſt,vt ipſis alimentis nec expreſſe, nec tacite renunciari poſſit,etiam per lapſum temporis, ſecũdum Felin.in c.ſi diligenti.col.2.nu.5.uerſi. quartum corollarium.de foro competen.l.cum ſi. & ibi Bart.de tranſact.Bald.in l.pactum.in fi. C.de collation.Rom.in l.1.ſol.matrim. & expreſſe Bartol.in l.ſi quis à liberis. §. parens.in
19 fine. de liber. agnoſcen. nec etiam † ualeret conſuetudo extans in contrarium, ita dicit, & arguit Crau.conſ.116.nu.2.uol.1.& Soci. iun.loquens in dote,inducens argumentum in alimentis à fortiori, in conſ. 79. viſo pun-
20 cto.col.4.uerſ.plus dico.uol.3.dos † enim & alimenta æquiparantur, vt vult gloſſ. in l.ob æs. C. de præd. minor. quam ad hoc no. Sal.in l.qui liberos.de ritu nupti. & alij quos not.Euerar.in cent.lega.in loco ab alimentis ad dotem.num. 1.ualetque argumentum de uno ad aliud,ut per eum ibi, & vt late proſequitur Burſ.conſ.120.nu.42. par. 1. & infra dicam in alia quæſt.in ſimili materia alimen-
21 torum. Nec † etiam valet ſtatutum excludẽs filium ab alimentis, ſecundum Bal. conſ.21. incip.ſint contentæ. col.2.lib.3. Calcan.cõſ. 11.col.12.in prin.& pulchre Crau. cõſ. 189.
22 incip.quando fœminç.nu.3.nec ille † cui debentur alimenta excluditur ab eorum petitione,quia ipſa non petijt, & ſe ipſum aluit, ſed poteſt ea quandocunque petere ab obligato ſibi præſtare,ſecundum Bald.per illum tex.in l.de alimentis. C. de tranſact. & Alex. conſi.26.incip.viſo & diligenter. col. 2.uerſ. tertio fortificatur.& latius in conſ.178. inci. videretur forſan. col.2.uerſ.quo ad tertium.
23 Aduertendum tamen, quod iudicium † pro alimentis diuerſimode intẽtatur: nam ſi pro præſentibus & futuris, iudicium eſt ſummarium,& expeditur de plano, etiam die feriata.l.2.de ferijs.not. Alex.in addit.ad Bart. in l.ſi

l.ſi quis a liberis.§.ſi quis ex ijs.de liber.agno ſcen. ſi autem pro præteritis, cauſa non eſt ſummaria,ſed ordinario iure agitur.Bal.in l. ſi quis in ſuo,nu.5.C.de inof.teſtamen. & in l.1.columna 1.uerſi. Quæro nunquid.C.de fideicommiſ.

Demum in hac materia pro reſolutione diſtinguendum eſt, nam aut loquimur in alimentis debitis iudicis officio, & iure ſanguinis,aut in alimentis debitis iure actionis, vt in alimentis debitis per maritum vxori. Pri-
24 mo caſu † præterita non repetuntur, niſi prętendens interpellauerit debitorem, & ex ipſius mora & occaſione mutuo pecunias acceperit,& debitum contraxerit, Bart.in l.libertis.§.manumiſſis.ff.de alim.& cib. leg. Pau.& Alex.in l.de alimentis.C.de tranſact.& Alex. conſ.48.nu.1.uol.3.& conſ.72. nu.9.uolu.5.
25 Secundo caſu debentur † & repetuntur præterita abſq; eo,quod præceſſerit aliqua proteſtatio. Afflic.deciſ.10.num.3.& ibi Vrſil.in addit.num.12.Iaſ.in l.de alimentis.C.de tranſact.verſi.nunquid autem. Alex.conſ.7.uol.
26 2.& conſi.72.num.9.uol.5. Et ſic † ſit cautus prætendens alimenta,ut in caſu præmiſſo interpellet, & proteſtetur, ſi ea poſtea cõſequi vult,& de hoc ſatis: infra enim in alia quæſtione.50.latius hæc materia tractabitur.pro qua uide Menoch. conſi.231.per totum. & præſertim nu.30.& 31.par.3,cũ nu.ſeq.ubi materiam cumulatam habes per contraria reſoluta,

QVAESTIO XXVI.

Statutum an valeat, quod bannitus poſsit impune occidi,

SVMMARIVM.

1 *Probibitio ubicunque de iure diuino non eſt facta ſimpliciter in aliquo caſu, illa res probibita aliquando eſt permiſſa.*
2 *Banniti æquiparantur transfugis, qui poſſunt ex legis facultate interfici.*
3 *Occidere bannitum dicitur homicidium fauorabile propter publicam utilitatem,*
4 *Lex omnis,Diuina,naturalis,& poſitiua ſeu ciuilis,homicidia prohibet.*
5 *Legis intentio eſt,ut magiſtratibus, & iudicibus pareatur.*
6 *Homicidium alias illicitum ex iuſſu iudicis,& ex ſtatuto fit licitum.*
7 *Ciuitas quælibet legem ſtatuere poteſt inter ſuos, & dicitur ius ciuile.*
8 *Occidere malefactorem licitum eſt inquantum ordinatur ad ſalutem totius communitatis.*
9 *Facere quis per alium poteſt quod poteſt per ſe, & ualet ad bonum commune.*
10 *Statutum non ualet, quod bannitus pro debito pecuniario poſſit impune occidi.*
11 *Statutũ Florentinum, quod debitor ceſſans uel fugitiuus impune occidi poſſit,quomodo intelligatur.*
12 *Bannitus ex ſimplici contumacia an poſſit impune occidi.*
13 *Audientia propter contumaciam non poteſt perpetuo denegari.*
14 *Filius non poteſt occidere patrem bannitum,etiam ſtatuto permittente.*
15 *Bannitus efficitur boſtis,& transfuga ciuitatis.*
16 *Filius quo caſu poſſit uel non poſſit occidere patrem bannitum.*
17 *Bannitus non perdit ea,quæ ſunt de iure communi & naturali.*
18 *Frater non poteſt occidere fratrem bannitum,etiam ſtatuto permittente.*
19 *Indefinita non æquipollet uniuerſali,niſi in quolibet ſit eadem ratio.*
20 *Indefinita æquipollet uniuerſali, de æquitate.*
21 *Vxori non eſt licitum occidere uirum bannitum, nec econtra.*
22 *Vxor regulariter tenetur ſequi uirum bannitum.*
23 *Statutum loquens de bannito, intelligitur de bannito ualide,*
24 *Occidens ſeipſum non euitabit pœnam, non obſtante ſtatuto.*
25 *Reus qui capitaliter uenit puniendus renuntiare non poteſt ſuis defenſionibus,ut morti ſubijciatur.*
26 *Socius proditorie occidens ſocium bannitum an iuuetur ſtatuto permittente bannitos impune occidi poſſe.*
27 *Occidens ueneno dicitur proditorie occidere.*
28 *Statutum uolens, quod accuſatio de homicidio poſt duos menſes non admittatur, non habet locum in eo qui commiſit homicidium cum ueneno,& aſſignatur ratio.*
29 *Occidens bannitum pendente quæſtione ſuper ualiditate banni,& apparente poſtea bannum eſſe nullum,non iuuatur ſtatuto permittente bannitum impune occidi.*
30 *Occidens bannitum nulliter quomodo puniatur.*
31 *Statutum,& quæuis alia diſpoſitio de aliquo actu loquẽs intelligenda eſt de ualido,& rite,& recte facto.*
32 *Tolerantia præſtat ſecuritatem bannito, licet nondum ſit de banno cancellatus,*
33 *Occidens bannitum ignorans illum eſſe bannitum non iuuatur ſtatuto de bannitis impune occidendis.*
34 *Occidens bannitum extra territorium bannientis punitur ut homicida.*
35 *Excommunicatio afficit excommunicatum exiſtentem in alieno territorio.*
36 *Excommunicatio non afficit corpus,ſed animam.*
37 *Occidens bannitum ad rancorem uindictæ, licet extaret legitima cauſa ipſum occidendi,non iuuatur ſtatuto,quod bannitus impune occidatur.*
38 *Statutum Florentinum permittens conſortibus uindictã ſuorum conſanguineorum interfectorum, quod non ualeat.*
39 *Vaſſallo non licet occidere dominum ſuum bannitum.*

Bannitus

40 *Bannitus captus, & carceratus non poteſt in eo ſtatu impune offendi, quia eſt ſub protectione curiæ.*

41 *Affines carcerati, qui uenit ſuſpendendus, ſi eum ueneno occidant in carcere ne uituperentur, debent puniri tanquam paricidæ.*

42 *Occidens bannitum, quando puniatur ac ſi cancellatum occidiſſet.*

43 *Fœmina bannita, ſi ſit prægnans, non poteſt impune occidi.*

44 *Occidens eum quem banniri procurauit, non occidit impune.*

45 *Præmium conſequendum, uel pœna imponenda conſiderātur in occiſione bannitorum.*

46 *Occidens pro pecunia bannitum iuuatur ſtatuto de bannitis occidendis, ut non puniatur.*

47 *Occidens bannitum medio alicuius, an iuuetur ſtatuto de bannitis impunè occidendis.*

48 *Occidens bannitum habentem ſaluum conductum, cuius non habuerat notitiam, quia non fuerat publicatus, non incurrit pœnam.*

49 *Bannum licet quis ſoluerit, niſi tamen ſit cancellatus de libro bannitorum poterit occidi impune.*

50 *Bannitus non cancellatus, cuius tamen pœna in banno poſita ſoluta apparet per ſolemne inſtrumentum in archiuio poſitum, an poterit impune offendi.*

51 *Bannitum quis propria authoritate capere, & occidere poteſt.*

52 *Statutum dicens, bannitum offendi poſſe, intelligitur & occidi poſſe.*

53 *Bannito dicenti bannum cancellatum non creditur.*

54 *Bannitus cancellatus de uno libro, & non de alijs, poteſt impune offendi.*

55 *Occidens bannitum non legitime cancellatum de banno non punitur perinde ac ſi occidiſſet bannitum non cancellatum.*

56 *Factum aliquid non eſſe, uel minus legitime factum, paria ſunt.*

57 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*

58 *Bannitus licet ſoluerit pœnam, tamen niſi ſit cancellatus de banno adhuc poterit impune offendi, & aſſignatur ratio.*

59 *Bannitus bannitum impune occidere poteſt.*

60 *Fauor publicus eſt ut bannitus bannitum occidat.*

61 *Bannitum non omnis bannitus occidere poteſt.*

62 *Foriudicatus, in Regno, non iuuatur ſi occidat bannitum ſed ſi occidat foriudicatum.*

63 *Occidens etiam iniuſte bannitum, excuſatur propter bannum.*

64 *Occidens delinquentem, licet nondum bannitum, tamen de proximo banniendum, an iuuetur ſtatuto de bannitis impune occidendis.*

65 *Foriudicatus ſeu bannitus, ſi ex forma proclamatis non comparens infra decem dies poteſt occidi, non poteſt occidi in die decimo.*

66 *Bannitus ſi iuxta conſuetudinem Regni compareat ante ſententiam foriudicationis, eſt dimittendus fideiuſſoribus, donec cognoſcatur an foueat bonum uel malum ius.*

67 *Bannitus in Regno, quomodo poſſit uel non poſſit offendi infra tempus foriudicationis.*

68 *Statutum, quod bannitus poſſit impune offendi, an habeat locum de iure canonico.*

69 *Occidens bannitum an, & quando teneatur in foro conſcientiæ.*

QVAERO vigeſimoſexto, An valeat ſtatutum, quod banuitus poſſit impune occidi? & valere
1 dicendum eſt, † ex ea ratione, quia ubicunque de iure diuino nō eſt facta ſimpliciter prohibitio in aliquo caſu, illa res prohibita aliquando eſt permiſſa, ita concludunt communiter Doc. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure. poſt Bart. in 3. q. prin. Exemplum, diuinæ legis præcepto cautum eſt, non occides, Exo. c. 20. & tamen nō fuit ſimpliciter prohibita occiſio, quia etiam lege diuina cautum erat vt occidens occidatur, Gen. c. 9. quicunque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius. Leuit. 24. qui percuſſerit, & occiderit hominem, morte moriatur. & in Euangelio Mat. 25. omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. iō tunc poteſt ſuperior ex cauſa permittere homicidium in caſu etiam non explicito a lege diuina. vnde dicit Hieron. in Ionam, & habetur de pœnit. diſt. 23. q. 5. miles. Miles cū obediens poteſtati ſub qua legitime conſtitutus eſt hominem occidit, nulla ciuitatis ſuæ lege reus eſt homicidij, immo niſi fecerit, reus eſt Imperij contempti atque deſerti. & alibi ex Hieron. 23. q. 5. c. cum miniſter. dicitur. Cum miniſter iudicis occidit eum quem iudex iuſſit occidi, non tenetur. idque patet in l. 1. & 2. C. quan. lice. ſine iud. ſe vindic. vbi Imperator ex cauſa dat facultatem hominibus occidendi homines, puta, nocturnum de populatorem agrorum, aggreſſorem itinerum, deſertorem militiæ, & ſimiles. & in l. 3. §. fi. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. §. fi. ubi ad literam dicit tex. transfugas ubicunque fuerint interficere licet. & l. Gracchus. in prin. C. de adult. vbi occidens adulterum lege permittente, non cenſetur homicida. Vnde communiter tenetur ualere ſtatutum, quod bānitus a quocunque impune occidi poſſit. & iſtam eſſe cōmunem opinionem teſtatur Alex. cōſ. 107. inci. pro inueſtigatione. col. 2. in fi. nu. 8. uerſ. vnde communiter tenetur. & conſ. 2, incip. Viſis dubitationibus. in fi. uerſ. Exemplum in homicidio, uolum. 2. Alber. in tract. ſtatut. par. 4. q. 17.

Pro qua concluſione, ultra ſupradicta, facit,

2 cit,nam † banniti æquiparantur transfugis,
l.amiſſione.§. qui deficiunt. cum ibi not. per
Bart.& alios.ff.de capit.diminut.& Barto. in
ſua diſput.incip.Lucanę Ciuitatis ſtatuto.ſed
transfugæ, ut dictum eſt, poſſunt ex legis fa-
cultate interfici: ergo & banniti, ex diſpoſi-
tione ſtatuti, poſſunt occidi. quam ſententiã
tenent, Hoſt.in c.fi.de conſuetu.Bar. in d.l.2.
per illum tex.C. quan. lic. unicuique ſine iu-
di.ſe uindic.Bart.& Bal.in l.ut uim.de iuſti.&
iu. Alberi. in ult.par.ſtatut.q.17.Bal in l.ſin.
C.ſi cont.ius uel util.publ.& alibi in d.l.Grac
chus.per illum tex.& in l.un.col.13.C. de cõ
feſ.& in l.cunctos populos.col.8.C. de ſum.
Trini.& in l. 1. C. ſi a non compet. iudi.Ant.
de Butr.& Ioan.de Imo.in c. quæ in eccleſia
rum.de conſtit. Alex. conſ. 65.incip.attenta
diſpoſitione.col.2.uer. præſuppono etiã, in
prin.col.3.ubi dicit iſtam eſſe magis commu
nem opinionem.& tradit Nellus in tract.bã
nit.in prima par.2.temp.q.1. ſequitur Deci.
conſ.326.alias 327.incip.Viſo.col.3.& alibi
in c.dilecti.col. pen. de except. ubi plura cu-
mulat.in c.Epiſcopus.de præben.& in l.bo-
na fides.ff.de regu. iur. la 1. in fine. num. 10.
3 uerſi.ſecus ſi homicidium.nam † tale homici
dium dicitur fauorabile propter publicam
vtilitatem, ut dicit Iaſ. in l. ſi idem cum eodẽ.
col.2, ff.de iuriſd.om.iudi.Dec.in d. c.dilecti.
colum.5.Et quod tale ſtatutum ualeat, ponit
Gandi.in tract.malef.in Rubr.de bannit.pro
malef.q.1.& Ioan.Baptiſt. de Sanc.Seuer.in
repet.d.l.omnes populi.col.27.& hoc tracta
uit Ioan.And.in reg.quod quis.de regu. iur.
in 6.& dubium indeciſum reliquit.Nihilomi
nus Phil.Fra.ibi.uerſ. extra gloſſam Ioannes
Andreæ, refert dubium ipſius, & reſoluit, q
ſtatutum valeat.Marſi.in pract.crim.§.aggre
dior.Boſſius in tit.Banniti quid amittant.nu
mero 3.Crau.conſi.386.incip.Thomas.col.
3.nu.10.Ruyn.conſi.36.incip. in cauſa feu-
dali col.3.num.5.li.1.Ant.Gabr.com. opin.
lib.6.reg.6.ſub tit.de reg. iur.

Contraria tamen opinio, quod ſcilicet ta
4 le ſtatutum nõ ualeat, ſuaderi poteſt. † nam
omnis lex diuina, naturalis, & poſitiua ſeu ci
uilis, homicidia prohibet. De diuina patet tũ
in ueteri teſtamento, Exo.c.20.ibi, non occi
des.& Deuteron.c.5.circa med.ibi, non occi
des.tum etiã in lege noua, ut Matth. c. 5.qui
occiderit reus erit iudicio, & in alijs plurib.
locis. De ſecundo, ſiue capiatur pro diuino
quod in lege, & Euangelio continetur, ſiue
pro iure gentium, ſimiliter conſtat in prin.
Decret. & Inſtit. de oblig. quæ ex delic. na-
ſcun.in prin.& l.1.in fi.ff. de fur.nam tale ius
proprio naturali inſtinctu nefas reputat
hominem homini inſidiari. l. ut uim. de iuſt.
& iure.in fine.& Geneſ.cap.4.circa med.ibi,
ſanguis fratris tui clamat ad me de terra. De
tertia lege etiam clarum eſt.8.diſt.c.1.§.2. &
c.ſequen.Inſtit.de iure natur. gent. & ciui. §.
pen.& extra toto tit.de homici.& in Rubr.ff.
& C.de ſicar. ergo videtur quod ſtatutum il-
lud concedere non poſſit.facit clem. ne Ro-
mani.de ele. in prin.Et ſic redditur dubitabi
lis ipſa communis concluſio.

Tamen ab ipſa communi ſententia non
eſt recedendum ex deductis in ipſa. Pro qua
etiam facit, nam cum omnis legis intẽtio ſit
5 † vt magiſtratibus & iudicibus pareatur, l.1.
in ſine.& l. 2. de iuſti.& iure.11.q.3.c. qui re
ſiſtit.& bannitus, maxime contumax, obedi-
re recuſet, rationi congruit talia ſtatuta face-
re, ut in Auth.ut omn. obed. per tot.& 4.di-
6 ſtin.c.factę ſunt.Vnde † licet aliàs homicidiũ
eſſet illicitum, ex tali iuſſu iudicis, & ex ſtatu-
to fit licitum.l.ſi quis id.§.doli.ff. de iuriſdict.
omn.iudi.l.furti.§.qui iuſſu. ff. de infam.& in
regu.quod quis.lib. 6. immo talis pœna eſt
iuri communi conſona.l.contumacia. ſecun
dum unum intellectum. ff. de regu. iur.l.neç-
non, & l.ſed ſi dum.ff.ex quib.cauſ.maior.

7 Vlterius facit, nam † quęlibet ciuitas legẽ
ſtatuere poteſt inter ſuos, & dicitur ius ciuile.
8.diſtin.c.quæ contra.ff.de iuſt.& iure.l.om-
nes populi.hoc enim à Principe habet, vnde
lex videtur eſſe Principis.l.fin.C. ubi & apud
quos.l.2.circa med.C.de vet.iu. enucl. igitur
poteſt tale ſtatutum condere, & valet, iuua-
turque iure diuino, quod ait, maleficos non
patiaris viuere, Exo.cap.22.& in decret. 23.
q.5.§.2.

Quibus ſtantibus, contraria non obſtant,
nam tolluntur ex ijs, quæ dicit S.Thomas.2.
2.q.64.art.3.in corpore, ubi dicit, quod occi
8 dere malefactorem † licitum eſt inquantum
ordinatur ad ſalutem totius communitatis,
& in eo.art.in reſpõſ.ad primum dicit, quod
ille aliquid facit, cuius authoritate fit, & cor-
roborat exemplis, & authoritatib. vt ibi per
eum. Sed in terminis quæſtionis propoſitæ
occiſio banniti ordinatur ad bonum publi-
cum, iux.not.in l.congruit.ff.de offi. præſi.&

ciuitas ſtatutum facit authoritate Principis ſibi dantis facultatem, & ex ipſo ſtatuto bannitus occiditur, ergo ſtatutum valet.

9 Quod autem quis per alium poſſit, † quod poteſt per ſe, & valet ad bonum commune, facit lex 2. C. quan. lic. unicuiq. ſine iudi. in fine. ibi, pro quiete cōmuni, & in facto quotidie videmus ſæpe per priuatos bannitos occidi ſtatuto permittente, qui alias a magiſtratibus negligerentur. Et ſic ſublato obſtaculo, & obiecto, remanet firma concluſio, valere ſcilicet ſtatutum, quod bannitus poſſit impune occidi.

Fallit tamen iſta concluſio multis modis, & in multis caſibus, & primo, quando ſtatu
10 tum fieret ſine iuſta cauſa, † puta pro debito pecuniario, quia non valeret, ſecundum Hoſtien. in c. fina. de conſuet. Butr. & Imol. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. per gl. 4. q. 1. in ſumma. & Gandi. de malef. car. fin. in fine, uerſi. circa finem præſentis. ubi refert, quod Martin. de Fano ita determinauit. hoc idem dixit Rayn. de Forliuio in repet. d. l. omnes populi. in car. 5. col. 4. uerſi. ex iſta doctrina, ad quod vide Ioan. Bologn. ad d. l. omnes populi, nu. 94. uerſi. Similiter ſi bannitus. Declaratur tamen iſta fallentia, non habere locum in debito pecuniario ex magna cauſa, nam in tali debito ſtatutum valeret, vt eſt Flo
11 rentię, vbi extat ſtatutum, † quod debitor ceſſans vel fugitiuus impune tanquam bannitus occidi poſſit, nec tamen iſtud ſtatutū in quolibet debitore etiam ex magna cauſa intelligitur, ſed tantum de mercatoribus publicis, de quorum fide plurimum cōfiditur, vt & ipſum ſtatutū dicit, pro quo vide Marſ. conſi. 10. nu. 5. & 7.

Secundo fallit in bannito ex ſimplici con
12 tumacia. † Et licet Nel. in dicto tract. bannit. in prima parte ſecundi temp. q. 1. de qua ſupra, concludat indiſtincte valere ſtatutum, contra Rayn. de Forli. qui loco iam citato dicebat, quod tale ſtatutum valet quando bannitus eſſet pro tali delicto, pro quo a miniſtro legis occidi potuiſſet, aliàs non ualeret ſtatutum, quia non debet plus priuato concedi circa vindictam quam miniſtro legis: quia, dicit ipſe Nellus, hoc non ſolum ſtatuitur pro delicto pro quo bannitus eſt, ſed et propter eius contumaciam, quæ contumacia eſt digna morte. cap. 2. de maior. & obedien. ad quod vide Marſ. dicto conſi. 10. numero 8. & 12. Cui ſententiæ accedit not. dictum Bal. in cap. 1. colu. 2. uerſi. ſed pone, laicus. in tit. qui ſuc. tene. il 2. & in c. 1. §. iniuria. colum. 4. uerſi. Quero utrum ualeat ſtatutum. de pace iuram. firman. ubi dicit valere ſtatutum ut contumax etiam ad mortem puniatur. & allegat Specul. in titu. de fideiuſ. §. 1. & Ioan. And. in c. veritatis. de dolo & contum.

* Tamen communis opinio eſt in cōtrarium, quia non eſt verum abſolute, quod ex contumacia, quis ita grauiter puniri poſſit: nam pro contumacia non poteſt quis puniri in amiſſione totius cauſæ, vt eſt gl. in l. 1. §. hoc iudicium. ff. ſi quis iuſdicen. non obtemper. quam poſt alios ibi ſequitur Alex. qui poſt
13 Bald. etiam concludit, quod audientia † propter contumaciam non poteſt perpetuo denegari. & ratio eſt, quia pœna impoſita pro contumacia eſt temporalis, vt dicit Deci. in capit. ex literis. num. 47. de conſtitut. uerſi. & hoc confirmatur. Et ſuprad. obiectum Nelli procedit quando quis fuiſſet contumax in crimine, pro quo grauis pœna imponi debuiſſet, quibus accommodari poſſunt ea quę dicit Menoc. in materia contumaciæ, in ſuo tract. de arbitrar. iudic. Et hoc, an ſcilicet bannitus in contumaciam poſſit uigore ſtatuti impune occidi, non conſtito aliter de crimine, vide Alex. poſt Bartol. in l. obſeruare. C. quor. appel. non recip. & Carrer. in pract. numero 39.

Tertiò fallit concluſio, & declaratur non habere locum in filio occidente patrem bā-
14 nitum, † nam hoc caſu non intelligitur ſtatutum; & ſi intelligeretur, eſſet contra ius diuinum, & humanum, & ſic iniquum, ut voluit Ang. in l. ſi adulteriū cum inceſtu, §. liberto, per illum tex. ff. de adulter. & in Aut. de ince. nupti. in princ. de quo late Rol. conſ. 45. nu. 62. uol. 1. In hoc aūt eſt aduertendum, quia Bar. tenet cōtrarium, in d. §. liberto. §. imperatores. quem ſequuntur Pet. de Anch. & Io. de Annan. in Rubr. de ijs qui fil. occiderunt. per l. minime. ff. de religioſ. & ſump. fun. ubi text. impunitum facit patrem qui filium, & ſi lium qui patrem bannitum occidit. & idem tenet gl. per illum tex. 23. q. 3. c. fortitudo. & idem not. Bal. in l. ſi adulterium cum inceſtu. d. §. liberto. ubi dicit per d. l. minime. quod ſi ex forma ſtatuti licitum eſt bannitū occidere, poterit filius patrem bannitum interficere. & dicit ipſe Bart. quod cum iſta quæſtio

L fuiſſet

fuiſſet de facto Tuderti,& eſſet commiſſa cui
dam collegio ſcilicet Peruſino, fuit conſul-
tum,quod filius poſſet impune patrem occi
dere,& licet ipſe Bar.dicat, quod neſcit per
15 quæ iura;tamen allegat rationem,nam† bã
nitus efficitur hoſtis, & transfuga ciuitatis,
l.amiſſione.§.qui deficiũt.ff.de capit. dimin.
& ſicut perdit ciuitatem,ita & filiationem,ut
l.poſtliminij.§.filius.ff.de captiu. facit tex. ff.
de re milit.l.milites agrum.§. pen. & ita cum
Bar.tranſit Saly.in l.unica.C, de ijs qui parẽ.
& liber.occid.Et quia circa hanc fallentiam
ſunt cões ſententiæ hincinde; Nam aliqui di
* cunt Angeli opinionem eſſe communem,
quam tenet Alber.in 4.par.ſtatut.q.6.& Nel.
in d,tract.bannit.in 2.par.2.tempor.q. 10.&
hanc dicit ueriorẽ Deci.in d.c. quæ in eccle-
ſiarum.de conſt.nu.60.uerſi. ſed conſideran
dum eſt, Aliqui dicunt opinionem Bart.eſſe
cõmunem,ut Hipp.in l. 1.§. præterea.in 10.
col.ff.de queſt. Ideo pro concordia dicendũ
16 eſt,†quod aliquando pater eſt bannitus pro
homicidio, uel alio ſimili delicto concernẽ-
te principaliter offenſam particularem; Aut
eſt bannitus pro crimine ex quo principali-
ter offenſus fuit Princeps,Reſpublica, uel Ci
uitas,Primo caſu procedit fallẽtia,quod ſci-
licet filio non ſit licitum interficere patrem
bannitum, etiam ſtante ſtatuto in concluſio
ne poſito, & hoc probatur in d. §. liberto.in
fine.in illis uerbis, nam cuius famæ, multo
magis uitæ parcendum eſt, & ibi eam tenet
Dyn.& Gand.in d.tract.malef.in d. tit.de bã
nit.pro malefi.uerſi.continetur in ſtatuto.Et
Bartholom.Cæpol.in conſi. 5. crimi.incip.
Caſus talis.proceſſum eſt,nu.26. circa medi.
dicit,quod hoc idem tenuit Fran.de Aret.in
d.§.liberto. qui dicit, qđ opinio Bar.in d. §.
liberto.fuit potius humana, quã iuridica,vt
dicit etiam Fran.de Porcel.in tract. de duob.
17 fratr.par.3.princ.nu. 12.Nam † ex eo quod
pater bannitus eſt, nõ perdit ea quæ ſunt de
iure cõi & naturali, ut hr̃ in d. l. amiſſione.§.
qui deficiunt.& ibi per Bart.Et licet iſtud di-
ctum ſit pulchrum,tamen nõ potui inuenire
quia in meo Aretino non extat cõmẽtũ ſup
iſto tit.de adult.Bartholom.forte habuit ma
nuſcripta ipſius Aret.verum eſt, quod & ip-
ſe dicit, hoc refert Nellus in tracta. bannit.
in ſecunda par. ſecundi temp. quæſtio. 10.
ubi Nellus. hoc dicit. Satis eſt, quod iſto
caſu procedit fallentia, ſecundo caſu proce
dit opinio Bart.Nã qñ pater ẽ bãnitus ex tali
delicto pro quo põt eſſe hoſtis patriæ, tunc
filius uigore talis ſtatuti poſſet patrem impu
ne occidere, quia tali caſu idẽ eſt de iure cõi.
d.l.minime,de religioſ.& ſump.funer. ſuper
qua ſe fundat Bart. quæ lex loquitur in caſu
ſpeciali,videlicet, quando offenditur patria,
vt dicit clare tex.& ſic eo caſu filius magis pa
* triæ,quam patri debet,l.poſtliminiũ.§.filius.
ff.de captiu.& iõ patrem occidere poterit.&
hoc modo ẽt, ſicut l. minime, loquitur ca.
fortitudo. 14.q. 4. Sed ẽt iſto fortè caſu non
ſubſiſtit opinio Bar.ex illo tex,Bart. enim ex
illo tex.dicit,quod filius põt occidere patrẽ
uenientem contra patriam.tamen gl.ibi hoc
non ſimpliciter permittit. Sed in uerbo,occi
diſſet.dicit,ſcilicet ſe defendendo, alias tenet
lege Pompeia de parricid. ut ad l. Pomp. de
parrici.l.1. Et ſic videtur quod nullo mõ lex
permittat filio occidere patrem ẽt rebellem,
offendendo, ſed tantum ſe defendẽdo,quic-
quid in hoc dicat Marſil.conſilio vndecimo
numero nono, & ita fallentia remanet
clara,

Quarto fallit concluſio, & declaratur, vt
18 non habeat locum in fratre. † ita diſputãdo
determinauit Aegidius de Foſcara, ut re-
fert Nel.in tract.bannit.in 3.par.2.tẽp.q.53.
q̃ incipit,Duo ciues fratres. & Bartholom.
Veron.cõſ.5.nu.23.uerſi.6. pro hoc adduci
tur.Et pro hoc facit.Quia ſtatutum indefini-
19 te loquitur, † ſed indefinita non æquipollet
uniuerſali,niſi in quolibet ſit eadem ratio,vt
per Dyn.in Rubr.de regul.iur. in 6. & in l. ſi
pluribus.de lega.1.& ibi Barto. & alibi Bart.
in l.ſi neceſſarius.§. ſi annua. ff. de pignorat.
actione.& plene per Gemini.in cap.ut circa.
de elect.in 6.& per Doct.in capit.quoniam.
extra de coniug.lepros.Sed non eſt eadem
ratio in fratre, quæ in extraneo, vt de ſe pa-
tet, ergo indefinita non æquipollet uniuer-
ſali. Et hoc maxime procedit in ſtatuto, vt
not.Bar.in l.omnes populi. in 4. quæſt. 6. q.
princip.ff.de iuſt.& iure. Ergo concluſio nõ
habet locum in hoc caſu. Accedat hoc ar-
20 gumentum, Indefinita † æquipollet vniuer-
ſali, de æquitate, l. ſi ſeruitus. ff. de ſeruitut.
vrban. prædi. ſed non patitur, nec eſt æqui-
tas quod frater poſſit alterum fratrem occi-
dere,nec ẽt iuri conſonum;vt l.ſi magnũ.C.
qui accuſ.non poſ.ergo hoc caſu indefinita
nõ æquipollet uniuerſali,& licet Bar.in ſupra

cit.

§.liberto.tenuerit contrarium, ut in præced. fallen.eſt deductum, tamen caſus fallentiæ eſt uerior,ut dicit Nellus in iam citata queſt. 53.in uerſ. & iſtam puto ueriorem.& ad pro xime dicta vide Roland.conſi.45. num. 64. uol.1.

Quinto fallit propoſita concluſio, in vxo
21 re, cui † non eſt licitum occidere uirum bannitum.ratio eſt,quia maritus, & vxor reputã tur una & eadẽ perſona: dicuntur enim duo in carne una.Geneſ.c.2.Matth.c.19. c. debitum.de bigam.c. gaudemus.§.1.de diuort.& uxor dicitur ſocia diuinæ, & humanæ domus,Geneſ.c.3.l.aduerſus. C. de crim. expil. hæred.l.1.ff.rer.amot.l. 1. ff. de ritu nupt.ergo ratione iſtius naturalis,& legalis coniunctionis non eſt licitum vni occidere alterum, in caſu propoſiti ſtatuti: Maxime cũ tale ſtatútum ſit ſtricti iuris, & contra ius commune.l.quicquid adſtringendæ. cum ibi not. ff. de uerbo.obl.& de hoc habetur 13.q.2.cap.
22 Ebron.Cui accedit.Nam † vxor regulariter tenetur ſequi uirum bannitum, ut per Cy. in l.liberti libertæque.C. de oper. libert. & per Bal.in l.qui manumittitur.eod.tit. & per Bar. in l.Mæuia.§.1.ff.de annuis lega.& per Innocen. & Canoniſt.in c.1.de coniug. lepróſ. & per glo.in d.cap.Ebron. de quo infra in alia quæſt.dicam, dum tractabo, an uxor teneatur mittere alimenta marito bannito.in uerſ. Ergo in maritum bannitum ſequi tenetur.Cũ ergo uxor hoc facere teneatur, non eſt ipſi permiſſum maritum occidere,quem (ut iam dixi) & ſequi,& alere bannitum tenetur.

Sextò concluſio fallit,& limitatur non habere locum in occidente non legitime ban-
23 nitum. Ratio eſt, † quia ſtatutum loquens de bannito,intelligitur de bãnito ualide,ut not. Bart.in l.pen.ff.de adulter.Ang.in l.4.§. condemnatum.ff.de re iudic.Alex.conſ.77.inci. viſis.uol.3.not.Barto.in l.3.§.ſi ſeruus.in fi.ff. de acquir.poſſ.& Bal.in l.2.col.4.ff. ſi quis in ius uoc.non ier. ubi loquitur in clerico bannito a iudice ſeculari, & hanc limitationem ſequitur Dec.in c.quæ in eccleſiarum. num. 64.de conſtitut. & in conſi.482.colum.2.in prin.Cum igitur non legitime bannitum occidit,non iuuatur ſtatuto dicẽte, Bannitum impune occidi poſſe.Aduerte tamen, quod talem bannitum occidens punitur, non tamen ordinaria pœna homicidij, ſed extra ordinem,ut per Deci. in iam citato loco, in potatore, & alijs exemplificantem. & per Alex.ubi ſupra.& in citato conſ. 14. ordinariam autem pœnam euitat, quia hoc facit credens licere ſibi facere.Volunt enim Doc. quamlibet cauſam, etiam fatuam, & iniuſtã excuſare a dolo, & pœnam extenuare.l. agitur.§.1.de libera.caũ. l. plagij.la 2. C. de plagiar.glo.in l. ſatis pœnæ. de in ius uocan. & in l.non poteſt dolo.de reg.iur. Deci.conſi. 169.incip.viſo themate.col.fin.ſeu pen.uerſ. & ad hoc facit.& conſ.9. incip.& pro tenui. num.5.Rom.ſing.19.Deci. c. nam concupiſcentiam.Lect.2.col.3.de conſt. Rub. ext. de iud.Rip.nu.23.Grat.conſ.39. & 49. Alexan. conſi.8.incip.& aduerte.nu.9.uolu.6. Crem. ſing.149.Gerar.ſing.83. Hippol.l.j.de ſicar. Alex.con.240.incip.perſpectis,num.8.eod. uol.6.cum multis ad hoc paſſim à Doct.con geſtis;de qua materia late ſcribo in meis reg. crimin.reg.3.& 51.

Septimò fallit concluſio in occidente ſe
24 ipſum:† nam,non obſtante ſtatuto,non euitabit pœnam, de qua in titu. de his qui ſibi mort.conſciu.ſecundum Ioan.And.in addi. Specul. in tit.de pœnis.§.1.uerſi. ſed quæro. facit quod not.in cap. contingit. de ſenten. excom.Bal.in l.1.col.pen.C.de ſeru.fugit.& in proœm.Decretal.Rex pacificus.colu.8. Et probatur in c.ſi non licet.in prin.23.q.5.facit text.in l.omne delictum. §. qui ſe. ff. de re milit.& in l.ſi quis filio. §. cuius.ff.de iniuſto rup.teſtam.ſequuntur Cæpol.in conſ. 5. nu. 19.uerſ.Secundo probatur,& Deci. in ſæpe citato c.quę in eccleſiarum.nu.66. non enim debet quis occidere ſeipſum, nam nemo eſt dominus membrorum ſuorũ, l.liber homo.
25 ff.ad l.Aquil. Et hinc eſt † quod reus qui capitaliter uenit puniendus renunciare nõ poteſt ſuis defenſionibus, ut morti ſubijciatur. l.cuſtodias.de public.iudic. ut hoc ibi per illum tex.not.Bart.in fine, & ibi Alex.in apoſtil.glo.ſingul.in l.pactum inter.ff.pact. & ibi Bar.Bald.in auth.iubemus.C. de iudici. & in rubr. extra de pact. columna fina. uerſic.per pactum.Barb.in c. cum dilecti. colu. quarta, uerſi.nota ibi.de accuſat. Ang. de malefic.in uerſi. qui iudex ſtatuit terminum, uerſi. ultimo.& ibi in additio.Hippol.conſ. 16. incip. inclina.num.25.uolum.1.Corroboratur iſta fallentia ex hoc,nam ſi bannitus interficit ſe ipſum,non poteſt dici quod faciat tanquam miniſter iuſtitiæ,& eius zelo, ſed potius de-

ſperatione aliqua ductus, & ideo non gaudebit priuilegio ſtatuti, cuius intentio eſt, ut occidens bannitum faciat zelo iuſtitiæ. de quo infra latius in 14. fal. & pro his quæ ad hanc fallentiam pertinent, vide latiſſime Menoch. congerentem more ſuo, de arbitrar. iudic. fol. 280. nu. 22.

Octauo fallit in ſocio occidente ſocium
26 bannitum proditorie, † nam talis non iuuabitur ſuprapoſito ſtatuto, ut not. voluit Ang. poſt Bart. in l. fina. C. de delator. lib. 10. idem tenet Alberi. in 4. par. ſtatut. q. 20. Bal. in tracta. ſtatut. in uer. bannitus. num. 9. Roc. Cur. in repet. cap. fina. de conſuetu. Et nedum in ſocio, ſed etiam in quolibet proditorie occidente, Bartol. in l. genero. ff. de his qui not. inf. & in l. ſi quis in graui. §. utrum. ad Syllan. Aret. in l. cum ſeruus. de verb. oblig. Cæpol. conſi. 34. colum. 3. uerſi. præterea. Maſcar. de probat. lib. 1. concl. 162. num. 9. maxime interuentu pecuniæ, nam eſſet permittere aſſaſſinium, contra cap. pro humani. de homicid. in 6. ut per Afflic. in conſtit. Regni, ſuper conſtit. pœnam eorum. num. 8. in fine & ſequen. libro ſecundo, & ſuper conſtitut. mala noxia. l. 3. & late Carrer. in pract. §. circa. num. 198. uerſi. Limita etiam niſi proditorie. & uide infra in prima ampliat. huius concluſ. Afini. in comment. ſtatu. Florent. folio mihi 245. & dicam in regul. meis crimin. regu. 53. quæ incipit, Proditorius actus, quas alias in lucem dabo. Vbi ample tracto quis dicatur proditorie occidere. Quo tamen ad præſentem ſpeculationem aduerte, quod iſta fallentia non eſt in vſu, ut dicit Pet. Gerar. in ſing. 14. incip. notant Bartol. & alij. numero quinto, & nono. nam quotidie videmus, quod tales banniti proditorie occiduntur, nihilominus occidentes gaudent beneficio præmij propoſiti, & banniti alium bannitum occident s rebanniuntur. Sed ſaluando fallentiam dici poteſt, quod quando ſtatutum exprimit, non eſt dubium: cum uerò non exprimit, ſed indefinite loquitur, ſecus eſt.

Nonò fallit in occidente bannitum vene-
27 no. Ratio, † quia veneno occidens dicitur proditorie occidere, vt not. Bald. in l. nemo. C. de ſum. Trin. & in l. cum fratrem. C. de ijs quibus, vt indign. Facit quod notat Bartol. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. & dicit Angel. poſt Iacob. Butrig. in l. 1. C. de malef. & mathem. Quod atrocius eſt hominem ueneno occidere, quam gladio. Sequitur Ioan. de Anan. in cap. 1. colu. 4. de ſortileg. Vnde infertur, quod ſi ex forma ſtatuti accuſatio de homicidio poſt duos menſes
28 non admittatur, † tale ſtatutum non habet locum in eo, qui commiſit homicidium cũ veneno, quia tale homicidium non eſt ſimplex, ſed qualificatum: ergo ita occidens nõ ibit impune ſaltem pro ea qualitate. Tamen iſta fallentia nunc non eſt ita tuta, ex ratione dicta in præcedenti fallentia, quia ob publicam utilitatem quouis modo licet occidere bannitum. Sed iſta fallentia hoc modo ſaluari poteſt, quod aut quis proditorie bannitum occidit ex cauſa priuatæ offenſæ, puta ex homicidio, raptu, incendio, & ſimilibus; aut bannitum ex cauſa publicæ offenſę, puta, rebellem, uel Principis proditorem, & primo caſu occidens non iuuatur ſtatuto, & ſic procedit fallentia; Secundo caſu iuuatur, vt mirabiliter dicit Hippol. ex cuius dictis elicitur iſta diſtinctio, in ſing. 16. incip. Proditores ſunt odio, quẽ vide multa in hoc propoſito allegantem. idem ſentit Pet. Gerar. ſingul. 14. numero quinto, & Bartholo. Veron. in conſilio crimin. 34. numero ſexto, in verſ. nam ſtante ſtatuto.. Vnde hodie per totam Italiam practicatur iſta diſtinctio. Nam in bãnimentis, & proclamatibus de occidendis bannitis diſtinguũtur caſus ſecundum qualitatem bannitorum; ita quod bannitus non poteſt impune occidere bannitum, niſi in caſibus in ipſis proclamatibus expreſſis, ergo eorum tenor attendendus eſt.

Decimò fallit concluſio in occidente bãnitum pendente quæſtione ſuper validitate
29 banni, † & apparente poſtea bannum eſſe nullum, ſecundum Bald. in l. uniuerſa. propè finem, C. de precibus Imper. offeren. allegat Din. in l. ſi quis. ff. de iniuſ. rup. ir. teſtamen. & Bartol. in l. 1. §. ſi ſeruus, ff. de acquiren. poſſeſſ. ſequitur Felyn. in cap. quæ in eccleſiarum. columna ſecunda, uerſi. Tertius caſus. de conſtitut. & ratio eſt ultra ipſum: Nam
30 † occidens bannitum nulliter, non iuuatur ſtatuto permittente occiſionem bannitorum, ſed ſi ſciat bannum nullum, punitur ordinarie, ſi neſciat, & diligenter non ſe informauerit, cum naturaliter huic actui inſit dolus, arbitrio iudicantis plectendus eſt, & hæc eſt communis omnium opinio, ſecundum.

dumAlex.in conſ.77.viſis.col.1.uol.3. poſt Bart.Ial.& alios in l.non putauit.§.non quæ uis.ff.de bon.poſſeſ.cont.tabul.& in l. ſi.ff.de adultr.& alibi Bald.in l. ex morte. ff. ad leg. Aquil.Iaſ.poſt alios in l.4.§.condemnatum. col.fi a. ff.de re iudic.Deci.conſi.327.quod eſt primum conſ. tertiæ part. & conſi. 482. num. o.& ante eum,Bald.in l.1.C.de pœn. Sal.in l.cum qui duas.C.de adulter. & Bal.in addit Specul.in tit.de citat.col.4.in magnis. verſ.non valet citatio.Alex. conſ. 114.nu.4. uol.1.& cõſi.160. Viſis.vol.7.Ratio rationis

31 eſt:Nam † ſtatutum,& quęuis alia diſpoſitio de aliquo actu loquens intelligẽda eſt de ua lido,& rite ac recte facto, ſecundum Bald.in l.fina.§.in computatione.in fine.C. de iure delibran.Iaſ.in d. §. condemnatum.in pri mo not.Alex.d.conſi.77.nu.15.Deci. conſi. 360.num.2.& conſi.410.num.7.Calc. conſi. 87.nu.3.& conſi.118.nu.3.latiſſime Fel.in c. ex tenore.de reſcr.in uerſi.Regula, non præ ſtat.ubi ad longum ponit iſtam materiam, quod ſtatutum non extendatur ad actum in ualidum.& ſi occurrat caſus; uide ipſum,& Oſa.multa cumulantem, deciſ.30. nu. 20.& deciſio.69.num.8. in caſu Fallentiæ uide alia multa apud Ant.Gabriel. in ſuis recol. com. opin.lib.6.concluſ. 6. uerſ. Tertius caſus. nu. 31.cum pluribus ſeq. ubi limitat, ſublimitat, & congerit more ſuo copioſo.

Vndecimo fallit,& non procedit concluſio, quando bannitus toleratur in ciuitate.

32 Ratio † eſt,quia talis tolerantia præſtat ei ſecuritatem,licet nondum ſit de banno cancel latus, ſecundum Saly.in l.nullus.C.de Iudæ. ſequitur Ioan.de Anan. in c. ſicut. colu.5.de Iudæis,dicens hoc eſſe dictum ſingulare, & ſe uidiſſe ſeruari Bononiæ.refert, & ſequitur Felyn.in c.quæ in eccleſiarum. num.9.uerſi. Quartus caſus.de conſtit. Et hoc verum eſſe dicit Ioan.de Arno.ſing.10.incip.Præceden tibus non incongruæ. Non obſtante conſtitutione Regni,Pœnam eorum, & ad lõgum more ſolito iſtud cõprobat Hippol. de Marſil.ſing.77.incip.Patientia.uerſi.ex hoc tenementi.& in ſing. 340.incip.caute agunt. columna mihi quarta,uerſic.Limitat etiam Iaſ. & dicit ipſe ibi, quod iſta materia eſt menti tenenda,& lucroſa.&, vt dicit Deci. in dicto conſ.327.aliàs 326.in fine,poteſt dici,quod ante factum uerum eſt, quod toleratus non poteſt impune occidi,poſt factum autem oc ciſores excuſantur,ut ibi.& huius dicti poteſt eſſe ratio,quia multa facta tenẽt,quæ a prin cipio fieri prohibentur. ad l. patre furioſo, de ijs qui ſunt ſui vel alien.iur. & ibi Iaſ. & idem Iaſ.de offi.prętor.l.Barbarius.num.61. Intellige fallentiam in bannito tolerato ab eo qui habet poteſtatem rebãniendi ipſum, ad libitum,& ei faciendi ſaluum cõductum, nam pro eo tempore quo toleratur habetur pro non bannito, & iſtud operatur tolerantia, ſeu patientia ipſius Domini principalis ſuperioris, vt per multos caſus ſimiles exẽplificat Hippol. de Marſil. conſ. 9. num. 25. cum plur.ſequen. & conſi. 10.num.26.cum alijs num.ſequen.ubi latiſſime materiam iſtã tractat.& Meno. qui multa bona dicit in hac materia,in conſi.75.num.49.vſque in fi.par. 3.& nouiſſime Maſcar.d.concl.162. num. 7. & 8.& 31.

Duodecimo fallit concluſio in occidente bannitum ignorante illum eſſe bannitum;

33 † Ratio eſt, quia non videtur tunc occidiſſe, vt miniſter Reipublicæ, ut dicit Bald. in l. ſi quis hæredem.C.de inſt.& ſubſtit.ſub cond. fact.Anchara.in repet. c. Canonum ſtatuta, car.39.uerſi.Quærit etiam Bart. de conſtitut. & Bart.in l.inter omnes.§.recte. ff. de furt.& per Bar.& alios Doct. in l.genero.ff. de infa. & in l.ſi quis in graui.§.verum.ff.ad Sillani.& alibi Bart.in l.fin.C.de crim.expil. hæred. & Roman.latiſſime,in repetit.l.1. col. 28.C.de hæred.inſtituen.& ita limitat Felyn. in ſæpe citato c.quæ in eccleſiarum.nu. 12. uerſi. Septimus caſus eſt.Tamen dicit Deci. in d. cõſ. 327.col.2.uerſi.& ideo ad propoſitũ. Quod tale ſtatutum, quod bannitus poſſit impune occidi,habet etiam locum in eo, qui occideret bannitum, dato quod occidens ignoraret illum eſſe bannitum, & dicit ita expreſſe tenere Barto.in d.l.inter omnes.§.recte. ff.de furt.in uerſi.ultimo habentur.& in d.l.genero.ff.de ijs qui not.infam. col. 1. & quod ita

* communiter tenetur, ut dicit Nel. in Tracta. banni.in 2.par.2.temp.q.25.& ſequitur Alę. in conſ.36.incip.Viſo themate.in fi. uol.4.& conſi.23.uol.1.conſi.116. uol.2. Hipp. ſing. 650.Boſ.in pract.crim.titu. bann. quid amit. Crau.conſi.2.nu.8.uerſi.ſed econtra. & cõſi. 409.per totum.Bero.conſi.54.nu. 35.& 37. uol.2.Corn.conſi.17.uolum.1. & alibi idem Corn.in conſ.122. incip. viſo dicto puncto. col.fin.uol.4.Nihilominus in terminis noſtri

 ſtatuti

ſtatuti melior eſt fallentia, quàm opinio Decij. Eius tamen opinio in ſuis terminis eſt bona, immo fundat fallentiam: nã dicit Dec. Ad hoc ut pœna homicidij euitetur, ſufficit quod occiſus in veritate fuerit bannitus; Et ſic in caſu Decij non tractatur de tollenda omnimoda pæna ab occidente ignoranter bannitum, ſed tantum de tollenda ordinaria, ergo non includitur ſub ſtatuto permittente bannitum impune occidi: quia licet nõ puniatur ordinarie, punitur tamen extraordinarie, ut ſupponit Decius.

Decimotertio fallit concluſio in occidente bannitum extra territorium ſtatuentium,
34 † nam ſi ipſum extra territorium a quo bannitus eſt occidat, punietur ut homicida, ut dicit Anchar. in repet. c. Canonum ſtatuta. ear. 17. uerſi. Tertio principaliter. de conſtitut. Imo. in clem. paſtoralis. col. 4. de re iudic. & ibi Bal. in repetit. & idem Bal. in Repert. Inn. in c. excommunicatus. quæſt. 11. de quo ſupra late, quæſt. 15. nu. 8. Tamen contra iſtam fallentiam facere uidetur iſta ratio. Sicut
35 † excommunicatio afficit excommunicatum exiſtentem in alieno territorio, ut plene per Curt. in l. fi. in 2. col. in 11. fallen. ff. de iuriſd. omn. iudic. ita bannum afficit bannitum extra territorium bannientis, æquiparando bannum excommunicationi, & bannitum excommunicato, vt æquiparat Abbas in c. cum uoluntate. de ſenten. excommunic. Nihilominus fallentia eſt uera, & non obſtat
36 obiectum. Quia † excommunicatio non fit circa corpus, nec afficit corpus, ſed circa animam, & ipſam afficit. cum igitur anima ubique comitetur corpus, & loco non terminetur, glo. in c. epiſcopum. 10. q. 2. Innoc. & alij in c. fi. de foro compet. ideo nimirum ſi excommunicatus ubique afficiatur excommunicatione: bannum autem non, niſi infra terminos bannientis. in hoc tamen aduerte, quod in quibuſdam locis ſolent extare prouiſiones, quod bannitus ab uno iudice ſit bannitus, & foriudicatus ab omnibus, prout eſt in Regno Neapolitano, ideo illo caſu banniti ſibi cauere debent, vt dicit Ioan. de Arnono ſing. 27. quod incipit, Allegauimus ſupra, iõ verba ſtatutorum, & pragmaticarum in ijs caſibus diligenter cõſideranda ſunt. Pro quibus omnibus uide Ioan. Bologn. ad d. l. fi. de iuriſd. omn. iud. ſub nu. 33. uerſi. & iõ ſtatutũ, f. 208. col. 2. ubi latiſſime materiã pertractat.

Decimoquarto fallit concluſio, quando tale ſtatutum fieret ad rancorem vindictæ: nam, etiamſi extaret legitima cauſa occiden-
37 di bannitũ, nihilominus † occidens nõuaretur tali ſtatuto, ut dicit Ant. de Butr. quẽ alij ſequuntur, in c. quæ in eccleſiarum. de conſt. allegantes glo. in c. ſi is qui præeſt. in §. ũ ergo. 11. q. 3. & text. in c. non eſt crudelis & in c. miniſter. 23. q. 5. & S. Thom. 2. 2. q. 60. art. 3. Ioan. And. ad Specul. ſuper Rubr. de conſt. in fine addit. & gl. fi. in c. conſuetudo. prima
38 diſt. Quod inferunt ad ſtatutum † Florentinum permittens conſortibus uindictam ſuorum conſanguineorum interfectorum Dicẽtes tale ſtatutum non ualere, cum permittat occiſiones ex rancore, & non ad bonum publicũ, ut in ſum. Tabi. in uer. bannitus. in prin. & Hippol. de Marſ. conſ. 10. nu. 42. uol. 1. & idem tenet Gemin. in d. c. conſuetudo. propter glo. ibi. Ad quæ tamen uide multa quæ ponit Felyn. in d. c. quę in eccleſiarum. in m. 14. ubi etiam num. 16. circa dictum ſtatutum de occidendo bannitum generaliter colligit tria notanda, ut ibi per eum. & Hippol. de Marſil. conſi. 9. num. 28. ubi caſum noſtrum diſcutit.

Decimoquinto fallit concluſio, & non habet locum propoſitũ ſtatutum in vaſallo do-
39 minum ſuum bannitum occidẽte: † id enim ipſi uaſallo contra dominum non licet, nec iuuatur dicto ſtatuto, ut habetur in ſupracit. §. liberto. l. ſi adulterium cũ inceſtu. ff. de adul
* ter. & ibi Dyn. hoc tenet, & tenent communiter Doctor. ut not. Alberi. de Roſ. in 4. par. ſtat. q. 27. refert, & ſequitur Cæpol. in ſupracit. conſi. 5. crimin. uerſi. Septimo pro hoc facit quod not. in Auth. de inceſ. nup. §. 1. & de obſeq. patr. præſt. l. pen. l. mutus. §. manente. de iu. dot. Fran. de Porcel. de duob. fratr. p. 3. prin. nu. 9. Poſſet tamen iſta fallentia intelligi ſecundum ea quę ſupra dixi in nona fallẽ. uerſ. Tamen etiam iſta fallentia, ubi uide.

Decimoſexto fallit concluſio in bannito capto, & carcerato, nam ſtatutum noſtrũ ad
40 hunc non extenditur: † Non enim talis bãnitus poteſt impune in eo ſtatu offendi, rõ eſt, quia eſt ſub protectione curiæ, l. ſi. C. de cuſt. reor. unde offendens illum debet puniri. ita dixit Bartol. in l. in laqueum. ff. de acquiren. rer. domin. & in l. 3. §. transfugas. ff. ad legẽ Corneliã de ſicar. & in lege, legis Iuliæ. ff. ad legem Iuliam de ui priua. quem ſequitur Nel.

Nel.in tract. bannit. i.2.par.2.temp. quæſt. 18.inci. Bannitus captus erat a familia Poteſtatis.vbi diſputat iſtum articulum ad partes, & concludit,quod occidens bãnitum captũ exiſtentem in manibus familiæ tenetur lege Cornelia de ſicar. per d.§.transfugas.& Bal. in l.libertas. ff. de ſtatu homin. ubi ſubdit in propoſito,quod ſi bannitus eſt captus,& car
41 ceratus, & debet ſuſpendi, quod † ſi affines eius cum ueneno occidant in carcere,ne vitu perentur, debent puniri tanquam paricidæ. idem dixit Ioan.de Anan.in c. cum iuramen to.col.vlt.de homici. & de bannito carcerato tenuit idem Bal.in l.fi.C. de malef. & mathemat. & in l.fideicommiſſum. §. ſi quis.ff. de lega.3.& in l.1.C.unde vi.colu.pen.& voluit Bart.in §.arripiat.in Auth.ut omn.obed. iudi.& Ioan.And.in addit. Specul. in titu.de accuſa.in 4.par.in §.ſequitur.in add. magna. in 3.col.& Imo. in l. Publius. §.1.ff.de cond. & demonſtrat.& Ioan.de Anan. in c.1.in fi. de fortil.& Gand. in tract. malef.in Rubr.de bannit.pro malef.colu.7.uerſic. vltimo duas quæſtiones. ubi melius omnibus examinat iſtum articulum de bannito capto, an poſſit tunc impune occidi a priuato,vigore ſtatuti permittentis bannitum poſſe impune occidi, vide apud ipſum quando occurrit caſus. Et Hippol.de Marſil.ſing.150. incip. Acceſſus ad meretrices publicas.uerſ. nam licet ex forma ſtatuti. Et nota quod ita practicatur, maxime in Regno Neapolitano, ut dicunt And.de Iſern.ſuper conſtit.Regni, in conſti. pœnam eorũ.col.ult.& Matth.de Afflic.poſt ipſum ſuper eadem conſtit.nu.75.uerſi.ſecũda quæſtio eſt.cum num.ſeq. ubi per multas rationes, & authoritates comprobat caſum huius fallentiæ, in ſecundo lib.& alibi idem Afflic.in conſt. pacis cultum. num. 35.uerſi. vigeſimoprimo.lib.1. conſt.

Decimo ſeptimo fallit concluſio, & non habet locum ſtatutum noſtrum in hoc caſu. Pone, Aliquis ſcit bãnitũ habuiſſe gratiam, uel ſoluiſſe pœnam banni, uel illum eſſe rebanniendum de proximo ex aliqua cauſa, uel illum eſſe uerbo rebannitum a ſuperiore:
42 tunc,† propter talem ſcientiam,occidens talem bannitum non iuuatur ſtatuto, ſed punitur ac ſi bannitum cancellatum occidiſſet,ita dixit Nel.in tract.bannit.in 1.par.3.temp.in 2.q.quæ incipit, Dictum eſt ſupra proxime. poſt Bald.in l.2.in 3.col.in princ.ff. ſi quis in ius voc. non ier. & in l. quid ſit fugitiuus. §. apud Labeonem.ff.de ædil.edic.& Ioã.And. in reg.quod quis mandato.de reg.iur.in ſex. Bal.in l.1.C.de pœn.Alex.in conſi.114.inci. Ponderatis.col.2.ante med.uol.1.& Bal. alibi in l.huiuſmodi.§. ſi ita.ff.de lega. 1. ſequitur Hippol.ſing.340.incip.caute agunt banniti.col.mihi 3. in fine.uerſi. limita & ſecundo.Reſtringitur tamen iſta fallentia, vt non habeat locum in dubio,& maxime vbi extaret ſtatutum,quod ille intelligatur bannitus, qui reperitur deſcriptus in certo libro, nam eo caſu,etiã alio non probato,occidens iuuatur ſtatuto,nec ullo modo poteſt, etiam extra ordinem puniri, ut dicit Nel. in d. q.in fi. & in caſu occurrenti vide ipſum in tota quæſtione,quia refert opiniones antiquorum,& obſerua iſtum caſum,quia eſt multũ frequẽs, & practicabilis.& ad eius propoſitum cumulari poſſent multa, quæ ponit Tiraq. de legi. connubial.gl.2.num.2.cum pluribus ſeq.vbi tractat materiam l.pen. ff. de milit.teſtamen. vide ipſum.

Decimo octauo fallit in occidente fœminam prægnantem bannitam: nam licet fœ-
43 mina † bannita poſſit vt bannita occidi,non tamen ſi ſit prægnans, ut per Nel. in d.tract. bannit.in 1.par.2.temp.q.39.& 45.Bal.in l. Imperator.ff.de ſtatu homin.Ioan.de Anan. in c.intelleximus.de ijs qui fil. occid. vbi extendit,etiam ſi partus fuiſſet adulterinus,vel in carcere conceptus, & etiam ſi eſſet prægnans decem vel viginti dierum, ut obſeruat Alex.poſt Barto.in l.prægnantis.ff. de pœn. Marſil.in pra.§.nunc uidendum.uerſi.modò ulterius.& in l.1.colu.5.in prin. uerſi.contra quæritur.ff de quæſt.In hoc aduerte, quia dici poteſt,hanc fallentiam locum habere nõ ſolum in prægnante, ſed & in qualibet fœmina, ut non poſſit impune occidi. Ratio, quia in ea ceſſat conſideratio ſtatuti,quæ eſt, quia banniti dicuntur hoſtes ciuitatis. Ang. conſi. 67. quæ hoſtilitas non cadit in fœmina.Craue.conſ.6.nu.67.

44 Decimonono fallit in eo, † qui procurauit aliquem banniri, ut not. Abbas in c. poſtulaſtis.col.2. uerſi. ſic etiam videtur dicendum.de conceſ.præben.Anchar.conſi.409. quod incipit,Probata tanti uiri ſæuitia,ſequitur Deci.in c.dilecti.de except.num.43. vide eorum dicta : breuitati enim ſtudens plura omitto. Licet enim concluſio noſtra multis

alijs modis poſſet limitari, nihilominus poſitis notabilioribus, nolo ulterius progredi circa ipſas, maxime cum apud Nellum ferè omnes caſus in dicto tractatu videri poſſint. Non omitto tamen unum, quod pro generali concordia inſeruire poteſt, videlicet,
45 † quod circa occiſionem bannitorum poſſumus conſiderare, uel pręmium conſequendum, uel pœnam imponendam. ut dicamus, quod licet in omnibus caſibus limitationum occidentes non reportent premium, tamen non incurrunt pœnam, & hoc ſentit Cæpo. conſ. crim. 7. incip. Quidam fuit Paduæ. nu. 6. in fine. uerſ. & per hoc patet reſponſio.

Non tamen ita reſtringitur iſta concluſio, quin poſſit etiam ampliari, & vltra dicta ſup. in 12. fallentia, in verſi. tamen dicit Decius, quæ inſeruire poſſent pro ampliatione. Ampliatur ulterius diſpoſitio ſtatuti, de quo in
46 propoſita quæſtione, vt † etiam habeat locum in illis, qui pro pecunijs ſibi datis bannitum occidiſſent, quia etiam tales gaudent beneficio dicti ſtatuti, ut puniri non debeãt, ita poſt longam diſputationem concludit Alber. de Roſa. in Tract. ſtat. in 4. par. q. 20. ubi refert ſe habuiſſe talem quæſtionem in facto, & concludit, occidentem nulla pœna teneri, præſertim quando in ſtatuto ſunt uerba generalia, quod qualitercunque & a quocunque ſit bannitus interfectus, homicidium fiat impune. Et iſtam concl. etiã ſequitur Nellus in tract. bannit. in 2. par. 2. temp. quæſt. 12. quæ incipit, Aliqui occiderunt B. bannitum. ubi dicit Alberi. deciſionem eſſe ueram, & ſe uidiſſe ſeruari, & ſtatutum intelligi & interpretari, quod qualitercunque ſit interfectus bannitus, etiam per pecuniam, excuſentur occiſores, virtute ſtatuti. ſequitur Deci. in conſi. 327. col. 2. num. 5. uerſi. & vlterius. Ant. Gabr. com. opi. li. 7. concl. 1. nu. 38. Crau. conſ. 3. Par. poſt Bal. conſ. 401. uolu. 1. Nellus tamen ubi ſupra, uerſ. puto tamen. di-
47 ſtinguit: † Aut tales poterant illum actum licite facere per ſeipſos, aut non. Primo caſu putat quod impune, etiam accepta pecunia, facere poſſint. Secundo caſu non, quaſi hoc caſu non iure ſuo, ſed mandato aliorum fecerint. l. multum. cum ibi not. C. ſi quis alt. uel ſibi. & in materia l. non ideo. C. de accuſa. Et adducit exemplum de Bononienſe occidẽte Bononiæ banitum Florentinum, ut ibi per eum. & hoc firmat Deci. in d. conſ. 347. alias 327. col. 2. uerſ. Secundo non obſtat. ubi dicit, dato etiam quod eſſet probatum, quod occiſores corrupti fuerunt pecunia, non excluditur diſpoſitio ſtatuti, quæ generaliter loquitur, & late debet interpretari, & hoc paſſim ſeruatur in practica. uide ſupra, fallentia 8. & 9.

Ampliatur ulterius iſta concluſio in occidente bannitum habentem ſaluum conductum, cuius tamen non habuerat notitiam,
48 quia non fuerat publicatus, † nam etiam eo caſu inuatur ſtatuto, ut abeat impune, vt conſuluit Paul. Caſtren. in cõſi. 34. alias. 199. incip. Licet iſta ſit quæſtio. nu. 2. uol. 1. vbi in ſimili caſu cõcludit, quod occiſores poſſunt ſe tueri authoritate ſtatuti, quod ualidum eſt, & idem concludit Alberi. de Roſa. in 4. par. ſtatut. q. 37. in fine, ubi dicit obtinuiſſe, quod cum quidam bannitus affidatus fuiſſet ad tẽpus, & interim occiſus fuerit ab eo, qui ignorabat illum affidatum fuiſſe, quod occiſor fuit liberatus, & cum iſta concluſ. concordat Iac. Butrig. in l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrog. action. ubi inquit, quod ſi Titius eſt deſcriptus pro bannito, & facta ſit prouiſio, q eius bannum habeatur pro non ſcripto, excuſabitur occiſor banniti, qui ignorauit prouiſionem. & idem dicunt ibi Alberi. & Bald. Immo dicit Bal. in l. Labeo. in fine. ff. de pact.
49 quod † licet quis ſoluerit bannum, niſi tamẽ ſit cancellatus de libro bannitorum, poterit impune occidi. Pro quo dicto vide Matth. de Affiic. ſuper conſtit. Regni, in conſt. Pœnam eorum. q. 9. & 10. & ſuper conſtit. Terminũ uitæ. in quibus locis loquitur in bannito, qui habebat ſaluum conductum, & Carrer. late in §. circa. num. 204. ubi ponit caſum in occidente bannitum, qui erat rebannitus, nondũ tamen bannum erat cancellatum. Et licet ſupra poſitum fuerit contrarium in 12. Fallẽ. tamen, ut etiam ibi dictum eſt, iſta eſt uerior, & eam vti ueriorem ſequitur Alex. in l. huiuſmodi. §. ſi ita. ff. de lega. 1. colu. 2. verſi. & iſta opinio videtur uerior, & tenenda. ſecundum quam etiam conſuluit Corn. conſi. 17. incip. in hac conſultatione. uol. 1. & late Alex. cõſ. 65. incip. Attenta diſpoſitione. uol. 3. Et hoc
50 facit ad quæſtionem de bannito, † cuius bannum non erat cancellatum, tamen per ſolemne inſtrumentum poſitum in archiuio publico apparet quod ſoluta eſt quantitas in banno poſita, an poterit impune offendi. de qua vide

uide per Bal. Alex. & alios in d. §. ſi ita cui. & conclude cum ipſo Alex. quod ſi iuxta bannum eſt facta mentio de ſolutione, occidens non iuuatur, quia non præſumitur ignoraſſe: ſi autem non eſt facta mentio de ſolutione, cum ſit quod offendens probabiliter erret, ex quo bannum eſt in figura banni, & probabiliter poſſit ignorari ſolutio, licet inſtrumentum ſit in archiuio publico, uidetur excuſandus, niſi probetur de ſcientia, per Dyn. Bart. & alios, quos ipſe allegat, & ita quotidie practicatur. Tamen adhuc ſaluare potes fallentiam ſupradictam, & iſtam ampliationem, iuxta concordiam in d. fallẽtia factam. quam ſentit Deci. in conſi. 327. in fine. uerſ. Poſtremo conſiderandũ eſt, & ſi caſus occurrat, uide d. conſi. & ad materiam multa cumulat Maſcar. d. concl. 162. num. 12. & ſeq.

Ampliatur etiam concluſio, vt non ſolum quis authoritate ſtatuti, ſed quod etiam au-
51 thoritate ꝓpria † poſſit capere, & occidere bannitum, vt not. Alberi. in l. ſi ſeruus. C. de ijs qui ad eccleſias cõfugiunt. & in l. nullus. C. de Iudæis. & ita ſeruat conſuetudo, præſertim in Regno Neapolitano, per conſtit. Grãdis. & conſtit. pœnam. ut dicit Affli. in conſtit. pacis cultum. nu. 35. & in ca. 1. in 9. not. de pace iuram. firman. in uſib. feudorum.

Ampliatur ulterius. Dato etiam quod ſtatutum ſimpliciter dicat, bannitum offendi poſ-
52 ſe, licet non dicat, occidi: † nam occidi poteſt, ita Ioan. And. in addit. ad Specul. in tit. de conſtitut. in ult. addit. in uerſ. Extat alia quæſtio. ubi refert Martin. de Fano ita diſputaſſe. ſequitur Bart. poſt Rayner. in l. 3. §. ſi. ff. de alim. & cibar. legat. Alber. in tract. ſtatut. par. 1. q. 5. & 8. Nel. in tract. bannit. in 2. par. 2. temp. q. 7. uerſ. Examinatis quæſtionibus. Paul. Caſtren. in l. binas ædes. ff. de ſeruitut. vrban. prædior. & in l. in ſuis. ubi Ale. Iaſ. & alij. ff. de liber. & poſthum. Ang. in conſ. 67. inci. Municipali lege. nu. 1. Marſil. late in l. unica. C. de rap. virg. nu. 37. ubi dicit expreſſe. quod ſtante ſtatuto, quod bannitus poſſit impune offendi, poterit etiam impune occidi, quod eſt plus.

Ampliatur fortius, etiam ſi bannitus denuntiaſſet, & notificaſſet ei qui poſtea eum
53 occidit, cancellationem banni: † nam non tenebatur credere ipſi bannito, ut per Bart. & Iaſ. in l. nõ ſolum. §. morte. ff. de noui oper. nuntiat. Caſtren. in conſ. 32. ubi ampliat, etiã ſi fuiſſet ab extraneo notificatum. quod tamen non procedit, quando bannitus oſtendiſſet publicum inſtrumentum cancellationis, & gratiæ, ut per Carrer. in ſupracit. §. circa. nu. 209. ubi ponit effectum, quem ſaltem operatur notificatio.

Ampliatur item iſta concluſio procedere in occidente bannitum de uno libro cancellatum, & non de alijs, quando eſſet in aliquo loco conſuetudo, quod banniti deſcriberen-
54 tur in pluribus libris, † nam iſto caſu eſt perinde ac ſi non fuiſſet cancellatus, ita not. dixit Ang. in l. ſi. per illum tex. ff. de ijs quæ in teſtamento delentur, & ibi Cuman. & in l. noſtram. vbi Ang. C. de teſtam. quam doctrinã latius firmat Alex. conſi. 180. alias. 65. inc. attenta. col. 1. & 2. & conſi. 30 1. alias. 77. incip. Viſis. uol. 3. refert & ſequitur Marſ. ſing. 340. col. mihi 2. uerſ. quam concluſionem. ubi allegat Alex. & alios ita tenentes, vt ibi. & nouiſſime Maſcar. de prob. uolu. 1. concluſ. 162. num. 22.

Ampliatur ulterius in occidente bannitũ, non legitime de libro bannitorum cancella-
55 tum. Ratio eſt, nam † occidens bannitum nõ legitime cancellatum de banno, nõ punitur, perinde ac ſi offendiſſet, uel occidiſſet bannitum non cancellatum. ita dixit Bald. in c. 1. in prin. in tit. hic finit. lex Conr. & in conſ. 208. incip. coniungamus. col. 2. uol. 5. & in l. ſcriniarios. C. de teſtam. milit. Ioan. And. in c. ueniens. de accuſat. in Nouel. & Nel. in tract. bannit. in 1. par. 3. temp. quæſt. 3. Carpol. conſi. crim. 7. incip. quidam fuit Paduæ condem-
56 natus. colu. 2. Ratio eſt: nam † paria ſunt aliquid non eſſe factum, uel factum minus legitime. l. quoties. qui ſatiſd. cogant. l. 4. §. condẽnatum. de re iud. l. nõ put auit. §. non quæuis. de contratab. & l. ſi non ſerui. de donat. inter uir. & vxor. l. 1. §. & quidem non eſſe. ff. quod cuiuſq. uniuer. c. inter corporalia. §. ſed neq;. de transl. epiſc. l. 3. de ſi. inſtru. c. qui ex timore. de reg. iur. in ant. c. non præſtat. & c. quæ contra ius. eo. tit. in 6. Sed ſi dictus condemnatus non fuiſſet cancellatus, potuiſſet impune occidi, ergo & quando non fuiſſet legitime cancellatus, quia illa cancellatio habetur pro non facta, & ita in terminis tenet Ioan. And. in d. c. veniens. qui dicit, quod ſi bannitus eſt illegitime cancellatus de banno, poteſt impune occidi, ſicut ſi non eſſet cancella-
57 tus. Item & alia ratio eſt, nam † contrariorũ

eadem

eadem eſt diſciplina.l. 1. ff. de ijs qui ſunt ſui uel ali. iur.l.etſi contra.ubi gl.de vulg.& pup. concor.l.fi.§.fi.de lega.3.quod idem operatur oppoſitum in oppoſito,quod propoſitũ in propoſito,Deci.c.2.num.1.de conſt.in 2. lect.exemplificat O.ſaſ,deciſ.25.num.16. ſed occidens non legitime bannitum non iuuatur ſtatuto permittente bãnitum impune occidi,ut ſupra dictum eſt in ſexta fallentia.Ergo occidens non legitime cancellatum non incidit in pœnam, ſed iuuatur dicto ſtatuto, & iſta ratio ſumitur ex Cæpolla in d.conſi.7. Et hanc ampliationẽ late proſequitur Hippol.ſing.340.uerſ.hoc eſt uerum ſi debite,& legitime,ubi etiam ponit,quando quis uideatur illegitime, & indebite cancellatus de banno, quando ſcilicet non apparet cauſa propter quam fuit cancellatus, vt per Bald. in c. cum ſuper,in 6.colu. de re iudi. & alios quos ibi allegat.Item pro hac ampliatione eſt & alia ratio,quam facit Bal.in d.l.Labeo.§.fina. ff.de pact.vbi dicit,† quod licet bannitus ſol-
58 uerit pœnam, tamen niſi ſit cancellatus de banno,adhuc poterit impune offendi, quia donec eſt ſcriptus inter bannitos,iſta appellatio,ſcilicet, Bannitus, ſemper ſibi ineſt. & ſic durante iſto nomine appellatiuo,ſcilicet, bannitus,ſemper durat effectus nominis.l.tutelas,de capit.diminut.& ita reſpondit Alex. conſi.114.num.5.in ſin.uol.1.vnde in l.tutelas.C.de cap.dim.dat Bal. cautelam, ut facta ſolutione bannitus curet condemnationem e libris aboleri.idem dicit Alex.conſ.160.in cip.Viſis narratis.uol.7.Iaſ.in l.ſi creditor.columna 8.C.de fideic.& alij, quos in hanc ſententiam refert Maſcar. de probat. uol. 1. cõcluſ.162.nu.13.& 21.

Amplia ſimiliter,& fortius in bannito oc
59 cidente alium bannitum,nam† bannitus bãnitum impune occidere poteſt,vt per Bal. in l.cum mulier.col.5.uer.ſtatuto cauetur.ff.ſol. matrim.& ibi Alex.col.2.uerſ.item quod bã
60 nitus non audiretur.Et ratio eſt,nam† fauor publicus eſt, ut bannitus bannitum occidat, ut dicit Bal.ubi ſupra,poſt Bart.ſequitur Marſil.in §.Aggredior.in pract.crimin.num. 52. uerſi.Redeundo,cum nu.ſeq.&hoc tenet Afflic.in d.conſtitut.Pœnã eorum. not. 15.uer. Sed pro intelligentia quæro. Felin. in c.cum duobus.de ſenten.excommunic.Tamen, ultra dicta ſupra in 9.Fallen.aduerte, quod iſta ampliatio non ita ſimpliciter procedit, nam
61 † non omnis bannitus poteſt occidere bannitum, ſed tantum bannitus pro leui poteſt occidere bannitum pro graui delicto,&pro æquali banno bannitum,non autem pro leuiori:immo aliquando occidens bannitum pro graui,aliàs pro minori,punitur,quando occidens eſt bannitus pro graui, ut ſeruatur in Regno Neapolitano,iuxta conſtit. Termi num uitæ,& late proſequitur ibi Afflic. & in d.conſtit.pœnam eorum.not. 13.14. & ſeq.
62 ubi concludit,quod † foriudicatus non iuuatur,ſi occidat bannitum, ſed tantum ſi occidat alium foriudicatum,quia maior eſt pœna foriudicati,quam banniti,vt ibi per eum. &,vt ſupra dixi in dic.9.limitat. quotidie circa hoc per Italiam fiunt proclamata, de occidendis bannitis, & in ipſis inſeruntur huiuſmodi declarationes.

Ampliatur etiam concluſio in occidente
63 bannitum,licet iniuſte bannitum,nam † propter banitum, etiam iniuſtum, occidens excuſatur.Dyn.in l.pen.ff.de adulter.Bart. poſt Rayner.in l.1.§.ex hoc reſcripto. ff. de vent. inſpicien. Cyn. in aut. ſi uxor. C. de repud. Bal.in l.cum mulier.ff.ſol. matri.& in l.eum, C. de adulter.& in l.1.C.de pœn. & in l.1.C. ſi a non compet.iud. & in l. 1.ff. ſolu. matri. Bar.in l.2.§.hæc actio.ff.vi bon. rapt. Ang.in l.quis ſit fugitiuus.§.item apud Labeonem.ff. de ædil.edic.Bart.in l. ſiue vxor. ff. de donat. int.vir.& vxor.& in l.3.§.ſi ſeruus. ff. de acq. poſſeſ.ubi Paul.Alex.& Iaſ.Ioan.And.in Regu. quod quis mandato. de reg.iur. in Mercurial. & in addition.ad Specul. in Rubr. de ſolution.Corn.conſ.17.uol.1.Bar.in l.nõ putauit.§.non quæuis.ff.contratab.Angel.in tract.maleſ.in uer. Qui iudex ad probationẽ ſuę inquiſitionis.Cæpo.conſ.7.Verum, quia contrarium poſui ſupra in 6. fallen. ideo diſtingue vt ibi,prout etiam ita diſtinguit Cæpol.d.conſi.7.& Afflic.in d.conſtit. pœnam eorum.d.not.13.cum duobus ſeq.ut ſcilicet, occidens iniuſte bannitum excuſetur a pœna ordinaria,& occidens non legitime bannitum non excuſetur a pœna extraordinaria. Primus caſus eſt ampliationis, ſecundus eſt ſupradictæ ſextæ fallentiæ, & vide ſupra in fallentia 10.& 11.& vide Marſi.conſi.10. in cip.Caſus dubitationis,quod eſt totum in materia.

Ampliatur item concluſio in occidente
64 delinquentem, licet nondum bannitũ, † tamen

men de proximo banniendum, ut per Iaſ.in l.quamuis.C.de inof.teſtam. & in aut.ſi qua mulier.C.de ſacroſa.eccleſ.col.6. Marſi. cōſ. 97.& in l.unica.C.de rap.virgin.nu.74.uerſ. Adducit etiam.ubi allegat ita tenere Pau. de Caſtro in l.3.§.ſi ſeruus.ff.de acq.poſſ. ſequitur Carrer.in ſua pract.crimi.in d.§.circa.nu mero 214. ubi corruptè allegatur Ioan. de Arnono ſing.180.nam Ioan.de Arnono nō fecit niſi centum ſingularia, ſed eſt ſing. 80. vbi dicit,Quod ſi inſtat tempus foriudicatio nis, vel iam eſt lapſum, & ſolum reſtat quod reus pronuntietur foriudicatus, ſi interim occidatur,perinde eſt, ac ſi eſſet occiſus vnus foriudicatus.& hoc ponit ad declarationem ſæpe citatæ conſtitutionis, Pœnam eorum. & dicit,quod hoc eſt tenendum in actu practico ad materiam dictæ conſtitut. quia hic caſus,dicit ipſe,poſſet quotidie occurrere in facto.idem tenet Marſ.in ſing.106.incip.qui de proximo. poſt med. verſi.& vide Dominum Felinum. Licet iſte Doctor de Arnono ita dicat ex mente tantorum uirorum, non uideo tamen quomodo iſta ampliatio poſſit ſubſiſtere, ſiue loquamur in bannito, ſiue in foriudicato, ex rationibus infraſcriptis. Et primò ex eo quod dicit Pet.Foller. in ſua pract.crimin.in 1.par.2.partis.in uer.banniā
65 tur.nu.63.ubi no.ait,† Quod ſi ex forma pro clamatis foriudicatus,ſeu bannitus non comparens infra decem dies,poteſt occidi, non poterit occidi in die decimo,ſed debet expectari,quod labatur totum tempus dierum decem, ſecundum Aret.in tracta.maleſ.in uer. qui iudex videns, quod inquiſiti non comparent.& ibi Foller.loquitur ſecundum practicam Regni, ubi exactiſſime attenditur iſta materia.Secundò, ex eo quod dicit And.de Iſern.in conſtit.Regni,Humanitatem. quem ſequitur Afflic.ſuper ead.conſtit.nu.45.uer.
66 iterum quæro.ubi dicunt,quod † ſi bannitus iuxta conſuetudinem Regni comparent ante ſententiam foriudicationis, eſt dimittendus fideiuſſoribus,donec cognoſcatur an foueat bonum,vel malum ius.Quod etiam fortificatur ex alio dicto Afflicti in conſt. Grandis.nu.2.li.2.ubi dicit,Quod ſi bannitus, qui poſt annum finitum ex forma cōſtitutionis debet foriudicari compareat infra annum, poterit purgare contumaciam, & recuperabit bona, præter tertiam partem bonorum mobilium,& audietur in defenſionibus ſuis. immo,etiam ſi poſt annum,antequam foriu dicetur,vult purgare contumaciam,& oſtendere de ſua innocentia,audietur. Tertio,iſta ampliatio uidetur falſa, per ea quæ not. ponit Afflic.ſuper Conſtit. clementię.in 2.lib. nume. 16. verſicu.octauo quæro. ubi dicit,
67 † quod nullus priuatus a die banni intra annum poteſt offendere bannitum, immo nec poſt annum ante ſentētiam foriudicationis, quia nulla conſtitutio hoc dicit.Si tamen,dicit ibi And.de Iſern. in princ. ab aliquo capi tentetur,poſt duos menſes à banno,& ſe defendat,poteſt offendi: ergo, ſi non ſe defendat, & ante bannum non poteſt offendi, vt dicit Afflic.in d.Conſtit.Clementiæ. num.9. uerſ. Quartò nota. vbi dicit, quod bannitus poſt duos menſes à banno non poteſt offendi a quocunque, & qui eum offendit punitur pœna à iure ſtatuta, ac ſi non bannitum offendiſſet, & ſic infra dictum tempus iudicatur de bannito, ſicut de non bannito. Sed ſi ſic,multo minus offendi poterit ante bannū, & ita ſeruatur in Regno,& toto mundo: nā, ſi contrarium diceretur, eſſet deſtruere omnia iura quæ reis fauendum dicūt, quæ odia reſtringi,& fauores ampliari uolunt;Et quæ bannitis per totam Italiam dant terminum ſaltem decem dierum ad appellandum à die lati banni,quæ hic inſerere vt vulgaria nolui. Et per hæc ſit impoſitus finis huic Quæſtioni,in qua non tango,quid in foro conſcientiæ, quia relinquo Theologis & Summiſtis. Hoc ſolum dicam, quo ad ius Canonicum. Quod Bal.in l.1.col.2.uerſ.& per prædicta.
68 C.ſi à non comper.iudi.dicit † quod iſta cōcluſio non habet locum de iure Canonico, allegat Hoſtien.in c.fi. de conſuet. Quod dictum non procedit ſine dubio, ſiue reſpiciamus ius canonicum quo ad exercitium temporalis iuriſdictionis,per not.in c.pro huma ni.de homic.in 6. ſiue quo ad conſcientiam: nam,cum ſit fundatum ex iuſta cauſa', debet etiam ſeruari in foro conſcientiæ, ut per gl. in c.quæ in eccleſiarū. de conſt.& per Doct. in c.1.eo.ti.& ſequitur Dec. in cap.dilecti.de exception.num.42.Nel.in tract.bannit. in 2. par.2.temp.q.11.ex mente Alberici de Roſ.
69 diſtinguit,† quod ſi ſolus zelus vindictæ, & vtilitatis publicæ mouit aliquem ad occidendum bannitum,non tenetur in foro conſciētiæ:ſi autem hoc faceret ex liuore,& delectatione effundendi ſanguinem humanum, tūc

peccaret

peccaret mortaliter, ad quæ uide multa bona in Catechiſmo ſacri Concilij Tridentini, in expoſitione præcepti, Non occides. & ex noſtratibus, uide omnino Bald. in l. 6. C. ſi cõt. ius uel util. pub. num. 4.

QVAESTIO XXVII.

Præmium occidenti bannitum, an conſtitui poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Occidenti bannitum præmium conſtitui poteſt.*
2 *Statutum poteſt dare præmium occidenti bannitum.*
3 *Statutum dans præmium occidenti bannitum debet latè interpretari.*
4 *Interpretatio lata fit quando agitur de publica vtilitate.*
5 *Præmium propoſitum a ſtatuto accuſanti delinquentem extenditur etiam ad denuntiantem, fauore vtilitatis publicæ.*
6 *Statutum pœnale fauore publico extendi debet.*
7 *Statuti uerba generalia fauore publico etiam inhabiles comprehendunt.*
8 *Mancus uel mutus quo caſu poſſint habere feudum.*
9 *Statutum, quod quilibet poſſit accuſare de homicidio, fauore publico comprehendit etiam inhabilem.*
10 *Forenſis quo caſu non obſtante ſtatuto, poſſit acquirere immobilia in aliquo territorio.*
11 *Lex, ſeu ſtatutum pœnale quando cenſeatur fauorabile, & extendatur.*
12 *Occidens bannitum uigore ſtatuti fauore publico emanati non peccat.*
13 *Statutum dans præmium occidenti bannitum, quod comprehendat etiam occidentem bannitum extra territorium bannientis, contrarium, nu. 14*
15 *Occidens bannitum in locis confœderatis bannienti conſequitur præmium ſtatuti.*
16 *Occidens bannitum extra territorium non poteſt puniri in loco a quo bannitus eſt.*
17 *Bannitus occidens alium bannitum conſequitur præmiũ ſtatuti.*
18 *Statutum dans præmium bannito occidenti ſocium bannitum, ualet.*
19 *Bannitus occidens bannitum, quo caſu puniatur.*

QVAERO Vigeſimo ſeptimo, An conſtitui poſſit præmium occidenti bannitum? quæſtio eſt vtilis, practicabilis, & quoti-
1 diana. & partem † affirmatiuam
* communiter teneri teſtatur Alex. in l. ſi plagij. de verb. oblig. & dicit communem Deci. conſi. 327. incip. Viſo caſu. col. 2. par. 3. & in c. quæ in eccleſiarum. num. 55. de conſtitut. verſ. & adde, quod occidenti talem bannitũ. hanc ſententiam, ſequitur Marſil. in ſua prac. in §. Aggredior. nu. 21. & num. 54. & hoc ſiue ab homine, ſiue a ſtatuto tale præmium conſtituatur. Quod ab homine præmium conſtitui poſſit occidenti bannitum, dictum eſt in præced. quæſt. in prima ampli. Quod
2 autem † a ſtatuto poſſit, patet paſſim ex ijs, quæ dicunt Doct. in hac materia: præſupponẽtes enim quod ſtatutum ualeat, per quod bannitus poſſit impune occidi, concludunt etiam communiter in c. 1. de conſtitu. & in l. omnes populi. de iuſt. & iure. quod poſſit da
3 re præmium occidenti, & tale † ſtatutum dãs præmium occidenti debet late interpretari, vt dicit Dec. in c. dilecti. de except. num. 38. uerſi. & tale ſtatutum, ubi remittit ad per ſe notata in conſi. 65. incip. pro tenui facultate.
4 num. 2. Ratio eſt: Nam † tale ſtatutum concedens præmium occidenti bannitos, reſpicit publicam vtilitatem, ideo late debet interpretari: quia quando agitur de publica vtilitate lata fit interpretatio, vt not. Bar. in l. 2. §. exercitum. ff. de ijs qui not. infam. & in l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſi. lib. 11. Pau. de Caſtro conſi. 22. incip. viſo puncto, col. pen. ubi allegat l. 1. §. fina. C. de caduc. tollen. facit tex. in l. ſi quis in graui. §. ij quoque. ubi Bart. & Bal. ff. ad Syllanian. & prout in ſimili dicit Ioan. And. in addit. ad Speculat. tit. de denuntiatione. in prin. in glo. nuntiatores. ubi tenet
5 contra Guid. de Suzar. quod † præmium propoſitum a ſtatuto accuſanti delinquẽtem, fauore vtilitatis publicæ, extenditur etiam ad denuntiantem. Sequitur Angel. in l. diuus. de cuſto. reor. Roma. in d. §. ij quoque. & not. in c. 2. de accuſa. per Aret. & alios, & præſertim Felyn. col. 2. nu. 3. uerſi. ſed nota unum, & notant Bal. Alex. & alij in d. l. ſi filiusfamilias. ff. ſi cert. petat.
6 Quod autem † tale ſtatutum ſit fauore publico inductum, patet ex deductis in proxima præcedenti quæſt. & ex ijs quæ dicit Afflic. li. 1. conſt. Regni, ſuper conſtitut. Si quis aliquem. num. 18. ubi dicit, ſtatutum pœnale eſt in fauorem publicum, & ideo extendi debet. iur. per ipſum alleg. ibi. ſed ſi extendi debet, multo magis dicendum eſt, quod valeat ſi exprimit, hoc eſt, ſi præmium proponat, cum (vt ſupra dictum eſt) lata fieri debeat interpretatio fauore publico. Quod adeo ve-
7 rum eſt, ut † verba generalia ſtatuti non reſtringantur ad perſonas habiles, ſed immo

etiam

etiam inhabiles compræhendat fauorē publico.l.3.§. utrum.uer.hic quoque.in fine.in uer.quod in communi vtile eſt.ff.ad Syllani.

8 Vnde uidemus,quod † licet mācus vel mutus,de iure communi non poſſit habere feudum,cap.1.an mutus uel aliter impeditus.in uſib.feud.Bal.in l.cui.de ędil.edic.& in l.quoties.C.de ſuis,& legit.Cacial.in tract.de feuer ſ.nu.15.& Mart. Silim. in ſim. tract.num. 205.ubi ponit rationem, vt ibi per eum : tamen ſi Rex mandet proclama, uel faciat cōſtitutionem, quod quicunque ceperit talem malefactorem habeat tale caſtrum in feudū, & aliquis mancus uel mutus ceperit talem malefactorem,iſte admittetur ad feudum,ex prædicta conſideratione publici fauoris,qui eſt, quod malefactores capiantur, & ita ex mente Guliel.de Cun. & Ant. de Piſis, dicit Iaſon in d.l.ſi filiusfamilias.col.2.num.3.ver. iſtud notabiliter inducitur.

Item in ſimili dixit no.Bal.in Rubr.C. qui accuſ.non poſ.col.pen.verſi. quæro, ſtatutū

9 dicit de homicidio. Quod † ſi eſt factum ſtatutum , quod quilibet poſſit accuſare de homicidio,quod licet alias inhabilis non poſſit accuſare,tamen fauore publ co hoc caſu etia m inhabilis admittetur ad accuſandum. & id alibi tenet idem Bald.in l.ita nobis puder.C.de adulter.

Corroboratur etiam hoc ex not. deciſ. Bar.in d.§.vtrum.per illum textum ubi dicit,

10 quod † ſi extet ſtatutum, quod forenſis non poſſit acquirere immobilia in territorio, & fiat proclama, quod quicunque ceperit talem malefactorem, habeat pro præmio talē domum uel fundum,ſi forenſis capiat ipſum malefactorem,quod, non obſtante ſtatuto, habebit premium propoſitum,& ſic poſſidebir immobilia.& ſequitur Bal. ibi. & not.Salyc.in l.2.in 4.col.C.de noxal.Et pro hoc facit not.regula, quæ habet, quod vbicunque tractatur de fauore publico,& lex , uel ſtatutum imponit aliquam pœnam , licet regula ſit,quod quælibet lex pœnalis cenſeāt odioſa,& reſtringi debeat,l.cum quidam.de libe.

11 & poſthum.tamen,quādo † pœna imponitur fauore publico,ne delicta remaneant impunita, illa lex pœnalis , vel ſtatutum cenſetur mere fauorabile,& extenditur,ſicut ſi eſſet lex merè fauorabilis. iſtam regulam ponit Bart. in l. quemadmodum. circa mediū. per glo.ibid.C.de agricol.& cenſi. lib.11.& Paul.de Caſtro in l.bona fides.ff. depoſi. qui tamen non allegat Bart. & eam etiam ponit Bart.in l.2.§.exercitium. ff.de infam.Bald.in l.non ſine.ad fin.ff. de bon.libert.alias.C.de bonis quæ liber.& expreſſe Rom.conſ.105. incip.viſo.themate propoſito. igitur in propoſito , cum tale ſtatutum in fauorem publicum tendat,pręmium conſtituere poteſt occidenti bannitum,quia tale ſtatutum non eſt factum principaliter in fauorem, & beneficium occidentis bannitum , ſed in fauorem reipublicæ,ut in l.congruit.ff.de offi.præſid. & hoc etiam ponit,ad longum proſequitur, & firmat Marſi.in pract.crimi. §. aggredior, num. 59. cum multis ſeq.ubi late ponit per multa exempla,quādo ſtatutum, licet ſui natura odioſum,fauore publico extendatur,& iſta concluſio eſt ſine controuerſia.

Ampliatur iſta concluſio.habere etiam lo

12 cum in foro conſcientiæ,† ita,vt bannitum occidens rigore talis ſtatuti non committat peccatum , ut dicit Alex. poſt alios in d.l.ſi plagij.in prin.ff.de uerb.obl. ubi allegat Alberi.ita concludentem in 4. part.ſtatu.q.19. & ſequitur Deci. in c. quæ in eccleſiarum. num.55.de conſti.quod tamen intellige iuxta ea quæ ſupradixi in præced.concluſ. in fi. quæ hic non repeto.

Ampliatur concluſio ſecūdo procedere,

13 ut ſtatutum † dans pręmium occidenti bannitum compræhendat etiam occidētem bānitum extra iuriſdictionem ſeu territorium bannientis,ita not.dixit Bal.in conſi.397.in c.p.Præmittendum eſt,& in c.ex literis.in fi. de conſtitut.in uerſi. item extra territorium, & in l.accuſatio.C.quod met.cauſa.& ita ampliat Marſi.in pract.crimin.§.aggredior.numero 21.uerſi.item ſcias etiam. Sed aduerte Lector,quod iſta ampliatio in ſe non eſt vera , quia in cōtrarium eſt regula communis, per tex.in l.extra territorium.de iuriſd.omn. iud. ubi omnes Doct. communiter concludunt,quod ſi ſtatutum diſponat, quod ban-

14 nitus poſſit impune † occidi,tamen extra territorium non poſſet occidi,& talis occidens extra territorium non eſſet tutus ab homicidio propter tale ſtatutum.

Vnde ampliatio iſta habet locum in infraſcriptis caſibus tantum,& Primò,quando lo

15 cus eſt confœderatus ſtatuentibus,nam † tale ſtatutum dabit præmium etiam occidenti extra ſuum territorium in locis confœderatis.

tis. ita ſingulariter dicit Bartol. in l. cunctos popųlos.in 8.q.prin.circa princ. C. de ſum. Trinit.ubi per hoc infert, quod ſtatutum Peruſij poteſt diſponere, quod delinquentes in Forliuio puniantur Peruſij. & alibi idem dicit Bart.in l.non dubito.per illum tex.ff.de captiuis.ſequitur Bal. in l. exequutorem,col. 12.C.de execut.rei iudica. & hoc eſt practicabile,nam ſæpe inter Principes fiunt confęderationes,& maxime in exterminium bannitorum.

16 Secundo habet locum ampliatio,ut † bãnitum occidens extra territorium nõ poſſit puniri in loco à quo occiſus bannitus fuit.ita dicit Bal.in d.l.cunctos populos. col. 8.uerſ. ſed hic quæritur,ſi bannitus.ubi dicit, quod quamuis bannitum ab vno territorio offendens in alio territorio, decapitari debeat,tamen ſi caperetur in loco ſtatuti, non poſſet per hoc puniri, quod illum bannitum extra territorium offenderit.ſequitur Nellus in tracta. bannit.in ſecũda par.ſecũ.tempor.q.57. vbi dicit,quod ita de facto ſeruatur,& eſt verum, & quotidie practicatur, & iſti ſunt caſus ampliationis,pro qua materia uide And. de Iſernia ſuper cõſtit.Regni,ſub tit.de bannit.& foriudic.

Ampliatur tertiò concluſio ſecundum Marſil.in alleg.§.aggredior.nume.54.ut ſta-
17 tutum noſtrũ habeat locum in bãnito † occidente alium bannitum, vt & ipſe conſequatur præmium ſtatuti. allegat Roman. in l.3.§.utrum.ff.ad Senatus.Syl. & Bal. in ead. l.in §.hi quoque.& Bald.in l.1.in 2.col.C.de cond.ob turp.cauſ.& Angel. de Aret.in tracta.malef.in ver. quod fama publica.car.mihi.12.uerſ.quæro an bannitus capiens bannitum.& ibi Marſil.ad longum diſputat hũc caſum,vt ibi per eum. Aduerte quod Ange. in loco iam citato,qui eſt num. 76. hunc intelligit,ſi ſtatutum dicat expreſſe, quod pręmium detur etiam ſi eſſet de ſocijs criminis;
18 † ſi quia ſtatutũ ualet,& pœna remittitur. & allegat auctẽ. ſed nouo iure.C. de pœna iudic.qui male iudic.& Barto.in l.4.§.ſi tibi. ff. de condictio. ob turp. cauſ.Secus ſi dice-
19 ret, quicunque † occideret bannitum habeat tantum pręmium, nam tunc bannitus occidens bannitum punitur, vt in iam citato loco dicit Angel.iunc.add. Arimin. Et nota quod ita ſeruatur in practica. Fiunt enim quotidie bannimenta contra bannitos, in quibus proponitur pręmium bannito occidenti bãnitum, & etiam ſocium bannitum; ſecundum tamen formam traditam in præced.q.in 9.Fallen.& ita ſeruant Domini Veneti, & alij Principes, qui ſtatus ſuos pacificos uolunt.

QVAESTIO XXVIII.

Beneplacitum bannientis,an eius morte cenſeatur reuocatum, uel noua ſucceſſoris declaratio requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Bannum an per mortem bannientis cenſeatur reuocatum,uel debuerit pręcedere expreſſa reuocatio,& noua ſucceſſoris declaratio requiratur.*
2 *Sententia æquiparatur ultimæ uoluntati.*
3 *Bãnum quod non intelligatur reuocatũ nec finitum morte iudicis bannientis.*
4 *Precarij conceſſio cenſetur facta donec per dominum reuocetur, & non inducitur per mortem concedentis.*
5 *Voluntas extinguitur per mortem.*
6 *Voluntatem reuocare, & uoluntatem ceſſare, ſunt diuerſa.*
7 *Delegatio durat,& non extinguitur morte delegantis.*
8 *Mandatum extinguitur morte, etiam ignorante mandatario.*
9 *Sententiæ,& verborum eius proprio ſignificatui ſtandũ eſt.*
10 *Verba,donec reuocauero,quid importent.*
11 *Verba ſententiæ quod debeant impropriari,quomodo intelligantur.*
12 *Pœnæ ut molliantur debet ſumi interpretatio contra proprium ſignificatum uerborum.*
13 *Delictorum punitio eſt fauorabilis,& extendenda.*
14 *Clauſula,donec duxero reuocandas, ſonat in actum poſitiuum, nouæ uoluntatis primæ commiſſionis reuocatiuum.*
15 *Clauſula, pono te ad bannum donec reuocauero, ſonat in actum poſitiuum nouæ uoluntatis,& reuocatiuum primæ.*
16 *Clauſula,donec uel quoad noluero,ſonat in actum perſeuerantiæ primæ uoluntatis.*
17 *Clauſula, quouſque aliud duxerimus ſuper hoc ordinandum,non expirat per mortem concedentis.*
18 *Clauſula,ad noſtrum beneplacitum,quid operetur.*

QVAERO Vigeſimo octauo de vtili, practicabili, & quotidiana quæſtione,An ſcilicet bãnum iudicis alicui indictum,donec iudex ipſum reuocauerit, morte iudicis cenſeatur reuocatum, & finitum;Exempli gratia. Iudex in ſententia contra aliquem lata dicit, Pono te ad confinia,

vel

vel bannio te donec, & quouſque reuocaue
1 ro. Moritur iudex, quæritur † an bānum per mortem cenſeatur reuocatum, vel debuerit præcedere expreſſa reuocatio, & noua ſucceſſoris declaratio requiratur? Bar. in l. cente ſimis. §. ſi ita ſtipulatus. ff. de verb. obl. aſſumē do longiorem interpretationem cōtra propriam ſignificationem verborū, tenet, quod per mortem iudicis bannientis bannum finiatur, per l. vxorem. §. penul. ff. de lega. 3. ubi tex. dicit. Scæuola reſpōdit, Cum hæres ſcriptus rogatus eſſet, cum volet, alij reſtituere hæreditatem, interim non eſt compellēdus ad fideicommiſſum Claudius, poſt mortem vtique creditur datum. per quem tex. Bar. tenet, quod iudex intelligitur bannire donec
2 ipſe vixerit, niſi reuocet, æquiparando † ſententiam vltimæ voluntati, l. non eſt mirum. ff. de pignorat. act. l. ſi ita fuerit liberatus. in fine. ff. de manumiſſ. teſtam. idem tenet ſimpliciter Bal. in l. poſt dotem. col. pen. & ibi Angel. ff. ſolu. matrimon. ubi dicit Bald. quod ſi legatus de latere ponit aliquem ad confinia, quamdiu reuocauerit, & moritur, confinia morte eius intelliguntur reuocata. refert Alexan. in d. l. poſt dotem. nu. 10. uerſ. Ex prædictis infert hic Bald. ſolu. matrim.

Contrariam ſententiam, & ſic cōtra Bar.
3 & ſequaces, quod ſcilicet morte † iudicis bānientis tale bannum non intelligatur reuocatum, nec finitum, tenent, Angel. Comenſ. & Alex. in d. §. ſi ita ſtipulatus. & Bal. in l. ſi. in 6. quæſt. C. de contrahen. empt. & ibi Saly. in 10. q. & alibi Bal. in §. hæc aūt tria. in proœm. ff. & Iaſ. in d. §. ſi ita ſtipulatus. nū. 14. & hanc
* opinionem contra Barto. dicit communem Alex. in d. §. ſi ita ſtiplatus. in ultimis uerbis. & in d. l. poſt dotem. d. num. 10. uerſ. ſed ſalua pace ſua. vbi repræhendit Imol. ibi dicentem, quod contra Bal. ibi, tenuit Bart. In d. §. ſi ita ſtipulatus. & dicit, ſed ſalua pace ſua Bartol. in d. §. fina. tenet idem quod Bald. hic. fateor tamen, quod opinio Bart. & Bal. hic magis communiter dānatur per Doctores ibi, & per Bal. in §. hæc autē tria. in proœm. Digeſt. & ſic ex Baldo conuincit Baldum, & ſe remittit ad notatā per ſe in d. §. ſi ita ſtipulatus. Et pro iſta opinione contra Bar. quæ vt iam dixi, eſt communis, ſtringit, ſecundum Alex. iſta ratio. Quia † conceſſio precarij intelligitur facta donec per dominum reuocetur, l. 1. in prin. ff. de precar. & tamē per mortem concedentis non inducitur precarij reuocatio. l. quæſitum, §. 1. & l. cum precario. §. 1. ff. eo. tit. Iaſ. in d. §. ſi ita ſtipulatus. d. num. 14. uerſ. ſed aduerte. dicit quod hoc fuit dictum Bar. ibi, & quod Bart. reſpondit, quod illa iura loquuntur in contractibus. at in caſu de quo agitur eſt ſermo de ſententia, quæ æquiparatur ultimæ uoluntati, & non cōtractibus, & ſimpliciter tranſit.

Item pro communi contra Barto. facit,
5 quia † licet per mortem extinguatur uoluntas. l. 4. ff. locati. cap. ſi gratioſe. de reſcr. in 6. Paul. de Caſt. in l. Lucius. de donat. Abb. in c. ult. de procur. tamen non inducitur reuoca-
6 tio, quia † aliud eſt reuocare, quod requirit contrariam uoluntatem primæ, aliud eſt voluntatem ceſſare. Vnde, ſi aliquis delegauerit cauſam, donec duxerit reuocādam, eo mortuo non intelligitur reuocata, c. ſi delegatus. de offi. deleg. in 6. & ita in ſpecie tenet ipſemet Bar. in l. more. in vlt. col. ff. de iuriſd. om. iud. & licet hoc ſit argumentum Bart. tamen in caſu de quo hic agitur, ipſe Barto. in d. §. ſi ita ſtipulatus. illud impugnat, dicens, quod
7 in caſu c. ſi delegatus. delegatio † morte delegantis non expirat, quia illa eſt benignior interpretatio ut delegatio duret, & morte delegantis non extinguatur, ut etiam in caſu quem ibi ponit Bal. in uer. morte. per gloſ. in eod. quæ format queſtionem ſoluit, & eligit. ſed in caſu cōcluſionis propoſitæ benignior eſt interpretatio, quod bannum morte extinguatur, vt dicit illa gloſ. ſic. Quid ſi delegatus uſque ad ſuæ uoluntatis beneplacitū ſubdelegauerit, uidetur prima facie per decretalem ſupra de reſcri. ſi gratioſe, quod illo mortuo expiret iuriſdictio. contrarium videtur, per hanc decretalem, ad hoc. c. maiores. de baptiſ. l. ambiguitatem. C. de uſufruc. nec obſtat illa decretalis, quæ in odioſis, & reſtringendis loquitur, hic autem fauorabile puto. & gl. affert rationem fauoris, dicens, melius eſt enim hunc iudicem procedere, quam nouo & incognito cauſam delegare, l. prætor. §. ult. ff. de uacat. muner. arg. 19. quæſt. 3. monaſterijs. & de renunt. c. 1. & ſic potius ex dicta gl. uidetur opinio Bar. fundata.

Nihilominus communis adhuc eſt contra Bar. cuius Bart. opinio licet videat̄ æquā, tamen communis eſt uerior, ut eadem met gloſſa in uer. morte. in fi. dicit. & licet hoc uideatur æquum, primum tamen videtur verius.

rius,per l.4.ff.locati. quam etiam ſupra addu
xi in ſecundo fundamento contra Bart.Iaſ.
in d.§.ſi ita ſtipulatus.col.pen. in prin.addu
cit contra Bart.tex.in l.4.in prin.ff.de manu-
miſſ.vind.& ſimpliciter cum allegatione trã-
ſit. Sed aduerte quod hoc obiectum non va
let,quia ibi eſt caſus ſpecialis, quod fauore li
bertatis mandatum non extinguatur morte,
vt not.Bart.ibi.& gloſ.in uer.fauore.quæ di-
8 cit.nam † regulariter mandatum aliàs morte
finitur.l.inter cauſas. ff. mand. l. mandatum.
C.eo.etiam ignorante mandatario, l.ſi pro-
cedente.& l.ſi mandaſſem.ff. mãd.l.eius qui.
§. quas uero,ff.ſi cert. petat. l. mandatum.C.
mandati.

Item pro communi contra Bartol. facit.
9 quia,cum † ſententia ſit ſtricti iuris,in dubio
debet ſtari proprio ſignificatui ſententiæ, &
verborum eius,ut no.in l. Iulianus uerum de
bitorem.ff.de cõd.ind.& in l.1.& 2.C.ſi plu-
res una ſenten.& eius uerba ſunt ſtricte intel
ligenda. nec debet habere intellectum ex la-
ta ſignificatione vocabili,licet habere poſſet,
ut per Abbat.in c.dilecto.in 2. not.per illum
tex.de uerb. ſignif.& in c.dilectus.num. 2.de
off.ordin.Cepo.in rubr.de uer.ſign.nu.151.
Iaſ.in l.centeſimis.§.ſi.col.pen.ff. de uer.obl.
Rip.in l.2. nu.26.C.de eden. Curt.ſen.conſi.
74.col.fin.Curt.iun.conſ.153.nu.19.ubi plu
res citat.Olaſ.deciſ.63.nu.1.& 2. Quum igi-
tur in propoſita quæſtione noſtra adſint illa
10 verba,Donec reuocauero. † quę de propria
ſignificatione requirunt nouam volũtatem
primæ contrariam, & reuocatoriam ipſius,
ergo non ſufficit primam uoluntatem ceſſa-
re per mortem.

11 Et licet ad hoc argumentũ dici poſſet,† q
verba ſententiæ debent impropriari, vt per
Rom.conſi.126.incip.Conſiderato.& in cõ
ſilio 328.& late Felyn.in c. auditis. in princ.
de præſcrip. Reſpondetur illud eſſe uerum,
quando ſententia aliàs ualere non poſſet. gl.
ſingul.in l.& puto.ff.famil.erciſc. quam dicit
ad hoc ſing.Bal.in l.cum uirum.in ult.col.C.
de fideicom.in cap. ſi. in ult. col. de tranſlat.
prælat.in c.contingit. de dolo & contum.&
in c.cum ſuper.in pen.col.de iudici. Sed in
caſu propoſitæ concluſionis,quomodocun
que intelligantur verba ſententiæ,ualet,& te
net. Et ſi diceretur ex mente Bar.in d.§.ſi ita
ſtipulatus.quod iſta benignior interpretatio
12 † quam tenet Bar. debet ſumi in pœnis con-
tra proprium ſignificatum uerborũ, ad hoc
ut pænæ molliantur,per l.ſi præſes.& l.inter
pretatione.ff.de pœn. Reſpondetur, quod
hoc poſſet procedere in dubijs,ut dicunt iu-
ra allegata per Bar.concluſio autem propo-
ſita loquitur in caſu claro;Condẽnans enim
dicit.Pono te ad confinia,uel bannio te,do-
nec reuocauero:nam per mortem non indu
citur reuocatio,ſed ceſſatio uoluntatis, ut ſu-
13 pra dictum eſt.Ad hoc facit, nam † quando
agitur de delictis puniendis, licet materia ui-
deatur pœnalis,non tamen eſt odioſa , imò
fauorabilis,& extendenda,non autẽ reſtrin-
genda,vt facit Bart. ſecundum cuius ſenten-
tiam , ſi bannum morte extingueretur ban-
nientis,delicta remanerent impunita: homi-
nes enim ſub hac ſpe ſcelera committerent,
& impuniti abirent , contra l.ita vulneratus.
ad l.Aquil.

Item pro communi contra Barto.faciunt
ea quæ dicunt Ioan.de Fantu. Paul.de Leaz.
& poſt eos Gemini.in d.c. ſi delegatus.colu.
14 pen.in ver.in ſi.gl.ubi concordando † illum
tex.cum d. c. ſi gratioſe.de reſcr.eo.lib.dicit.
Aliquando clauſula ſonat in actum poſitiuũ
nouæ uoluntatis,ſicut eſt illa(donec duxero
reuocandas) quæ ſonat in actum poſitiuum
nouæ uoluntatis primæ commiſſionis reuo
catiuum,& tunc procedat iſte text.quia non
expirat morte ſuperueniente re nõ integra,
& ratio eſt,quia mors non inducit poſitionẽ
nouæ uoluntatis,in quem caſum erat limita-
ta extinctio actus; Aliquando ponitur actus
ſeu clauſula ſonans in actum perſeuerantiæ
antiquæ uolũtatis,& tunc,quia illa poſt mor
tem non durat, expirat commiſſio , & effe-
ctus limitatus per illam clauſulam,& ſic pro-
cedat c.ſi gratioſe.ſic in caſu propoſitę quæ-
15 ſtionis,cum † iſta clauſula (pono te ad ban-
num donec reuocauero)ſonet in actum poſi
tiuum nouæ uoluntatis,& reuocatiuum pri-
mæ,ideo non extinguitur bannum per mor
tem ſuperuenientem ; Si autem diceret, do-
16 nec,uel quoad uoluero,q̃a iſta † clauſula ſo-
nat in actum perſeuerantiæ primæ uolunta-
tis,ideo illa poſt mortem non durat, ſed per
mortem extinguitur,vt d. l. 4. ff. locati.& in
hoc caſu poteſt ſaluari Bar. opinio.

Et quia in practica in toto mundo ſerua-
tur ſupradicta communis opinio , ſine ulla
declaratione,aut limitatione,ideo non labo
ro ulterius in roborando ipſam , & funda-
mentum

mentum Barto. ſatis ſupra ſublatum eſt, dum
dixi, aliud eſſe reuocare & aliud voluntatem
ceſſare, de quibus multa per Iaſ. in d. §. ſi ita
ſtipulatus. verſ. extra gloſ. Bar. format quæ-
ſtionẽ, & Geminian. in d. c. ſi gratioſe. col. 1.
uerſi. Pone quod Papa. continuando in ſe-
17 cun. col. ubi de illa clauſula; † quouſque ſu-
per hoc aliud duxerimus ordinãdum, quod
non expiret per mortem Papæ conceden-
tis, per d. c. ſi delegatus. & alia ut per eum ibi.
item de clauſula, quouſque ueritate comper-
ti duxerimus aliter prouidendum, quod &
ipſa non expiret per mortem, iuxta c. vene-
rabili. de offi. deleg. Item col. 3. uerſic. & ſi di-
18 catur. ubi ponit de clauſula; † ad noſtrum
beneplacitum, quid operetur. & dicit, quod
beneplacitum poterit reuocari a ſucceſſore,
per reg. decet. de reg. iur. in ſex. & d. c. ſi dele-
gatus. 2. reſpon. & hæc nota, quia practican-
tur ubique, maxime in urbe Roma, ubi ut plu-
rimum banniuntur homines ad beneplaci-
tum bannientis, & ſeruatur communis con-
cluſio ſuprapoſita.

QVAESTIO XXIX.

Sepultura an poſsit impediri a creditore defuncti, donec ſibi ſatiſfiat de ſuo credito.

SVMMARIVM.

1 *Sepultura non eſt impedienda, nec cadaueri debitoris neganda, pauper, diueſue ſit.*
2 *Creditores an poſſint petere ſibi ſatisfieri antequam defunctus tradatur ſepulturæ, ſeu poſſint petere cadauer loco debiti.*
3 *Creditor quo caſu poterit retineri facere inſepultum cadauer debitoris donec ſibi ſatisfiat.*
4 *Cadauer inſepultum detineri donec creditoribus ſatisfiat, inhumanum, & a charitate Chriſtiana alienum eſt.*
5 *Cadaueribus non eſt deneganda ſepultura.*
6 *Sepultura Iudæi, & corpus ſepultum vexari non debet.*
7 *Appellatione cadauer debitoris ſepeliatur donec & c. non eſt recipienda.*
8 *Debitum licet liquidum non eſt aptum ad impediendam ſepulturam.*
9 *Cadaueri quo caſu ſepultura interdicatur.*
10 *Debitor ex ſententia pro delicto uel quaſi, ſi morte præuentus non ſatisfecit, non ob id relinquendus eſt inſepultus.*
11 *Vſurarij cadauer non poteſt prohiberi quin ſepeliatur, ſaltem in loco profano, etiam quod vſuræ non ſint reſtitutæ.*
12 *Statutum, quod mortui non poſſint ſepeliri niſi prius ſatisfactum ſit aromatarijs, tanquam iniuſtũ non ualet.*
13 *Caſus in quib. denegatur ſepultura eccleſiaſtica, remiſſiue.*

QVAERO vigeſimonono. T.
mortuo inſurgit C. creditor ip-
ſius, inſtatque ipſum non ſepeli-
ri, ſed inſepultũ detineri donec
ſibi ſatisfiat de ſuo credito. quid
iuris. Et communis opinio, ab omniq; ſcho-
la paſſim recepta, eſt, quod cadauer debito-
ris non poſſit inſepultum detineri ad inſtan-
tiam creditorum donec ipſis de ſuis creditis
1 ſatisfiat. & ratio eſt, nam † ſepultura non eſt
impedienda, nec cadaueri debitoris negãda,
pauper diueſue ſit. arg. tex. in Auth. ut defun.
ſeu fun. cor. & in l. cum ſit iniuſtum. C. de ſe-
pulc. uiol. ubi oẽs Doct. hoc tenent. de quo
late per Bologn. ad l. omnes populi. nu. 53.
ff. de iuſt. & iu. Hanc quęſtionem ponit Rip.
in terminis, in tract. de peſte, de remed. præ-
ſeruat. cõtra peſtem. nu. 101. ubi dicit, Quæ-
ro an creditores poſſint petere ſibi ſatisfieri
antequam defunctus tradatur ſepulturæ, ſeu
poſſit petere cadauer loco debiti? Breuiter
2 reſpondendũ eſt, quod non, immo † talia pe-
tentes olim pœna quinquaginta librarũ au-
ri mulctabãtur, hodie uero tertia pars bono-
rum ſuorum confiſcatur, caduntq; ab actio-
ne, & tantundem hęredibus defuncti eroga-
re tenentur, & infames efficiuntur, d. l. cũ ſit
iuſtum. cum auth. ſeq. & hanc opinionem te-
net etiam Boeri. deciſ. 287. incip. Et in dicto
proceſſu. nu. 2. & 3.

Contrarium aliqui tenuerunt, volentes ca-
dauer inſepultum detineri donec æs alienũ
ſolueretur, maxime quãdo defunctus ex obli-
gatione guarentigiæ ſoluere tenebatur, id vi-
ribus inſtrumenti guarẽtigiati particulariter
tribuentes, vt fuerunt Ange. in d. Auth. ut de-
funct. ſeu fun. cor. in prin. col. 1. uerſi. itẽ per
3 hanc legem. ubi dicit, quod † ſi ex forma ſta-
tuti inſtrumenta confeſſionata debent man-
dari exequutioni ad uoluntatem creditoris
habentis inſtrumentum confeſſionatum; q̃
hoc caſu, mortuo debitore ipſe creditor po-
terit cum authoritate iudicis facere retinere
corpus mortuũ ſui debitoris, ne ſepeliatur,
quouſque de debito ſibi ſatisfiat, quod dictũ
refert Fel. in c. ſicut Iudæi. col. 1. poſt mediũ.
de Iudæis. refert & ſequitur Marſil. ſuper l. fi.
ff. de quæſt. colu. antepen. in parui. nu. 64. &
alibi idem, & clarius in ſingul. 199. incip. ex-
preſſum, & clarum eſt. per totum ſing.
4 Tamen eorum opinio eſt reprobanda, † &
tanquam inhumana, & a charitate Chriſtia-

na aliena nullo modo admittenda eſt, & ab
omnib.cõiter reprobatur, prout eam impro
bat Fel.in d.c.ſicut Iudæi.col.1.nu.2.uerſ.itẽ
nota ibi, corpora humana effodere. Guiliel.
Bened.in c.Raynut. de teſta. in uer. mortuo
itaque teſtatore.nu. 56. & ita ſemper in ma-
gna Curia Vicariç iudicatũ fuiſſe teſtat̃ Grã.
deci.82.incip.incidit ſermo inter fratres.vbi
concludit curiam illam ſemper reieciſſe cre-
ditores iſta petentes, ẽt ſi habeant inſtrumen
tum guarentigiatum. † cadauerib.n.non eſt
5 deneganda ſepultura, ca.in eccleſiaſtico.13.
q.2.& c.qui diuina. & hoc ius ſepulchri nec
diuino, nec naturali iure prohibetur, ut ſunt
exempla, Geneſ.c.23.Tobiæ.1.2.& 12. Ec-
cleſiaſti.c.7.& 38.& 2.Reg.c.2. de iure autẽ
naturali apud oẽs gentes cõi patet in multis
exẽplis a ſcriptorib.ẽt ethnicis traditis, quæ
exacte colligit Couarr.lib.2.uariar.reſol.c.
1.ſub nu.10.uerſ. nam ſecundum naturam.
Ex quib.apparet concluſionem propoſi-
tam de æquitate eſſe veriorem, & cõiter ſer-
uari, licet doctrina Ang.poſſet procedere de
rigore iuris, vt dicit Felyn. in d.c.ſicut Iudæi.
ubi allegat Rot.Rom.in nouiſ.deciſ.154.in-
cip.cum partes litigarent.& dicit, quod dictã
Rotç deciſionem ſequitur Domini.in c.non
ſolum.in fi.de appel.in 6.qui Dominic. non
citat allegatam a Felyno, ſed citat deciſ.260.
in antiq. neuter tamen bene citat, nam nec
iſta nec illa faciunt ad cauſam, ſed eſt deciſio
301.quæ eſt prima ſub tit.de cauſa poſſeſſ.&
propriet.in antiq. & incipit, nota quod per
traditionem.in uer.item notat gl. Innoc.ubi
habetur, quod licet ſecundum Hoſt. in c.cũ
liberum.de ſepultur.rigor iuris ſit contra cõ-
cluſionem propoſitam, tamen ſemper Rota
tenuit contrariam de æquitate, & idẽ in alia
deciſ.853.quç eſt ultima ſub tit. ut li. pendẽ.
in antiq.& incipit, cum partes litigarent. &
iſta eſt, quã corrupto numero allegauit Fel.
ubi deciſio in fine dicit, & hoc de æquitate,
de rigore iuris forte ſecus, per not.ibid. per
Hoſt.circa prin. Quum igitur habeamus cõ-
munem Doct.ſententiam, & Rotæ iudiciũ,
exploſo rigore, ita tenẽdum eſt, ut ſupra in
concluſione poſitum eſt.

Ampliatur iſta concluſio procedere ẽt in
6 cadauere Iudæi: Nam † eius ſepultura, & cor
pus ſepultum vexari non debet, vt dicit Fel.
in d.c.ſicut Iudæi.colu.1.nu.2.per tex. ibi, in
uerſi.corpora humana. qđ tã in Chriſtiano,
quàm in Iudęo, vendicat ſibi locum, non ob
ſtante ẽt appellatione creditoris, nã talis ap-
7 pellatio, † ne.ſ.cadauer debitoris ſepeliatur
donec &c. non eſt recipienda, ſecund.gl.&
Io.And.in c.ex parte.il 1.de ſepult. Arch. in
c.ſunt quorũ.uerſ.ſi quis ẽt auſus.2.q.6.quos
in hãc ſniãm citat Bellenci. de char.ſubſi.q.
55.nu.5.quod eſt uerum, ut firmat Remig.
de Gonny in ſim.tracta.q.68.nu.5.& vt dicit
Speculat.in tit.de appel.§.in quib.uerſ. 8.ubi
hoc in ſpecie dicit, ex ea rõne, quia cadaue-
ris humatio res eſt nõ percipiens dilationẽ,
ergo ſuccedit lex.fin.ff.de appel.recipien.ſe-
quũtur, Fel.ubi ſup.col.2.ſub nu.2.uerſ.vnde
dixit Speculator. Gram.deciſ.82.col.1.nu.2.
Couar.ubi ſup.ſub nu. 10. in princ.uerſ.imò
creditoris appellatio.& ſecun.Gram.intẽtio
Specul.probatur in l.ſunt perſonæ.ibi, ne in
ſepulta corpora iacerent, in l.ſi quis ſepul-
chrum.in prin.& in l.ne corpora.ff. de relig.
& ſump.fun.& idem probatur in glo. quam
Doct.communiter tenent in c. ex parte.il 1.
de ſepultur. & l.fi. cũ auth.itẽ.C. de ſep.uiol.

Ampliatur etiam procedere iſta cõcluſio,
8 † ẽt ſi debitum ſit oĩno liquidũ, & ita ampliat
Couarru. ubi ſup. & adducit Panor. in d. c.
ex par.cõtra gl.in auth.ei qui.§.ſi quis aũt au
ſus.uer.defuncti.2.q.6. Sed aduertendum, ꝙ
Abb.hoc nõ dicit expreſſe, licet tacite innue
re uideat̃, dum ibi in fi.in uer.in gl. relatis di-
ſtinctionib.Io.And. & nonnullorũ aliorum
tollere uolentium contrariũ c. qua frõte. de
app.ubi impedit̃ ſepultura alicuius, niſi ſatiſ-
fiat creditorib. per hæredem. & ipſe diſtin-
9 guendo dicit, † quod aut deceſſit confeſſus re
cepta pœnitentia, aut non. Primo caſu dicit
ꝙ cadauer debet ſepeliri in cimiterio eccleſia
ſtico, licet expreſſe non mandauerit de deli-
cto ſatisfieri, uel contractib. nã vr̃ cõfitẽdo ta
cite innuiſſe hæredib. ut ſatisfaciant, ut ꝓbat̃
in c.lr̃is.il 1.de raptor. Secundo caſu ex toto
ſibi eſt interdicẽda eccleſiaſtica ſepultura, vt
ĩã dixit ſuper rubr.eiuſd.tit.de ſepultur.nu.3.
& eſt gl.in c.2. & in c.cum ad monaſterium.
de ſtatu regular. Et ſic Abb.in 1. membro vr̃
ſentire, quod licet debitum ſit liquidum ꝑ
confeſſionem defuncti, non tñ retardat̃ eius
ſepultura, quia præſumit̃ quod eius hæredes
ſatisfacturi ſint. Pro præmiſſis aũt, & pro de
claratione d.c.qua fronte.uide Pet.de Perus.
in tract. de Canon.Paroch.cap.3.prin.nu.9.
ubi multorum ſententias in hoc recenſet.

Ampliatur

Ampliatur ulterius concluſio procedere,
10 † etiam ſi mortuus teneretur ex ſententia ſatisfacere pro delicto uel quaſi,& morte præuentus deceſſit,& ita poſt Anto.in d. cap.ex parte.circa fin. limitat Felyn.in d. cap.ſicut. de Iudæis.columna 2.ſub num.2.in fine.uerſiculo, & prædicta amplia. licet aliud dicat Archid.2.quæſt.1.§.ſunt quorum.& ita ſeruat communis practica, quod nedum in caſibus ſupraſcriptis procedit,ſed etiam in vſu-
11 rario manifeſto,† cuius cadauer non poteſt prohiberi quin ſepeliatur,etiam quod vſuræ non ſint reſtitutæ.intellige tamen,quin ſepeliatur in loco profano: ſecus in cimiterio ſacro, in quo ſepeliri non poteſt antequam vſuræ fuerint reſtitutæ,ita Felyn. in d.capit. ſicut.ubi ſupra.Ripa in d.tract.de peſte.num. 102.& Grammat. d.deciſ. 82.nu.5.in quo loco reſpondet etiam argumento contrario, de authoritate Angeli, ut ibi per eum. quæ opinio nedum paſſim a Legiſtis, & Canoni-
* ſtis communiter recepta eſt,ſed etiam a Summiſtis,& eam tenet Angel. Clauaſ. in ſum.in uerſ.ſepultura. num.34.uerſi.Vtrum prætextu debiti ſepultura poſſit impediri;& Silueſ. in ſum.in eod.uer.num.12.in uerſi.Duodecimo quæritur. Summa Tabiena in eod. uer. uer.vigeſimo.& poſt omnes Summa Armil. in eod.uer.num.23. uerſ. ſepultura non poteſt impediri.

Pro complemento tamen aduerte,quod præmiſſa loquuntur in foro fori,ideſt in debitis mundanis, etiam ſi fuiſſent debita a defuncto contracta occaſione infirmitatis, vt tenet Salic.in l.2.C.ubi & apud quem.ubi di-
12 cit, non ualere † ſtatutum, quod corpora mortuorum non poſſint ſepeliri niſi prius ſatisfactum ſit aromatarijs, quia eſt euidenter iniuſtum,& contra l.fina.& auth.ibi poſitam. C. de ſepulc. uiola. refert & ſequitur Ioan.Bologne.in repetit. l. omnes populi.ff. de iuſt.& iure.nume.53.in fi.uerſi. item non
13 ualet.Secus † in foro poli,ſeu in debitis concernentibus animam. Nam in eo foro poli, ſeu conſcientiæ multi dantur caſus in quibus denegatur ſepultura eccleſiaſtica, maxime, ut ait Sum.Ang.ubi ſupra,num.29. quæ ponit caſus duodecim in quibus quis priuatur ſepultura,& totidem ponit Silueſ.ubi ſupra. num.9.uerſ.Nono quæritur,& num. 10.ponit alios caſus quatuor,de quibus eſt dubiũ an debeant tales ſepeliri in ſacro. ſequitur Summa Armil.ubi ſupra,nu.18.quæ omnia ſuis locis uideri poſſunt: ſunt enim libri, qui communiter ab omnibus habentur. & vide Royas,ſing.180.ubi ponit caſum in Iudeis, hæreticis, uel paganis. & citat concord. ut ibi per eum.

QVAESTIO XXX.

Captura ad ſui validitatem, quæ requiſita habere debeat,& conuenientia vel inconuenientia ex debita vel indebita captura ſequantur.

SVMMARIVM.

1 *Indicia non requiruntur ad capturam, ſed qualis qualis informatio.*
2 *Captura, & carceratio perpetua quæ fit loco pœnæ propter delictum fieri non poteſt niſi plene conſtet de delicto.*
3 *Captura & carceratio ad cuſtodiam fieri poteſt,licet non plene liqueat de delicto.*
4 *Tortura non eſt habenda niſi in defectum probationum.*
5 *Captura,& carceratio quæ requiſita habere debeant.*
6 *Offenſorum potentum aſtutia in opprimendis pauperibus offenſis.*
7 *Capturam debet præcedere informatio,alias iudex præſumitur corruptus.*
8 *Captura eſt permiſſa in criminalibus, & ab eo poteſt inchoari indicijs non præcedentibus, licet non ſit capta informatio plena.*
9 *Iudex ante quam deueniat ad capturam,quid facere debeat.*
10 *Capturam quæ indicia præcedere debeant.*
11 *Captura quomodo concedatur in delicto pro quo uenit imponenda pœna pecuniaria.*
12 *Captura pro ſuſpitione fugæ quæ requiſita habere debeat.*
13 *Cauſæ cognitio cum legalibus obſeruationibus eſt neceſſaria in captura quæ fit ad pœnam.*
14 *Carcer de iure canonico eſt ad pœnam.*
15 *Baiulus in Regno,poteſt capere fures, & delinquentes donec mittat illos ad iuſtitiarium prouinciæ.*
16 *Carcer de iure ciuili eſt ad cuſtodiam,non ad pœnam.*
17 *Priuatus poteſt ſine pœna repertum in flagranti crimine detinere per uiginti horas, donec eum iudici præſentet.*
18 *Carcer aliquando eſt ad cuſtodiam de iure canonico.*
19 *Baiulis & birruarijs in ſtatu eccleſiaſtico datur in genere facultas capiendi delinquentes.*
20 *Delictum ſemper præſupponendum eſt, priuſquam de captura cogitetur.*
21 *Captura in confeſſum non cadit niſi conſtet de delicto.*
22 *Captum indebite e manibus curiæ eximens non tenetur nec ad intereſſe quo ad partem, nec ad pœnam quo ad iudicem.22,& 28.*
23 *Eximens captum e manibus curiæ uidetur contemnere iudicis poteſtatem.*
24 *Delegato non creditur niſi oſtenſis literis ſuæ commiſſionis.*

25 *Eximens captum e manibus curiæ non dicitur delinquere delicto punibili.*
26 *Ius nemo ſibi dicere debet.*
27 *Eximens condemnatum ad mortem uel condemnandum tenetur pœna mortis.*
29 *Carcerato indebite licet carcerarios occidere pro eximendo carceres, nec tenetur de occiſo.*
30 *Clericus poteſt indebite captum, carceratum, uel ad mortem condemnatum de facto eripere de manibus familiæ.*
31 *Carcerato iniuſte exeunti e carceribus, præſtito iuramento de redeundo, licitum eſt iuramentum uiolare, & cuſtodem fallere.*
32 *Eccleſia, caſu quo teneatur iudici dare delinquentem in eius gremio exiſtentem, debet prius illum aſſecurari facere de uita & membris.*
33 *Carceratus dimiſſus ad eccleſiam in die ſolemni pro miſſa audienda cum iuramento de redeundo, an teneatur redire.*
34 *Captus iuſte carcerem fugiendo peccat.*
35 *Eccleſia reos ſanguinis ad uitam reſeruat.*
36 *Iurans non tenetur ſeruare iuramentum ubi ex hoc ſine cauſa iuſta ſe opponit periculo mortis.*
37 *Carceratus iuſte tenetur ad carceres redire, ſi ex illis exeat cum licentia iudicis uel cuſtodis, præſtito iuramento de redeundo.*
38 *Promiſſio alicui facta an & quando ſeruanda ſit.*
39 *Captura ſeu carceratio quando cognoſcatur iniuſta.*
40 *Captus extra territorium capientis debet dimitti, etiam ſi a principio inſequutio eſſet in territorio.*
41 *Principium an in delictis ſit attendendum, uel finis.*
42 *Officialis an poſſit in alieno territorio capere delinquentē quem in ſuo inſequi cepit.*
43 *Delinquens fugiens in alienum territorium fit ſubditus domino illius territorij.*
44 *Captus in alieno territorio debet dimitti, ſi illius territorij dominus requirat, amplia ut nu. 45.*
46 *Terminorum ubi eſt diuerſa ratio, & qualitas, quicquid eſt licitum in termino a quo, non eſt licitum in termino continuato.*
47 *Captura capta in uno territorio, & perfecta in alio, quando teneat uel non, & 50.*
48 *Marito licet capere adulterum etiam extra domum.*
49 *Statutum non extendit uires extra territorium.*
51 *Captura in alieno territorio ualere poteſt ex principum conuentione.*

QVAERO trigeſimo, quæ
requirantur, ad hoc ut quis
capi poſſit, & eius captura
ualida ſit? quæſtio eſt utilis,
practicabilis, & ab omnibus
judicibus obſeruanda, ne ſui proceſſus in
hoc uel alio ſeculo rationem reddere tenean
tur. Bald. in lege, etſi certus. ad Syllanian. &
in lege ſecunda. C. de ijs qui latron. dicit, quod
1 ad capturam † faciendam non requiruntur
indicia, ſed qualiſqualis informatio, iſta eſt
communis Doct. ſententia in capit. ſi clericus.
de ſenten. excommunicat. in ſexto, ubi
Gemini. in prima columna in uer. Quæro an
indiſtincte clericus. Multa pulchra dicit, &
pro dilutione obiectorum, uidelicet capit.
primi uigeſima, quæſtio. ſecunda, & 27. q.
1. ſi homo, & capit. ſi cuſtos. pulchre diſtin-
2 guit, quod † aut loquimur de captura, & car
ceratione perpetua quæ fit loco pœnæ pro-
pter delictum, aut de captura & carceratio-
ne quæ fit ad cuſtodiam, & ait, quod primo
caſu, & ſic in terminis illorum decretorum
iſta captura ſeu carceratio fieri non poteſt
niſi primo plene conſtet de delicto. 2. quæſt.
octaua. capit. ſciant cuncti. Secundo autem
3 † caſu captura, & carceratio fieri poſſunt, li-
cet non plene liqueat de delicto. Iſta diſtin-
ctio Geminiani licet uera ſit, eius tamen uer-
ba non ſunt intelligenda ut iacent, ſed dum
dicit, quod non poſſit uel poſſit deueniri ad
capturam, niſi plene conſtet, uel etiam ab-
ſque eo quod plene conſtet de delicto, intel
ligendum eſt eo modo quo poteſt uel non
poteſt conſtare de delicto in ſimilibus, quan
do agitur de captura, ut ſcilicet neceſſaria
ſint uel non neceſſaria indicia, & hoc ipſe-
met ibi innuit etiam dum dicit. Alias ſi dice-
remus contrarium, nunquam poſſet poni
clericus ad torturam pro delicto, ſi non poſ-
ſet capi antequam de delicto plene conſtet,
4 quia † tortura non eſt habenda niſi in defe-
ctum probationum, lege prima, §. item illud.
ad Syllanian. & ibi Bal. nec tamen ex ijs om-
nibus declaratur quæſtio noſtra.
Vnde clarius quid in hac materia captu-
5 ræ † & carcerationis agendum ſit, docet Fol
leri. in ſua pract. crimina. in uerſi. ſtudeat Se
orn. beneuiuen. moribus. numero quinqua-
geſimo octauo: ubi docendo iudicem pro-
cedere, inquit. Nec ſit facilis ad capturam
eorum qui deferuntur, ſed potius conetur
ſummatim inueſtigare, an uera ſint quæ de-
lata fuerant, & an factum ſe habuit prout in
accuſatione dictum eſt, & an crimen ſit com
miſſum, uel ſaltem ſit ſuſpicio fore commiſ-
ſum, ut docet Bald. in lege, quod euitandi. in
fine. C. de condict. ob turp. cauſ. & Aretin.
in lege, ſi quis poſt. columna ſecunda, ff. de
teſtamen. Et huius dicti ipſe reddit ratio-
6 nem, ſubdens: ſolent † enim, ut pluri-
mum, offenſores recurrere ad iudices,
maxime cum ſunt potentes, & querelare
offenſos, & eos in carceribus detrudi fa-

ciunt,

cimnt,& ſic cludunt curiam,& iudices, non abſque ignominia carceratorũ, qui ſic erũt in ore vulgi: ſtatim enim populares, & vulgus prorumpunt ad vulgare dictum, o bella giuſtitia, hanno hauuto le mazze,& le cepolle. Et quid ex tali non pręhabita informatione ſequatur, ibidem ſubdit, dicens, Et id qđ per negligentiam euenit in non informando ſe ipſos iudices de prædictis, dicetur factum corruptione. Ex qua theorica, & pra-
7 ctica concluſiue habetur, quod † capturam debet pręcedere informatio, aliàs iudex pręſumitur corruptus feciſſe quicquid ſine præhabita informatione fecit. Aduerte tamen, quod iſta informatio, quo ad iſtum actum capturę,& carcerationis, non intelligitur de plena informatione (nam in criminalibus
8 † eſt permiſſa captura,& ab ea poteſt inchoari indicijs non præcedentibus) & licet non ſit capta informatio plena, ſecundum Bald. & Alex. in l. conſentaneum. C. quom.& quã. iud.& Bal. in l. 2. C. de ijs qui latron. & Alex. in l. fi. ad legẽ Iul. peculat. Angel. in Auth. de defenſor. ciuit. §. audiant. uerſi. item dico. columna tertia.) ſed intelligitur de aliquali informatione ſummarie præhabita, & facta cum diligentia, vt dicit Brun. in tract. de indi. & tortu. quæſtio. 9. par. 2. nume. 5. ubi dicit,
9 † Quod antequam iudex deueniat ad capturam, debet eſſe præhabita informatio,& formata inquiſitio generalis, quo ad perſonas, quando non habetur certus delinquens, & ſpecialis quo ad delictum, & ita ipſe intelligit, quod dicit Bald. in l. conſentaneum. vbi vult quod in criminali poſſit incipi a captura, vt ſupra dictum eſt. & allegat c. ſi clericus. de ſenten. excommun. in ſex. de quo ſupra, etiam quod non præcedant indicia. Et demum ipſe Brun. relata opinione quorundã aſſerentium tum demum incipi poſſe a captura in criminalibus, quando delinquens reperitur in crimine,& timetur de eius fuga, & nõ aliter, vt habetur in Auth. ut nul. iud. §. ſi quis uerò compræhenſorum. collat. 9. & in l. ait prętor. §. fina. ff. de ijs, quæ in fraud. cre
10 dit. diſtinguit, Quod † aut eſt delictum pro quo venit imponenda pœna corporalis, ſeu corporis afflictiua, aut eſt delictum pro quo uenit imponenda pœna pecuniaria. Primo caſu poteſt deueniri ad capturam præcedentibus tamen aliquibus indicijs, ne inquiſitio eſſet fruſtratoria quãtum ad excuſationem, & hoc eſt quod dicit Bald. in l. & ſi certus. ad Syllanian. & in dicta lege, conſentaneum. & Salyc. in l. nullus. C. de exhib. re. Secundo caſu non poteſt deueniri ad capturam niſi præcedant aliqua indicia ſaltem leuia, & quæ ſufficiant ad inquiſitionem. Si autem præce-
11 dunt † aliqua indicia, tunc poteſt deueniri ad capturam ſolum in duobus caſibus, videlicet, quando quis eſt repertus in flagranti crimine, d. §. ſi quis uerò compræhenſorum. Item quando timetur de fuga. l. ait prætor. §. fina. ff. de ijs, quæ in fraud. credit. ſicut ibi dicitur in ciuili de ſuſpecto de fuga, ut poſſit
12 capi, in qua † tamen captura requiritur aliqualis cauſę cognitio, ſcilicet, quod conſtet de debito,& de ſuſpitione fugæ, ut etiam habetur per Angel. in l. nemo carcerem. C. de exactor. tribut. lib. 10. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Boſſius in ſuo opere criminali, tit. de captu. num. 3.

Quæ concluſio, ut ſupra dictum eſt, loquitur in captura,& carceratione quæ fit ad cuſtodiam, ne ſcilicet iuſtitia eludatur per fugam rei, non autem in ea quæ fit ad pœ-
13 nam, nam † hoc caſu eſt neceſſaria cauſæ cognitio cum legalibus obſeruationibus, ut iam dixi, & de quo per Afflict. in commen. conſt. Regni libro tertio, Rubr. trigeſimatertia, ſuper conſt. Quiſquis. num. quarto, vbi dicit, quod carcer regulariter datur ad cuſtodiam, per l. aut facta. §. ſolẽt. ff. de pæn. quod & alibi ipſe plenius dixit, in dicta lege, nemo carcerem. quod tamen, vt ipſe ibi dicit, procedit de iure ciuili. ſecus autem de iure cano-
14 nico, quo iure † carcer eſt ad pœnam. cap. quamuis. de pœnis, in ſex. De iure verò ciuili ad cuſtodiam, dicto §. ſolent. ut & alibi ipſe Afflic. dicit in primo libro conſtit. Rubr. 51. ſuper conſtit. Hi qui per inquiſitionem. numero 11. Hinc eſt, quod maxime ſecundum
15 practicam Regni, Baiulus † poteſt capere fures,& delinquentes, donec mittat illos ad iuſtitiarium prouincię, ut in primo lib. conſtit. Regni, Rubr. 64. in conſtit. incip. Baiulus ſi furem. & in libro ſecundo, ſub Rubr. 17. in conſtit. dilationes. in fine. & in Authẽ. de defenſ. ciuit. §. audient. ex ea ratione, quia carcer
16 † de iure ciuili eſt ad cuſtodiam, non ad pœnam, ut notatur in l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de ædili. edic. ubi habetur, quod vincula ſunt ad cuſtodiam,& non ad pœnam. clem. 1. de hæreti.

17 Quod tamen de baiulo dictum eſt,† intel-
lige de reperto in flagranti crimine, quo ca-
ſu & priuatus ſine pœna poteſt ſic repertum
delinquentem per uiginti horas detinere,
doneceum portet ad iudicem, vt not.in l.ca
p te quinto.ff.de adulter.& ibi Bart. Et quod
18 dixi, carcerem † de iure canonico eſſe ad
pœnam intellige, non ſemper, ſed aliquan-
do eſſe ad cuſtodiam,vt dicit glo. in d. capit.
quamuis.& Afflic.lib. 1. conſtit. Rubr. 63. in
conſtit. incip. Baiuli locorum. ſub num. 14.
uerſ.quarta opinio eſt. & lib. 2. Rubr. 10. ſu-
per conſtit.Humanitate,ſub num. 53. ver. vi-
geſimoquinto nota.&iſta practica etiam ſer
19 uatur in ſtatu eccleſiaſtico,ubi † baiulis & bir
ruarijs datur in genere facultas capiendi de-
linquentes,& in multis alijs locis: ſecus vbi
non datur talis facultas, nam tunc captura
nunquam ualet,& tanquam a non habente
authoritatem facta eſſet nulla.

Omnibus tamen præmiſſis ſtantibus, ſem
20 per † præſupponendum eſt delictum, ante-
quam de captura cogitetur, ut & ſupra in
principio dictum eſt. Nam clara iuris regula
eſt quod in primis,& ante omnem perſonæ
inquiſitionem de delicto, & corpore delicti
judici conſtare debet, nec enim prius perſo-
na delinquentis ſpectanda eſt, quam conſti-
terit delictum eſſe commiſſum,l.1.§.illud au-
tem.ff.ad Senatuſc.Syllani.l.1.C. ubi cau. fi-
ſcal.Bart.& Rom.in l.fin.ff.de quæſt.Hippol.
in l.ſi quis ne quæſtio.eod.tit. & conſi. 63.in
cauſa inquiſitionis.& conſ.5.uol.1.quod &
ante docuit Ang.in tract.maleſi.in uer.fama
publica.num.108.& ibi Arimi.& num. 115.
& hoc paſſim tenuit idem Marſil.tam in con
ſilio quam in lecturis,ut conſ.8.num.1.conſ.
12.num.35.& 36.conſi.14.nu.13.conſi.18.
num.4.conſ.35.nu.2.conſ.40.num.4.conſ.
46.num.1.conſi.48.num.7.conſi.49.nu. 10.
conſ.53.num.1.conſi.63.nu.2.conſi. 64. nu.
40.conſ.76.num.1.par. 1.conſ.130.nu.2.&
14.conſilio 144.num.1.par.2.idem firmant,
Socin.iuni.cōſ.37.uol.2.Ioan.Mile.in pract.
crimi.car.7.num. 54. & Ludoui.Cato in ſuo
conſi.incip. Deo gratias. quod eſt 99.in pri-
mo uol.conſil.criminal.diuerſor.Et ad hunc
effectū,quid ſeruetur in pract.uide Boſ.in tit.
de delic.in prin. Et regula iſta adeo uera eſt,
21 † vt ſi quis confiteatur ſe plures interfeciſſe,
& interfectos proieciſſe in mari, & iuxta litus
maris moraretur, & etiā alias eſſet malæ cō-
ditionis & famæ, non tamen poteſt ſuper
hoc fieri fundamentum, nec ex hoc ad ca-
pturam deueniri,ſecundum Angel.in l. 1.&
in dicta lege, certum.C. de confeſ. Verum
quia facilius proceditur in uno delicto quā
in alio, ideo etiam iſta uera eſſe in furto, &
ſimilibus delictis occultis tenendum eſt ſine
ulla hæſitatione, ut late poſt omnes proſe-
quutus ſum in conſilio meo criminali,quod
incipit, in anno 1563. numero decimo ter-
tio, uerſic. quod iudex nunquam. ubi multa
ad hoc propoſitum congeſſi, & per totum
conſilium.

22 Ex præmiſſis ſequitur, quod † eximens ca
ptum indebite è manibus curiæ, non tenetur
nec ad intereſſe, quo ad partem, nec ad pœ-
nam, quo ad iudicem; nec incidit in pœnam
edicti, Ne quis eum qui in ius uocatus eſt vi
eximat,vt ff.eo.tit.in Rubr. Concluſio reſpe-
ctu partis probatur in l. 1. §. fina. cum lege
ſequen.ff.eo.qui tex. clari ſunt, nec indigent
inductione.eſtque communiter, & paſſim re
ceptum,ut dicit Marſil.ſing. 137.incip.in iu-
re.& in l.1.ff.de quæſt. num. 17. in fine. quo
ad ſecundam partem, reſpectu pœnæ a iudi-
23 ce infligēdæ, quia eius † poteſtas ex tali actu
eximendi videtur contempta; Bartol. in §.
quod prætor.l.3.ff.eod.dubitat, tamen incli-
nat, quod nec ad pœnam teneatur. Angel.
uero in l.1.in prin.eod.titulo,& in d.§.quod
prætor, Romanuſque cum eo diſtinguūt &
conſtituunt differentiam inter iudicem dele-
gatum & ordinarium, Vt ſi captura iniuſte
fiat per delegatum, puta, ſi mandet aliquem
capi non oſtenſis literis delegationis, cum
24 ei non credatur, † niſi oſtendat literas ſuæ
commiſſionis, quod hoc caſu poſſit captus
è manibus capientium ſine incurſu pœnæ exi
mi; Si autem fiat per ordinarium, cum de
eius iuriſdictione conſtet, captus non poteſt
eximi abſque eo, quod eximentes pœnam
incurrant, cum id de facto faciūt, niſi tamē,
ſecundum eos, talis captura eſſet notorie in-
iuſta,& allegat notata per Inn.in c.ſi quādo.
de offi.deleg. Tamen Iaſ.in d.§.quod prætor
col.2.nu.11.uerſ.ult.quærit Bart. indiſtincte
tenet, quod tales eximentes captum iniuſte
non poſſint moleſtari, nec mulctari, ex quo
non deliquerunt, per tex.in d.l.1.§.fina. uerſ.
non deliquit.& ibi Bar.& poſt Bart. Fulg. &
Alex.ibid.& idem Fulg.in §. prætor ait.l.4.ff.
eod.tit.& iſta eſt communis opinio.

Aduerte tamen, quod Iaſon (ſalua reue-
rentia tanti viri) non bene dicit, dum ait, exi-
mentem non incidere in pęnam ex eo, quia
25 non deliquit, † nam iſtud eſt contra gloſ. in
d.uer.non deliquit. quæ dicit, non deliquit
vt puniatur, deliquit tamē uterque. niſi dica-
mus Iaſonem dicere voluiſſe, ex eo quia non
deliquit, ideſt, non deliquit delicto punibili,
& ſic ſaluari poteſt.

Sed aduertendum, quod iſta concluſio
26 ſio non eſt ita tuta, nam † nemo ſibi ius di-
cere debet, & ne hic reſcribamus dicta Do-
ctorum, ideo in hoc quæſito remitto ad ip-
ſos Doctor. & præcipue ad Iaſ. in dicta l. 1. ff.
ne quis eum qui. ubi ponit in principio quin
que modos ex quibus cognoſcitur executio
iniuſta, & caſus ponit, quibus eximens ca-
ptum excuſetur, vt ibi per eum.

27 Et iſtud dictum eſt adeo uerum, quod † li-
cet alias eximens condemnatum ad mortē,
vel etiam conuictum ſeu confeſſum, nondū
tamen condemnatum de manibus familiæ
teneatur pœna mortis, l. cuiuſque. ff. ad leg.
Iul. Maieſt. & ibi Bar. & clarius in l. addictos.
C. de epiſcop. audien. & ibi Bal. qui idem di-
cit in eo, qui uadit ad carcerem, & liberat ca
ptiuos per uim. quem ſequitur Marſ. in ſing.
173. incip. notiſſimum.

Tamen iſta non procedere lim tantur, q̄n
talis cōdemnatus, uel ductus ad ſupplicium,
vel exiſtens in carceribus eſſet indebite con-
28 demnatus, uel carceratus: tunc † enim exi-
mens eū non tenetur aliqua pœna, pro quo
facit not. doctrina Innocen. in d. c. ſi quan-
do. de offi. deleg. quam pro ſingulari refert,
& ſequitur Bald. in d. l. addictos. col. 2. ubi di-
xit, quod ſi reus condemnatus appellat, vel
eius amici uel affines pro eo, & iudex nō ob
ſtante appellatione vult exequi ſententiam
ſuam capitalem, quod poterit ipſi iudici re-
ſiſti de facto, & id etiam in capto, & carcera
to indebite, qui ſi eximatur e manibus cu-
rię, uel excarceretur, nullo modo poterit exi
mens puniri.

Quod nedum in eximente, & excarceran
te uendicat ſibi locum, ſed etiam procedit
in caſu, quo iniuſte captus non poſſit aliter
29 euadere niſi occidat cuſtodem, nam † eo ca
ſu licitum eſt ſibi carcerarios occidere pro
exeūdo carceres, nec tenetur de homicidio,
ita not. dixit Paris de Puteo in tract. de ſind.
car. mihi. 25. col. 3. & car. 81. in 4. col. per tex.
in l. nihil. ff. de captiuis. & in l. capitaliū. §. ad
ſtatuas. ff. de pœnis. gl. in c. ius gentiū. 1. diſt.
& l. 1. ff. de ijs qui ante ſent. ſibi mort. cōſciu.
vbi habetur, quod cuique licet quomodoli-
bet redimere ſanguinem ſuum, & allegat ēt
gl. in clem. 2. in uer. uiolentam. de re iud. quę
dicit, quod licitum eſt iniuſte carcerato rum-
pere iuramentum, quod fecit de redeundo
ad carceres, & fallere cuſtodem, de quo la-
tius dicam inferius.

Et id nedum in laico procedit, ut ſcilicet
iniuſte captum poſſit abſque pœnæ incurſu
eximere e manibus capientium, ſed etiam in
30 clerico: † vt ſi videat aliquē indebite captū,
aut carceratum, uel condemnatum ad mor-
tem, poſſit & ipſe eū de facto eripere de ma-
nibus familiæ, ita not. dicit Alberi. de Roſate
in d. l. addictos. C. de epiſcop. audien. allegat
c. ij, qui 14. q. 6. & Archidiac. in cap. cum ho-
mo. 24. q. 5. & idem dicit gl. in c. non infer-
renda. 23. q. 3.

31 Dum ſupra nu. 29. in fine dixi, † quod in-
iuſte carcerato exeunti e carceribus pręſtito
iuramento de redeundo licitum eſt iuramen
tum violare & cuſtodem fallere, nota, quod
* gloſſa ibi citata ab omnibus communiter te
netur, & eam tenet Cardin. ibi in uer. noto-
rium. in 4. not. & in uer. cæterum. 2. not. An-
char. in reg. peccatum. & in reg. poſſeſſor. de
reg. iur. quæſt. 3. hanc quæſtionem diſcutit
ad partes; Ioan. And. in addi. Specul. in rubr.
de iureiur. col. mihi. 3. in uerſi. formatur autē
de illo. & tandē ex Tācredo diſtinguit, quod
refert an captus detineatur iniuſte, uel iuſte,
ut primo caſu non teneatur redire, ſecundo
ſic. Et incidēter nota unum pulchrum, quod
32 ibi dicit Ioan. And. quod eccleſia, † caſu quo
teneatur iudici dare delinquentem in eius gre
mio exiſtentem, debet prius facere, ut talis
ſit aſſecuratus de uita & membris, quod no-
ta perpetuo, & deberet ſeruari, licet non ſer-
uetur ob temporum cōditionem. Modo ad
rem redeundo, dico, quod (ultra iam cita-
tos) in eadem ſententia eſt Abbas in c. inter
alia. in fi. de immu. eccleſiar. Vbi ponit quæ
ſtionem de perſona a carceribus ſub iuramē
33 to dimiſſa † ad eccleſiam in die ſolemni pro
miſſa audienda, cum iuramento de redeun-
do, an teneatur redire, ubi relata præcitata
doctrina Io. And. nec non gloſſę in d. clem.
2. in d. uer. uiolentiam. quę dicit, quod per li-
teram illius tex. videtur, quod ſi captiuus ad

pœnam, vel periculum mortis relaxatur iuramento ſuo de redeundo ad carceres (certa die) ſi mors erat iniurioſa, redire non teneať alias teneť: dicit, declarando illam glo. quod qñ imminet periculum mortis, & iniuſte captus eſt, non tenetur redire: ſi autem non imminet periculum mortis, tenetur ſatisfacere iuramento, vel petenda eſt abſolutio, c. ſi uero. cum ibi not. de iureiuran. Si autem
34 † erat iuſte captus tenetur redire, & peccat fugiendo carcerem, & ad hoc allegat Bart. in l. relegati. ff. de pœnis. & dicit de eccleſia idem quod ſupra, ex Ioan. And. dictum eſt, & fuit opinio & diſtinctio Bartol. Brixien. in ſuis quæſt. dominical. quęſt. 37. incip. Carceratus quidam. vbi diſputata ſubtiliter quæſtione ad partes, ſoluendo dicit, quod ſi iniuſte detinebatur non tenetur redire, ſi uero iuſte ab eo qui habebat poteſtatem ipſum detinendi, redire debet: verumtamen eccleſia non debet eum reddere, nec debet extrahi per uiolentiam de eccleſiã, niſi prius fuerit ad uitam, & ad membra ſeruatus; & allegat d. c. inter alia. de immun. eccleſi. & ait idem
35 tenere Tácr. ex ea ratione, † quia eccleſia reos ſanguinis ad uitam reſeruat, 23. q. 5. reos. & capi. circumceliones. & cum prędictis tenet Alberi. in l. fideli. C. de his qui ad eccleſ. confug. Præpoſ. in c. ius gentium. nu. 10. diſtin. 1. Abb. in ca. ſicut. il 3. de iureiuran. & in c. ſi uero. num. 8. eod. tit. & in c. 1. de teſti. cogen. & ita deciſum extat Tholoſæ, ut per Aufrer. deciſ. 442. & ſequitur Curt. ſeni. in l. admonendi. col. 69. ff. de iureiur. & ample Hippol. in ſingul. 177. incip. Malitijs hominum. col. 1. circa med. fol. paruo. verſ. Et dixit not. Ioannes Andr. ubi ponit ſuprad. caſum, & multa cumulat in materia ocurrendi malitijs hominum.

Et iſta concluſio ueriſſima & receptiſſima eſt in capto iniuſte, ut etiam iuramento non obſtante non teneatur ad carceres redire, nec ob id quia non redit incurrit periuriũ, aut mendacium, ut in d. glo. per uiolentiam. & alijs præcitatis locis. Et ratio eſt, quia
36 † iurans non tenetur ſeruare iuramentum, ubi ex hoc ſine cauſa iuſta ſe opponit periculo mortis, ſed iniuſte captus ſe opponit periculo ſine iuſta cauſa, ergo non tenetur ſeruare iuramentum, ut dicit tex. in c. ſi non liceat.
* 23. q. 5. & eſt communis opinio Abb. & aliorum cum gloſ. in d. c. ſi verò. quam ſequitur Ripa in Tract. de Peſte. §. 2. col. 1. Et nedum hoc caſu iuramentum ſeruare non tenetur, ſed etiam fugere tenetur, & ni fugiat eſt ſui ipſius homicida, vt dicit S. Thom. 2. 2. q. 69. art. 4. ad 2.

Et ſicut iſta concluſio, in capto iniuſte uera eſt, ita & alia in iuſte capto uera erit, ut
37 † ſcilicet teneatur ad carceres redire ſi ex illis exeat cũ licentia iudicis uel cuſtodis, præſtito iuramento de redeundo, ut omnes præcit. Doct. dicunt in ſuprad. locis, quas cõcluſiones late proſequitur tam ex mẽte Legiſt. quam Canoniſt. & Theolog. Couar. lib. 1. uariar. reſol. c. 2. a num. 7. uſque in finem, vbi multa not. dicit, quæ ibi uideri poſſunt, iunctis his quæ ſcribit Iaſ. in l. conuentionum. ff.
38 de pact. ubi tractat, an & quãdo † promiſſio alicui facta ſeruãda ſit, vt ibi per eum, & alijs traditis per eundem Couaru. lib. 2. uariar. reſol. c. 20. ſub num. 13. uerſ. quod ſi quis exiſtens in carceribus.

39 Quando † autem captura ſeu carceratio iniuſta cognoſcatur, vltra poſita per Iaſ. in d. l. ff. ne quis eum qui. dignoſcitur tunc, quã do non ſeruatur ordo iuris, ſecundum Ioan. And. & Gemin. in c. dilecto. de ſent. excommun. in ſex. & Ang. in d. l. 1. & Aret. Inſtit. de action. §. quadrupli. in 3. car. ſequitur Marſi. in l. 1. ff. de quæſtion. in prin. num. 30.

Ad id quod ſupra tetigi de carcerato rũpente iuramentum præſtitum de redeundo ad carceres, circa materiam frangentis carcerem, vide Menoch. in ſuo opere de arbitrar. iudic. fol. 290. & 291. Rom. conſi. 241. lit. C, vbi concordantes habes ad ſaturitatẽ, communiter habentur, videatis.

40 Sequitur etiam ex præmiſſis, quod † captus extra territorium capientis debet dimitti, etiamſi a principio inſequutio eſſet in territorio, ſecundum Fely. in c. fin. col. 2. de foro
* comp. & eſt communis opinio, ſecundum Barbat. conſi. 26. uol. 1. & Aret. in d. c. fi. col. 2. Ad huius dicti propoſitum illa quæſtio ca
41 deret; An † in delictis ſit attendendum principium, uel finis, vt dici debeat, captum non debere dimitti ſi principium eſſet licitũ, aliàs autem dimittendum fore, nam ita diſcurrũt Barbat. in d. conſi. & alij ſupra citati, circa quam nõ inſiſto, ſed de ea alias ſuo loco magis proprio dicam. uideas tamen remiſſiue Marſil. in ſua pract. crimin. §. ulterius. in prin. ubi multos caſus congerit, in quibus principium

pium vel finis attendi debeat, vel non. poſt
Ang. in tract. maleſ. in uer. in platea. nu. 9.
iunc. addit. Arimin. ibi.

Quatenus autẽ ſpectat ad id vnde digreſſi
ſumus, Bal. & Florian. de ſancto Pet. in l. ſicu-
ti. §. Ariſto. ff. ſi ſeruit. uendic. ponunt iſtam
42 quæſtionem, videlicet † An ſi officialis vult
capere malefactorem, quem in ſuo territo-
rio perſequi cæpit, & malefactor fugiat in
alienum territorium, & officialis ſuam con-
tinuando capturam ipſum inſequatur, an id
ei liceat, & captura, quatenus ſequatur, ua-
leat, uel captus dimitti debeat? & arguunt ta
lem inſequutionem, & ſequutam capturã nõ
ualere, per d. §. Ariſto. ubi notat Pau. Caſtrẽ.
non licere immittere in alienum. & ibi gl. in
uer. facere licet, dicit, nota, in ſuo facit quod
vult, quilibet, non in alieno, & allegat con-
cor. vt in ea. & reiecta oppoſitione l. capite
quinto. ff. de adulter. dicentis, marito licere
adulterum è domo fugientem etiam extra
domum capere, ipſe Bal. firmat poſitam opi
43 nionem negatiuam, ea ratione, nam † quam
primum delinquens aufugiendo e territo-
rio commiſſi delicti, ſe contulit in alienum,
fit ſubditus domini illius territorij, & ſtatim
dominus loci delicti commiſſi amittit iuriſdi
ctionem, & priuatur poteſtate capiendi ip-
ſum, ut in caſibus poſitis in d. §. Ariſto. Ratio
rationis eſt, quia mutatio territorij inducit
mutationem poteſtatis, arg. l. ſi dominium.
ff. de fur. ubi habetur, quod ex noua contre-
ctatione acquiritur nouũ dominium, & no-
uo domino noua competit actio. idem pro-
batur in l. quid ſit fugitiuus. §. itẽ Celſus ſcri-
bit. ff. de ædilit. edic. ubi tex. dicit. item Celſus
ſcribit, placere eum quoque fugitiuum eſſe,
qui eo ſe conferat unde eum dominus recu-
perare non poſſet, & ibi gloſ. exemplificat,
& declarat, utputa ſi ſeruus in alienam fugiſ-
ſet ditionem: nam eum inde ſuus dominus
recuperare non poſſet, & iſtam Bal. opinio-
nem ſequitur Ang. Aretin. in tract. maleſ. ſu-
per uer. Quod fama publica, num. 62. uerſ. 6.
quærit an ſi officialis. ubi infert, quod qua-
44 tenus † inſequans caperet malefactorem in
alieno territorio, iudex in cuius territorio ca
ptus eſt poteſt repetere talem captum, & al-
legare quod capi non potuerit, per d. §. item
Celſus. & quod repeti poſſit, eſt tex. in c. ex
parte. de verb. ſignif. il 1. ubi liquet, quod ca-
pitulum Carnotenſe excommunicauit quan
dam Comitiſſam, quia eius officiales nole-
bant reſtituere quendam latronem ab eis ca
ptum in territorio dicti capituli, & ita dicit
Bart. in l. ſi cui. ff. de accuſat.

Immo plus, iſta concluſio adeo militat,
45 quod etiam, † ſi captus non repeteretur ab
eo in cuius territorio captus eſt, non tamen
poſſet capiens de eo facere executionem,
ſed debet captum ſuæ priſtinæ libertati reſti
tuere, cum captura ſit nulla. Et licet Auguſt.
de Arim. in addit. ad Ang. ſuper dicto verbo
ſexto quęritur, improbet iſtam deciſionem,
& ipſam falſam dicat, allegando Oldr. Ioan.
And. Angel. & alios, ut ibi, quos etiam citat
Marſil. in pract. crimin. in d. §. Vlterius. nu. 5.
uerſi. fateor tamẽ ꝙ hæc regula. Tamen iſta
concluſio eſt uera, vt dicit Apoſti. ad Arimi.
ubi ſupra. in uer. falſa. ubi dicit, quod allega-
ta per Arimin. contra Angel. procedunt vbi
eſt eadem ratio, & congruitas terminorum.
46 † ſed ubi eſt diuerſa ratio, & qualitas termino
rum, quicquid eſt licitum in termino à quo
non eſt licitum in termino continuato. ita
Bal. in l. ſi quis nõ dicam rapere. C. de epiſc.
& cler. vnde ex diuerſis non infertur. vult di
cere Apoſtillator, quod ĩ hac materia eſt di-
47 ſtinguendum; Aut territoria † inſequutionis
inchoatæ, & capturæ factæ ſunt ſub diuerſis
dominis diuiſas habentib. iuriſdictiones, aut
ſub eodẽ domino, licet ſub diuerſis iudicib.
dummodo eũdem dominum recognoſcãt,
& quod primo caſu non eſt licita captura,
etiam quod initium inſequutionis eſſet lici-
tum, ratione diſtinctionis terminorum, & iu
riſdictionis, & ita loquitur Ang. & concluſio
propoſita, ſecundo caſu militant contraria,
& ſic procedit dicta l. capite quinto. ubi licet
48 † marito capere adulterum etiam extra do-
mum, quia inſequutio, & captura erant in eo
dem loco ſub eodem domino, & ſic durabat
poteſtas retinendi. pro quo facit. ff. de adul-
ter. l. quod ait lex. §. quod ait lex. & id quod
tenet Salyc. in l. 2. C. de exhib. reis. Vnde di-
xit not. Bal. in d. l. ſi quis non dicam rapere.
49 quod ubicunque eſſet licitum † ex forma ſta
tuti offendere aliquem deprehenſum in ali-
quo crimine & in domo, ſi ille depræhenſus
fugiat de domo, poterit per totum territo-
rium ſtatuentium impune offendi: ſed ſi de-
præhendens ſequatur depræhenſum in alie-
num territorium, non poterit illum offende-
re. ratio, nam ſtatutum non potuiſſet hoc
permit-

permittere, nec eſt uериſimile ita permiſiſſe, & ita loquitur l. quid ſit fugitiuus. ſupra allegata.ex pręmiſſa ratione diuerſitatis terminorum, territorij, & iuriſdictionis, quod & Ioan.And.uoluit in addit.ad Specul. in ti.de accuſat.§.fi.in tertia parte.

Pro qua communi opinione concluſiue facit quod uoluit Bal.in conſi.72.incip. qui-
50 dam ſubditus. ubi conſuluit † pro quodam ſubdito Ducis Sabaudiæ, qui aliū ſubditum dicti Ducis interfecerat, & aufugerat in dominium Comitis Virtutū, & ibi captus fuerat per ſubditos Ducis Sabaudiæ, ipſum inſequentes, & in dominium ubi delictum commiſerat reductus, & conſuluit, quod deberet relaxari, quod & alibi ſæpe idem Bal. conſuluit, ut in conſ.318.incip. iſta captura peccat. per tot.conſ.uoln.4. & idem conſuluit Barb. conſi.26.uol.1.de quo ſupra. & hæc de iure.
51 De conſuetudine autem, † vel ex Principum conuentione aliud eſſe ſolet. nam ijs caſibus ſolet concedi captura etiam in alieno territorio, & præſertim ubi banniti uel ſtratores viarum itinera viatoribus non tuta ſinunt, vt fere communiter euenit ſtatui eccleſiaſtico cum regno Neapolitano, & adiacentibus locis, nam inter hos Principes hincinde datur facultas perſequendi, & capiendi bannitos, & delinquentes etiam iam reductos in alienum territorium. Eſt uerum quod limitatur terminus, puta per viginti, vel triginta milliaria, ut & nuper euenit inter ſummum Pontificem, & Proregem Aprutij in anno 1567. in perſequutione bannitorum delinquētiū, & foriudicatorum hincinde, & inter alios Principes huiuſmodi conuentiones fiunt.

QVAESTIO XXXI.

Caſuum fortuitorum in contractibus locationum apponi ſolitorum materia diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Expreſſio vel ſpecificatio vnius caſus fortuiti, an faciat extendi uerba generalia, quibuſcunque, ad alios caſus fortuitos non ſpecificatos.* 2
3 *Renuntiatio caſuum fortuitorum, aliquibus expreſſis, ſequuta generali clauſula, valet.*
4 *Conductor gabellæ ſi ſuſcipiat in ſe periculum incurſionis hoſtium, & omne aliud periculum, quod ſub ijs verbis, & omne &c. comprehendatur caſus peſtis, & cuiuſlibet aduerſitatis.*
5 *Pactum, caſu uno expreſſo, & generalis ſubiecta clauſula, valet, & extenditur ad omnes caſus in conuentione nō expreſſos. & 9.*
6 *Caſus fortuiti maiores expreſſo non comprehenduntur ſub clauſula generali.*
7 *Clauſula, quidam alij, & res aliæ, multitudo effrenata non includitur, nec perſonæ nec res maiores expreſſis.*
8 *Clauſula generalis non comprehendit caſum inſolitum nō conſuetum euenire, & maiorem.*
10 *Similia quæ dicantur, iudicis arbitrio declaratur.*
11 *Suſcipiens in ſe periculum etiam omnium caſuum fortuitorum obligatur, licet caſus omnino extraneus, & inſolitus occurrat. & 12.*
13 *Commodatarius equi, an teneatur de equo occiſo ex ruina domus.*
14 *Tranſactio ſi dicatur, quod trahatur etiam ad incogitata, omnia etiam non præuiſa includuntur.*
15 *Caſus fortuitus qualis ſit. & 22*
16 *Caſus inſolitus quis ſit. & 17.*
18 *Caſus inauditus quis dicatur.*
19 *Caſus rariſſimus quis cenſeatur.*
20 *Tempus quadraginta annorum dicitur tempus longiſſimum.*
21 *Conductor ſi in contractu ſpecialiter, & expreſſe ſuſcepit in ſe periculum caſuum fortuitorum, an peſte adueniente teneatur ad penſionem pro tempore quo durauit.*
23 *Obligatio impoſſibilium non adſtringit obligatum.*
24 *Caſus fortuiti eueniunt contingenter, & non neceſſario.*
25 *Obligatio dependens a libera uoluntate obligantis ſe, eſt poſſibilis.*
26 *Peſtis eſt de ijs, quæ natura & iudicio humano tolli poſſe impoſſibile eſt.*
27 *Culpa quando ſit conſiderabilis.*
28 *Peſtis eſt bellum Dei, cui humanæ uires nequeunt reſiſtere.*
29 *Conditio impoſſibilis adiecta contractui vitiat ipſum.*
30 *Contractus ab initio ſunt uoluntarij.*
31 *Voluntas dat legem contractui.*
32 *Conductor ſi generaliter in ſe ſuſcipiat periculum caſuum quorumlibet aduerſorum, aliquo non expreſſo, an peſte adueniente penſionem ſoluere teneatur.*
33 *Periculi appellatione de ſignificatione vocabuli includitur caſus fortuitus.*
34 *Conductor, qui ſuſcepit in ſe omne periculum, quod non uideatur cenſeri ſuſcepiſſe periculum caſus fortuiti.*
35 *Culpa non conſideratur in caſu fortuito.*
36 *Suſcipiens in ſe periculum in genere, an teneatur etiam de caſu fortuito in caſibus in quibus teneretur de culpa leuiſſima.*
37 *Pacta debent operari.*
38 *Obligare ex pacto, quis poteſt ſe ad caſum fortuitum.*
39 *Promiſſio facta de alium non inquietando, ſub pœna, quomodo intelligatur.*
40 *Renuntians generaliter omnibus exceptionibus non intelligitur renuntiare exceptioni quæ prouenit ex facto aduerſarij.*
41 *Damnum, quod conductor patitur culpa locatoris ſibi ab ipſo reſarciri debet.*
42 *Conductori quo caſu a locatore ſit facienda remiſſio.*

Iniuriato

43 *Iniuriato ab aliquo occaſione alterius datur actio iniuriarum contra eum cuius cauſa fuit iniuriatus.*
44 *Obſes qui remanſit pro aliquo, poteſt repetere quicquid ſoluit pro illo.*
45 *Damnum paſſus pro repræſalijs communis, illud repetit ab ipſo communi.*
46 *Venditor gabellæ quid tacite promittere cenſeatur.*
47 *Gabellæ dominus tenetur remittere gabellario penſionem pro tempore impedito.*
48 *Suſcipiens in ſe omne periculum caſus fortuiti, an caſu eueniente teneatur, ſi locator, ſeu venditor poſſet caſum amouere, & nollet.*
49 *Periculum eueniens culpa aduerſarij, quod non includatur in ſusceptione periculi, quomodo intelligatur.*
50 *Conductor, qui ſuſcepit in ſe caſum aduerſamque fortunam, non tenetur ſi occurrat caſus inſolitus, contrarium uide nu. 60*
51 *Dictum generale ad extraordinaria non refertur.*
52 *Suſcipiens in ſe periculum futuræ iniuriæ, non intelligitur niſi de cogitabili ſuſcipere.*
53 *Obligatus ex pacto ad caſus fortuitos non tenetur de non ueriſimili & inſolito.*
54 *Statutum puniens proponentem imponi collectam, non includit caſum guerræ uel famis.*
55 *Datiarijs quo caſu ſit facienda remiſſio.*
56 *Statutum Paduæ, quod villa teneatur ad damnum datum ex incendio, non habet locum ſi fulgur de cælo cadat, cuius ictu ſequatur incendium.*
57 *Conductor molendini, qui in ſe omnem caſum ſuſcepit, non tenetur ſi flumen mutauit alueum.*
58 *Conductori in re conducta qua frui non poteſt, facienda eſt remiſſio.*
59 *Emens frumentum ad credentiam pretio quo ualuerit de menſe Maij, non tenetur ad ſummam immoderatam, ſi eueniat cariſtia inſolita.*
61 *Caſus fortuitus poteſt dici inſolitus, & non præuiſus dupliciter.*
62 *Pactum quo quis ſuſcipit in ſe caſus fortuitos non extenditur ad caſus inſolitos in ſuperlatiuo gradu.*
63 *Laudo iurans non contrauenire ratione alicuius læſionis, non præſumitur cogitaſſe de læſione enormiſſima.*
64 *Contrahentium mens quomodo cognoſcatur.*
65 *Arbitrio iudicis committitur utrum ſit ueriſimile id quod ex præcepto legis faciendum eſt ſecundum ueriſimilitudinem.*
66 *Conductor qui ſuſcepit in ſe caſum aduerſamque fortunam, non tenetur de inſolito.*
67 *Mandatis alicuius ſtare iurans non ob id tenetur ad mandatum graue, & inſolitum.*

QVAERO trigeſimo primo. Titius conduxit fundum Meuij, & Gabellam cõmunitatis, in quod conductione dictum eſt, quod non obſtante hoſtium incurſione, & alijs quibuſcunque teneatur penſio-
1 nem ſoluere, quæritur modò, An † expreſſio uel ſpecificatio unius huiuſmodi caſus fortuiti faciat extendi uerba generalia, quibuſcunque, ad alios caſus fortuitos non ſpecificatos? Et Alex. conſ. 3. incip. Viſo inſtrumento. col. 2. poſt med. uerſi. fortificantur prædicta, uol. 1. dicit communiter teneri affirmati- *
uam, quod ſcilicet uno caſu fortuito ſpecifi-
2 cato, verba † generalia inſtrumento appoſita extendantur ad alios caſus fortuitos non ſpecificatos, per not. glo. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitũ. ſuper uer. ſpecialiter. ff. ſi quis caut. per tex. ibi, qui poſita quæſtione, An ualeat renuntiatio caſuum fortuitorum, & concluſo, quod non, iuncto ſummario Alexan. ibi reſoluit, ita demum renuntiationem ualere, ſi aliqui caſus ſpecialiter expreſſi ſint. & iſta fuit opinio Ioannis, quam Bulgarus poſt eũ tenuit, dicens, quod ſi quædam ſpecificãtur, ſufficit generalem ſubijci clauſulam, per tex. in Auctẽ. ut ſine prohib. debit. & credito. §. præterea igitur. collat. 7. & ſequitur glo. ſu per d. uer. ſpecialiter. uerſic. Bulgarus autem. Et hoc eſt ratione impoſſibilitatis exprimẽdi omnes caſus fortuitos, ut dicit glo. ſeq. ſuper uer. expreſſe ſint. Faciunt ad hoc, no. per Doctor. in l. 1. ff. commod. & in c. 1. de commod. ubi magis communiter concluditur, quod ſufficit aliquem caſum fortuitum ſpecificare, quia tunc verba generalia operantur quo ad alios caſus non ſpecificatos. arg. c. qui ad agendum. de procurat. in ſex. §. ſed ſi aliquis. & ibi glo. in uer. Admittetur. dicit, nota pro illa opinione Bulgari, & aliorum
3 Doctorum legum, quod paciſcẽs, † quod caſum fortuitum nõ opponet, ſi aliquos caſus expreſſit, ſequuta generali clauſula tenet renuntiatio. & allegat glo. in d. §. quæſitum, & not. in cap. bonafides. depoſ. & ibi glo. ſuper uer. de culpa. circa med. uerſi. Caſus tamen fortuitus, de quo Alex. late in l. ſi extraneus. in princ. ff. de condic. ob cauſ. in l. ſi cum dotem. in prin. ff. ſol. matrim. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. ubi late tractatur materia extenſionis unius caſus ad alium. & per Iaſ. late in d. §. quæſitum. col. ſexta. num. 30. & ſeq. Et apud Canon. in cap. propter ſterilitatem. de loca. & conduc. ubi eſt proprius locus huius materiæ, quæ ibi videri poteſt apud Abb. & alios.

Et iſtius concluſionis ſeu quæſtionis cognitio facit in practica pro occurrentib. quæſtionibus: ſi enim (vt & ſupra in principio dictum eſt) conductor gabellæ ſuſcipiat † in ſe 4
periculum incurſionis hoſtiũ, & omne aliud periculum

periculum , quod tunc ſub illis verbis gene-
ralibus(& omne aliud periculum) compræ-
hendatur caſus peſtis,& cuiuslibet aduerſita
tis,quod expreſſe tenuit Dyn.in regula l. con
tractus.de regul.iur.in ſex.num.14. ubi dicit,
5 quod ſi quidam † caſus ſpecialiter exprimũ-
tur,& generalis ſubijcitur clauſula, valet pa-
ctum , & extenditur ad omnes caſus in con-
uentione non expeſſos.ſequuntur Bal. & Sa
ly.in l.1.C.commod.Ant.de Butrio,Imo.&
cõmuniter Canoniſtæ in c.1.ex.eo.tit.& iſtã
eſſe communẽ opinionem teſtatur Ripa in
tracta. de peſte.de priuil.contract. cau. peſt.
num.77.

Hoc autem,ſecundum Bart.in d.§. quæſi-
tum, intelligitur verum quantum ad caſus ſi-
miles caſui expreſſo , non autem quo ad ca-
6 ſus maiores, nam † caſus fortuiti maiores ex
preſſo non compræhenduntur ſub illa clau-
ſula generali,per tex.in ſimili,in ca. ſedes.de
7 reſcri.ubi habetur, quod per generalẽ † clau
ſulam(quidam alij, & res aliæ) multitudo ef-
frenata non includitur,nec perſonæ,nec res
maiores expreſſis,ſed pares,uel minores. ſe-
quuntur alij,per tex. in l. fina.§.cui dulcia.ff.
de uino trit.& ol. leg. & in clemen. non po-
teſt.de procurat.& per ea quæ tradit Bart.in
l.quæſitum.§.pen. ff. de fun. inſtruc. & Fely.
in d.c.ſedes.num.9. uerſi. clauſula generalis.
& idem tenuit Alexand. in conſi. 28. incip.
Viſis & accurate ponderatis. colum.3.nu.9.
uerſi.capio ſecundum dubium.uol.1.ubi po-
nit caſum in fortioribus terminis , ſcilicet,
8 Conductor † voluit periculum certorum ca
ſuum fortuitorum,quos ſpecificat, ad ſe per
tinere, & demum ſubiecit clauſulam genera
lem , quod uolebat teneri de omnibus alijs
caſibus qui imaginari poſſent.ex qua clauſu-
la generali conductor videretur obligatus
cum effectu ad omne periculum alterius cu-
iuſuis caſus fortuiti,tamen in ſequen.col.nu.
10.uerſ. ſed ijs non obſtantibus. concludit
ſub hac clauſula general non compræhen-
di caſum inſolitum non conſuetum euenire,
& maiorem. cum Barto. in d. §. quæſitum.ſi
quis caution.per l.fiſtulas. §. fina. de contra-
hen.empt.idem uoluit Bart.in l. Seio. §. me-
dico,per illum text. ff. de annu. legat. & hoc
etiam uoluit Bal.in l.falſus.in pen.colu.C.de
furt.ubi dicit, quod ſuſcipiẽs in ſe caſum for
tuitum , non videtur ſuſcipere caſum extra-
ordinarium,per d.l.fiſtulas.idem tenuit Ant.
de But.in c.1.de commod.Alex. conſi.168.
col.pe.uol.3.Bal.conſ.119.lib.1.Corn.conſ.
23.col.fi.uol.2.& conſi.12.col.2.uol.4.Affl.
decis.150.num.22.Ang.conſ.179.Iaſ.conſ.
107.inci.Attingam. nu.1.& 9.par.1.de quo
tamen inferius dicam.

Propoſita quæſtio multipliciter declara.
tur & exemplificatur à Felyno in d. c. ſedes.
de reſcr.quem videre poteris ad longum,&
ſimiliter iſta opinio cõmunis intelligitur eſ-
9 ſe uera † & procedere in fauorabilibus,ſecus
autem in odioſis, & in odioſis militat reſtri-
ctio.Bart.vt not.in d.clemen. non poteſt. de
procurat.& per Innocen.in d.c.ſedes. de re-
ſcrip.refert & ſequitur Angel.Clauaſ.in ſum
ma.in uer.caſus fortuitus.nu.4.uerſ. ſed quid
ſi aliqui caſus fuerunt enumerati. iunc. addi.
ibi.in uer.expreſſis.

Pro cognitione autem caſuum , quis ſcili-
cet dicat caſus ſimilis caſui expreſſo , & quis
dicatur maior, uariæ fuerunt Doctorum ſen
tentiæ;Alexandro enim in d.cõſ.28.placuit
eum caſum dici maiorem,qui rarius contin-
git;Corneus uero conſ.128.col.2.li.2. tenet
quod caſus maior dicatur , qui perículoſior
reputatur.Ripa autem in d.tract.de peſte,lo-
co ſupràcitato,num.78.& ſequen. opinatur
iſtud eſſe relinquendum arbitrio iudicis , ex
10 ea ratione,nam † quæ ſimilia dicantur,iudi-
cis arbitrio declaratur , ſecundum Inocen.
Hoſtien.& Panorm.in c.cauſam.il 2.de iudi.
Felyn.in cap.tranſlato,de conſtitut.& Cyn.
in l.non poteſt,de legibus.& hæc uerior , &
in praxi recepta.

Quid autem , ſi quis ſuſcipiat in ſe pericu-
lum etiam omnium caſuum fortuitorum,an
obligetur,licet caſus omnino extraneus , &
11 inſolitus occurrat ? † & communis opinio
Doctor.in l.ſed & ſi quis, in §. quæſitum.ff.ſi
quis caut.eſt quod ſic,contra Bart.ibi, ſecun
dum Deci.conſ.7.col.fi.uol.1.uerſi.quarto il
la opinio.ubi adducit ita contra Bart.tenere
Bald.Angel.Paul.de Caſtro,Roman. & Ale-
xan.in d.§.quæſitum.Saly.in l.licet.in ultima
quæſt.C.locati.Innocen.in capit.1. de com-
mod.Alexand.alibi in l.precia rerum.ad fin.
ad l.Falc.& in conſi. 100.inci. Alias de facto
conſultus,in fine, uolu.3.Corn. in conſi. 24.
libro ſecundo , contrarium tenuit , dicens,
12 quod † ſi occurrat caſus,de quo nullus quã
uis prudentiſſimus cogitaſſet , conductor nõ
tenetur,non obſtantibus uerbis pacto gene-

raliter

raliter appoſitis,& etiam quod promittens
ſuſceperit in ſe omnem caſum prohibitum,
alias fortuitum,tam prȩuiſum & cogitatum,
quam non prȩuiſum & nō cogitatum, nam
illa uerba ſunt intelligenda de caſu non præ
uiſo & non cogitato à uiro prudenti, non
autem de caſu non præuiſo etiam a pruden-
13 tiſſimo. Cauſa exempli, Domus † minás rui-
nam demum corruit, & interfecit equū do-
mino domus commodatum, commodata-
rius agit,alius dicit non teneri, excipiendo
de caſu fortuito, uideretur exceptione excu
ſari,tamen quia diligētiſſimus reparaſſet do-
mum, vel ibi non habitaſſet, dicendum eſt
exceptione non iuuari:hìc enim non dicitur
caſus fortuitus,ſecus ſi domus non minaba-
tur ruinam, ſed impetu tempeſtatis ualidæ
corruit, nam eo caſu ſibi non eſt imputan-
dum.& hoc eſt ſingulare dictum Panorm. in
c.1.de commo.colu.4.num. 15.uerſi. Pone
exemplum.

Ripa in tract.de peſte,Rubr.de priuil.con
tract.cauſa peſt.nu.108.& ſequen.poſita cō
traria ſententia Bart.in l.ſi de certa.C.de trā
ſact.& in l.cum Aquiliana. ff. eod. dicentis,
quod ſi dicatur in ſpecie, † quod tranſactio
14 trahatur etiam ad incogitata,tunc omnia ēt
non præuiſa includuntur,concordando di-
cit, quod deciſio Bar.in d.l.cum Aquiliana.
recte intellecta probat diſtinctionem Cor-
nei:nā inquantum Bart.ibi vult,quod com-
promiſſum uel tranſactio cū clauſula, quod
etiā ad incogitata trahatur compræhendat
etiam ea de quibus nō erat lis, talis deciſio
ſane debet intelligi,uidelicet de ijs de quibus
non erat lis de præſenti,poterat tamen pro-
babiliter moueri. non autem trahi debet ad
ea de quibus lis eſſe non poterat probabili-
ter,i deſt ad ea quæ liquida erant, & deciſa,
Ratio, quia de illis etiam prudentiſſimus in
genere non cogitaſſet, & hoc eſt quod ante
Rip.ſcribit Iaſ.in l.1.ff. de tranſact. ubi col.2.
num.5.uerſi.ſecundo & fortius.relata ſentē-
tia Bar.dicentis, in compromiſſo uenire ne-
dum incogitata, ſed etiam ea de quibus non
eſt lis,quando ſpecialis mentio fit,dicit,con
ſidera tamen illa verba Bart. an intellexerit,
de quibus non eſt lis, puta quia eſſent liqui-
da, uel quia de præſenti ſuper eis non litiga-
tur,& ſic circa intellectum doctrinȩ Bar. Iaſ.
& Ripa concurrunt.

Sed quia iſta materia paſſim occurrit, &
quotidiana eſt, ob id multa conſideranda
ſunt,& multi caſus ponedi, ex quibus clare
liquebit,quando,& qualis caſus veniat con-
ſiderandus in materia reſtauri. Primo igitur
conſiderandum eſt, quid ſit caſus fortuitus;
Quis dicatur caſus inſolitus, inauditus, & ra-
15 riſſimus.& breuitati conſulendo dicas, † ca-
ſum fortuitum eſſe inopinatæ rei euentum,
qui præuideri non poteſt,ut mors ſeruorum
ſine culpa, hoſtium ſeu pyratarum incurſus,
naufragium,incendium,fuga ſeruorum, qui
cuſtodiri non ſolent, & huiuſmodi de quib.
per tex.in l.in rebus commodatis.ff. cōmod.
in prin.per gloſ.& Panorm.in cap.1.ext. de
commod.quas auctoritates ſequuntur Sum
ma Angel.in lit. C, in uer.caſus fortuitus, in
prin.Silues.in ſumma.in eo.uer.in prin.Sum
ma Armil.in eod.in prin. Bart.Iaſ.Rip.Abb.
in præcitatis locis, & omnes Doct. paſſim.
16 Caſus † autem inſolitus ſecundum Bar. in l.
Sæio.§.medico. ff. de annu.legat. dicitur qui
non ſolet ſemel euenire in mille annis, non
quod inſolitus dicatur, qui tantum eueniat
in mille annis,uel etiam non eueniat, ſed idē
eſt.quaſi dicat Bart.caſum dici inſolitum,qui
communiter non ſolet cōtingere, & ita Bar.
cum miſterio loquutum eſſe dicit Deci. in d.
conſi.7.col.pen.num.6.uerſ. nam dicit Bart.
& Alex.in conſ.107.incip. perſpectis uerbis
inſtrumenti.col.fin.num.19.uerſ. & licet qui
dam dicant.uol.3.dicit Bar.loqui exemplifi-
catiue.& propterea illud exemplum non re-
ſtringere regulam.l.damni infecti.§.fin.ff.de
dam.inf.& cum Bart.ſentiunt, Iaſ.conſ.107.
num.9.Goz.conſ.27.nu.9.& 24. Alba conſ.
1.nu.8.Fran.Bec.conſi.82.nu.13.Corn.au-
tem in conſi.12. inci. licet diffuſe.col. 1.uol.
17 4.Caſum † inſolitum dicit eſſe eum, qui oc-
currit præter omnem ueriſimilitudinem, &
cogitationem prudētis uiri,licet forte a pru-
dentiſſimo,& diligētiſſimo prȩuideri,& ima
ginari potuiſſet, ut in caſu quem ponit ipſe
Corn.quod ſcilicet Florentini occiderint le-
gatum Cardinalem, vel quod Turca veni-
ret Romam. cuius conſilij mentionem feci
etiam ſupra in principio quæſtionis huius.
& ad cognitionem, quomodo uarie dicatur
caſus inſolitus,vide Bec.ubi ſup.
18 Caſus autem † inauditus dicitur ille, qui
vel nunquam occurrit, uel ſi aliquando oc-
currit,ita occurrit,ut nunquam aliàs occurre
rit ī eo loco in quo auditur occurriſſe, & ob
id

id inauditus uocatur, ut dicit Ripa in d. tract. de peſte. Rubr. de priui. contract. cauſa peſtis num. 101. uerſ. Breuiter in hoc puncto, ubi exempla, & alia omnia ad materiam facientia diligens Lector reperiet, quæ hic nō congero; cum ipſius Ripæ opera præ manibus
19 omnium ſint. Caſus autem † rariſſimus dicitur, qui rariſſime euenire ſolet, puta, ſi in centum annis tantum ſemel eueniat, ex mente Cornei conſ. 23. incip. Videtur. col. pen. li. 2. uel ſaltem qui ab annis quadraginta nō euenit, cum & iſtud tempus ita rariſſimum ſit, ut quod in illo accidit rariſſime accidere dicatur, ut dicit Socin. conſ. 124. lib. quarto, cum
20 † tempus quadraginta annorum dicatur tēpus longiſſimum, ut not. in Rubr. C. de præſcr. lon. tempo. & alibi in quamplurimis locis, quorum caſuum conſideratio ſoluit omnes quæſtiones occurrentes in contractibus apponi ſolitis vel nō ſolitis, ubi tractatur de ipſorum contractuum interpretatione, vel de extenſione de uno caſu ad alium. Vnde ſi
21 conductor † in contractu ſpecialiter, & expreſſe ſuſcepit in ſe periculum caſuum fortuitorum, an peſte adueniente teneatur ad penſionem, & affictus ſolutionem pro eo tempore quo peſtilentia durauit. Et cum peſtis connumeretur inter caſus fortuitos, vt inquiunt Bal. & Salyc. in l. quę fortuitus. C. de pignorat. actio. ex ea ratione, quia illi humana mens non poteſt obuiare. l. 1. §. ſi eo tempore. ff. de adminiſt. rer. ad ciuit. pertin. ibi, quia fortuitos caſus nullum hominum conſilium præuidere poteſt, ut & Nauar. dicit in ſuo Manuali confeſ. ſub præcepto, de non furando. ca. 17. ubi tractat de depoſitis. ubi caſum
22 † fortuitum illum dicit, qui ſine malitia, vel culpa alterius accidit, cui nec etiam diligentiſſimi prouidere poſſunt, exemplificādo in bellis repentinis, latronum incurſionib. terræmotibus, pluuij, grandine, fulgurib. & ſimilibus. Videretur ex præmiſſis conductorē non teneri, quia præcitatus text. in d. §. ſi eo tempore, dicit. procurator hoc nomine nihil præſtare debet. ratio eſt, nam ſi tempus peſtis caderet ſub ſuſceptione caſuum fortuitorum, conductor diceretur ad impoſſibi-
23 le ſe obligaſſe, quæ † impoſſibilium obligatio non adſtringit obligatū. l. impoſſibilium. ff. de regul. iur. ubi late Deci. & Cagnol. habetur alibi in reg. nemo poteſt. de regu. iur. in 6. Bart. & Imo. late. l. 1. de cond. inſtit. Aret. in §. impoſſibilis. Inſtit. de hær. inſt. gl. & Doct. in d. reg. nemo poteſt. Rip. de priuil. cōtract. cau. peſt. col. 8. uerſ. quæro primo. ubi tamen ipſe contrarium aſſerit. & pro hoc dicit eſſe caſum deciſum, per tex. quem ſimpliciter allegat in l. ſi quis fundum. in prin. ff. locati. vbi dicit Iulianus. Si quis fundum locauerit ea lege, ut etiam ſi quid maius accidiſſet, hoc ei præſtaretur, puto ſtandum eſſe; & ibi. gloſ. in uer. ei præſtaretur. dicit, valere pactum quo quis recipit in ſe fortuitum caſum, ut C. de negot. geſt. l. negotium. ff. de pact. l. iuriſgentium. §. ſi quis. alias, item ſi quis. & clarus tex. ff. locati. l. item quæritur. §. ſi gemma. ubi dicit Vlpian. locati actionem dari, ſi imperitia facientis, gemma ad inſculpendum data fracta ſit: ſed ſi uitio materiæ, puta, quia non bona erat, ſit fracta, non dari talem actionem. tamen, dicit ipſe, huic ſententiæ addendum eſt, niſi periculum quoque in ſe artifex receperit: tunc enim (etſi uitio materiæ id uenerit,) erit ex locato actio. Et ſic ex illo tex. patet, quod qui recepit gemmam; ſciebat ipſam periculoſam, quia cognoſcebat materiam: nihilominus quia periculum a ſe cognitum in ſe ſuſcepit, tenetur de caſu eueniēte: ſic etiam licet iſte conductor ſciret quid eſſet peſtis, quanta mala, & impedimenta afferat, tamē cum in ſe eam ſpecifice ſuſcipiat ad ſuum periculum, tenetur ad penſionem. non obſtante, quod ab exigendo fuerit ipſa ingruente impeditus.

Et ad argumentum Ripa dupliciter reſpōdet. Primo, quod regula. l. impoſſibiliū, procedit in obligatione merè impoſſibili, caſus
24 † autem fortuiti eueniunt cōtingenter, & nō neceſſario, ideo ſequitur quod aduerſus hos caſus poſſibilis eſt prouiſio, licet propter defectū noſtræ cognitionis neſciamus occurrere, unde magis hic uerſatur difficultas, quā impoſsibilitas, ſecundum Salyc. in l. 1. in fine. C. commod. Secundo modo reſpondet argumentum continere fallaciam, nam nō ualet argumentum, mens humana non poteſt præuidere caſus fortuitos, ergo homo non poteſt ſe obligare ad non allegandum
25 caſum fortuitum in ſui fauorem: nam † cum iſta obligatio dependeat a libera uoluntate obligātis ſe, ab initio, eſt poſſibilis. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut.

Sed aduerte, quod ſolutiones Ripæ non tollunt obiectum, & contraria opinio fortè

uerior

verior videtur, attenta diſtinctione impoſſi-
bilium poſita per gloſſam in l.nemo poteſt.
de regu.iur.in 6.ſuper uer.nemo poteſt.quæ
26 in fonte uideri poteſt.Peſtis † enim eſt de ijs
quę natura,& iudicio humano tolli poſſe im
poſſibile eſt,& ideo non cadit obligatio . Et
tex.per Rip. allegatus non cadit in huiuſmo
di caſibus impoſſibilibus natura,ſed in caſib.
in quibus facilè poteſt cadere prouiſio ho-
minis,nimirum ſi promittens tenetur , cum
27 in illis † culpa ſit conſiderabilis , quæ in pe-
ſte non poteſt conſiderari , vt clare liquet in
omnibus exemplis poſitis in l.ſi quis fundũ,
allegata a Ripa.ubi conductor tantum tene-
tur ſi ſua culpa caſus eueniat,puta ſi igne res
conducta ſua culpa combuſta ſit : ſi capræ à
latronibus,citra culpam, uel cum culpa con-
ductoris,abactæ ſint,& cætera,ut ibi. Idem
patet in glo.d.§.ſi gemma.ſuper uer. niſi pe-
riculum.ubi dicit glo.niſi periculum,ideſt ca
ſum fortuitum.ſic,inquit glo.exponitur ſup.
eod.l.ſi quis domum.§.ſi colonus.proprie ta
men dicetur periculum quando culpa con-
tinget,vt eo.tit.l. opus. Vel dic, hic periculũ
proprie dici , ſi qualisqualis culpa interue-
niat,ut eo.tit.l.hæc diſtinctio, primo reſpon
ſo.& in l.opus.uerſi. quod uerò. Sed in caſu
peſtis non poteſt ulla homini tribui culpa,er
28 go nõ tenetur. Nam † peſtis eſt bellum Dei,
cui humanę uires nequeunt reſiſtere , ſecun-
dum Bart.& ſcriben. in l.naturaliter. de vſu-
capion.ff.Butr.Panorm.& Fely.in c.ex tranſ
miſſa.extr.de præſcript.Butr.& Imo. in c.nõ
liceat.eo.tit.ſequitur Rip.in prælud.ad tract.
de peſte.num.8. Quum igitur humanæ vires
nequeãt reſiſtere,igitur impoſſibilis eſt obli
29 gatio.vnde liquet, quod † impoſſibilis con-
ditio adiecta contractui vitiat ipſum contra-
ctum,ff.de action.& oblig.l. non ſolum.Inſt.
de inutil.ſtipulat.§.impoſſibilis.glo. in c. ne-
mo poteſt.de reg.iur.in 6. circa finem. uerſi.
eſt tamen in hoc differentia. igitur &c.

Tamen in caſu iſto opinio Ripæ præuale
re debet,per hanc rationem ultra ipſum: Nã
30 † contractus ab initio ſunt voluntarij, C.de
action.& oblig.l.ſicut.glo.in d. c. nemo po-
teſt. ſuper uer. obligari. igitur legem quam
quis contractui apponit ſeruare debet. ma-
xime cum contrahens , vt in poſito caſu , ſe
ipſum ſpecificando declaret,& obliget,& fa
31 cit conſtare de ſua uoluntate,† quæ dat legẽ
contractui,cap.contractus.de reg.iur.in ſex.
Deci.in l.impoſſibilium.in fi.ff.eod.tit.igitur
nimirum ſi tenetur ratione ſpecificę obliga
tionis.

Quid autem ſit, ſi cõductor generaliter in
ſe ſuſcipiat periculum caſuum quorumlibet
32 aduerſorum,aliquo non expreſſo , an † pe-
ſtis caſu eueniente teneatur ſoluere penſio-
nem.in hoc paſſu varij , & contrarij fuerunt
Doctores , aſſerentibus aliquibus conducto-
rem teneri,vt fuerunt glo. in l. quę fortuitis.
C.de pignorat.act.Bar.Ang.Saly.Raph.Ca-
ſtren.& alij multi in l.ſed & ſi quis.§. quęſitũ.
ſi quis caut. Alijs autem tenentibus partem
negatiuam,ut Saly.in l.1.C.commod. multi
in d.§.quæſitum.Corn.conſi.128.incip.vide
tur primo aſpectu.col.3.uolu.2.Rip. in tract.
de peſte.Rubr. de priuil. contract. cau. peſt.
nu.70.uerſi.ſed quid ſi conductor.dicit com
* munem ſententiam eſſe , quod tenentur, per
d.l.quæ fortuitis.iſta concluſio dependet ex
conſideratione deductorum in præcedenti-
bus. Et quia materia iſta tractatur paſſim a
Iaſ.Corn. Ripa & alijs in præcitatis locis, &
iſti Doct.maxime Ripa,& Iaſ. paſſim ab om
nibus habentur, ideo ad illos remitto, ne
eorum dicta tranſcribere uidear.Vbi etiam
uidendæ ſunt infraſcriptæ concluſiones ad
materiam propoſitam facientes , videlicet.

Quid ſi conductor conduxit ſuo pericu-
lo.in quo caſu Doct.conſiderant, quid ſit pe
riculum,& quid caſus fortuitus,& an pericu
lum in plus ſe habeat quam caſus fortuitus.
33 & concludunt,quod,† poſito quod de ſigni
ficatione vocabuli appellatione periculi poſ
ſit includi caſus fortuitus, conductor tamen
non teneatur de caſu fortuito propter adue
nientem peſtem , vel alia de cauſa ſimili,per
l. 1. §. ſæpe. ff. depoſi. ubi licet conuentio &
ſpontanea oblatio faciat depoſitarium ob-
noxium eſſe periculis , non tamen cuſtodia
per ipſum præſtanda extenditur ad fortui-
tos caſus.& per tex.in l.litis.§.1.ff. de negot.
geſt. ubi in actione negotiorum geſtorum
Paulus ait haberi rationem culpæ,non caſus
fortuiti.

Et quid ſi conductor ſuſcepit in ſe omne
* periculum. & concludunt communiter non
34 † cenſeri ſuſcepiſſe periculum caſus fortuiti,
per l. nec ſimiliter. de magiſtr. conuenien.
iunc.l.2.§.ſi eo tempore.ff.de adminiſtr.rer.
ad ciuit.pertinen. ad idem tex. cum glo. ex-
preſſa in l. iuriſgentium. §. item & ſi quis. ff.

de pact.intellige dummodo abſit culpa a cō-
ductore, quæ tamen a caſibus fortuitis com
muniter abeſſe ſolet,ut dicit gloſ.in d. §.item
& ſi quis.ſuper uer.periculum, dum interpre
tando textum qui dicit, paciſcentem aſſume
re in ſe omne periculum , teneri pactum ſer-
uare,ait:periculū,ideſt periculum adueniens
per omnem culpam,non ut de caſu fortuito
teneatur.& ratio huius concluſionis eſt ſecū
dum Iaſ.in §.quæſitum. l. ſed ſi quis.ff. ſi quis
caution.quia appellatione periculi non con
tinetur caſus fortuitus;vel,ſecundum Ripam
in Rubr.de priuil.cont.cau.peſt.nume. 73.re
pręhendentem Iaſ.quia non eſt credendum
quod aliquis uoluerit ſubire periculum ca-
ſus fortuiti,niſi liquido conſtet.Et inde infe-
rendo Ripa dicit;Et ideo quia periculum eſt
nomen generis, aptum compræhendere tā
periculum obueniens culpa quam caſu, non
creditur quod ſuſcipiens in genere omne pe
riculum uoluerit ſe obligare ad caſum fortui
tum. Sed animaduertendum eſt , quod iſta
conſideratio Ripæ ipſummet impugnat: nā
ſi caſus fortuitus eſt ſpecies, & periculum ge
nus, cum clarum ſit partem in toto contine-
ri , l. quæ de tota. de rei vendic. cum ſimil. ſe
obligans in genere ad periculum tenetur et
de caſu fortuito. Vnde melior eſt ratio Iaſ.in
d.§.quæſitum.num.30.quæ fuit glo.& Bart.
habita conſideratione de qua ſupra,quia in
35 ijs attenditur culpa , † quæ non cōſideratur
in caſu fortuito,ideo quis ex eo non obliga-
tur,niſi tamen conductor ſpecificato in con
tractu vno caſu fortuito , appoſuerit clauſu-
lam generalem , de quo ſupra dictum eſt in
principio Quæſtionis. nam tunc uno caſu
ſpecificato,puta incurſionis hoſtiū , ex adie-
cta clauſula (& omne aliud periculum &c.)
tenetur adueniente etiam quolibet caſu ad-
uerſo, licet adueniat caſus peſtis, ut ſupra di-
ctum eſt.

36 Vlterius elicitur, An ſuſcipiens † in ſe pe-
riculum in genere teneatur etiā de caſu for-
tuito in caſibus quibus teneretur de culpa le
uiſſima?& Doct. concludunt quod ſic, ex ea
ratione, quia niſi intelligeretur ſuſcepiſſe in
ſe periculum fortuitorum caſuum , pactum
nihil operaretur , quod non eſt dicendum ;
37 nam † pacta debent operari,l. ſi quando.de
lega. 1.l. & Ariſtoni.ff. mand. & eſt commu-
nis Bart.& aliorum ſententia in d.§.quæſitū.
& Canoniſt.in c, 1.de commod. & Roman.
not.in ſing.442. incip. Tu habes caſum. ubi
limitando glo.in l.opus quod in aduerſione,
ff.loca.quæ vult, quod appellatione periculi
non ueniat caſus fortuitus,dicit,iſtud limita,
ubi uerbum periculi, non poſſet aliter opera
ri niſi compręhendat caſum fortuitum, pro
quo dicit eſſe caſum ſingularem in l.itē quæ-
ritur.§.ſi gemma. ff.locati.& hoc,quia uerba
debent aliquid operari , c. ſi Papa.de priuil.
38 in 6.& hic eſt effectus pacti;nam † licet regu
lariter de iure quis non teneatur de caſu for-
tuito,ut late ſupra deductum eſt,poteſt tamē
ad caſum fortuitum ex pacto ſe obligare, vt
dicit Roman. ſing. 441. incip. Tu ſcis quod
quis poteſt.quod tamen limitat non habere
locum , quando caſus fortuitus eueniret cul-
pa eius cui promittitur,per l.cum proponas.
C.de naut. fæn. & l.qui officij.§.fi.ff.de con-
trahen.empt.& ita dicit ſibi de facto eueniſſe
Florentiæ , & ita conſuluiſſe per dictas duas
leges.& licet Rom. non citet ſuum conſiliū,
dicas quod eſt conſ.183.quod incipit, in ca
ſu propoſito.in 2.colu.& præſertim in uerſi.
quarto Baldus.ubi ex mente Bald.in d.l.cum
39 proponas. per illum text. dicit, quod † pro-
miſſio facta de alium non inquietando , ſub
pœna,habet tacitum intellectum , niſi in in-
quietatione ipſius culpa præcedat, cui pro-
miſſio facta eſt.quod tenuerunt etiam Alex.
conſi.84.incip.ponderatis,per totum.vol.6.
Aret.conſi.111.incip. Conſideratis. in fine.
& coſ.139.Ruin.conſ.147.uol.1.Corn.cōſi.
12.col.pen.uolu.4.Anchar.conſ.414.Ioan.
de Anan.conſi. 74. num.3. Crau. conſi. 95.
num.6.Iaſ.in l.1.col.2.uerſi.cōfirmatur.C.de
inſt.& ſubſt.Deci.in c.ex parte. il 2.col.fina.
fallen.22. de offic. deleg. Hippol.de Marſil.
ſingul.96.incip.Renuntians.ubi dicit,Quod
40 † renuntians generaliter omnibus exceptio
nibus,non intelligitur renūtiare,& exclude-
re exceptionem, quę habet ortum ex facto
aduerſarij.per d.l.qui officij.§.fina. & Rip.in
d.tract.de peſte.Rubr.de Priuil. cōtract. cau.
peſt.num. 87. ubi notanter, infert ad caſum
peſtis, quod ſcilicet ſi peſtis inſurgeret cul-
pa locatoris,remiſſio conductori fieri debe-
ret,etiam quod animaduerſionem conduxiſ
ſet,per text.in l. ſi merces. §. culpa. ff. locati.
41 ubi Bart.& alij notant, quod † ſi conductor
propter inimicitias locatoris damnum pa-
tiatur , tale damnum ſibi a locatorē reſarciri
debet.quod etiam conſulendo tenuit Socin.

in conſ.70.incip.inſtrumentum indemnitatis.col.2.uol.3. Et hoc procedit, ſiue loquamur de caſu fortuito, prout in ſpecie conſideratur, ſiue de periculo apto genericè compræhendere omnes caſus fortuitos, iuxta di
42 ſtinct.ſupra poſitam. Vnde † ſi cōductor qui in ſe ſuſcepit caſum incidat in periculum culpa locatoris, etiam ſi factum locatoris ſit iuſtum, & abſque culpa, debet ipſi locatori talis caſus imputari, & conductori eſt faciēda remiſſio. Exempli cauſa, ſi unus Princeps alicui locauit datia, gabellas, ſeu pedagia, & poſtea alicui domino mouet guerram, uel ſibi ab aliquo bellum infertur, etiā quod in mouendo iuſtitiam foueat, & in contra ſe moto iniuriam, & iniuſtitiā patiatur, nihilominus ſi conductor ex hoc damnum patiatur, talis damni debet haberi conſideratio, quod dixit Pau.de Caſt.poſt Bartol.in d. §. culpa.l. ſi merces.& alibi Barto.in l.eotem ferro.§.qui maximos. ff. de public. Cuius dicti ratio eſt,
43 Nam † ſi alicuius occaſione aliquis iniurietur ab aliquo, datur actio iniuriarum contra eum, cuius cauſa iniuriam paſſus eſt, ut ſibi reficiat damna, l. nam & Seruius.ff.de negot. geſt. ubi Paulus iuriſconſ. dicit, quod ſi tres captiui facti ſint, & unus ea cond tione eſt dimiſſus, ut pecuniam pro omnib. afferat, adiecto pacto, quod niſi rediiſſet, duo alij pro dimiſſo quoque taxatam & conuentam pecuniam pro talea darent: cumq́ue dimiſſus reuerti noluiſſet, & ob hāc cauſam reliqui duo pro tertio ſoluiſſent, ex reſponſo Seruij dicit Paulus, æquum eſſe prætorem in eum reddere iudicium, & ſic illum text. ſummat Bald.
44 Qui ſtetit † vel remāſit obſes pro aliquo, poteſt repetere quicquid ſoluit pro illo. & dicit, quod licet omnes ſciant hanc legem, tamen iſte caſus non eſt alibi. quam legem et alibi ad hoc propoſitum idem Bald. notat in cap.ex reſcripto.de iureiuran.col.1.nu.1. uerſi. Porrò de eo qui remanet in carcere. iſtud tamen pendet ab illa quæſtio. An carceratus relaxatus ſub promiſſione redeundi teneatur redire. de qua materia latiſsime ſupra diſſerui, quæſt.30.& præſertim num.33. cum ſequen. Et fortaſsis hoc quod ex Bald. hic dico, poſſet habere difficultatem in priuato, ſed in capto pro repræſalijs propter factum Communis non eſt dubium, quod
45 † paſſus damnum ex iſto caſu illud repetit ab ipſo Communi, ut Barto. & omnes cum eo communiter determinant in d.l. nam & Seruius. Sequitur Ripa ubi ſupra, nume.92.ubi multos alios caſus ſimiles recenſet, ut ibi per eum, & hoc eſt quod in practica ubique ſer-
46 uatur. Nam † dominus gabellæ in eius uenditione, ex tacito pacto, licet non exprimat, ſemper cēſetur promittere datiarijs nihil facere propter quod impediatur gabellę exactio, ut dicit Corne. conſilio 23. incip. uidetur. libro ſecundo, ex Bal.in cap.1.§.ad hæc. de pace iuramen. firmā. quod & alibi firmat idemmet Corne. conſi. 38.incip. quamuis. columna penul. eod. lib. Immo & ſi aliquid
47 † occurrat, per quod impediatur gabellæ exactio, dominus tenetur gabellario remittere penſionem pro tēpore impedito, ut alias Dominus Vincen.de Peruſ. conſuluit, in facto in ciuitate Interamnę pro gabellario, qui ſumpſit in ſe caſus fortuitos, accidit quod pons loci per quem trāſibant diuerſæ perſonæ, & merces cecidit, & vi fluminis dirutus eſt, adeo quod gabellarius nihil poterat ex gabella lucrari, & conſuluit pro ipſo gabellario, ut refert Ant.Franciſ.in addit. ad Panor. in c.1.de commod. ſuper lit. C. Hoc tamen intellige iuxta dicta ſupra in hac quæſt.nu.9. uerſ. cauſa exempli.

Quid autem ſi quis in ſe ſuſcipiat omne periculum caſus fortuiti, an caſu eueniente
48 teneatur, † ſi locator ſeu uenditor poſſet caſum amouere, & nollet? & nō teneri Aphrican.reſpondit, in l.ſi fundus.ff.locati.ibi, nam & ſi colonus tuus, fundo frui a te an ab eo prohibetur, quem tu prohibere ne id faciat poſſis, tantum ei præſtabis quantum eius interfuit frui. & per illum tex.ita decidit Bald. in l.ſi ea lege.C.de vſur.& ſic habes quæſtionem propoſitam ueram, communem, limitatam, & declaratam ex mente Doct.

Aduerte tamen, dum ſupra ſub numero trigeſimo octauo, in verſi.quod tamen limi-
49 tat.dixi, † in ſuſceptione periculi non intelligi periculum eueniens culpa aduerſarij, quod Corne.in conſilio 128. incip. videtur primo aſpectu. columna ſecunda, numero nono, uerſi. quia quando alter ex contrahentibus, libro ſecundo, hoc intelligit, niſi eſſet caſus in quo periculum ex natura contractus pertineret ad eū qui ſuſcepit in ſe tale periculum: nam tunc ſuſcipiens tenetur etiam quod periculum contingat culpa aduerſarij, per d. l. qui officij.ff. de contrahen.

empt.§.fina.ubi text. clarus.Res in aduerſione empta,ſi non dolo uenditoris factum ſit, ad periculum emptoris pertinebit, etiam ſi res aſsignata non ſit.& ibi gloſſa exponit, in aduerſione, ideſt, vt omnem aduerſum caſum ſuſcipiat emptor,& concordan.allegat. ff.de peric.& com.rei uend.l.ſi quis uina.§.1. vbi eſt clarior tex.Si in aduerſione vinum vęnit, cuſtodia tantum præſtanda eſt. ex hoc apparet,ſi non ita uinum uęnit ut deguſtaretur,neque acorem, neque mucorem venditorem præſtare debere, ſed omne periculum ad emptorem pertinere.& ſic Vlpianus non vult venditorem teneri de vino deteriorato,niſi actum ſit ut deguſtetur, quia ex natura vini eſt, ut corrumpatur. igitur emptor hoc caſu,non uenditor tenetur, & omnino uide dictum cõſi.Corn. quia pulcherrimum eſt in hac materia. Et ad ea quæ ſupra dixi num.26.uide Rolan.cõſ.81.num. 11. & 30. volum.1.

Et quia ſupra num. 1. in uerſ. caſus autem inſolitus.breuiter perſtrinxi,quid ſit caſus inſolitus,tamẽ quia materia eſt utilis, quotidiana,& frequens in practica,ob id & hic particularius ex dictis Doctorũ,a quibus nunquã intendo recedere,tractanda ſunt aliqua, caſuſque aliquot ponendi. Vnde dicas primo,

50 quod † conductor qui ſuſcepit in ſe caſum, aduerſamque fortunam,ſi occurrat caſus inſolitus, de tali caſu inſolito non tenetur. eſt ★ communis ſcribentium opinio cum Barto. in l.ſed & ſi quis.§.quęſitum.ff.ſi quis caut. ut dicit Ripa in tracta. de peſte.Rubr.de priuil. contract.cau.peſtis.num.97.uerſi.quarta reſtrictio,& eam ponit Bartol. per l. fiſtulas. §. frumenta.ff.de contrahen. empt. ubi textus clarus.Frumenta, quæ in herbis erant cum uendidiſſes,dixiſti,te,ſi quid ui aut tempeſtate factum eſſet, præſtaturum ea, frumenta niues corruperunt,ſi immoderatę fuerãt, & contra conſuetudinem tempeſtatis,agi tecũ ex empto poterit. & ibi ſic ſummat illũ tex. Bar.Caſus fortuitus intelligitur inopinatus, nõ ex conſuetudine eueniens.Sed quia iſtud ſummarium Bartó.de caſu fortuto, non autem de inſolito ultra fortuitũ loquitur, ideo melius ille tex. ſic ſummatᷣ. Qui ſuſcipit in ſe caſũ fortuitum, tenetur de caſibus fortuitis communiter contingentibus, non autẽ de raró contingentibus & inſolitis, & hoc eſt quod dicit ille tex.dum ait, frumentis corruptis ex immoderatis niuibus,& contra conſuetudinem tempeſtatis cadentibus, uenditorẽ non teneri,& hoc eſt quod etiam clare ibi dicit gloſſa in uer.tempeſtate. dum ait,ſcilicet ualida præter conſuetudinẽ regionis, nam de ſolita non uidetur actum. & clarius gloſſa ſequens,dum ait,ſi obligat ſe ad inſolita,non ideo tenetur ad ſolita,ut hic:& econtra,ſi obligat ſe ad ſolitum, non ideo tenetur ad inſolitum. & ſic ex illo tex. aſſumptió caſuum non obligat ad caſum inſolitum occurrentem. idem & alibi tenuit Bartol. in citata l.Sæio.§.medico.ff.de annu. lega.ubi dicit tex.quod legatum medico relictum de ijs quæ legans dum viueret ipſi dabat,intelligitur tantum de ijs quę annuatim certo ſalario præſtabat, non autem de alijs ex legantis liberalitate in vita præſtari ſolitis, nam quo ad hoc legatum inſólita ſunt, vt illum text.

51 ſummando,Bartol.dicit.Dictum † generale ad extraordinaria non refertur. Bartol. ſequitur Bald.in l.falſus.columna penul. C.de furt.& columna fina. circa med. & alibi Bal. & Salic. in l.licet. C. locati. ubi etiam tex.dicit,quod conductor adueniente inſolita ſterilitate contra conſuetudinem ręgionis,debet reſarciri in damno paſſo, & ſic ſummat Bald. illum text. propter ſterilitatem fit remiſſio.de qua tamen materia ſterilitatis, quãdo ſcilicet, & pro qua fieri debeat remiſsio dicam inferius dum tractabo materiam ſterilitatis.Hanc autem ſuprapoſitam concluſionem firmat Angel.in conſilio 176. incip. præmittendum eſt. ſub numero ſecundo,verſicu.ſi quis ergo.ubi not.dicit, quod † ſi quis

52 ſuſcipit in ſe periculum futuræ iniuriæ, non intelligitur caſum prorſus inſolitum, & de incogitabili fortuna in ſe ſuſcipere, ſed de cogitabili fortuna tantum, quæ probat per l.fiſtulas.& alias de quib. ſup. Hoc idẽ tenuit Ant.de Butr.in c.1.de commod. quod & Pa★ normit.ibi paſsim tenet. & iſtam eſſe cõem opinionem apertiſsime conſulendo teſtatur Alex.conſi.28.incip.Viſis & accurate.col.4. uerſi.ſed ijs nõ obſtantib.ubi not.dicit.Dato quod quis ſuſcipiat in ſe periculũ caſus fortuiti, non debet intelligi de caſu fortuito nõ conſueto euenire,nec de veriſimili.&alibi in conſi.107.incip.Perſpectis uerbis inſtrumenti.col.4.in fi.uerſi.non obſtat.iunc. col. ſeq.

53 ubi conſulendo in caſu inſolito dicit, † ꝙ etiã ille, q̃ ex pacto expreſſo aliàs teneť cõtra ius

commune

commune de periculo caſus fortuiti, ſeu in ſe ſuſcepit periculum caſus fortuiti, non tenebitur de periculo talis caſus fortuiti inſoliti, uel non ueriſimilis. & ibid. nume. 20. dicit, ſecundum Bartol. & alios Doct. quorum in cauſis decidendis maxima eſt auctoritas, qd in locatione facta de caſib. fortuitis non uenit caſus fortuitus extraordinarius, & communiter non contingens ſeu inſolitus, quia de illo non intelligitur cogitatum a contrahentibus.

Ad quod etiam facit not. deciſio Bal. & Ange. in l. Diuus. in prin. ff. de petit. hæredit.
54 ubi dicunt, quod † ſi ſtatutum puniat arengantem uel proponentem, quod debeat imponi collecta, non includit caſum guerrę vel famis. vnde ſi propter cladem guerræ uel famis aliquis proponat, quod imponatur collecta neceſſaria pro talibus caſibus, non incurret pœnam ſtatuti. Idem conſuluit Socin. ſen. conſ. 123. incip. circa præſentem con-
55 ſultationem. uolum. 4. concludens, † Datiarijs remiſſionem eſſe faciendam ſi occurrat caſus inſolitus & extraordinarius, etiã quod in ſe ſuſceperint caſum fortuitum, & hoc ẽt ante tenuit Bart. in tract. de gabel. quæſt. 25. ſecundæ partis, allegans l. fina. C. de action. & obligat.

Ex quo Alberic. de Roſa. in dicto §. frumenta, infert ad ſtatutum Paduæ, diſponens
56 † quod uilla teneatur ad emendationem dãni dati ex incendio, ut non teneatur ſi fulgur de cœlo cadat, cuius ictu accẽdatur ignis, & hoc, quia talis ignis ex inſolita cauſa dicitur eueniſſe, per illum tex. quod & idem dixit in d. §. medico. & Fulg. in conſi. 193. incip. Factum ſuper quo conſilium petitur. colum. 3. uerſi. ad tertium reſpondetur. ubi not. con-
57 ſuluit, conductorem † molendini, qui in ſe omnem caſum ſuſceperit, non teneri ſi flumen mutauerit alueum, quia de tali caſu non uidetur cogitatum, & ex conſequenti talis caſus tanquam incognitus & inſolitus iuris communis diſpoſitioni relinquendus eſt. ff. de liber. & poſthum. l. commodiſſime. & ff. de condict. ob cauſ. l. ſi extraneus. iure autem
58 communi clarum eſt, † conductori in re cõducta, qua frui non poteſt mercedis remiſſionem ſeu exonerationem faciendam eſſe, l. ex conducto. §. ſi uis tempeſtatis. & §. ſed & ſi labes. l. ſi quis domum. §. in exuſtis. l. ſed addes. §. ſi quis cum in annum. l. habitatores. l. ſi quis fundum. §. Imperator. & lege, ſi fundus. cum duabus ſequen. ff. loca. & conduc. quam opinionem tenuit etiam Imola in l. pretia rerum. ff. ad legem Falcid. ad fine ubi
59 not. tenet, quod † emens frumentum ad credentiam pretio quo valuerit de menſe Maij, non tenetur ad ſummam immoderatam, ſi eueniat cariſtia inſolita; ſequitur Iaſ. in dicto §. quæſitum. columna ſexta, in fine. uerſ. item adde inquantum Bartol. cum columna ſeq. & Rip. in dicto tract. Rubr. de priuil. cõtrac. cau. peſt. num. 97. cum ſequen. & Felyn. in c. ſedes. columna ſecunda, uerſi. clauſula generalis. & infra, col. ſequen. per tot. ad quæ uide Pincl. in l. 2. C. de reſcind. uendit. car. 83. num. 29.

Bal. tamen in dicto. §. quæſitum. col. pen. fuit in contraria ſententia, quod ſcilicet talis
60 conductor † in caſu poſito ſupra num. 50. & prius num. 43. teneatur etiam de caſu inſolito. idque comprobat multipliciter, ut per eum ibi. quem ſequuntur Ang. Fulg. Caſtrẽ. Rom. & Alex. ſibi contrarius, in eo. §. quęſitum. & in d. l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid. colum. ult. uerſi. ego puto non obſtantibus prędictis. idem tenuit Saly. in d. l. licet. in ult. quæſt. C. locati. Et aduerte quod Alex. in d. l. pretia rerum. in fine, reprehendit Imolam tenentem contrarium, qui tamen Imola hãc ſecundam ſibi contrarius tenuit in d. ca. 1. de commod. quod immo conductor ſuſcipiẽs vt ſupra teneatur de inſolitis. Et tenentes hanc ſententiam contra Bartol. & communem fundant ſe ſuper d. §. frumenta. dum eũ dicunt intelligi debere aliter quàm ſentiat Bartol. dicentes tex. illum decidere, quod cõductor ſeu contrahens teneatur de inſolitis, vt late proſequitur Ripa ubi ſupra, num. 98. vbi licet videatur approbare intellectum Bal. & Saly. ad dicto §. frumenta, tamen tenet opinionem Barto. non per illum text. ſed per eam rationem, quia ſcilicet de caſu inſolito non pręſumitur a contrahentibus cogitatum. Et pro ſolutione argumenti Bal. in contrarium adducti, dicentis, quod omnis caſus fortuitus eſt inſolitus, aliàs non eſſet fortuitus, reſpondet diſtinguendo, quod
61 caſus † fortuitus poteſt dici inſolitus, & non præuiſus dupliciter: primo modo in ſpecie, ſecundo modo in genere, in ſpecie ſcilicet ſi & quando debeat euenire, qui tamen in genere potuit præuideri: in genere autem,

quando cadit in imaginationem illum ſuſcipientis, tamen ueriſimiliter in ſpecie non cadebat, in primis terminis loquitur Bald. in ſecundis procedit opinio Barto. quę eſt communis. Et ita concordantur opiniones ex doctrina Cornei dicto conſil. duodecimo. incip. licet diffuſe, columna ſecunda libro quarto, ubi not. dicit, quod omnis caſus fortuitus dici poteſt inſolitus. dicto §. frumenta. ſecundum vnum intellectum. Sed aliqui ſunt inſoliti, qui licet in ſpecie præuideri non poſſint, tamen in genere veriſimiliter præcogitari potuerunt, vt in ſimili dicitur in l. qui iure militari. ff. de teſtamen. milit. vbi teſtamentum iure militari factum non rumpitur, licet teſtans vxorem eſſe uel fore prægnantem in genere præcogitauerit.

Sunt etiam aliqui caſus inſoliti in ſuperla
62 tiuo gradu, & de iſtis † ſuſcipiens in ſe caſum nō præſumitur cogitaſſe, nec in genere nec in ſpecie, & ideo pactum quo quis ſuſcipit in ſe caſus, fortuitos, non extenditur ad iſtos. Pro quo facit illud quod in ſimili dicunt Anton. de Butr. Imo. Panormit. & omnes Canoniſtæ in cap. Quintauallis. de
63 iureiuran. Videlicet † quod iurans non con trauenire laudo ratione alicuius læſionis, nō præſumitur cogitaſſe de enormiſſima læſione, & ideo enormiſſime læſus non obſtante iuramento, poterit laudo contrauenire, & eſt communis opinio vt teſtatur Panor. ibi. colu. 16. ſub nu. tregeſimoſecundo. uerſicu. Ego dicerem.

Verum, quia qualitas iſta caſuum inſolitorum conſideratur ſecundum diuerſitatem locorum, & varias hominum opiniones, ideo pro completo fine huius quęſtionis di
64 catis, † in hoc attendi debere mentes contrahentium ex coniecturis quæ reſultare ſolent ex verbis pactis apponi ſolitis, quando talia ſint quod ſit locus coniecturis, ſecus quando ſint expreſſe concepta, iurib. vulga. quod probat tex. in l. vnica. C. quæ res p gn. oblig. poſ. & ibi notat Bald. & in le. ita ſtipulatus. §. ſi quis ita ſtipulatur. ibi, ex ſententia contrahentium. ff. de uerbo. oblig. & in l. in venditione. in fine. ff. com. pręd. Bald. in l. ſub prętextu ſpecierum. colum. pen. uerſicu. iuxta præmiſſa. C. de trāſact. & in Rubr. ext. de pact. columna ſecunda. uer. nota cauſam, & conſil. 107. incip. Quod iſta donatio. col. ſecunda, volum. ſecundo. & conſi. 417. in fa cto proponitur. columna ſecunda, lib. quinto. Ang. conſi. ſecundo, certum eſt. colum. pen. Bertran. conſi. primo, colum. ſecunda lib. ſecundo. Rubeus conſi. 149. colum. tertia, uerſicu. præmiſſis tamen, & conſi. 151. uerſicu. præmiſſis. columna ſecunda. & alij paſſim quos in hanc ſententiam citat Tiraquel. ad l. ſi unquam. C. de reuocan. donat. in uer. liberis. & præſertim, numero quinquageſimo octauo. in præmiſſis etiam magnam partem habet arb trium iudicis, conſideratis qualitatibus & circumſtantijs caſus, vtrum ſcilicet ſit tali, vel nō attenta eius ueriſimilitudine, uel econtra. Nam commu-
65 nis & uera concluſio eſt, † quod ubi eſt quid ex præcepto legis agendum ſecundum ueriſimilitudinem, tunc ad arbitrium iudicis oportet recurrere, qui arbitratur utrum ſit ueriſimile, uel ne. Cardin. in clemen. cauſam. uer. Verum. in primo. not. per illum text. de elect.

Remanet tamen ex omnibus prædictis firma communis ſententia Barto. Quod
66 cōductor † qui ſuſcepit in ſe caſū aduerſamque fortunam, non tenetur de inſolito caſu, intelligendo inſolitum modo quo ſupra; Ex qua, vltra præmiſſa, infertur ad multas not. deciſi. ad propoſitum facientes, de quibus per præcitatos Doct. in anno. locis, qui a dubitante videri poſſunt in fonte, & per Cagnol. in l. contractus. in fine. ff. de regu. iur. & ita concluſum fuiſſe in Rota Romana, refert Puteus, deciſ. ſuarum libro, deciſ. 19. incip. ſuſcipiens riſicum.

Vnum tamē pulcherrimum non omitto,
67 quod † ſi iuraui ſtare tuis mandatis, non poteris propter hoc iniungere mandatum mihi graue, & inſol tum. ita not. Abb. in ca pit. veniens. de iureiuran. argu. d. l. fiſtulas. §. pen. ff. de contrahen. empt. & ibi Bald. poſt Gulie. de Cuneo in l. penul. ff. de arbitr. Bartol. in l. fi. de prætori. ſtipulat. Cyn. & Bal. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. Et ſi cupiat lector, circa ea quæ dixi in præmiſſis magnā partem habere iudicis arbitrium, ſaturari, videat, & guſtet menſam diuitis Menochij in ſuo abundantiſſimo tractatu de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 1. caſu. 80.

Quęſtio

QVAESTIO. XXXII.

Bigamus etiam tonſuratus, an ſit capax beneficij eccleſiaſtici.

SVMMARIVM.

1 *Bigamus etiam tonſuratus eſt incapax ad beneficia eccleſiaſtica.*
2 *Bigamus reputatur merè laycus.*
3 *Bigamus altari ſeruire non poteſt.*
4 *Clericus debet eſſe miniſter ſacramenti.*
5 *Matrimonium eſt maximum ſacramentum in eccleſia,& quid deſignet.*
6 *Bigami ex quibus rationibus excludantur ab ordinibus ſacris.*
7 *Bigamus uerus, & interpretatiuus, quomodo differant.*
8 *Bigamus ordinatus licet non recipiat ordinis exequutionem,recipit tamen caracterem.*
9 *Bigamus uerè quando quis dicatur.*
10 *Irregularitas, quæ contrahitur per bigamiam non tollitur per baptiſmum.*
11 *Vxores plures quando quis diuerſis temporibus habuit, unam de iure,& alteram de facto, & ambas cognouit, an & quomodo dicatur bigamus.*
12 *Vxores plures eodem tempore habens, vnam de iure, alteram de facto,uel ambas de facto,& vtramque cognouit,dicitur bigamus.*
13 *Contrahens cum uidua ab altero marito cognita, & eam cogn ſcens dicitur bigamus.*
14 *Contrahens cum corrupta a quocunque ſcienter vel ignoranter,& eam cognoſcens,dicitur bigamus.*
15 *Vxorem propriam adulteram cognoſcens,dicitur bigamus.*
16 *Conſtitutus in ordine ſacro ſi de facto matrimonium contrahat,dicitur bigamus.*
17 *Bigamiæ ſtatus triplex.*
18 *Contrahens cum vnica,& virgine,licet ſit ſpuria, non efficitur bigamus.*
19 *Vxorem dimittens ante baptiſmum propter fornicationem,& poſt baptiſmum recipiens dicitur bigamus.*
20 *Papa an poſſit diſpenſare cum bigamo,vt ad ſacros ordines promoueatur.*
21 *Bigamus ordinatus recipit ordinis ſacramentum.*
22 *Sacramenti defectus ita eſt in bigamis uere, ſicut in bigamis interpretatiue.*
23 *Bigamus accedens ad ordines ſuſcipit caracterem.*
24 *Epiſcopus diſpenſare poteſt in bigamia ſimilitudinaria, ſi mulier erat virgo.*
25 *Papa non poteſt diſpenſare, vt quis habeat duas uxores eodem tempore.*
26 *Papa ex eo quod Papa,non poteſt miracula facere, quod eſt ſupra naturam.*
27 *Deus in lege naturæ,& ueteri,quare diſpenſauerit ſuper pluralitate uxorum.*
28 *Diſpenſationis cauſa ceſſante, & diſpenſatio ceſſare debet.*
29 *Papa non poſſet concedere Regi,ut exiſtente regina ſterili aliam uxorem ſuperinduceret.*

QVAERO vigeſimoſecundo,
An Bigamus tonſuratus poſſit
obtinere beneficium eccleſia-
ſticum? & in hanc ſententiam
1 omnes ueniunt, quod † biga-
mus,etiam ſi eſſet tonſuratus, eſt incapax &
inhabilis ad obtinendum beneficia eccleſia-
ſtica,per tex.in c.unico.de bigam.in ſex.vbi
Greg.X. in concil. gener. Lugdun. declarat,
bigamos omni priuilegio clericali eſſe de-
nudatos,quod & antea dixerat Innoc. 1. in
Sum.ſuorum Decret.in 3.epiſto.c. 2. ubi di-
cit. de bigamis autem nec conſuli debuit, quod
manifeſta lectio ſit Apoſtoli, vnius vxoris
virum ad ſacerdotium, ſeu ad clericatũ ad-
mitti debere, & hanc ipſam tamen ſi uirgi-
nem accepit,nam ea quę habuerit ante virũ,
licet defunctus ſit, tamen ſi clerico poſtea
fuerit copulata, clericus qui eam acceperit
eſſe non poterit, quia in lege cautum eſt, nõ
viduam, non abiectam habere poſſe coniu-
gem Sacerdotem:loci autem ab Innocen.ci
tati ex Apoſtolo,& lege ſunt in Epiſt.ad Ti-
mot. 1.c.3.& ad Tit.c. 1.item Leuit.c.21.ibi.
Scortum & vile proſtibulum nõ ducet vxo-
rem,nec eam quæ repudiata eſt a marito. &
inferius in eo.c.Virginem ducet vxorem,vi-
duam autem,& repudiatam,& ſordidã,atq;
meretricem non accipiet,ſed puellam de po
pulo ſuo.& in decretis Hylarij Papæ 46.an
no Domini.485.ubi in ſecundo decreto ſta-
tuit,vt bigami,aut viduæ,aut corruptæ mari
ti ad gradus eccleſiaſticos non accedant, vt
in decretis,diſtin.34.ca.curandum eſt. ratio
2 autem quare bigamus † ſit inhabilis & inca-
pax,eſt,quia reputatur mere laycus,d. capit.
un. & capit.vn.de cler.coniug.lib.6. & ideo
non poteſt ordinari, ut in Rubr. de bigam.
non ordinan.capit.1.& per totum titu.& ſic
nec beneficium habere,gl. in c. de ijs.diſtin.
* 38.cum qua eſt communis, & vera opinio,
immo ſi fuerit diſpenſatus ad tonſuram, nõ
cenſetur ob id etiam diſpenſatus ad benefi-
cium ſimplex,argum.cap.1.de fili.pręsbiter.
in ſex.& ita fuiſſe concluſum in regio Sena-
tu Pariſien.teſtatur Pet. Rebuf. in tractat.de
pacif.poſſeſſ.num.193.fol.paruo mihi 362.
ex ratione Apoſtoli dicentis, qui altari de-
ſeruit, de eo viuere debet, a d Corin.1.c.9.
& habetur in capit. cum ſecundum Apoſto-
3 lum.extra de præben. cum † ergo bigamus
altari ſeruire non poſſit,per conſequens nec

beneficiũ igitur habere poteſt. c. ſi. de reſcr. in ſex. nam prærogatiua Sacerdotis exutus eſt. c. vna tantum. 26. diſt.

4 Item & alia ratione, quia † clericus debet eſſe miniſter Chriſti, ideſt ſacramenti, ideo indecens eſt illum promoueri, qui patitur aliquem defectum in aliquo ſacramento, ſicut patitur ille qui diuiſit carnem ſuam in plures,
5 uel habuit corruptam; Nam † matrimonium eſt magnum ſacramentum in eccleſia, iuxta illud Apoſt. ad Eph. ca. 5. ſacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & eccleſia, & in c. debitum. de bigam. & coniũctio carnalis deſignat conformitatem, quæ eſt inter Chriſtum, & eccleſiam militantem per aſſumptionem carnis humanæ. vnde ſicut eius caro fuit vnica & pura, ita vnicum debet eſſe matrimonium & purum, ad hoc vt eccleſia illam vnitatem rectè præfigurare poſſit, ideo nimirum ſi bigamo hæc non cõceduntur; & hanc rationem facit Abb. in c. 2. in fine, verſi. & ſi u s ſcire. de cleri. coniug. in principio. cuius textus, in poſitione caſus, dicit Abb. Papam prouidere ne de cætero bigamus ad beneficia eccleſiaſtica promoueatur.

Quatuor alias rationes ponit glo. in ſum. 26. diſt. & tex. in c. quando, 31. quæſtio. 1. ad
6 oſtendendum excluſionem † bigami ab ordinibus ſacris. Primam dixi num. 5. ex c. debitum. ubi gloſſa recepta, uerbo, ſacramẽtũ id late declarat. ſecunda eſt ob excellentiam ſacramenti ordinis, c. vna. 26. diſtin. Tertia, quia deſignat incontinentiam. c. Propoſuiſti. 82. diſtin. quarta, ex eo quod non habet frontem hortandi uiduitatem, & tollit audaciam perſuadendi caſtitatem. d. c. vna.

Ampliatur concluſio in quæſtione poſita habere locum, ſiue petens ordines ſit bigamus uerus, ſiue ſit interpretatiuus, cum
7 † non differant quo ad promotionem ad ordines, ſecus quo ad priuilegium clericale. ca. nuper, de bigam. Aufrer. in deciſ. Capel. Tholoſ. quæſtio. 64. incip. item. & quæſtio. 134. incip. Altercationis. & quæſt. 252. & quæſt.
8 ſequen. Non omitto tamen, quod licet † bigamus ordinatus non recipiat ordinis executionem, recipit tamen caracterem, ut dicit Abb. in d. cap. 2. de bigam. columna ſecunda. uerſi. & ex hoc nota, iunct. addit. ibid. in uer. ordinum exequutionem. ubi pro cõcor. adducitur Deciſ. Rotæ in nou. 452. quæ incip. quoddam, ſed numerus corruptus eſt, nam eſt deciſ. 447. uidelicet Deciſ. unica. eo. tit. in nouis, & incipit, quoddam factum extra rotam. in fine. ubi hoc expreſſe dicit. & Specul. in tit. de bigam. in libello. Bertach. in tract. de epiſc. in prin. primæ partis. Arch. in cap. rector. 34. diſtin. & c. quiſquis. 33. diſtin. & Card. in clem. ſecunda, in 1. oppoſit. de ætate & qualit.

Et quoniam dictum ampliari nedum in bigamo uere, ſed etiam in bigamo interpretatiue, ideo ad cognoſcendum quis ſit verè bigamus, & quis interpretatiue, diſtinguendi ſunt ex mente Doct. caſus plures, in quib. contrahitur bigamia.

9 Primus igitur caſus eſt, † quando quis ſucceſſiue, & diuerſis temporibus duas vxores legitimas habuit, & actibus cognouit. c. aperiant. 31. q. 1. etiam ſi ambas, uel alteram tantum duxiſſet ante baptiſmum. cap. deinde. & cap. acutius. 26. diſtin. argu. c. debitum. de bigam. Gemini. in cap. 1. eod. tit. in 6. Clauaſ. in Sum. in uer. Bigamia. nu. 1. Et licet Beatus Hieron. in epiſt. ad Oceanum fuerit in contraria ſententia, aſſerens monogamum, id eſt unius uxoris uirum, debere in epiſcopum promoueri, ita quod ſi ante baptiſmum unã uel plures habuit, hoc totum per baptiſmũ deleri, qui ſi poſt baptiſmum unam tantum habuit poteſt ordinari, non obſtante, quod vnam uel plures habuerit ante baptiſmum. Tamen contrarium tenent omnes, ſcilicet, quod bigamus ſiue ante baptiſmũ ſiue poſt, ordinari nec promoueri in Epiſcopum poteſt, ut concludit Beatus Auguſt. in lib. de bono coniug. & habetur in cap. vnius. & d. cap. acutius. ubi glo. dicit, quod in hac contrarietate male ſentit Hieron. vnde Auguſt. eum correxit. & idem dicit Beatus Ambroſ. in libro de offic. & hunc uerè bigamum dicunt Doct. ut apud Clauaſ. in Sum. in d. uer. Bigamia, numero ſexto, ubi repræhendit Ioannem, quod contrarium dixerit, & quod ma-
10 le dixit. & ratio eſt, quia † hæc irregularitas quæ contrahitur per bigamiam, non tollitur per baptiſmum, ut late dixi ſup. quæſtio. decima octaua, numero octauo, ut etiam tenet Clauaſ. in uer. Baptiſmus. 7. nu. 3. & fundantur iſta ex ſuprad. in hac quæſtio. numero quinto, quia Sacerdos in eccleſia tanquam vicarius repræſentat perſonã Chriſti, unde non debet habere aliquid repugnãs Chriſto

in

in comparatione Chriſti ad eccleſiã,& econ uerſo.Cum autem Chriſtus ſit unicus ſponſus unius eccleſiæ,& eccleſia ſit unica ſponſa vnici Chriſti, ideo Sacerdos uel in ſacris ordinibus conſtitutus, qui habet aliquid repugnans Chriſto, non repræſentat perfecte Chriſtum:ſed bigamus, qui habuit duas,vel viduam, habet aliquid repugnans Chriſto, ergo non repræſentat perfecte Chriſtum, quia dicitur ibi defectus ſacramenti, ſcilicet ſignificantis Chriſtum vnicum,& eccleſiam unicam,& hoc ex inſtituto eccleſiæ, vt dicit Scot.in 4.diſt.33.

11 Secundus caſus eſt, quando † quis diuerſis temporibus plures habuit uxores, vnam de iure,& alteram de facto,& ambas cognouit.d.c.nuper.de bigam.& hoc caſu contrahitur bigamia,non propter defectum ſacramenti,ſed propter intentionis affectum, cũ opere ſubſequuto, vt ibi in fi. ut per Rebuf. ubi ſup.uerſ.ſecundus caſus.& Clauaſ. ubi ſupra,num.7.uerſi.tertius ſi ſimul.

12 Tertius caſus eſt, † quando quis eodem tempore plures habet vxores,vnam de iure, alteram de facto,uel ambas de facto,& vtrãque cognouit,d. c. nuper. vel corruptam de facto.c.quomodo.31.q.1.& c. gaudemus. de diuort.

13 Quartus caſus eſt, † quando contrahit cũ vidua ab altero marito cognita, c. ſeriatim, 32.diſt.& 33.diſt.c. maritum.d. ca. debitum. de bigam.d.c.1.eo.tit.c.a nobis. 33. diſtinct. quod tamen procedit,ſi cognouit eam,aliàs non,d.c.debitum.& Clauaſi. ubi ſupra,nu.2. uerſi quot mod. contrahi.bigam.& dicit Rebuf.in tract.de pacif.poſſeſſ.loco iam citato. uerſ. quartus eſt. quod hoc modo fuit deriſus Bulgarus a ſuis auditoribus, ut refert gl. in l.rem non nouam.C.de iudici.cum in nocte duxiſſet uxorem, & mane inciperet legẽ illam,& eſt glo.1.& cauſa ri.us fuit,licet glo. non dicat,quia cum ſtatim ducta vxore inciperet dicere,Rem non nouam aggredimur, intellexerunt Bulgarum duxiſſe vxorem corruptam, & aliàs cognitam, & eum ſic bigamum eſſe.

14 Quintus caſus eſt, quando † contrahit cũ corrupta a quocunque ſcienter uel ignoranter,& eam cognoſcit,c. curandum.& c. percipimus.34.diſt.& c.ſi cuius.ead.diſt.Panor. in c.ſi uir.de adult.Ant.& alij in c.2. de biga. Richar.cum communi in 4.ſent.diſt.27.

15 Sextus caſus eſt, quando † vxorem propriam ab altero cognitam ſcienter cognouit.d.c.ſi cuius.& c. ſeq.& dicit Rebuf. in ſupracit.loco,uerſi.ſextus.quod hic caſus cum præcedenti a maritis ludibrio habetur, tamen anno 1357.Capitaneus de Marigni nõ fuit remiſſus Epiſcopo, eo quod deſponſaſſet puellam quæ duos habuerat pueros, & hoc notorium,& ipſe hoc ſciebat, ideo fuit raſus pro dimidia parte ſuper marmoreo lapide, & pro altera in Caſtelleto, ſequendo glo.in c.de Benedicto.32.q.1.& ſic reddens debitum uxori adulteræ eſt bigamus.d. ca.ſi cuius.Quod Summa Ange.ampliat, etiam ſi ad præceptum eccleſiæ redderet, ſecundum communem opinionem,& etiam ſi ignorabat eam adulteram, ſecundum Abb.in cap. ſi vir.de adulter.per tex.in d.ca.2. de bigam. Ratio eſt, quia hic requiritur ſacramentum, cuius defectum etiam ignorans peti poteſt.

Septimus caſus eſt, quando aliquis in ordine ſacro conſtitutus de facto contrahit, licet de iure non poſſit,c.nuper. ca.ſuper eo.

16 & c.ult.de bigam. nam † dicitur bigamus, quia iniuit primum contractum cum Deo per uotum ſolemne, poſtea contrahit matrimoniũ carnale de facto, 27.q. 1. quotquot. & c.a nobis.de bigam.

Hos ſeptem caſus Rebuf. ubi ſupra diſtinguit inter bigamum vere, & bigamum interpretatiue,ſed ſolum primum caſum uerum, & proprium uocat, alios ſex interpretatiue, uel propter aliquam ſimilitudinem, quam habent cum uero bigamo. aut ratione inſtitutionis eccleſiæ, vt tenet Cardin. Alexãdri. in ſumma 26.diſt.in fi.& eos etiam caſus ponit Florent.in 3.par.ſum.tit.28.c.4.de irregularitate propter legitimationem. Dum autẽ Rebuf.dicit,propter aliquam ſimilitudinem quam habent cum uero bigamo,aut ratione inſtitutionis eccleſiæ, &c. videtur innuere,

17 quod † tres ſint ſtatus bigamię,videlicet,veræ,interpretatiuæ,ſimilitudinariæ,prout diſtinguit Summa Ang.in d.uer.Bigamia, quę ueræ bigamiæ attribuit ſolum primũ caſum, ſecundum Ricar.vbi ſup.art.4.q.1.& glo.in d.c.2.de bigam.Bigamiæ autem interpretatiuæ attribuit quartum, & ſextum caſus ſuprapoſitos,vt ibi num.2.Bigamiæ verò ſimilitudinariæ attribuit caſum ſeptimum ſuprapoſitum, item caſum ſecundum, tertium,& ſeptimum.nec mirum ſi duplicaui caſum ſeptimum,

ptimum, nã ubi poſui caſum ſeptimum, cõpræhendi duos caſus Summæ Angelicæ, vt licet in ea videre, num. 7. verſi. Primus eſt, & verſi. Quartus modus. nam ex diuerſa caſus poſitione Summa Angelica diſtinguit inter religioſum, & eum qui in ſacris conſtitutus eſt, ita ut in primo loquatur primus caſus, & ſecundus caſus loquatur in ſecundo. pro qui bus tribus gradibus bigamorum, uide Ant. de Butr. & alios ad d.c.2. de bigam. & Spec. de diſpenſat. §. iuxta. num. 6. & Nauar. in ſuo manuali confeſ. ſub. c. 17. num. 195. in Tract. de irregul. ſub tit. de bigam. apud quẽ multa bona in hac materia ſummatim reperies.

18 Ex quibus omnibus habes, quod ſi quis † cum vnica, & virgine contrahat, licet ſit ſpuria, non efficitur bigamus, ſed gaudebit priuilegio clericali poſito in cap. un. de cler. coniug. in ſex. ubi cum vnica, & virgine dicit, & non exprimit quod cum legitima. & hoc modo intelligit Rebuf. in d. tract. de pacif. poſſeſ. num. 194. ubi etiam alio modo declarat, quando ſcilicet aliquis contraxit cum virgine, & poſtea habuit cõcubinam, quod iſto caſu non dicatur bigamia, per c. quia circa. de bigam. nam hoc requirit contractum matrimonij, ut dicit ſe alias abunde conſuluiſſe & eſt tex. in c. pen. de bigam. & cap. fin. 34. diſtin.

19 Præmiſſis etiam adde, quod † ſi quis ante baptiſmum dimiſit vxorem propter fornicationem, & poſt baptiſmum eam recipit, quod eſt bigamus, nam per baptiſmum non tollitur hæc irregularitas, ſecundum S. Tho. in 4. ſenten. diſti. 27. quem ſequitur Summa Sylueſt. in uer. Bigamia. num. 5. uerſ. & ſimiliter, qui ante baptiſmum dimiſit uxorem. qui etiam ex S. Thoma & alijs ponit, prædictos & alios caſus, ut per eum ibi, & ſequitur Summa Armil. in eo. uer. num. 2. & 7.

Quid autem ſit ſummi Pontificis diſpen-
20 ſatione interueniente, an ſcilicet Papa † diſpenſare poſſit cum bigamo, ut ad ſacros ordines promoueatur. & glo. in cap. lector. 34. diſtin. tenet, quod bigamus ex diſpẽſatione Papæ ad ſacros ordines promoueri poteſt, & tenuerunt, Rota deciſio. vnica. de bigam. Abb. late in d.c.2. de bigam. Felin. in c. quæ in eccleſiarum. de conſt. num. 27. uerſ. & iſtis adde, ubi allegat S. Thom. quodli. 4. art. 14. dicentem, quod Papa non diſpenſat contra ius diuinum, tamen ex magna, & euidenti cauſa diſpenſat, ut bigamus promoueatur. ſed aduerte quod eſt art. 13. qui incipit, Ad ſecundum ſic proceditur. ubi San. Thomas quærit, an Papa poſſit diſpẽſare in bigamiæ irregularitate, & in corpore, quaſi in fine dicit: Manifeſtum eſt, quod bigamum nõ promoueri neque eſt de lege naturæ, neque pertinet ad articulos fidei, neque eſt de neceſſita
21 te ſacramenti, quod patet ex hoc, quod † ſi bigamus ordinetur recipit ordinis ſacramẽtum, ſed hoc pertinet ad quandam determinationem diuini cultus. unde circa hoc Papa poteſt diſpenſare, licet diſpenſare non debeat niſi ex magna, & euidenti cauſa. & in 4. ſent. diſtin. 27. q. 3. Et ſic ex S. Thoma, bigamus ex diſpenſatione Papę poteſt promoueri, non autem ab alio inferiori, ut not. in ca. vnico. de bigam. in ſex. & ibi hoc not. Gemi. poſt Ioan. And. & alibi Ioan. And. in c. 2. eo. tit. ext. ſuper glo. magna.

Quod nedum procedit in bigamis uere, ſed etiam in bigamis interpretatiue, quia ſic
22 † in ipſis eſt defectus ſacramenti ſicut in bigamis uere, ſecundum gl. in d.c. 1. de bigam. & tenet S. Thom. in 4. ſent. diſtin. 27. q. 9. ubi dicit, quod bigamiæ non eſt adiuncta irregularitas de iure naturę, ſed de iure poſitiuo: nec uerum eſt de eſſentialibus ordinis, quod
23 alias non ſit bigamus, quod patet, quia † ſi bigamus accedat ad ordines, caracterem ſuſcepit, & ideo Papa poteſt diſpenſare in tali irregularitate, non autem alius inferior, vbi ſupra, ut per eũ. & licet Scot. in 4. diſt. 33. videatur aliter dicere, tamen in fine dicit, quod nõ ſine magna cauſa Papa debet diſpenſare, & ſic & ipſe affirmatiue tenere videtur, & in 4. diſti. 17. q. 1. ar. 1. pro qua materia uide Nauar. in Manua. c. 27. nu. 197.

Et præmiſſa in bigamia uera, & interpre-
24 tatiua, nam † in ſimilitudinaria etiam epiſcopus diſpenſare poteſt, ſi mulier erat virgo. c. 1. cum gloſ. qui cler. uel uouen. ubi id tenent Panorm. Card n. Præpoſ. & cõmuniter omnes, vt dicit Nauar. in ſuo Manua. confeſſ. ſub titu. de cenſur. ſub prima ſpecie irregul. in fi. & eſt ſub c. 17. nu. 197. in fi. Et in præmiſſis demum cõclude cum Concilio Tridentino Seſſione xxiij. c. 17. in fine. cuius uerba hæc ſunt. quod ſi miniſterijs quatuor minorum ordinum exercendis clerici cælibes præſto non erunt, ſufficit poſſint etiam coniugati vitæ probatæ, dummodo non bigami, ad ea

munia

munia obeunda idonei, &c. Et ſic ſit abſolu-
ta iſta quæſtio, quam tamen intellige in eo
bigamo, qui unam tantum vxorem habet,
non autem in eo qui cum duab. eodem tem
pore contrahit, & conuerſatur, vt inter con-
25 iugatos fieri ſolet. nam † nec etiã Papa poſ-
ſet diſpenſare, ut quis habeat duas uxores eo
dem tempore, ut dicit Abb. in quæſt. ſua, Epi
ſcopus. col. 3. & cum vtraque conſumat ma-
trimonium, & hoc eſt adeo verum, quod ſi
Regina Saracenorum uellet cum ſua gente
conuerti, ſi quis Chriſtianus, iam cum altera
coniugatus, eam duceret, non poſſet Papa di
ſpenſare, nec illud vinculum tollere, vt ita cõ
cludit Pet. de Palu. in 4. diſt. 33. q. 1. uerſ. ſed
26 dicendum, ubi dicit, quod ſicut † Papa ex
eo quod Papa non poteſt miracula facere,
quod eſt ſupra naturam: ſic nõ poteſt plura-
litatem vxorem permittere, & in ea diſpen-
ſare, cum ſit contra legem naturalem, & ius
diuinum euangelicum illius legis naturalis
confirmatiuum, vt Mat. ca. 15. & non poſſet
contrarium fieri, niſi Deo diſpenſante, qui
27 in lege naturæ, & veteri diſpenſauit, † vt Ge
neſ. c. 16. 29. & 30. & 1. Reg. c. 1. & Nu. c. 12.
Deuter. c. 21. & alibi ſæpius in ſcripturis, nõ
propter ſolam multiplicationẽ ſobolis, aliàs
ante diluuium, & ſtatim poſt fuiſſet conceſ-
ſum, cum tamen nec filijs Nec hoc licuerit,
ſed propter augmentum cultus diuini, quod
non erat in alijs gentibus incircumciſis, cum
eſſent deditæ idolatrię, & id etiam tenet Ar-
chiep. Floren. in 3. par. ſum. tit. 14. §. 2. Et di-
cit Scot. ubi ſup. quod cauſa diſpenſationis
diuinæ hodie non militat, quia multi vacant
generationi fidelium, quia fides multiplica-
ta eſt, & ſic ille finis magis principalis prolis
procreandæ non eſt neceſſarius. Et ita argui
poteſt a ceſſante cauſa diſpenſationis, quod
argumentum validum eſt. l. adigere. §. quam
uis. de iure patron. cap. cum ceſſante. de ap-
28 pell. cum ſimil. ut † ſcilicet debeat ceſſare di-
ſpenſatio. c. 1. & ibi Archid. poſt prin. & Do
mini. col. 1. uerſi. Quæro an iſta conſtitutio.
55. diſt. c. Cœnomanenſem. 56. diſtin. c. mo-
nachus. 67. diſtin. c. vlt. in fi. 77. diſt. c. quod
pro neceſſitate, & ibi glo. & alij. 1. q. 1. c. eos.
1. q. 5. c. quod pro remedio. & ibi Card. Ale-
xan. & c. exigunt. 1. q. 7. c. ordinationes. uer.
quamuis autem. 9. q. 1. glo. in c. poſt transla-
tionem. in uer. ceſſante. de renuntiat. in cap.
quod pro remedio. 1. q. 8. aliàs. 7. c. quia cir-
ca. & ibi Card. Alexan. in 4. not. de conſang.
& affinit. Archid. in ca. neophytus. in fi. 61.
diſtin. Bal. in Rubr. de conſuet. colu. vlt. uerſi.
ceſſante cauſa. & in c. ſi alicuius. qđ eſt pen.
ad fi. de elect. & in c. at ſi clerici. colu. 4. uerſi.
Quæro nunquid Epiſcopu. de iudic. & alij
multi quos longum eſſet recenſere, nec in le
ge noua reperitur Deum diſpenſaſſe, ut di-
cit Archiep. Floren. in d. §. 2. Et ideo inquit
29 Bal. in cap. lator. de re iud. Quod † ſi Regina
eſſet ſterilis, Papa non poſſet concedere li-
centiam Regi ſuperaddendi aliam vxorem,
quia ſcriptura dicit, erunt duo in carne una.
Geneſ. c. 2. ſequitur Felin. in c. quæ in eccleſia
rum. col. 8. uerſi. cæterum limitatur. de con-
ſtitut. & hęc ſufficiant. & quo ad dicta ſupra
nume. 20. uide multa bona apud Colum. in
tract. de eccleſiaſt. red. orig. par. 3. c. 31. num.
13. Tom. 15. tracta. par. 2. in ult. Ven. impreſ.

QVAESTIO XXXIIII.

Bona debitoris data ex ſecundo decreto in ſolutum creditori, quomodo effi-ciantur ipſius creditoris, & an irre-uocabiliter.

SVMMARIVM.

1 *Datio in ſolutum reuocari non poteſt de iure communi.*
2 *Datio in ſolutum, venditioni ſimilis eſt.*
3 *Statutum loquens de redimenda poſſeſſione alienata, & ſi de uenditione ſimpliciter loquatur, habet locum in datione in ſolutum.*
4 *Dictum de vẽditione, & in datione in ſolutũ locũ habet.*
5 *Venditio ſemel facta reſcindi non poteſt etiam reſcripto Imperatoris.*
6 *Bona debitoris in ſolutum data creditori efficiuntur ipſius creditoris, nec amplius recuperari poſſunt. & 10*
7 *Datio in ſolutum, quomodo obtineat vim uenditionis.*
8 *Statutum ſi concedit facultatem uicino uel conſorti ut poſſit rem uenditam recuperare, non habebit locum in datione in ſolutum.*
9 *Bona data in ſolutum creditori, infra quantum tempus debitor redimere poſſit.*
11 *Lex generaliter loquens debet generaliter intelligi.*
12 *Pignus conuentionale datum creditori uirtute reſcripti, poteſt a debitore redimi.*
13 *Decretum ſecundum habet uim ſententiæ diffinitiuæ.*
14 *Sententiæ diffinitiuæ ſtandum eſt.*
15 *Bona per iudicem aſſignata in ſolutum creditori ſi longe plus ualerent quam ſit debitum aſſignatio in totum nulla redderetur.*
16 *Datio in ſolutum facta ſimpliciter, & non limitato certo pretio, non ualet, & uenit reſcindenda.*
17 *Emptio ſine certo pretio nulla eſt.*

QVAERO

QVAERO Trigeſimotertio. Mæuius debitor Titij eſt in mora ſoluendi debitum, Titius iuris medijs agit contra debitorē, ſeu eius bona, quæ demum ipſi ex ſecundo decreto adiudicantur: Mæuius redit ad bona recuperanda, id fieri poſſe negat Titius, aſſerēs ſua irreuocabiliter facta eſſe, quæritur quid iuris? In hac controuerſia ſunt diuerſę Doct. ſententiæ, quas breuius quam fieri poſſit per ſtringam. Alex. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de damno inf. dicit, veriorem & magis commu
* nem opinionem eſſe, quod bona data in † ſo
1 lutum creditori ex ſecundo decreto efficiuntur ipſius creditoris irreuocabiliter, nec per debitorem poſſunt amplius recuperari. huius dicti ratio eſt, nam datio in ſolutum reuocari non poteſt de iure communi, l. ſucceſſores. C. de ſolution. pro qua opinione facit ſo
2 lidum fundamentum; Datio † inſolutum uēditioni ſimilis eſt, l. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſ. eat. l. ſi prædium. C. de euictio. per quem tex. Ioan. Fab. & Alber. ibi tenent, ſtatutum
3 † loquens de redimenda poſſeſſione alienata, etiam ſi de uenditione ſimpliciter loquatur, habere locum in datione in ſolutū. quod & alibi tradit idem Alberi. in l. cętera. §. ſed ſi ſeparauit. & ibi Iaſ. col. 2. uerſ. item per iſtum tex. ff. de leg. 1. & idem Alber. in l. ſi uſumfructum. ff. de liber. cau. & in prima par. ſtat. q. 88. & in 2. par. q. 2. colu. 1. uerſ. ex prædictis colligi poteſt. Bal. in tract. de iure protomiſ. col. 5. uerſ. ſed utrum hæc conſtitutio. Io. de Plat. in l. 1. col. 2. uer. eſt autem argumentum. C. de fun. patrim. lib. 11. not. Bartol. in l. 1. §. cum prædium. ff. de pignor. in l. libera. C. de ſenten. & in l. eleganter. in prin. de pignorat. act. cum quo id ibi tenēt Bal. & Pau. de Caſt. qui dicit illum tex. ad hoc ſemper allegari. ultra quem tex. facit etiam l. ſi plus. uerſic. & ſi iuſſu. ff. de euict. l. 4. §. de illo. uerſ. idemque fore. ff. de vſucap. l. apud Celſum. §. ſi quis autē. uerſ. autoris. ff. de doli except. l. ſenatus. in prin. ibi, quamuis non vt uendat. ff. de leg. 1. ubi probatur hoc etiam procedere in conſtitutione pœnali, ex ſententia Alberi. & Iaſ. in 5. not. Et id nedum in Lecturis tenuerūt præcitati, & alij Doct. ſed etiam conſulendo firmarunt. Oldr. conſ. 37. in 3. q. Bar. conſ. 121. circa med. Bal. conſ. 150. uol. 1. Imo. conſ. 8. uerſi. circa tertium. Comen. conſ. 4. ad fin. & conſ. 29. col. 2. uerſ. ad ſecundum. Fulgo. cōſ. 133. col. 2. uerſ. ſed & illud. conſ. 137. in fine primi dubij. & conſ. 290. col. 2. uerſi. Secūdo principaliter. Caſtren. conſ. 266. col. 2. uerſi. tertia ratio. & col. ſeq. uerſ. & ſic concludo. uol. primo. conſ. 165. col. 2. uerſi. ſecundò uidetur. & conſ. 326. ante fin. uol. 2. Rom. conſ. 450. incip. Præſens dubitationis articulus. Franc. Aret. conſ. 32. col. 2. uerſ. nec obſtat ſi dicatur. ubi ex hoc dicit generaliter, quic-
4 quid † de uenditione dicitur, & in datione in ſolutum habere locum; & conſ. 148. colu. 2. uerſ. his tamen non obſtantibus. & cōſ. 160. col. 5. uerſ. venio ad quartum. Deci. cōſ. 409. col. 2. & conſ. 558. poſt prin conſ. 587. col. 2. conſ. 592. ad fin. Pariſ. conſ. 11. incip. Caſtrū iſtud. col. 5. num. 42. uerſ. Quæ datio. uol. 1. & conſ. 100. incip. Contractus tranſact. col. 5. num. 41. uerſi. ſuadetur etiam. eo. uolu. Deci. conſ. 18. incip. Viſo puncto. num. 3. & alibi idem Pariſ. conſ. 102. incip. non agitatur. in prin. uerſ. & talis datio in ſolutum. uolu. 3. & conſ. 82. incip. pro ueritate. colu. 2. num. 18. eo. vol. & idem Pariſ. conſ. 81. incip. cōſultus quale ſit. col. 4. num. 22. & 32. ubi multa allegat. uol. 2. quod & deciſum refert Afflic. deciſ. 335. incip. pro deciſione. nu. 18. & deciſ. 358. incip. in cauſa nobilium. col. 1. iunc. de-
5 ciſ. ſeq. colu. 1. Sed uenditio † ſemel facta reſcindi non poteſt etiam reſcripto Imperatoris, l. de contractu. C. de reſcin. uendit. etiam ſi quis uelit reſtituere pretium duplicatum, inuito enim emptore non reſcinditur, l. non eſt. C. eod. tit. Tiraquel. de retract. Lignag. in pręfat. num. 23. ergo ſic & datio in ſolutum.
6 Vnde † bona in ſolutum data, vt in quæſtione propoſita efficiuntur creditoris, nec poſſunt amplius recuperari, & ita virtualiter, licet non formaliter, argumentatur Deci. in ſupracit. conſ. 558. quod incipit, in cauſa Magnifici Ioannis. in princ. poſt Franc. Aret. in conſ. 159. incip. Longa eſt iſta conſultatio. col. 5. in prin. uerſ. venio ad quartum. vbi late diſcurrit, quomodo datio in ſolutum inducat emptionem, & venditionem, vt per eum ibi.

Contrarij Alex. & alij in caſu propoſito fuerunt, Specul. in tit. de empti. & uendit. §. nunc dicendum. Ioan. And. in c. conſtitutus. col. vlt. & ibi Butr. & Anchar. in 3. oppoſ. dū allegat Specul. in pręcit. loco. ext. de reſtit. in integ. Alberi. in l. ſtatuliberi. §. quintus. ff. de

ſtatulib.

ſtatulib.Luc.de Pen. in l.ult.col.1.uerſi.item
qui non poteſt.C.de prǫd.cur.lib.11.Por.in
l.Senatus.ff.de leg.1.Alex.in addit. ad Bar.in
l.litis.ff.pro empt.& conſi.76.uiſis dubitatio
nibus.col.3.uol.5.ubi citat Specu.ubi ſupra.
Fran. Aret. conſi. 124. quod incipit,eximię
dominę.col.pen.Corn.conſ.166.incip.qua-
tuor vertuntur.colu.5.lib.3.Guid.Pap. deciſ.
257. quæ incip.caueturconſuetudine. in fi.
Fely.in c.ult.col.pe.uerſi.Fallit tertio. ext.de
accuſat.Firm.in Tract. de gabel. par. 3.octa.
par.prin.quæſt.3. uerſi. in quæſtione tamen
propoſita,& in 4.quæſt.Iaſ.conſ.150.incip.
Videretur prima conſideratioue.colu. 2.nu.
6.uerſicu. Secundo & fortius. uol. 4. Sebaſt.
ap. in tract.de iure congrui. Deci. conſi. 18,
incip.Viſo puncto. colu. 2. uerſi. nec obſtat,
quod dicitur.& cõſi.586.incip.in cauſa quæ
Mantuæ agitatur.col.2.Crot.in repet.l. filiuſ
familias.§.Diui.col.16. uerſi. 3.adducitur.&
col.34.uerſic. tertia ſit concluſio.& ibi Rip.
num.101.ff.de leg.1.Pariſ.conſi.82.quod in
cipit,pro veritate.colu.2.nu.18.uol.3. & alij
multi quos longum eſſet recenſere, qui te-
7 nent † non idem cenſeri de datione in ſolu-
tum,quod de venditione dicitur,nam datio-
nem in ſolutum vim venditionis obtinere,
largè id uerum eſſe dicunt; quia proprie &
ſtricte loquendo datio in ſolutum non dici-
tur uenditio: & ideo ſecundum eorum ſen-
tentiam, ſtatutum quod loquitur de contra-
ctu venditionis non habet locum in datione
in ſolutum,ut dicit Specul. ubi ſup. uerſi. ſed
8 pone ſtatutum. Dicens, quod † ſi ſtatutum
concedit facultatem vicino uel conſorti, vt
poſſit rem venditam recuperare, tale ſtatu-
tum nõ habebit locum in datione in ſolutũ.
Bar.in l.ſi finita.§.Iulianus.in fi.ff.de dam.
inf.in hoc caſu fuit in hac ſententia,quod li-
9 cet † quando bona ſunt data in ſolutum cre
ditori,creditor efficiatur dominus, tamen ſi
debitor veniens infra biennium uelit debi-
tum ſoluere,audietur,per l. fi. C. de iure do-
min.impet.quod & Bal.tenere uidetur in l.2.
§.ſi abſens.col.1. uerſi. ex hoc habes. ff.ſi ex
noxal.cau.agat.ubi dicit hoc procedere,niſi
aliter per ſtatuta terrarum ſit prouiſum,nam
tunc ſtatuta debent ſeruari, allegat glo.quæ
hoc dicit in d.l.fi.C.de iure domin.impetr.in
uer.recuperare, quæ gloſſa nedum loquitur
in biennio,ſed in quadriennio,& ſic plus di-
cit quam dicat Bart. dicit enim, ſic ergo in-
fra quadriennium recuperabit pignus debi-
tor.immo infra,& vſque ad annos quinque
dicit ſtatutum Venet. in aucten. in conſult.
maior.conſ.anni 1413.29.Decemb.quæ in-
cip.Cum multæ fraudes. uerſi. uadit pars.
Et licet proxime dicta ex Bart. & alijs in-
hærentibus ſtatutarijs diſpoſitionibus poſ-
ſent haberi pro reſolutorijs quæſtionis: in
via tamen legali,& ſecundum terminos iuris
cõmunis,ut ſupra dictum eſt ex Alexã.prior
ſententia uerior eſt,& magis communis,ſim
10 pliciter intellecta, quod ſcilicet † efficiantur
creditoris irreuocabiliter. idq; probatur in
d.l.ſi finita.§.illud quęritur.in ver. Poſtea,vbi
tex. clare ſic dicit. poſtea autem quam quis
poſſidere iure dominij a prætore iuſſus ſit,
nequaquam locus erit cautionis oblationi,
& ita ait Labeo.cæterum inquit, nullus finis
rei inueniretur, & hoc eſt ueriſſimũ. qui tex.
cum generaliter loquatur, & ratio infinita-
11 tis vitandæ ibi poſita ſit generalis, † generali
ter intelligi debet,l.illud.iunct.gl.ad l. Aquil.
huic dicto conuenit glo. in l. properandum.
§.ſin autem reus.in uer.audiatur.C. de iudic.
ubi dicit gloſſa,quod reus perpetuo auditur
ad recuperandam poſſeſſionẽ,niſi bona fue-
rint iam vendita,uel pro debito creditori ad
iudicata,& allegat l.ſi quis emptionis.§.pen.
C.de præſcr.30.annor.ad idem eſt gloſ.fi.in
l.2.C.ubi in rẽ act. Et nedum ſic uolunt iuri-
ſtæ,ſed id etiam tenent Canoniſtæ, ut in c.
contingit.de dolo,& contum.in glo.fi.ſuper
uer.conſtituatur. ubi ample tractatur mate-
ria primi,& ſecundi decreti, & eorum effe-
ctus,& quid in perſonali,& quid in reali; fi.
glo.in cap.quoniam frequenter. §. fi.in gl.&
ſuper uer. diſtinctionem. circa med. in illis
ver. niſi ex ſecundo decreto res ſint ei iam
pro debito aſſignatæ uel diſtractæ. & ſic pa-
tet iſtam ſententiam vtroque iure clare pro-
bari,immo & probatur in eadem met glo. al-
legata per Bar.in l.fi.C.de iure dom.impetr.
in uer.recuperare.ubi dicit quod poſt ſecun-
dum decretum reus non auditur, & allegat
d.§.illud quæritur. in d. uer.poſtea autem. &
* hanc communem ſententiam tenet Ang. in
d.l.ſi finita.§.ſi plures.col.fina.ubi tenet con-
tra Bar.in d.§.Iulianus.per tex.in d.uerſi.Po-
ſtea autem.& dicit ibi eſſe caſum.& in l. a di-
uo Pio.§.ſi poſt aditum. ff. de re iudic. & re-
ſpondet ad d.l.fi. C. de iure domin. impetr.
quod loquitur in pignore cõuentionali da-
to

12 to creditori virtute reſcripti, quia † creditor dicti pignoris non inueniebat emptorem. in caſu autem propoſitæ quæſtionis agitur de pignore prætorio, dato in ſolutum ſecundũ ordinem iuris. & idem ſequuntur Imo. & Caſtren. in d. uerſi. Poſtea autem. & idem cõcludit Bal. in l. fi. circa fi. C. de bon. auth. iud. poſſ. Imola in l. debitoribus. circa fin. ff. de re iud. ubi allegat Specul. in titu. de ſecun. decr. §. iuxta. in uerſ. quid ſi ille redeat poſt venditionem. & Saly. in auth. & qui iurat. col. pe. in uer. Quæro decimo. C. de bon. author. iudi. poſſ.

Ex quibus omnibus patet de ueritate thematis in quæſtione propoſiti, & quod deducta concluſio ſit verior, & communis. Pro qua etiam Alex. in d. §. Iulianus. in fine. adducit aliud fundamentum, quod tale eſt. Secun
13 dum † decretum habet vim ſententiæ diffinitiuæ, ut not. Bald. in l. cum & minores. in prin. C. ſi aduerſ. rem iudic. in l. 2. §. ſi abſens. in 10. q. ff. ſi ex nox. cau. agat. & ut ipſemet Alex. tradit in l. 1. in uerſi. poſſeſſionem. ff. de
14 iuriſd. omn. iud. ſed ſententiæ † diffinitiuæ ſtandum eſt, l. 1. C. de re iudic. & in c. ad conſultationem. de re iud. ergo & ſecũdo decreto. Bona igitur data in ſolutum ex ſecundo decreto, de iure communi reuocari non poſſunt.

Limitatur, quando bona data in ſolutum non excedunt debitum, uel ſi excedunt, non
15 tamen excedunt multum, nam † ſi bona data in ſolutum longe plus ualerent quã ſit ſumma, & quantitas pro qua in ſolutum data fuerũt, talis bonorum aſſignatio redderetur nulla in totum, ut dicit tex. in l. ſi nõ ſortem. §. ſi centum. & ibi expreſſe Barto. ff. de cond. ind. cum alijs per Fulgo. in hanc ſententiam cumulatis, conſ. 137. incip. quia ex facto. columna ſecunda, refert & ſequitur Pariſ. d. cõſilio 81. num. 24. & 36.

Limitatur ſecundo, quando talis datio in ſolutum eſt facta ſtatuto ſeu limitato pretio:
16 nam † ſi eſt facta ſimpliciter nõ ſtatuto nec limitato certo pretio, venit reſcindenda; & in aliquo nõ ualet, ad ſimilitudinem emptio
17 nis, quæ ſine certo pretio † nulla eſt, ut Inſtit. de empt. & vendit. §. pretium. & in l. 3. ff. pro empt. & expreſſe tenet Bart. in l. a diuo Pio. §. ſi pignora. in 2. oppoſ. ff. de re iudic. & Pariſ. d. conſ. 81. col. 2. ubi late tractat materiã dationis in ſolutum, & ad materiam propoſitam uide Deci. conſ. 18. incip. viſo puncto. nu. 3. par. 1. & Tiraquel. late, de utroq. retr. in de retr. Lignag. §. 1. glo. 24. & §. 23. glo. 1. nu. 26. cum plur. ſequen. ubi quid in hanc rem ſcribentes dicant cumulatiue congeſſit. & ad dicta ſup. num. 4. vide Menoc. conſ. 241. nu. 17. 28. & 29. par. 3. & Redoan. in Tract. de rebus eccleſ. non alienã. c. 16 num. 1. & 3. & c. 17. Tracta. uolu. 15. par. 2. Octau. Simonc. de decret. inſpect. 14. num. 124. Amod. a Pon. in quęſt. laudem. q. 27. colu. 3. idem Simonc. ubi ſuprà, inſp. 15. nu. 128. Fabian. de mon. de emp. & uend. q. 2. princ. num. 31. Iac. Nouel. de iure protomiſ. nu. 79. in quibus locis habes materiam dationis in ſolutum practicatam ſecundum varietatem locorum.

QVAESTIO XXXIIII.

Aſſaſsinij crimen diſcutitur. Quis proprie dicatur aſſaſsinus. Clericus aſſaſsinus, an poſsit per iudicem laicum puniri.

SVMMARIVM.

1 *Aſſaſſinij crimen grauiſſimum eſt, & in eo ſolus conatus punitur ac ſi actus perfecte conſummatus eſſet.*
2 *Aſſaſſinus quis dicatur. & 3. & 4. & 5*
6 *Aſſaſſinus quis dicatur in terminis cap. 1. de homicid. in ſexto.*
7 *Aſſaſſinus proprie dicitur ille, qui pecunia data uel promiſſa homicidium committit uel committere attentat.*
8 *Aſſaſſini nomen incognitum de iure ciuili, fuit inuentum de iure Canonico.*
9 *Mandans data uel promiſſa pecunia, & mandatarius dicuntur pariter aßaſſini.*
10 *Aſſaſſinus ut quis dicatur, ſufficit quod promittat, uel ei aliquid promittatur, etiam quod non ſit pecunia.*
11 *Maleficium committens ut alicui complaceat, etiam aliquo non dato accepto uel promiſſo, dicitur aſſaßinus.*
12 *Filius committens maleficium cogitans complacere patri non dicitur aßaſſinus.*
13 *Aßaſſinium non dicitur committi ex ſimplici oblatione, & promiſſione abſque acceptatione.*
14 *Verba quando ſunt clara, ab ipſis non eſt recedendum.*
15 *Extenſio non fit in pœnalibus etiam ex identitate rationis.*
16 *Delictum quod facit uel fieri facit quis mediante pecunia, dicitur magis atrox.*
17 *Interpretatio vulgi eſt attendenda.*
18 *Diſpoſitio correctoria, & odioſa extenditur ex idenptitate rationis, quando agitur de ſalute animarum, & uitando peccato.*
19 *Aſſaſſinij in caſu quomodo iudicandum ſit.*

Peccatum

20 *Peccatum maius eſt quod Chriſtianus inſurgat in Chriſtianum, quam infidelis.*
21 *Aſſaſſinium eſt homicidium uoluntarium aggrauatum qualitate pecuniæ datæ acceptæ uel promiſſæ.*
22 *Infidelis non debet eſſe tutus in eccleſia.*
23 *Aſſaſſinus interficiens Iudæum uel paganum, an incidat in pœnas. c. 1. de homi. in ſex.*
24 *Infideles ſub dominio aliquo uiuentes ipſius legibus tuti eſſe debent.*
25 *Clericus aſſaſſinus an per iudicem laycum puniri poſſit.*
26 *Clericus falſum deponens coram iudice ſeculari non poteſt ab eo puniri, ſed indiſtincte ad ſuum iudicem eſt remittendus.*
27 *Falſi pœna quæ ſit.*
28 *Falſi crimen nunquam comprahenditur in generali remiſſione delictorum.*
29 *Laycus nec principaliter nec incidenter poteſt punire clericum coram ſe falſum deponentem.*
30 *Conatus ſiue affectus ſolus, an puniatur in crimine aſſaſſinij non ſequuto effectu.*
31 *Affectus non ſequuto effectu, quod non puniatur pœna ordinaria, ſed mitiori.*
32 *Pœna mortis naturalis irrogatur in crimine aſſaſſinij.*
33 *Aſſaſſinium dicitur perpetratum ex eo ſolum quod quis recipit pecuniam ut aliquem occidat.*
34 *Statutum puniens rapientem rem alienam certa pœna, procedit in eo qui fregit oſtium alterius ut raperet.*
35 *Cogitatio criminis committendi non eſt punibilis.*
36 *Iudicis officium eſt cuncta ad cauſam facientia diligenter rimari.*
37 *Iudex quod ſalua conſcientia poſſit rigorem iuris temperare.*
38 *Conſuetudines, & ſtatuta pœnalia ſemper intelliguntur de delictis effectu conſummatis.*
39 *Delictum attentatum non habetur pro ueritate ſecundũ rerum naturam, ſed ex quadam fictione, quæ non habet locum in ſtatutis.*
40 *Doctrina certa in criminalibus tradi non poteſt.*
41 *Animus occidendi ex armorum genere cognoſcitur.*
42 *Negatiua, quod quis non habuerit animum occidendi, quomodo probetur.*
43 *Operam dans rei illicitæ non ſolum tenetur de eo, quod ex propoſito deliquit, ſed etiam de delicto conſecutiuo.*
44 *Mandans aliquem tantum vulnerari uel percuti, an ſequuta morte teneatur de occiſo.*
45 *Agentes, conſentientes, uel auxilium præbentes in atrocioribus, pari ſupplicio afficiuntur.*
46 *Argumentum de contractibus ad maleficia in iure probatum eſt.*
47 *Mandans in dubio, non præſumitur commiſiſſe mandatario niſi uindictam ſimilem iniuriæ ſibi illatæ.*
48 *Aſſaſſinium an aliquo caſu ſit licitum.*
49 *Bannitum occidens per alium mediante pecunia, an, & quando puniatur.*

QVAERO Trigeſimo quarto. Accuſatur N. quod proditorie ad inſtãtiam T. percuſſit ſeu occidit P. cõtra ipſum vult iudex tanquam aſſaſſinũ
procedere, qui negans ſe aſſaſſinum ex eo ca
pite ſe defendit, quæritur quid iuris? & quia
ſimiles caſus ſæpe occurrere ſolẽt, & iudices
humanum ſanguinem ſitientes omnem quẽ
poſſunt caſum ad huiuſmodi aſſaſſinij crimẽ
trahunt, ideo libet hanc materiam tractare,
& quis proprie dicatur aſſaſſinus oſtendere,
1 hoc tamen prius præmiſſo, Aſſaſſinij † crimẽ
grauiſſimum eſſe, ita ut in eo ſolus conatus
puniatur ac ſi perfecte actus cõſummatus eſ
ſet, ut not. in c. pro humani. de homic. in ſex.
& firmat Ioan. Andr. in Mercurial. in reg. in
pœnis. ubi caſus multos enumerat in quibus
delictum attentatũ punitur pro conſummato.
& per Bald. & alios in l. ſi quis non dicam
rapere. C. de epiſco. & cler. & in l. is qui cum
telo. C. ad leg. Cornel. de ſicar. & Afflic. in
in primo lib. conſtitut. Regni, in 12. Rubr. de
Percus. illic. cum armis. num. 16. dicit, & ſic
vidi determinatum, & poſtea exequutum,
quia contra iſtos aſſaſſinos ſemper ſolet augeri
pœna, vt dicit Barto. in l. non ſolum. §. ſi
mandato. colu. 3. ff. de iniur. & l. Cicero. ff. de
pœn. & ibi Alex. in apoſtil. Et quoniam iſta
eſt materia d. c. pro humani. ideo ſecundum
2 literam illius tex. conſiderandum eſt, † quod
aſſaſſinus ille dicitur qui non exiſtens Chriſtianus,
alicui domino ſubiectus, ad alterius
inſtantiam Chriſtianum occidit vel occidere
attentat, quæ quatuor requiſita patent in
textu. Primum ibi, ſicque ab eo non abſque
Chriſtianæ dignitatis opprobrio quodammodo
redimere uitam ſuam. ecce dum dicit
id fieri in opprobrium Chriſtianæ dignitatis,
ſupponit quod nõ per Chriſtianum fiat.
Secundum ibi, coacti fuerint ſecuritatem ab
eorundem aſſaſſinorum domino impetrare.
Tertium ibi, vt ipſos faciant per aſſaſſinos oc
cidi. & ibi, quempiã Chriſtianorum per prędictos
aſſaſſinos interfici fecerit, uel etiam
mandauerit. Quartum ubi ſupra in iiſdẽ uerbis.
& quod in terminis illius decretalis aſſaſ
ſinus debeat habere ſupradicta requiſita, patet
in glo. ibi, ſuper uer. formidantes. dum di
cit, maxime propter qualitatem aſſaſſinorũ,
qui non timent mortem, & dicuntur eſſe de
Luczo della mõtagna, & ibi Ioan. And. in ad
3 dit. ſubdit. † & iſte eſt quidam Saracenus, &
prout dicitur ſunt illi ſui ſerui ita nutriti, quod
parendo mandato domini ſui credunt ſaluari.
& dicit Hoſti. quod multi Chriſtiani Principes
per tales mortui ſunt, & hæc quo ad

prædicta

præ dicta requiſita, quibus ipſe Ioan. And. in
d. addit. ex mente Archidia. uidetur addere
quintum, Quod ſcilicet talis aſſaſſinus hoc
faciat pecunia cõductus, dum ait, & dicit Ar-
chid. per hanc particulam probatur, decreta
lem non loqui de ijs, qui non ſunt ſub alicu-
ius dominio, ſed pro pecunia homines occi
dunt, qui vulgariter aſſaſſini dicuntur. Ex cu-
ius dictis collige, quod ſecundum propriam
4 ſignificationem vocabuli,† Aſſaſſinus ille di-
citur qui habet quatuor requiſita in tex. d. c.
Pro humani. ſecũdum autem vulgarem mo-
dum loquendi, aſſaſſinus dicitur etiam non
ſubditus alicui, dummodo per pecuniam ali
quem occidat hominem, vnde pro omnib.
præmiſſis a nullo, quem uiderim hucuſque
conſideratis, variȩ ſunt Doctor. opiniones
quis dicatur aſſaſſinus, ita ut non ita reſoluta
ſit propoſitæ quæſtionis dubitatio.

Tamen cõmunis Doctorum opinio eſt,
5 quod † aſſaſſinus dicĩt ille, qui pecunia alio-
ue pretio conductus hominem occidit vel
percutit, nihil tale ab eo præcauẽtem, & qui
aliquem hominem Chriſtianum mandat oc
cidi per homicidam pecunia ad id condu-
ctum, etiam ſi mandatarius Chriſtianus ſit.
ita dicunt Gemini. Anch. & Imo. in d. c. pro
humani. Bar. in d. l. non ſolum. §. ſi mandato.
num. 14. & in d. l. Cicero. de pœnis. Paul. de
Caſt. in l. 1. §. ult. ff. de eo per quem fact. erit.
Alex. conſi. 167. incip. videretur fortaſſe pri-
ma conſideratione. nu. 1. 5. & 6. uol. 7. Bal. &
Salyc. in l. non ideo minus. C. de accuſat. col.
pen. Angel. in l. qui ſepulchra. C. de ſepulc.
uiol. de quo per Hippol. in practic. crimin. §.
Examinanda. num. 21. cum ſequen. & in §.
diligenter. nume. 156. & in l. unica. C. de rap.
uirg. num. 103.

Et iſta ſententia nedum eſt communiter
recepta de iure, ſed etiam de conſuetudine
6 & ipſa practica ſeruatur, † vt dicit Aret. conſi.
163. incip. ſicut Ioannes dicit. colu. 9. in fine.
continuando in col. ſeq. ubi ad longum po-
nit intellectum illius decretalis, pro humani.
incipiendo ab illo uerbo, in quo articulo du
bium remanet, & propoſita opinione Arch.
& Ioan. dicentium, quod illa conſtitutio lo-
cum habet in certo genere perſonarum, &
non in alijs, nec nõ oppoſita opinione Imo.
Gemin. Bart. & aliorum tenentium aſſaſſinũ
juxta illam decretalem quemlibet dici, qui
pecunia conductus committit maleficium,
dicit, quod iſtorum opinio eſt approbata de
conſuetudine. & licet ipſe videatur adhære-
re contrariæ ſententiȩ, tamen neſcit contra-
dicere opinioni Imo. & ſequac. ut ibi per eũ
quem tu ſtudioſe uidere poteris in fonte.

Quæ concluſio eſt adeo uera, & indubita
ta, ut omnes Doct. ipſam ſemper ſimpliciter
7 ſupponant; Dicẽtes, † Aſſaſſinum eſſe illum
qui pecunia data vel promiſſa homicidium
committit vel committere attentat. quam, vl
tra citatos ſupra num. 5. tenuerunt Angel. in
d. l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur. Bald.
conſi. 98. uol. 1. conſi. 256. uol. 2. ubi dicit, ꝙ
requiritur præmium, uel ſpes præmij. Corn.
conſi. 249. col. 1. in fi. iunc. col. ſeq. uol. 1. Alc.
in l. 1. §. hæc actio. ff. de eo per quem fac. &
Paris, de Put. in tract. de ſindic. fol. mihi 57.
num. 14. & ſeq. Ang. in tract. malef. in uerſi.
Sempronium mandatorem. in princ. Deci.
conſi. 327. in prin. Gram. uoto. 9. in prin. Car
rer. in pract. crim. in tit. de homici. §. circa ter
tium. in prin. Pariſ. conſi. 166. incip. pro re-
ſolutione dubiorum. col. 1. uolu. 4. ubi ponit
quis proprie dicatur aſſaſſinus de iure com-
muni, & ſtatutario. paſſim habetur, ideo eius
dicta non tranſcribo.

Aduerte tamen tu expolitiorum uerborũ
8 profeſſor, quod hoc nomen aſſaſſini, † de iu
ri communi non erat cognitũ, ſcilicet apud
Iuriſconſultos, ſed mandans fieri homicidiũ
dicebatur conductor, faciens verò vocaba-
tur locator, ut in d. l. non ſolum. §. ſi manda-
to. ff. de iniur. ubi tex. clarus. hoc verò nomẽ
vulgariter de iure Canonico inuectum eſt, vt
in d. c. pro humani. §. cum igitur. ibi, ut ipſos
faciant per aſſaſſinos occidi. & ut per Barto.
in d. §. ſi mandato. ff. de iniur. uerſic. venio ad
conductorem. & per Bald. in l. non ideo mi-
nus. col. pen. C. de accuſat. Et quoniam enor
miſſimum crimen eſt, ideo nimirum ſi hoc
nomine uocati ſunt, & pænis plectuntur de
quibus in d. c. pro humani. ſiue ſint ſubiecti
Domino alicui, ſiue liberi, & ſeu fideles ſint
uel infideles, dũmodo pecunia data uel pro-
miſſa ad alicuius requiſitionem homines in-
terficiant, ut communiter tenẽt Doct. prout
ſup. nu. 5. quibus adde Gramma. uoto 8. 9. &
11. & Deciſ. Neapol. 155. in nou. Sum. Ang.
in uer. Aſſaſſinus. in prin. & per tot. ubi diſcu
tit diſpoſitionem d. cap. pro humani. & uide
Sum. Tabien. in uer. Excommunicatio. 5. ca-
ſu. 37. num. 3. Et ſic concludas, contrarijs re-
iectis,

iectis, ueluti obſeruatæ conſuetudini repugnantibus.

Ampliatur iſta cõcluſio vt locum habeat non ſolum in mandatario, ſcilicet in locato-
9 re,† ſed etiam in eo, qui pecunia mediante mandat aliquem occidi, id eſt in conductore. d.cap.pro humani.Ange.in d.l.qui ſepulchra.C.de ſepulc.uiol.& in d.l.1.ubi Alex.ff. de eo per quem fac.erit.& Salyc.in d.l. non ideo minus.C.de accuſat. Bal. & Angel. in l. hoc edictum.§. hæc autem.ff. de iniur.Ang. in conſi. 14.incip. nos Carolus. col.2.uerſi. in hos ergo aſſaſsinos,& aſſaſsinariam mandantes.Bal.conſi.256.incip.Quamquam allegationes prædictæ.uol.2.& conſi. 383.incip.Bertonus de Ceuo.uol.5.Alex.in d.cõſi. 167. alleg.ſup.ſub num.5.Gram.in uoto.9. quod incipit,Redemptoris gentium.num.1. Angel.in tract.malef.in d.uer.Sempronium mandatorem. in prin. ubi dicit, Quod accipiens mandatum pro pecunia dicitur aſſaſſinus.& parum infra ſubdit,quod in vtroque, id eſt in aſſaſſino, & mandante eſt delictum atrocius ob pecuniam, & ideo grauior illis irrogatur pœna,per d.c.pro humani.Bal.in d.l.Cicero.de pœnis.Paris de Put. in tracta. ſindic.in uer.inquiſitio. uerſi. dicit conſtitutio regni.in uer.An inquiſitione facta,Capici.decis.155.incip.notarius Marcus.nu.11. uerſ.quartò facit Salyc. & num. 17.uerſi.ad tertiam.ubi dicti Doct.concludũt,quod propter criminis atrocitatem etiam mandans data pecunia dicatur aſſaſsinus,nam ſua mala operatione animam a corpore ſcindit, vt dicit Gemi.in d. c. pro humani.in uerſi.cum igitur.& per talem ſciſſionem nõ ſolum corporum,ſed etiam animarum mortem procurant,ut dicit d.c.pro humani.& de hoc alias dicam in meis recollectis criminalibus.

Ampliatur ſecundo iſta propoſitio pro-
10 cedere † nedum data uel promiſſa pecunia, ſed etiam aliquo alio dato uel promiſſo, nã ad effectum vt quis dicatur aſſaſsinus,ſufficit quod promittat, uel ei aliquid promitatur, etiam quod nõ ſit pecunia,ut per Curti.ſeni. in conſ.20.in 3.car.quod conſilium fuit Bartholomæi Socini vt ibi patet in ſubſcriptione eius,in 5.car.ſequitur Gram.in d.uoto.9. num. 1.uerſi.& ideo pulchre conſuluit Franciſch.Curt.idem tenuit Ioan. And. in c. pen. de cleri. non reſiden.Ange.in d.conſi.14.& Capici.in d.deciſ. 155. uerſi.ſexta dubitatio eſt.& in uerſi.ad tertiam.& in uerſi.ad ſextã. vbi tradit an aſſaſsinium cõtrahatur per promiſsionem aliarum rerum quam pecuniæ?& quid ſi non eſt promiſſa pecunia,ſiue ſoluta, ſed promiſſa,vt per eum,cuius dicta non trãſcribo, communiter enim ab omnibus hr.

Ampliatur tertio concluſio habere locũ,
11 vt aſſaſsinus † etiam dicatur ille qui maleficium committit vt alicui complaceat,aliquo nõ dato,accepto uel promiſſo ut per Gram. d.uoto.9.num.3.uerſ. quod nedum pro pecunia.Ioannes And.& Ang.vbi ſupra,& Alexand.in d.l.1.ff.de eo per quem fac. erit. vbi de materia huius ampliationis multa habes. Iſta tamen ampliatio non ita ſimpliciter intelligenda eſt, ſed procedit & non procedit conſiderata perſona complacentis, puta, ſi complacent ſub ſpe conſequendi beneficiũ, ex tali complacentia,quia ſcilicet ille cui cõplacet ſit ipſum remuneraturus, dicitur aſſaſſinus,& ſic procedit ampliatio.Si autem cõplaceat ſimpliciter,prout fieri ſolet:nam omnes qui pro aliquo aliquid faciunt,regulariter operantur vt illi cõplaceant.ſi igitur ſimpliciter ad finem complacendi exequitur,
12 non dicitur aſſaſsinus,prout in filio † qui cogitans complacere patri aliquod maleficiũ committit, nam non dicitur aſſaſsinus, arg. ff.de neg.geſt.l.ſi pupilli,§.ſed ſi ego.Bald.in d.conſ.256.& niſi iſta ampliatio hoc modo intelligeretur, omnes eſſent aſſaſsini ex ratione prædicta.

Ampliatur quarto iſtud dictum uendicare ſibi locum,ubi interuenit conuentio inter mandantem & mandatarium, vt quia mandatarius acceptet,quod promiſit mandans.
13 Dico accẽptet,quia † ex ſimplici oblatione, & promiſsione abſque acceptatione non dicitur committi nec contrahi aſſaſsinium, ut per Bal.in d.conſi.383.Capici.d.deciſ. 155. uerſ.Tertia dubitatio.& verſi. Ad tertiam dubitationem reſpondetur. vnde ſi quis alicui offerat præmium pro aliquo occidendo,& iſte non acceptet, ſi poſtea ſubſequatur homicidium, mandans non tenebitur, vt dixit idem Bal.conſi.82.par.3.ſequitur Gram.uoto 11.num.19. Ex quibus omnibus patet veritas propoſitæ quæſtionis.

Verum ne in ea aliquid intactum omittamus,duo obiecta tollenda ſunt,quæ contrarium tenentes facere poſſent,ex d. c. pro humani.Primum eſt, dictum cap. nihil dicit d

recipiente

recipiente pecuniam,ſeu faciente per pecu-
niã,ſed ſolum loquitur de mandante, quod
etiam patet per Gemin.in ſuo ſummario ibi
dum dicit,Per aſſaſsinos faciens uel tantum
mandans interfici ,tanquam ab omnib. diſ-
fidatus abſque alicuius prolatione ſentẽtias
incurrit excommunicationis, & depoſitio-
14 nis ab officio, & beneficio.Cum ergo † eius
verba clara ſint,& ſic ab ipſis non ſit recedẽ-
dum.l.1.§.is qui nauem.ff. de exercit.l. non
aliter.ff.de lega.3.l. proſpexit. ff.qui & a qui-
bus.igitur mandatarius in terminis illius de-
cretalis non debet dici aſſaſsinus. Secũdum
obiectum eſt, Cap. pro humani, nihil dicit
de pecunia data uel acceptata ad effectum
committendi maleficium, vt legenti textus
patet:ergo caſus ille in terminis ſuis intelligi
debet,& non extendi ad caſum pecuniæ, &
hoc modo neuter dicetur aſſaſsinus, iuxta
cõclusionem in terminis dicti capituli. nam
15 in † pœnalibus non fit extenſio etiam ex
identitate rationis, ut per glo. in clemen. 2.
de ætate & qual.in ver.eiſdem.Bar.in l.illud.
C.de ſacroſ.eccleſ.Barb.conſ.64.incip. ſcri-
bitur.col.8.uerſi.circa quod. uol.1. ubi dicit
not. quod extenſio de ſimili ad ſimile non
admittitur in pœnalibus.& eſt gl. in clem.2.
de hæret.in clem.1.de reb. eccleſ. non alien.
& in l.fi.de in ius uocan.Socin.conſ.275.nu
mero 12.in prin.uerſ.non omitto. uolum.2.
Alci.de præſump.reg.3.præſump.45. nu.5.
Cæphal.conſ.226.num.19.& has extenſio-
nes ceſſare in pænalibus poſt Craue. ſcribit
Menoch.de arbitr.iud.li.2. cent. 3.caſu 275.
num.22.de quo in meo conſ.crimin.nu. 56.
& diffuſius in meis recollectis criminalibus
aliàs Deo permittente dicam.

Tamen nec etiam iſta obiecta tollunt cõ-
cluſionem propoſitam, nam ad primum re-
ſpondetur,cum glo.2.in d.cap.pro humani.
quæ in poſitione caſus, circa medium dicit,
quod Roma. Pont. uolens obuiare malis de
quibus in eod. cap. profert plures pœnas in
iſtos aſſaſsinos,& illos qui eis mandabant,&
ſic patet illum text. in mandatario loqui. &
ita etiam intelligit Bar.in d.l. nõ ſoluti.§.qui
mandato.ff.de iniur.colum.3.ubi dicit,quod
16 † quando aliquis facit uel fieri facit aliquid
mediante pecunia, dicitur delictum magis
atrox, & propter hoc pœna poſſet augeri,
& de facto (dicit ipſe) uidemus augeri in
iſtos qui dicuntur vulgariter aſſaſsini,per fru
ſta enim ſcinduntur & dilacerantur ignitis
forpicibus, ut dicit Abb. in c. at ſi clerici.in
princ.num.41.de iudici. Caſſan. in conſuet.
Burgũ.Rubr.1.uerſ.videndum.nu.7.Carrer.
in pract.crim.fol.mihi 294.nu. 35. & paulo
poſt dicit ipſe Bar.& uidetur expreſſum in c.
1.de homici.lib.6. ecce quod illam decreta-
lem intelligit Barto.tam in mandante quàm
in mandatum recipiente. quod & expreſſe
tenet Saly.in d.l.non ideo minus. col. ult.de
accuſat.cuius verba ſunt iſta. Verumtamen,
ut inquiunt Bart.& Doct. delictum cenſetur
in vtroque iſtorum atrocius, quàm ſi pecu-
nia non interueniſſet, & ideo pœna poteſt
augeri,& videtur caſus extra de homici. lib.
6.ubi aſſaſsini grauiter puniuntur. & ſubdit,
quod aſſaſsini uocantur vulgò hi qui rece-
pta pecunia uel promiſſa, homicidia com-
17 mittunt.& quod † vulgi interpretatio eſt at-
tendenda, l. cum de lanionis.§. aſinam. de
fun.inſtr.l.Labeo. de ſupel. lega. Et finaliter
facit ratio potiſsima. Qui delinquit ob pecu
niam magis delinquit, quàm qui ſine pecu-
nia,d.l.Cicero.& l.mulierem.eo.tit. Sed mã-
dans qui ſine pecunia delinquit compręhen
ditur in diſpoſitione d. c. pro humani.ergo
& mandatarius tãquam magis delinquens,
quia pro pecunia, compræhendi debet. ita
Barto.in d.§.qui mandato. & ſic non obſtat
primum. Nec etiam obſtat ſecundum : nam
licet text. ille non ponat de eo qui mediante
pecunia mandauit,nec de eo qui recepta vel
promiſſa pecunia fecit, tamen interpretati-
ue,& extenſiue negari non poteſt verum aſ
ſaſsinium committi per eum qui data pecu-
nia mandat committi homicidium. Et ad il
18 lud de extenſione dicitur,quod † quãdo agi
tur de ſalute animarum,& vitando peccato,
vt in terminis d.cap.pro humani. diſpoſitio
correctoria & odioſa de tali materia loquẽs
extenditur ex identitate rationis, ut not.
Ioan.And.in cap.ex tenore.qui fil. ſint legit.
quem ibi ſequuntur Ant. de Butr. & Abb.&
alibi Abb.in c.quæſiuit.de diuor. & Barto.in
authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ.
uendit.uerſi. Quæro utrum iſta authen. gloſ.
in clem.generali.de elect.Gemini.in d. c.pro
humani.§.ſacri.colu.1. uerſ. nota incidenter
ex his.Felyn.in c.tranſlato.de conſtit. col.7.
& in c,ſi cautio.de fide inſtrum.col.8. ſequi-
tur,& ponit Caſſad.deciſ.1.ſub titu. de uſur.
nu.2.late Crauet.de antiq.tẽp.par.4.nu.146.

§.1.

§.1.continuando in §.ſequen. Ergo diſpoſitio illius Decretalis loquens in caſu de quo in ipſa, extenditur etiam ad caſum pecuniæ datæ,& acceptæ, prout eſt communis Doc. intelligentia.ad hoc vide multa ſupra, queſt. 26.27.28.

Vlterius etiam pro clariori dilucidatione materiæ conſiderandum eſt, quod attentis ſupradictis, quando eueniret caſus aſſaſſinij, quo ad iudicandum in caſu occurrenti, poſ-
19 ſet dici, † quod aut in loco extat ſtatutum, aut non:ſi non extat, iudicandum eſt ſecundum ius commune;ſi extat,attenduntur eius verba, & forma, nec ulla extenſio tunc facienda eſt,ut inquit Bald.in dicto conſi.383. verſi.cauetur autem lege municipali.Et ultra ea, quæ iam diximus,omittendum non eſt, quod licet aliqui contra dixerint, tenentes aſſaſſinum in caſu illius capitu. pro humani, dici ſolum hominem infidelem,qui pecunia conductus occidat Chriſtianum, ut uoluerunt Ioan.And.ibi,& Bal.in lege, ſi quis non dicam rapere.columna quarta.C. de epiſco. & Cler. Syluest.in Sum.in uer.aſſaſſinus.§.1. uerò quæritur.Tamen cum conſuetudo, & Docto.ut ſupra illud interpretati ſint,ut iam diximus, a tali conſuetudine quam atteſtatur Aret.in dicto conſilio 163.non eſt recedendum, maxime cum iſta decretalis non
20 exprimat id quod iſti dicunt, nam † ignominia Chriſtianæ religioni ita fit,ſi Chriſtianus Chriſtianum pecunia occidat, ſicut ſi infidelis, immo maior. nam maius peccatum eſt quod Chriſtianus inſurgat in Chriſtianum,quàm ſi infidelis. Vnde ſi infidelis pecunia conductus Chriſtianum occidat,dicitur aſſaſſinus,multo magis tali nomine erit dignus chriſtianus.& euidenti ratione patet quod capit.pro humani, loquatur potius in
21 Chriſtiano occidēte Chriſtianum, nam † aſſaſſinium eſt homicidiū uoluntarium aggrauatum qualitate pecuniæ datæ acceptæ uel promiſſæ:ſed homicida uoluntarius non eſt tutus in Eccleſia,Exod.capit.21. Deuteron, capitulo decimo nono, vnde ſumptum eſt capit.primū,extra de homicid. dum dicit, ſi quis per induſtriam occiderit proximum ſuum,vel per inſidias, ab altari meo euellas eum ut moriatur, ut & ita iudicatum fuit areſtis Senatus Pariſien, & Tholoſ. ut habetur in ſtilo parlam.parte quinta,quæſtio.351.& par.ſexta,numero ſexageſimo ſeptimo, ſequitur,& plura alia arreſta citat Boeri.deciſ. 69.numero decimoſexto,cum ſequen. multo minus ergo erit tutus ſi committat homicidium cum aſſaſſinio, quæ ratio non po-
22 teſt habere locum in infideli, qui cum † non ſit de gremio eccleſiæ, nullo caſu debet eſſe in ea tutus. & ita videtur ſentire Gemini. in dicto capit.pro humani.§.cum igitur.uerſic. Quæro de quibus magnatibus.ubi dicit, dic quod de Chriſtianis.quia de his qui ſunt foris nihil ad nos.capit. gaudemus. de diuor. ſecundum Hoſtien.& Ioan.And. & ita in toto mundo ſeruatur. Quod autem aſſaſſinus confugiens ad eccleſiam non poſſit ipſius immunitate gaudere,late ponit Ioan. Ign.in lege prima.§. ſubuenitur. numero 107. poſt plures quos ibi citat,& num. 117. ubi dicit communem,ad Syllani.

23 Et licet aſſaſſinus interficiens † Iudæum uel Paganū, iuxta mentem Io. And. non incidat in pœnas dicti cap. pro humani. dum dicit ſe defendiſſe quendam prælatum, contra quem fuerat probatum, quod occidi fecerat homines per aſſaſſinos, ex hoc capite, quia cum homines illi potuiſſent non fuiſſe Chriſtiani, non erant adductæ ſufficientes probationes, quod eſſent Chriſtiani, vt refert Silueſt.in Summa,in uer. aſſaſſinus. §. ſecundo queritur.& Gemini.in dicto cap.pro humani.in §.ſacro. columna prima,verſicu. quid ſi non fecit interficere Chriſtianum. Tamen retenta communi opinione cogita, & immo dic etiam iſto caſu aſſaſſinos puniri,
24 nam † etiam infideles ſub dominio aliquo viuentes ipſius legibus tuti eſſe debent, communiter enim receptum eſt, quod Iudæi exiſtentes in loco,vbi ius ciuile ſeruatur, dicuntur de populo Romano, quo ad hoc ut legibus illis viuant, & ab ipſis protegantur, ut dicit Alexan. conſilio decimotertio, incip. Attentis.columna prima, in fine. uerſicu. & comprobatur.uolumine ſeptimo.ideo ſi delinquunt debent puniri, ſi eis iniuria fiat, debet iniurians iure medio coerceri, ut omnes Summiſtę notant in ver.infidelitas.& ita ubique communiter practicatur. & ad premiſſa uide quæ late congerit Crot. de teſti. par.9. numero 28.Tom.4.Tract.nou. & Ioan. Bologn.ad l.ut vim.ff.de iuſt.& iure.num.23.& 24. de hoc latius in meis regulis criminal. in regu. quæ incip. Qualitas requiſita a lege.

Et hic actus aſſaſſinij adeo odioſus eſt, vt etiam per ipſum clericus amittat fori priuilegium, intantum quod ferè omnes teneant,
25 † Sacerdotem vel Clericum crimen hoc aſſaſſinij committentem eo ipſo abſque actuali depoſitione, & degradatione poſſe per iudicem laicum puniri, quaſi hoc ſpecialiter ſeruandum ſit ob criminis immanitatem, vt Lap. & alij tenent in dicto cap. pro humani. & ibi Geminian. §. ſacri. columna ſecunda, uerſi. Quæro an omnes pœnæ, hoc etiam tenet Hippol. in lege unica. C. de rap. uirg. numero 107. & in practic. crimin. §. diligenter. numero 160. ubi dicit quod clericus faciens atrociſſimum delictum poteſt ſine degradatione puniri, allegat Ioan. And. in capit. cum non ab homine. de iudic. Gemin. in capitulo fina. de homicid. in ſexto, & Anchara. in conſilio 158. incip. ex narratis in facto. in tertia columna, & alibi idem Hippol. in ead. pract. in §. examinanda. numero uigeſimoquinto, & in l. vnius. §. cogniturum. columna decimaquarta. ff. de quæſtio. Paris de Put. in tract. de ſindic. fol. mihi 57. numero 15. &
* iſta eſt communis ſententia, ut eam ſequentes teſtantur, Lambert. in capit. primo, de hæret. in ſexto, quæſtio. vndecima, numero 88. Ioan. Bernar. Diaz in pract. crimin. Canon. capi. 91. & idem not. Steph. Aufr. in clemen. prima, de offic. ordin. reg. prima, fallen. 18. Caſſan. in conſuet. Burgun. fol. 52. uer. ſecundo fallit. Gramma. uoto octauo, columna prima, & uoto nono, columna ſecunda. Deciſ. Neapol. 112. in nouiſ. Huius dicti ratio eſt, quia per commiſſionem aſſaſſinij ipſo iure uidetur degradatus, & ex conſequenti uidetur data unicuique poteſtas eum capiendi, per capit. primũ, de ſchiſma. in ſexto, ibi, expoſitis perſonis eorum, a fidelibus capiendis, & a iure uidentur ſpoliati omni priuilegio clericali, ut ibi per Doctor. & Hippol. de Marſil. copioſe more ſuo, conſilio nono, numero decimoſeptimo, vbi de hoc, & cum tribus numer. ſequent. de materia atrociorum delictorum, quorum occaſione quis priuilegium alias ſibi competẽs perdit. iſtud dictum a ſupradeductis pendet, nam aut aſſaſſinium procurauit per infideles, aut per quemcunque etiam Chriſtianum: ſi primo modo, tenet concluſio; ſi ſecundo, non tenet, nam ſecundum tenentes ipſam in terminis dicti cap. pro humani, iſtud non eſt aſſaſſinium. tamen, vt iam dixi, communiter cõtrarium in practica ſeruatur, ut & Iul. Clar. teſtatur in ſua pract. §. fina. quæſtio. 36. uerſ. item quæro. cum ſequen. relatus a Cabal. in ſuis gloſ. ad primum cap. libri quinti. conſt. Aegidian. numero decimooctauo. Ob prærogatiuam tamen clericatus, cui non tam facile derogatur, non eſt ita ſimpliciter iſtud dictum concedendum, nam multa Doctor. communia dicta ſunt, excludentia omnino iudicem laicum ab apponendo manus perſonis eccleſiaſticis etiam in atrocioribus,
26 ita ut dicant † quod licet clericus coram iudice ſeculari falſum deponat, non tamen poteſt ab eo puniri, ſed indiſtincte ad ſuum iudicem eccleſiaſticum eſt remittendus, ita cõmuniter teneri dicunt Felyn. in cap. uerum. de fo. compet. & Capici. deciſ. quinta, in fine. quod tamen crimen adeò atrox eſt, vt
27 eius pœna in libero † homine ſit deportatio, & omnium bonorum publicatio. l. 1. ff. de falſ. quandoque ſit pœna capitis, l. 1. C. eod. quandoque flammarum aduſtio. l. 2. C. eod. & pari pœna punitur faciens, & fieri faciens. l. filius. in prin. ff. eod. l. 1. §. deieciſſe. ff. de ui, & ui arm. Cacher. deciſio. 67. Iul. Clar. in pract. crimin. §. falſum. & hoc crimen proditioni ſimile ſcribit. Alber. in l. quædam. ff. de pœnis, ſequitur Afflic. deciſ. ult. col. pen. uerſi. nec alleuiat. & eſt tex. in l. præsbiteri. C. de epiſcop. & cleri. cuius verba ſunt. Multo magis etenim pœna digni ſunt, quibus cum plurimum honoris per noſtram iuſſionem delatum eſt, occulto inueniuntur in crimine. & dicit Cyn. in l. tranſigere. columna tertia, uerſi. quidam Moderniores. C. de tranſact. quod per falſitatem homines ad nihilum rediguntur, ut qui ſemper poſthac ſine fide ſint, nec eis unquam credatur. & Io. And. in Rubr. de crimi. falſi, dicit id crimẽ tam abominabile quàm ullum aliud. & Ang. in §. minorem, in Auth. de nup. ſcribit id eſſe deteſtabilius homicidio, & ueneficio. quem ſequit̃ Afflic. d. deciſ. ult. & Marian. Socin. iun. conſ. 39. col. 2. num. 1. uol. 2. Adeo quod id crimẽ atrox exiſtimat Hippol. ſing. 163. incip. Crimen falſi. & in pract. crim. §. attingã. col. 2. & in conſi. 105. nu. 7. dicit id crimen enormiſſimum, & propter eius enormitatem habere aliqua ſpecialia vltra alia crimina, ex Bar. in
28 l. Lucius. in fine. ff. ad Turpil. qui dicit, ꝙ † in generali ſermone remiſsionis delictorũ nunquam

quã compræhenditur crimen falſi. & idem
dixit Petr. de Anchara. in repet. cap. t. 1. col.
octuageſimaſexta, uerſic. vnde ſi ſtatuto. de
conſtit. Angel. in diſputat. incip. Renouata
guerra. & Nel. in tract. bannit. in tertia parte,
ſecundi tempor. quæſtio. duodecima, quæ
tota eſt in hac materia, an ſcilicet bannitus
pro falſitate habeat beneficium ſtatuti dictã-
tis, bannitos debere eximi de banno, certam
quantitatem ſoluendo. & dicit communi-
ter teneri, quod non. vide ipſum. Et nedum
29 † laycus poteſt punire clericum coram ſe fal
ſum deponentem principaliter, ſed nec in-
cidenter. authen. ſtatuimus. C. de epiſcop. &
cleri. ubi Imperator iudici contrafacienti
comminatur priuationem poteſtatis iudi-
candi. & eſt communis opinio Canoniſt. in
capit. dilectus filius. de pœn. & dicit com-
munem Afflic. deciſi. 230. incip. fuit per re-
latorem. uerſ. ſecunda fuit opinio, & in mul-
tis alijs criminibus idem eſſe oſtendi poſſet.
Verum quia materia iſta priuilegiorum cle-
ricatus eſt latiſſima, & de ea aliàs Deo fauen
te tractabo; bonum iudicem laycum pro
nunc conſulerem, quod non fineret cleri-
cum delinquentem fugere, ſed quod ipſum
capi procuraret, & duci ad ſuum epiſco-
pum faceret, ut & Bartol. dixit in l. ſi quis in
ſeruitute. ff. de ſeruitut. per dictum Innoc. in
capit. ut famæ. de ſenten. excommun. & te-
net Bald. in l. ſi qua. C. de epiſcop. & cler. ita
enim non poneret manum in ſegetem alie-
nam, delinquentes punirentur, & rem gra-
tam Deo faceret, intelligat qui vult.

Modòrem noſtram propius attingendo
multa fructuoſa, vtilia, & a iudicibus obſer-
uanda in hoc crimine aſſaſſinij attingenda,
& diſcutienda eſſent, ſed nonnulla tantum
utiliora obſeruabo, quæ magis ad propoſi-
tam quæſtionem facere uidebuntur, cætera
ſtudioſo relinquendo. Venit igitur in hoc
crimine aſſaſſinij in conſiderationem, an
30 † ſolus conatus ſine affectu puniatur, licet
non fuerit ſequutus effectus. & in hoc diuer-
ſæ fuerunt Doctor. ſententiæ, & text. in di-
cto capitulo, pro humani, videtur tenere affe
ctum, & conatum in hoc crimine puniri ac
ſi ſequutus eſſet effectus. hoc tenuit Angel.
conſilio decimoquarto, in fine, prima colu.
& ſecunda. Corn. conſilio 249. columna pri-
ma, & conſilio 202. uolumine primo. Arct.
conſilio 164. columna undecima, Bologn.
conſilio octauo, columna ſecunda. Hippol.
in l. vnius. §. cognitiurum. ff. de quæſtio. in l.
eiuſdem. in fi. ad legem Cornel. de ſicar. &
in pract. crimin. §. examinanda. columna ter
tia, eſt tex. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de
epiſcop. & cleri. & in l. is qui cum telo. C. ad
leg. Cornel. de ſicar. Deciſ. Neapol. 155. in
nou. Gram. uoto. 9.

Quod non ordinaria, ſed mitiori pœna af
fectus non ſequuto effectu puniatur, tenue-
31 runt † Ancharan. in dicto capit. pro huma-
ni. colum. pen. uerſi. primo caſu. Corn. dicto
conſilio 202. columna fina. uolum. primo,
Hippol. in l. uni. numero 247. C. de rap. virg.
Gramma. uoto 8. & 20. conſilio 36. numero
decimoſexto, & deciſ. 74. & ita conſuetudi-
nes, & ſtatuta pœnalia de delictis effectu con
ſumatis ſemper intelligi dicunt Bart. & Hip-
pol. in l. 1. de ſicar. Angel. & Paul. in l. prima,
quod quiſq; iur. Bal. in l. ſi fugitiui. C. de ſeru.
fugit. Imo. in l. prima, de publ. iud. Imo. & Fe
lyn. in capit. primo, columna ſecunda, verſ.
Fallit octauo, & ultimo. de præſump. Arimi.
in addit. ad Angel. in tract. malef. in uerſi. Et
Sempronium. numero quarto, & in verſic.
ſcienter. columna tertia, uerſi. Adde Bald. &
Gramma. deciſio. ſecunda, & uide Bologn.
in l. prima, quod quiſque iur. §. hæc uerba. nu
mero 17. & Burſ. conſilio 94. numero 31.
par. 1.

Quid dicendum in hoc opinionum anfra
ctu. Conſidera tres caſus. Primus, Quando
aſſaſſinus deuenit ad actum proximum or-
dinatum ad delictum. Secundus, quando ſte-
tit in finibus cogitationis ulterius non pro-
grediendo. Tertius, quando concurrit cum
rigore iuris conſcientia iudicis. Et primo ca
32 ſu dicas, quod, † quicquid dicant Docto. in
hoc crimine aſſaſſinij irrogatur pœna mor-
tis naturalis, ut dicit Hippol. in l. eiuſdem. in
fine. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Angel. in tra-
cta. malefi. in uer. ex interuallo. columna ter
tia. Afflict. ſuper Conſti. Regni, conſtit. incip.
mala noxia. columna ſecunda, Gram. uoto
nono, num. 21. & ſequ. Corne. conſ. 202. co-
lumna fina. uolum. 2. Afflic. alibi ad conſtit.
Regni, ſub rubric. de percuſ. illic. cum armis.
num. 16. ut puta ſi volens aſſaſſinium com-
mittere deuenerit ad locum delicti perpetrã-
di, licet nõ fuerit perpetratum, nec ad alium
actum percutiendi deuentũ. & hæc fuit ſen-
tentia Iaco. de S. Georg. in l. 1. §. hæc uerba.

ff. quod quiſq. iur. Caſſan. in conſuet. Burg.
Rubr. 1. col. 8. uerſ. Aduerto tamen. id etiam.
firmat Bal. in l. non ideo minus. C. de accuſa
queſtio. ſexta, dum conſiderat, quod in atro-
cioribus ad hoc ut delinquens moriatur, eſt
neceſſarium, quod fuerit deuentum ad ali-
quem actum ultra tractatum. & attẽde quod
nõ dicit ad actum proximum; ſed ad actum
facti ultra tractatum, quaſi ſentiat ſufficere
hoc. & in hanc ſententiam inclinat Felyn. in
tract. de conatu. colum. 2. in 3. limitat. ubi ad
hoc plura dixi in meis apoſtil. & alibi Fely.
in capit. 1. columna ſecunda, uerſi. fallit quin
to. & ante in uerſ. Fallit tertio. de præſumpt.
Hippol. in l. qui falſam. col. 2. in fine. ff. de fal.
Gramm. uoto. 8. colum. 2. & deciſ. 38. & hoc
ſpeciale eſt in hoc crimine aſſaſſinij, cum il-
33 lud dicatur † perpetratũ ex eo ſolum, quod
quis recipit pecuniam ut aliquem occidat,
& ſi non perfecerit, ſed tantum attentauerit,
ut dicit Ang. in d. conſ. 14. incip. Nos Caro-
lus. & ita in facto conſuluit Corne. conſilio
249. incip. licet uideatur prima facie. uolum.
primo, & Bald. conſ. 430. lib. 2. Et ad hoc fa-
cit quod ſcribit Alberi. in tracta. ſtatut. in 2.
parte, quæſtio. 229. ubi dicit, quod ſtatutum
34 † certa pœna puniens rapientem rem alie-
nam, procedit in eo qui fregit oſtium alte-
rius ut raperet, per text. in l. Marcellus. ff. de
uerbor. ſignifi. & ita uidi ſæpius iudicatum,
in ijs atrocioribus, prout ſunt crimen leſæ
Maieſtatis, & aſſaſſinij, ut dicit Bal. conſ. 361.
lib. 1. & in l. 3. C. de ſeru. fugit. Angel. in l. 1. §.
hæc uerba, ff. quod quiſq. iur. Boer. de ſedit.
preſumpt. ſeptim, alGneus in dicta l. prima,
§. occiſorum. ff. ad Syllani. numero 41. & de
aſſaſſinio conſuluit Angel. conſilio 14. Did.
in clemen. ſi furioſus. de homici. folio mihi
180. uerſi. ſecundo proponitur. Pet. a Pla. li-
bro 1. delict. cap. 19. numero nono. Gramm.
uoto nono. Capici. deciſi. 155. intelligendo
ſemper, ut iam dictum eſt, dummodo de-
uentum fuerit ad actum proximum ordina-
tum ad delictum. & eſt communis opinio, ut
dicit Gramm. conſil. trigeſimoſexto, nume-
ro 19.

Secundo caſu dicas, quod non eſt locus
pœnæ delicti, & ſic non punitur affectus: ra-
tio, quia regulariter cogitatio alicuius crimi
nis, puta deſiderium occidendi hominem,
uel committendi adulterium, & huiuſmodi,
35 quo ad forũ exterius non eſt punibilis, † ſtãs
vt dixi, in finibus iſtius cogitationis, vlterius
non progrediens, l. cogitationis. ff. de pœn.
l. fugitiuus eſt. ff. de uerbor. ſignification. no.
Alberi. in ſecunda parte ſtatu. queſtio. 168.
incip. Querit Cyn. Salycet. in dicta lege, is
qui cum telo. C. ad leg. Cornel. ſicar. Car-
dinal. Floren. in clemen. prima, in tertia que-
ſtio. de pœnis, & dicit Bal. in dicta lege, non
ideo minus. columna quarta, uerſicu. ſexto
quæritur. C. de accuſat. quod ſolus tractatus
& ſola ordinatio non punitur de iure, niſi
ſit proceſſum ad actum ordinatum de per ſe
ad ipſum factum per dictã legem, ſi quis nõ
dicam rapere, de quo plura per Felyn. in di-
cto tracta. de conatu. & ex hoc dicitur, non
punitur affectus niſi ſequatur affectus. l. qui
falſam. ff. de falſ. l. qui ea mente. ff. de fur. l. 1.
in fine ff. quod quiſque iur. Domin. in capit.
Gratia. columna fina. 1. q. 1.

Tertio caſu dicas, quod concurrente ri-
gore iuris cum conſcientia iudicis, iudex ue-
36 rus iuſtitiæ cultor, cuius † officium eſt cun-
cta ad cauſam facientia diligenter rimari.
C. de iudici. l. properandum. §. & ſi quidem.
trigeſima, quæſtione quinta, capit. iudican-
tem. ff. de interrogatio. action. lege, ubicun-
que. aliàs eſt in culpa, ut dicit Roman. conſi-
lio 479. incip. in eo quod quæritur. ſub nu-
mero ſecundo, uerſic. Tamen in culpa eſt iu-
dex. & fuit originale dictum Innocentij in
capit. per tuas. numero quarto, de teſti. con-
ſiderare debet delictum cum omnibus ſuis
qualitatibus, & perſonam delinquentis, &
iura in materia loquentia, cum alia ſint com-
munia, alia municipalia ſiue ſtatutaria, & ex
37 ijs penſitare, quod licet † rigor iuris diſpo-
nat conatum non ſequuto effectu puniri
poſſe pœna ultimi ſupplicij, ipſe tamen po-
teſt ſalua iuſtitia, & conſcientia reum etiam
pœna leuiori afficere, quia in omnibus ca-
ſibus in quibus in attrocioribus punitur af-
fectus non ſequuto effectu, poteſt iudex, li-
cet non teneatur, reum minori pœna affice-
re; ut not. Salyc. in dicta lege, is qui cũ telo.
C. de ſiccar. Angel. dicto conſilio decimo-
quarto, in fine. ubi dicit, quod bene faciet
Princeps ſi pœnam mortis in minorem pe-
nam commutauerit. Arimin. in additio. ad
Angel. in uerſi. Mandatorem. Gramma. uo-
to octauo, in fine. niſi talis inculpatus de aſ-
ſaſſinio ſolitus ſit ſimilia committere. talis
enim omnino ad mortem naturalem eſt
damnan.

damnandus, ut cõcludit Gram. uoto nono, numero 23. & ſequen. Habeat etiam iudex pro conſtanti, quod licèt aliquando in maleficijs de iure communi ſolus affectus ſine effectu puniatur, in huiuſmodi atrocioribus, dicta lege, ſi quis non dicam rapere. dicta l. is
38 qui cum telo. tamen † conſuetudines, & ſtatuta pęnalia ſemper intelliguntur de delictis effectu conſummatis, ſecundum Bar. & Hippol. in l. 1. de ſicar. Angel. & Paul. in dicta l. 1. quod quiſque iur. Bal. in dicta l. ſi fugitiui. C. de ſeru. fugit. Imola in l. 1. de publ. iud. Imo. & Felyn. in dicto cap. primo, columna ſecunda, uerſi. Fallit octauo, & vltimo. de præſum. Auguſt. de Arim. in ſpecie, & in materia, in addit. ad Angel. in tract. malef. in dicto uerſi. & Sempronium. nume. 4. & in uer. ſcienter. columna tertia, uerſi. Adde Bald. & Gram.
39 deciſi. 2. Huius dicti ratio eſt, nam † non eſt ſecundum rerum naturam, & veritatẽ, quod delictum attentatum habeatur pro veritate, ſed ex quadam fictione, quæ non habet locum in ſtatutis, cum ſit quædam improprietas: ſtatuta autem proprie, & naturaliter, non fictitię debent interpretari, ut not. in l. tertia, §. hæc uerba. ff. de negot. geſt. in l. quicquid adſtringendę. in lege, ex ea parte. §. mulier. ff. de uerbor. obligatio. l. tutelas. de capi. diminut. l. Statius. §. Cornelio. de iure fiſci. l. ult. C. de ijs qui ueni. ætat. impetr. Et demum ſi caſus occurrat, An ſcilicet, quando, & quomodo puniatur conatus aut affectus, effectu non ſequuto, bonus iudex recurrat ſemper ad gloſ. & Doct. in dicta lege, ſi quis non dicam rapere. ubi eſt proprius locus huius materię. ad leg. ſi fugitiui. C. de ſeru. fugit. ad Felyn. in capit. primo, de præſump. & in ſuo tract. de conatu. & ad latiſſimum Hippol. in l. qui falſam. ff. de falſ. & in multis eius conſi. & pręſertim conſilio 83. nume. 5. 22. & 23. & 29. conſilio 105. numero 3. 4. & 5. 6. 10. 14. 15. 31. & 40. & ſi habet Tiraquel. videat ipſum in Tracta. de pæn. cauſa 37. 38. 39. & 40. ubi more ſuo latiſſime cumulat, quid de iure cõmuni, quid in ſtatutis, & quid de conſuetudine.

40 Et quoniam in † criminalibus certa doctrina tradi non poteſt, ſed pœnarum conſtitutio ex qualitatibus delinquentium, & delictorum circumſtantijs iudicis prudentiæ & diſcretioni relinquitur, l. aut facta. & lege, reſpiciendum, de pęnis. l. 1. & lege, milites. de cuſto. reor. lege tertia, verſicu. tu magis. de teſtib. capit. ſicut dignum. in prin. de homicid. capitulo, conſideret. de pęnit. diſtin. quinta, cap. ſtudeat. 50. diſtin. ideo cõſideret iudex, quo genere armorum delictum fuerit atten
41 tatum, nam animus † occidendi vel non occidendi, ex armorum genere ſeu inſtrumenti qualitate colligitur, nam percutiens calce, claue, cucuma, virga, capulo, baculo, vel pugno, & ſimilibus inſtrumentis, ad mortem minime accommodatis, animum occidendi non habuiſſe præſumitur. l. 1. §. Diuus. de ſicar. l. eum qui. C. eod. cap. ſignificaſti. il ſecondo, de homic. Barto. in l. Diuus. de ſicar. Bald. in lege ſecunda, C. de emend. ſeruor. Aret. cõſilio octauo, incip. ſicut decet. & conſi. 146. incip. viſa. Alexand. conſi. 104. uolum. ſecundo, Socin. conſilio 149. quod incipit, Primo aſpectu. Thom. Gramma. uoto 23. Angel. in tract. malef. in uer. ſcienter. numero 18. Hippol. ſingul. 176. incip. Voluntas. Paul. de Caſtro, conſ. 192. quos omnino uide quia dicta eorum aurea ſunt. & Hippol. conſilio quarto, numero trigeſimo, uolum. primo, vbi ponit in ſpecie de eo, qui ad aliquem acceſſit animo eum baſtonandi: ſi occidit, an teneatur de occiſo? & ex Paulo de Caſt. concludit quod non, & in conſilio ſeptimo, numero ſecundo, 39. & 41. uſque ad numerũ 46. excluſiue. quæ omnia omnino uide in materia. & Gramma. conſilio ſecundo, per totum. quo-
42 modo † autem probetur iſta negatiua, quod quis non habuerit animum occidendi, vide Ioan. Mil. in pract. crimin. car. 112. num. 49. cum ſequen. Et pro reſolutione in propoſita materia, omiſſis multiloquijs ſcribentiũ, dicas, quod, quia ſumus in delicto graui, & in facto omni iure illicito, percutiens quocunque genere inſtrumenti percutiat, tenetur de eo quod fecit. Doctorum enim axio-
43 ma eſt; Quod in grauibus delictis dans † operam rei illicitæ non ſolum punitur de eo, quod ex propoſito delinquit, ſed etiam de delicto conſequutiuo. lege, quoniam multa. C. de ui publi. lege ſi quis aliquid. §. abortionis. de pænis. lege, ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis inſulam. ad leg. Aquil. lege. qui ſaccum. ff. de furt. dicto capit. fina. de homicid. in ſexto, Bartol. in lege, Diuus. columna fina. de ſicar. Aretin. conſilio trigeſimo quarto, incip. viſis. in fine. Hippol. de Marſil. d. conſi. 7. numero 5. uol. 1.

Quid autem erit, ſi quis mãdauerit aliquẽ tantum vulnerari, vel percuti citra animum occidendi, & mandatarius occiderit, an
44 † mandans de occiſo teneatur? De mandatario ſupra proxime abſolutum eſt, & ultra dicta, addas hanc rationem, quia uerbera & percuſsiones non dantur ad menſuram, vt dicit Bald. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. relatus ab Hippol. in conſilio quarto, numero vigeſimoquarto, & in conſilio 25. numero 38. in conſi. 31. num. 47. & in conſi. 81. num. 18. poſt Cæpol. conſilio primo, crimin. numero duodecimo, qui ad hoc citat d. ca. fin. de homici. in ſex. in mandante autem magis com-
* munis Doctor. ſententia eſt, quod mitius de culpa puniatur, ut patet ex dictis Anton. de Roſel. in conſ. 95. quod incipit, in hac quæſtione. Fran. de Capit. lis. conſilio trigeſimoſexto, Angel. filij Pauli de Caſt. in conſilio 36. incip. viſa. iunc. conſilio 37. inter conſilia Cæpol. & idem Cæpol. conſ. 34. nume. 29. quæ omnia conſilia particularia ſunt in hac materia. Alexand. conſilio 140. incip. videtur, uolumine 2. Arimin. in addit. ad Ang. in tract. malef. in uer. appenſate. Deci. conſilio 482. quod incipit, pro reſolutione. Contrarium tenuit idem Hippol. conſi. 10. quod incipit, caſus dubitationis. numero 51. & conſilio 67. incip. veris exiſtentibus. numero 31 & ſing. 676. incip. uoluntas. Cæpol. in conſi. 34. incip. ſi unquam. ſupracit. & Cæpol. ſententiam proſequitur Bero. in ſuis quæſtio. famil. quæſtio. decima, numero octauo, pro qua eſt tex. in ratione ſui, in dicto cap. fina. de homici. in ſex. quem not. Hippol. dicto conſ. ſeptimo, numero quarto, in fine, & conſilio decimo, numero 51. Ad regulam vide Caſtr. conſilio 192. incip. in cauſa incarceratorum. Arimin. in addit. ad Angel. in tract. malefi. in uer. Et dictus Andreas armatus. in prima addit. & conſilium Pauli refert Hipp. dicto conſilio ſeptimo, numero decimonono. Angel. in tract. malefi. in uer. & Sempronium. numero 39. qui diſtinguit duos caſus. & Arim. ibi in addit. qui in terminis huius dicti reſident cum Cæpolla.

Tu pro reſolutione diſtingue, quod aliud eſt in leuioribus, aliud in atrocioribus, ut primo caſu mãdans teneatur tantum de eo, qđ mandauit, & mandatarius de eo, quod fecit. Et ad hoc facit axioma illud Doct. dicentiũ,
45 In delictis atrocioribus agentes, † & conſentientes, uel auxilium præbentes, pari ſupplicio afficiuntur. l. iubemus. C. de ſacroſan. eccleſ. §. ſane. l. vtrum. ad leg. Pomp. de parricid. l. prima, de recept. l. Diuus. de iure fiſci. l. 3. de ſicar. l. 1. C. de falſa moneta. capit. 1. de offic. deleg. capit. ſicut dignum. §. 1. de homicid. Hippol. ſing. 181. incip. Mandans. ſecus in leuioribus, quia conſentientes mitius puniuntur, ut late proſequitur idem Hippol. in l. ſi quis cum telo. colu. 1. de ſicar. & in l. ſi in rixa, col. 8. eo. tit.

Vel aliter, & proprius reſoluendo dicas, arguendo de cõtractibus ad maleficia, quod
46 † argumentum in iure probatum eſt, lege, omnem. ff. de iudici. lege ſecunda, in fine. ff. de cuſt. reor. not. Inſt. de publ. iudic. in prin. In contractibus ſi mandatarius excedit fines mandati, aliud quàm ſibi mandatum eſt facere uidetur, & ideo non obligat mandantem. ratio, quia mandati fines diligenter cuſtodiendi ſunt. l. diligenter. in princ. ff. manda. in capit. cum non de ſacerdotali. in fine. de præbend. in ſexto. lege, ſi quis pro eo. ff. manda. ubi dicitur, quod quoties certum mãdatum ſit, ab eius forma recedi non debet. facit capit. cum dilecta. extra de reſcrip. ergo pari modo in delictis, & maleficijs dicendũ videtur, quod ſi mandatarius excedat fines mandati, ex tali exceſſu non tenetur mandans. Cum igitur in propoſito caſu mandatum fuerit de vulnere, ſi mandatarius occidit, non afficit mandantem pro homicidio ſequuto, quia exceſſit fines mandati, iuxta text. in cap. fina. de homicid. in ſex. aliæ rationes multæ adduci poſſent, ſed breuitati conſulendo, & labori æſtiuo parcendo, ſtudioſum ad uolumina voluenda remitto. videat, ſi libet, Barto. in lege, furti. §. ope. & in l. is qui opem. ff. de furt. ubi dat unam notabilem doctrinam in hac materia, & Cæpol. cõſilio trigeſimo quarto, per totum, & præſertim a num. 30. & ſucceſſiue.

Caſu vero quo non appareat ſcriptura mandati, & iudex aliunde certus ſit de mandato, incertus autem an de vulnerando vel occidendo, conſideret qua cauſa motus fuerit mandans ad ſic mandandum, qua cognita infallibiliter poterit regulare iudicium
47 ſuum. Nam † mandans in dubio non præſumitur commiſiſſe mandatario niſi uindictã ſimilẽ iniuriæ illatæ ſibi, nã in dubio ſemper intelligendum eſt uindictam debere fieri cũ modera-

moderamine inculpatæ tutelæ. arg.l.1.cum ibi not.C.unde vi.l.1.§.cum igitur.ff.de ui,& ui arma.l.ſcientiam.§.qui cum aliter. ad leg. Aquil. & eſt communis omnium ſententia ibi,& in d.l. 1. ut teſtatur Bero. in ſuis quæſt. famil.quæſt.10.num.6. Et hoc etiam licet interuenerit pecunia,& ſic in caſu noſtro aſſaſſinij,contra Alex.in conſ.166. circa fi.uol.7. dum alternatiue loquitur de mandato de occidendo uel de vulnerando. nam ubi non interuenit mors ſeparans animã a corpore, non cadit conſideratio cap.pro humani, & ex conſequenti non eſt locus aſſaſsinio,ut dicit Archid.in d.c.pro humani.col.1.& paulo poſt, dum dicit, quod aſſaſsinus dicitur, qui per pecuniam hominem occidit, & ibi Ioan.And.col.1.in fin.& Domini.colu. 2.in prin.

48 Reſtat unum conſiderare, an ſcilicet † ſit dare caſum,in quo aſſaſsinium licitum ſit,videlicet hominem per mãdatarium pecunia mediante interfici facere? & breuiter cõcludendum eſt,quod ſic. Quando extat ſtatutũ, quod bannitus poſsit impune occidi. nam huiuſmodi ſtatutum habet locum etiam in illis qui pro pecunijs ſibi datis bannitum occidiſſent:nam & iſti gaudent beneficio dicti ſtatuti vt puniri non debeant. ita poſt longã diſputationem concludit Alberi.in trac. ſtatut.in 4. par. quæſt. 20. ubi refert ſe habuiſſe talem quæſtionem in facto,& concludit occidentem nulla pęna teneri, præſertim quãdo in ſtatuto ſunt uerba generalia,quod qualitercunque,& a quocunque ſit bannitus interfectus,homicidium fiat impune. Et iſtam concluſ.etiam ſequitur Nellus in tract. bannit.in 2.par. ſecundi tempo.quęſtio.12.quę incipit,Aliqui occiderunt B. bannitum.ubi dicit Alberi.deciſionem eſſe veram, & ſe vidiſſe ſeruari,& ſtatutum intelligi, & interpretari,quod qualitercunque ſit interfectus bãnitus,etiam per pecuniam, excuſentur occiſores, virtute ſtatuti.Sequitur Deci.in conſilio 327.columna ſecunda,num.5.uerſi. Et vlterius.Nellus tamen ubi ſupra,uerſi.Puto ta-
49 men. diſtinguit. † Aut tales poterant illum actum licite facere per ſe ipſos,aut non. Primo caſu putat,quod impune,etiam accepta pecunia, facere poſſint: ſecundo caſu non, quaſi hoc caſu non iure ſuo,ſed mãdato aliorum fecerint,l.multum intereſt. cum ibi not. C.ſi quis alt.uel ſibi.& in materia l.non ideo minus.C. de accuſat. Et adducit exemplum de Bononienſe occidente Bononiæ bannitum Florentinum,ut ibi per eum, & hoc firmat Deci.in d.conſi.327.col. 2. uerſi. ſecundo non obſtat.ubi dicit,dato etiam quod eſſet probatum,quod occiſores corrupti fuerunt pecunia, non excluditur diſpoſitio ſtatuti,quæ generaliter loquitur, & late debet interpretari.Et quia de hac materia late dixi ſupra,q.26. incip. An valeat ſtatutum.num. 26.27.46. & 47.ideo ad ibi dicta remitto, nec longius in hac quæſtione morabor. vide ſup.q.16.nu.36.& q.17.nu.56.57.

QVAESTIO XXXV.

Materia delationis armorum diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Inuentus cum armis non dicitur qui a familia Poteſtatis fuit uiſus,& non captus.*
2 *Theſauri poſſeſſio non acquiritur ſola inuentione niſi apprehendatur.*
3 *Inuenire quod ſufficiat aliquem cum armis ſine captura,*
4 *Copulæ,& natura eſt diuidere, quando ponitur inter diuerſa.*
5 *Statutum,quod inuentus cum armis ſoluat centum,habet locum etiam ſi non ſit captus.*
6 *Opinio communis habet vim conſuetudinis.*
7 *Argumentum a conuentione ad ſtatutum, validum eſt in iure.*
8 *Statutum,quod mulieres inuentæ cum perlis ſoluant decẽ, requirit capturam.*
9 *Statutum,quod inuentus ludere ad taxillos uel tenere ludum taxillorum puniatur in decem, non habet locum niſi fuerit captus.*
10 *Statutum pœnale,& odioſum,quo caſu debeat extendi.*
11 *Statutum dans præmium accuſanti delinquentem extenditur fauore reipublicæ ad denunciantem.*
12 *Reipublicæ intereſt,ne committantur, uel ne detur occaſio committendi delicta.*
13 *Armorum portatio cauſam præſtat ad violentias,percuſſiones,& homicidia.*
14 *Armorum delatio malum animum gerentis arguit.*
15 *Armans ſe præſumitur de rixa & bello cogitare.*
16 *Armorum vſus regulariter eſt interdictus & prohibitus.*
17 *Statutum quod inuentus cum armis puniatur, quomodo intelligatur.*
18 *Ire de nocte,non dicitur delictum,de iure communi.*
19 *Contrauenientes punire ad iudicis officium pertinet.*
20 *Statutum puniens arma portantem non habet locum in inuento non capto.*

QVAERO Trigeſimoquinto. Stat ſtatutum vel proclama prohibens delationem armorum, & dictans, quod ſi aliquis fuerit inuentus de nocte cum armis, tali pœna puniatur. Modò fuit aliquis inuentus de nocte cum armis, & non captus, an incidat in pœnam proclama
* tis vel ſtatuti. Et communis opinio Doct. eſt,
2 quod non † intelligitur inuentus ille qui a familia Poteſtatis fuerit viſus cum armis, & ꝙ hoc nõ ſufficiat, ſed requiratur quod ſit corporaliter appræhenſus, per l. ſi Barſatoram. C. de fideiuſ. Secundum quam notatur ibi, quod qui promittit latronem inuenire, videtur promittere iudicio ſiſti. Vel ſic, qui eſt inuentus & captus, & curiæ repræſentatus, ille dicitur inuentus. Vel ſic ſecũdum Butrig. qui promittit antecedens, videtur promittere cõſequens. Sic in caſu quæſtionis propoſitæ, Pœna irrogata deferenti arma, dicitur irrogari ſi deferens capiatur. & iſta eſt not. deciſ. Bart. poſt Cyn. in l. licet. C. de acquir. poſſeſ. & in d. l. ſi Barſatoram. quem cæteri Doct. cõmuniter ſequuntur, & alibi Bar. in l. 1. in 4. q. prin. ff. de acq. poſſeſſ. idem tenet Angel. in l. qui ſeruum, & ibi Imo. & Alex. ff. de verbo. oblig. & alibi Ange. in l. ſi fugitiui. C. de ſeru. fugit. Et cum Bar. tenent Imo. Cuma. Caſtr. & Alex. in d. l. 1. de acquir. poſſeſ. & idem alibi tenet Caſtren. in l. ſi fullo. ff. de condic. ſine cau. per glo. ibi. ſuper ver. inuentis. & latius Alex. & Aret. in l. 3. §. Neratius. ubi etiam late Socin. ſen. ff. de acquir. poſſ. & Iaſ. in d. l. 1. de acquiren. poſſeſ. col. 19. uerſi. cuius dictis. inquit, quod per iſtam deciſionem Barto. quæ frequenter allegatur in practica, multi inuenti cum armis euadunt pęnam ſtatuti, ex quo non fuerunt capti. & pro hac cõcluſione facit in ſimili id quod ex d. §. Neratius, notant
2 Doct. quod † ſola inuentione nõ acquiritur poſſeſſio theſauri niſi appręhendatur. & eſt ratio, ſecundum Bar. in d. l. 1. in prin. ff. de acquir. poſſeſ. in prin. lect. quia illud dicitur inueniri proprie quod manibus appræhenditur. Ergo niſi deferens arma capiatur, licet fuerit inuentus, non dicitur incurriſſe pœnã ſtatuti ſeu bannimenti. & hanc concluſionẽ firmat Bar. in l. item lapilli. in ult. uer. ff. de rer. diuiſ. Alex. in d. l. 1. de acquir. poſſ. in prin. numero 77. Iaſ. num. 87. & Ripa num. 53. & alibi Ripa in tract. de peſte. in tit. de conſeruan. ubert. Marſ. in pract. crim. §. pro complemento. num. 24. Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 82. ſtat. 6. Viui. in ſuis com. opini. primò impreſ. in ver. ſtatutum diſponens. Caballin. in ſuis glo. remiſſiue ad conſt. Aegidian. li. 4. capitulo 60. num. 2.

3 Contrariam ſententiam, † quod ſufficiat inuentio abſque captura, tenent Ang. & Imola in d. §. Neratius. & Roman. in d. l. 1. de acq. poſſeſ. ex ea ratione, quia ſtatutum non conſideraunt apprehenſionem delinquentis, ſed eius intentio fuit ut delictum manifeſtetur. Vnde ſi portans arma fuerit cõuictus, quod ſcilicet fuerit inuentus cum armis, pœna ſtatuti locum habebit, per tex. in l. raptores. C. de epiſc. & cleri. dum tex. dicit, ſi in rapina in
4 uentus, & depræhenſus fuerit. propter copulam, &, quæ † ponitur inter diuerſa, cuius copulæ natura eſt diuidere. l. reos. §. cum in tabulis. de duob. reis. l. 1. C. ſi plures una ſent. cond. ſunt. ad quod facit cap. 1. de dilation. ad fin. ubi dicitur inuentus a iudice, qui eſt conuictus. Et hanc ſententiam contra Bart. & communem tenuit Nicol. de Neap. in l. 1. per glo. fin. ibi. C. de theſaur. lib. 10. ubi dicit quod illa gloſ. præſtat argumentum ad quę
5 ſtionem. Si ſtatutum dicat, † quod ſi aliquis fuerit inuentus cum armis ſoluat cẽtũ, quod ſi familia Poteſtatis eum inuenerit cum armis, licet non ceperit, quod incidat in pœnã ſtatuti; quia ſufficit quod eum uiderit.

Tamen iſtis non obſtantibus non eſt recedendum a communi Bart. & aliorum, a qua in iudicando non eſt recedendum, ſecundũ Abb. in c. prudentiam. de offi. deleg. in c. quę renti. eo. titu. in c. nouimus. de uerb. ſignifi. &
6 in c. ueniens. de cenſi. communis † enim opinio habet vim conſuetudinis, ut l. ſi de interpretatione. ff. de legi. Barba. in c. ne innitaris. in 4. col. de cõſt. Eo magis cum iſta communis opinio ſit clementior, & in pœnis mitior pars eſt tenenda, l. Pręſes. & l. interpretatione. ff. de pœnis. & reg. in pœnis. de reg. iur. in ſex. & opinionem Barto. communem refert & ſequitur Cæpol. in l. ſi fugitiui. col. pe. uerſ. Quæro ſeptimo. C. de ſeru. fugit. Et iſta opinio validatur per argumentum a conuen
7 tione ad ſtatutum, quod argumentum † ualidum eſt in iure, l. fi. ad fi. C. de fideiuſ. glo. in Rubr. C. de decr. decur. Sed in conuentione qui promiſit inuenire intelligitur promiſiſſe & appręhendere. d. l. ſi Barſatorã. ergo idem

in

in ſtatuto,nam ſi ſtatuit pœnam contrafaciẽti,intelligitur contrafaciens ad pœnam teneri, ſi fuerit captus.Item pro hac communi facit in ſimili quod notat Bart.in l. item lapilli.
8 ad fi.ff.de rer.diuiſ.ubi dicit, quod † extante ſtatuto, quod mulieres inuentę cum perlis ſoluant decem:ſi per officialem uiſæ ſed non appræhenſæ fuerint,non tenentur pœna ſtatuti.idem dixit Bal.in d.l.§.1.Alberi.in l.ꝙ ait lex.ff.de adulter.Arimin.in addit.ad Ang.in tract.maleſ.in uer.fama publica. uerſ. Tu autem in hac.12.q.Vlterius facit, quod notabiliter dicunt Iacob.de Arena in l.quod ait lex, per illũ tex.ff.de adulter. & Alberi. in 2. par. ſtatut.q.118.quæ incipit, ſi ſtatutum dicit, ſi quis fuerit inuentus, &c. Vbi determinant.
9 Pone,ſtatutũ eſt in ciuitate, † quod ſi aliquis fuerit inuentus ludere ad taxillos, vel tenere ludum taxillorum,puniatur in decem, & medietas ſit accuſatoris: Caius accuſauit Titiũ, quod luſit ad taxillos,uel quod tenuit ludum taxillorum,& iſtud optime probauit per teſtes,an debeat obtinere dimidium accuſationis.& licet uideretur quod ſic,per.l. qui ſententiam.C. de pęn. vbi dicitur deprǣhenſus in flagitio qui eſt conuictus: tamen prędicti Doct.determinant contrarium. nam ſtatutũ requirit quod ſit inuentus, & ſic quod ſit perſonaliter apprǣhenſus, ergo non ſufficit ꝙ ſit conuictus per teſtes, ſequitur Iaſ.in d.l.1. ff.de acquir.poſſeſ.num.90.in fine, ubi dicit, Et ita teneas.

Nihilominus, quia circa iſtam materiam agitur de obſeruantia ſtatuti, ideo nõ ſic ſicco pede tranſeundum eſt:nam licet † ſtatutũ
10 pœnale,& odioſum non debeat extendi,ſed potius reſtringi.c.in pœnis.& c.odia.de reg. iur.in ſex.tamen ubi extenſio tendit ad fauorem reipublicæ,debet tunc ita extendi ſtatutum odioſum ſicut fauorabile. ita ſingulariter dixit Bart.in l.quemadmodum. in 1. col. C.de agricol.& cenſi.lib.11.quod dictum refert,& ſequitur Alex.in conſ.410.incip.viſa, col.1.uol.5. Pro quo dicto eſt text. in l.hoc modo.ff.de cond. & demonſt. & in l. ſi quis in graui. §.ij.quoque.ff.ad Syllania.& in l.2. C.quan.lic.ſine iudi. ſe uindi. & illud dictum Bart.refert & ſequitur Iaſ.in repetit.l.ſi is qui pro emptore.col.88.ad fin.ff. de uſucap. ubi
11 adducit pro hoc,quod ſtatutum † dans præmium accuſanti delinquentem, extenditur fauore reipublicæ ad denuntiantem, allegat hoc uoluiſſe Ioan.And.in addit.Specul.in ti. de denuntiat.§.1.quẽ,ſecundum eum, refert & ſequitur Ang. in l. Diuus.ff. de cuſto.reor. & Roman. in d. §. ij quoque. Franc.Aret,& alij in ca.2.de accuſat.Iaſ. in l. ſi certis annis, col.2.C.de pac.ubi ſupradictum Bar.dictum refert & ſequitur. & in l.1.in ult.colum.C.de tranſact.ubi etiam ad hoc allegat Bart.in l.2. §.exercitum.ff.de dam.inf.&in l.non ſine.ad fi.C.de bonis quæ liber. Caſtrenſ. in l. bona fides.ff.depoſ.& alibi Iaſ.in l. 1.col. 11.ff.ſol. matrim. Et illud dictum Bart. refert & ſequitur plura addendo Deci.conſ.65.col.2.& alibi Iaſ. in l.qui ſe patris.colu.209.C.vnde lib. & Aug.de Arim.in addit. ad Ang. in tracta. maleſ.in uer.necnon ad denuntiationem. in 3.addit.& in uer.Sempronium mãdatorem, in addit.magna. & Corſet. in uer. Extenſio. in 2.not.& Hippol. late conſ. 84. incip.poſt redditum cõſilium in cauſa Bernardi Signo-
12 relli.& ratio eſt, quia † intereſt Reipublicæ ne committantur, vel etiam detur occaſio committendi delicta,ut habetur in l.æquiſſimum.ff.de vſufruc. in l. congruit. ff. de offic. præſid.& in l.ita vulneratus.ff.ad l.Aquil.ſed cum ex armorum delatione immineat periculum committendi ſcandala, maxime noctis tempore. igitur conſiderato iſto fauore publico,deberet ſtatutum intelligi, quod inuentus cum armis,licet non fuerit captus, in
13 cidat in pęnam. Armorum † enim portatio cauſam præſtat ad uiolentias, percuſſiones, & homicidia.C. de ijs qui ad eccleſ. confug. l.ſi ſeruus.C.de epiſco.& cler.l.ſi quis in hoc genus.in fine.Afflic.ad conſtit. Regni,lib. 1. Rubr.de illic.portat.armor.nu.1. Et armorũ
14 † delatio malũ animum gerentis arguit,Bar. in l.1.ff.ad leg.Iul.de ui publ.& ibi Alexan.in adnotat.idem Alexan.conſ.103.col.3.lib.1. Cæpol.conſi.2.colu.2.& Iaſ.in §. ex maleficijs.nun.81.Inſtit.de action.& eſt glo.fin.in tit.de pace Conſtan.& eor.uiol.ubi hoc no. Bal.& Mart.Laud.in uerſ.ſi quis ruſticus.Iſer. Præpoſ. & Aluaro. in d. titu. uerſ. Mercator. Hinc dixit Brun.in tracta. de indic. colu. 14.
15 Quod ille † qui ſe armat, de rixa & bello præſumitur cogitare,allegat Bal.in l.1.C.de ſeru. fugit. col.1.uerſ.ex conſilio.& in l.ut uim. ff. de iuſtit. & iure. & pro indicio ad torturam hanc delationem armorum ponit Iac.de Beluiſ.in ſua pract.crimin.in ti.de quæſt.col.16. in fine.ſequitur Blanc.in tra.de indici.nu.79. & 81.

16 & 81. & ob id armorũ † uſus regulariter eſt interdictus, & prohibitus, ut in Rubr. & in l. 1. C. ut armor. uſus. lib. 11. in Authen. de armis. §. ſi autem. Bar. & Ang. per illum tex. in l. 1. ff. de ui publi. Abb. & alij in c. clerici. de vita, & honeſt. cler. & late per Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. centur. 4. caſu. 394. ubi multa copioſe in hanc materiam armorum cumulat. non faciunt ad rem noſtram particularẽ, ideo omitto, & ſtudioſum remitto.

Modò ad propoſitum noſtrum, pro declaratione propoſitę quęſtionis, & concordantia opinionum ſecundum mentem Doctorum ita conſiderandum eſt, quod † aut

17 ſtatutum loquitur de depræhenſo in crimine; aut loquitur de inuento a iudice; aut loquitur de inuento in aliquo facto quod ſtatutum diſponit eſſe delictum, quod tamen iure communi non erat. Primo caſu ſtatutum nõ habet locũ in inuento non depræhenſo, nã eo caſu neceſſe eſt, ut inuentus depræhendatur, l. palam. §. quæ in adulterio. ff. de ritu nuptiar. quod tamen intellige niſi uerba ſtatuti ad iudicem eſſent relata, quia tunc verificaretur in conuicto non deprę̀henſo. l. 2. cum gl. C. de exhib. reis. Secundo caſu ſtatutum habet locum in conuicto, etiam nõ depræhenſo, ut & proxime dixi, argumento ſumpto a maioritate rationis, iuxta auth. multo magis. C. de ſacroſ. eccleſ. quia ſi quandò loquit̃ de depræhenſo a iudice, locum habet in conuicto, vt dictum eſt, ergo fortius quando loquitur de inuento. Tertio caſu, non ſufficit quod conuincatur de crimine, niſi inueniatur, & apprę̀hendatur, ita dicit Ang. not. per illum tex. in Authen. de ſanctiſ. epiſc. §. Reuerendiſſimis. Ratio, quia tũc debet adeſſe qualitas inuentionis, & appræhenſionis, alias non diceretur eſſe delictum, vt in c. 1. de homici. in ſex. vt latè tradit Aret. in d. §. Neratius. & in d. l. 1. de acquir. poſſeſſ. & ratio eſt,

18 quia, ponamus, † ire de nocte nõ dicitur delictum de iure communi, vt in conſtit. Regni Neapol. quæ incipit, intentionis. dicta Rubr. de illici. port. armor. & ibi Afflic. num. 18. & per Aret. in d. §. Neratius. colu. 2. circa med. Primo & tertio caſu procedit opinio, quam ſupra commuuem dixi. Secundo caſu militant contraria; Alios caſus tradunt etiam Doct. in d. l. 1. & in d. §. Neratius. quos diligẽs indagator apud ipſos videre poterit.

Et in ſumma dicas breuiter diſtinguẽdo, quod aut ſtatutum ſimpliciter loquitur reſpiciendo officium iudicis; aut reſpiciẽdo exequutorem; Primo caſu ſufficit, quod deferẽs arma ſit inuentus, licet non captus, quia ad

19 iudicis † officium pertinet contrauenientes punire, quod poteſt per probationes facere contra contumacem delatum: Secundo caſu requiritur captura. Primum probatur in d. l. congruit. ff. de offi. præſid. in l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. in l. ęquiſſimum. ff. de eo per quem fact. erit. & in c. ut famę. de ſenten. excommun. Secundum probatur in d. l. ſi Barſatoram. & hoc caſu habet locum communis ſententia: Alio caſu procedunt contraria. Menoch. in ſupracit. caſu 394. nu. 49. cum tribus ſequen. ex Placa in epitom. del. c. c. 8. num. 19. aliter diſtinguit, ſuam ſententiã dicit, declarat d. l. ſi Barſatoram. & demum inferendo ad ſtatutum Brixiæ 140. de pœna portantis arma vetita, concludit quod ad incurrendam pœnam ſtatuti ſufficit, quod quis fuerit inuentus, licet non captus, vide ipſum; & demum ad hanc materiam ſtatuti de inuento cum armis, vide in collectan. iur. l. 427. Bologn. in l. 1. §. hæc verba. numero 6. quod quiſque iur. Socin. ſeni. in ius uoc. veant. l. 1. numero quarto, & alibi Menoch. conſi. 74. num. 18. & Ioan. Anton. de Nigris ſuper cap. Regni, fol. 166. & fol. 246. ſecundum impreſſionem Regni.

Demum pro complemento nota, quod nunc de communi ſtilo totius Italiæ, licet aliquando ſtatuta non ita clare loquantur, Superiores tamen in proclamatibus ita omnia ſpecifice exprimunt, vt comprę̀hendant quemuis caſum. Quando autem non com-

20 præhenderent, † iudicandum eſſet ſecundum communem ſententiam Cyni, & Bart. & Imolę in dicto §. Neratius. dicit ſe putare quod iſta opinio ſeruaretur in practica, quia minor &c. ut ſupra dictum eſt. Sequitur Alexand. conſilio vigeſimoquarto, volumi. ſecundo, & conſilio 216. numero ſecundo, cum ſequen. uolum. ſexto, quæ conſilia omnino uide in materia. & pro ratione applica ea quæ ſupra dixi, quæſtio. trigeſima quarta, num. decimoquinto, & ita teneas, quicquid dicant contrarium ſentientes.

QVAESTIO

QVAESTIO XXXVI.

Legitimatus poſt mortem patris, an auferat ab agnatis hęreditatem aditione quæſitam.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus poſt mortem patris non aufert hæreditatẽ proximioribus agnatis aditione quæſitam, & poſſeſſam.*
2 *Priuilegia & conceſſiones Principum citra iniuriam, & præiudicium alterius intelligi debent.*
3 *Legitimatus patre iam mortuo non facit deficere conditionem poſitam in donatione, ſi ſine liberis legitimis, & naturalibus decederet.*
4 *Legitimatio eſt natalium reſtitutio, & fingit legitimatum medio tempore non fuiſſe ſpurium.*
5 *Legitimatio æquiparatur poſtliminio, quod reſtituit omnia iura etiam alteri quæſita.*
6 *Cauſa quæ ab initio impedit actum, ſi ex poſt facto ſuperueniat impedit eius effectum.*
7 *Filius per legitimationem reſtituitur priori ſtatui qui ab initio naturaliter competebat.*
8 *Res quælibet facilius ad ſuam naturam reuertitur, quàm nouam aſſumat.*
9 *Reſtitutionis natura eſt omnia in integrum ſtatum integre reponere.*
10 *Legitimatus præteritus rumpit teſtamentum prius factum, velut per agnitionem ſui hæredis.*
11 *Legitimatus fideicommiſſarium ſubſtitutum excludit. & 24.*
12 *Donatio perfecte quæſita per ſubſequentem legitimationem reuocatur.*
13 *Hæreditas ſemel adita, & poſſeſſa tranſit in ius & dominium acquirentis.*
14 *Dominium, cum ſit iuriſgentium, ſine legitima, & euidenti cauſa publici fauoris ab Imperatore uel alio Principe tolli non poteſt.*
15 *Poſtliminium, & legitimatio non recte æquiparantur.*
16 *Effectus conſummatus ex ſuperuenienti cauſa nõ reuocatur.*
17 *Facta multa tenent, quæ ab initio facilè impediuntur.*
18 *Legitimatio, quem effectum operetur.*
19 *Reſtitutio per viam iuſtitiæ reſtituit omnia in priſtinum integre, etiam cum præiudicio tertij.*
20 *Reſtitutio gratioſa, ſine alterius præiudicio intelligi debet.*
21 *Legitimatus quando rumpat teſtamentum.*
22 *Legitimatus poſt mortem patris non ſuccedit niſi inquantum ab ipſo patre fuerit honoratus.*
23 *Legitimatus, quod non excludat ſubſtitutum.*
25 *Legitimatio quandocunque fiat ſemper requirit citationem ſubſtituti.*
26 *Diſpoſitio de bonis fideicommiſſo ſubiectis eſt interdicta.*
27 *Donatio perfecta non magis reuocatur per legitimatum, quàm per adoptiuum.*
28 *Conditio, niſi liberi ipſi donanti ſuperueniant, ſubintelligitur a lege in donatione ſimplici, tam fauore patris, quã liberorum.*
29 *Lex benignè præſumit, quod ſi pater de liberis cogitaſſet, veriſimiliter non donaſſet.*
30 *Legitimatus poſt mortem patris indiſtincte agnatis in iure quæſito non præiudicat, nec etiam in iure delato, niſi quatenus ei a patre relictum fuerit.*
31 *Legitimatio facta de uoluntate patris viuentis, nullius citationem requirit, quando tractatur de bonis particularibus, & liberis ipſius patris. & aſſignatur ratio.*
32 *Legitimatio, quando requirat citationem aliquorum. & 33.*
34 *Legitimatus, quo caſu adimat hæreditatem venientibus ab inteſtato. & 35.*
36 *Filius poteſt agnatis non citatis petere legitimationem poſt mortem patris, quando pater ita diſpoſuit ſuo teſtamento, licet ipſo patre mortuo ius agnatis uenientibus ab inteſtato ſit quæſitum, & aſſignatur ratio. & 37.*
38 *Diſtinctio concordans opiniones in materia, quando legitimatus poſt mortem patris auferat uel non hæreditatem agnatis uenientibus ab inteſtato.*

QVAERO Trigeſimo ſexto M. mortuus eſt nulla prole legitima relicta, ſed ſuperſtite ſibi C. filio naturali, M. hæreditatẽ proximiores agnati adeunt, C. poſt mortem dicti eius patris facit ſe legitimari, qua legitimatione obtenta, vult auferre hæreditatem ipſis agnatis aditione quæſitã, & poſſeſſam: Quæritur, quid iuris? & Docto. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthu. com-
* muniter cum Barto. concludunt pro agnatis poſſidentibus contra ſic legitimatum, volen-
1 tes † ipſum non auferre hæreditatem proximioribus agnatis aditione quæſitam, & poſſeſſam, ex ea ratione, quia in præiudicium iuris realiter, & perfectè quęſiti legitimatio nõ retrotrahitur. c. quamuis. de reſcrip. in ſex. l. ſi ademptis. cum alijs ſeq. C. de ſenten. paſ. &
2 rationis ea eſt ratio, quia † priuilegia, & conceſſiones Principum citra iniuriam, & præiudicium alterius intelligi debent. l. 2. §. merito, & §. ſi quis a Principe. ff. ne quid in loco publ. l. impuberi. ff. de adminiſtrat. tut. l. nec auus. C. de emancip. liberor. cum ſimil. Hanc ſententiam ſequuntur Bald. Ang. & Alex. in d. §. & quid ſi tantum. Ioan. And. in additio. Speculat. in tit. de ſucceſ. ab inteſt. in Rubr. in uer. per primã quæſtionem. Hoſt. in ſum. col. pen. in prin. Bal. in prin. C. circa pen. col. in l. eam quam. C. de fideicom. in uerſ. quæro, utrum legitimatio. & in authen. ingreſſi. in fi. C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. 2. colu. 9. C. de ſeruit. & aqua. Anton. de But. in c. per venerabilem. in prin. qui fil. ſint legit. & huius ſententiæ videtur fuiſſe Salyc. inter conſ. Bald.

conſi.

conſ.17.incip.ſuper legitimatione,lib.4. ubi
3 in hac ſpecie conſuluit.Aliquis † donauit ali
cui bona ſua,ſub expreſſa conditione, ſi mo-
reretur ſine liberis legitimis, & naturalibus;
deceſſit relicto tantum ſpurio,hic patre mor
tuo legitimatus eſt,tempore quo ius erat iam
quæſitum donatario, uolebat donatarium
virtute legitimationis excludere. & conclu-
dit Saly.quod ſic legitimatus non facit defi-
cere conditionem, cum fuerit legitimatus
patre iam mortuo.ſequitur, & alios in hanc
ſententiam citat Tiraq.ad l.ſi unquam.C. de
reuoc.donat.in uer,ſuſceperit liberos.nu.76.

Contrariam ſententiam tenuit Dyn.in cō
ſilio decimo, incip, Quæſtio talis eſt,& trib.
hanc firmat motiuis.Primò,quia legitimatio
4 eſt natalium reſtitutio, † §. liceat. in Authen.
quib,mod.natur. effic. ſui. & fingit legitima-
tum medio tempore non fuiſſe ſpurium, l.vl
tima.ff.de natal. reſtitut. per quam ita tenuit
Bart.in l.2.in prin.col.2.uerſi. item talis legi-
timatio.ubi Alex.col.4. uerſ. ſucceſſiue & re-
centiores.ff.de vulg.& pup.Ang.in l. his ver
bis.§.interdum,uerſi.& idem dicam.ff.de hæ
red.inſt.Anch.conſi.225.incip. Videtur pri-
ma facie dicendum.col. 2.uerſ.his nō obſtā.
Com.in l.filio quem pater.in prin.ff.de lib.&
poſthum. Iaſ. poſt multos alios, quos in hāc
ſententiam citat,in d. §.& quid ſi tantum.in
prima Lect.col.15.uerſ.circa primum,utrum
legitimatio,& in 2.Lect.colu.10. uerſ.Prima
concluſio.& conſ.127.inci.dubitatur in præ
ſenti caſu.colu.7. uerſi. Et quod legitimatio.
uol.4.Et poſtliminio † æquiparatur,l.fina.de
5 natal.reſtitu.l.ſi quis filio.§.pen.ff. de vulg.&
pup. Poſtliminium autem omnia iura reſti-
tuit,etiam alteri quæſita, l. poſtliminium.ff.
de captiu.d.l.ſi quis filio.§.ſed ſi pater.ubi fi-
lius reuerſus nepotem, qui occupauerat iura
ipſius excludit.

Secundo,quia cauſa, quæ ab initio impe-
6 dit actum, ſi ex poſt facto ſuperueniat,† im-
pedit eius effectum.l.ſi conſtante.§.fi. ff. ſolu.
matri,ubi quemadmodum dotis publicatio
impedit actionem de dote,ſi pendente iudi-
cio ſuperueniat,impedit eius iudicium, & ſic
effectum actionis extinguit. Sic igitur legiti-
matio facta ab initio ſicut agnatos proxi-
miores ſuccedere prohibuiſſet,ita ex poſt fa
cta ſuperueniens effectum acquiſitionis bo-
norum debet impedire, intellige intranſi-
tiue,per ſupradicta.

7 Tertiò,per legitimationem filius † reſtitui
tur priori ſtatui, qui ab initio naturaliter cō
petebat:naturali enim origine inſpecta om-
nes liberi,& legitimi naſcebantur.d.§. liceat.
in Authen.quib.mod.natur.effic.ſui. libertas
enim eſt primęuus ſtatus hominis.l.libertas,
ff.de ſta.homin.Inſtit. de iure perſo.§.1.igi-
tur talis ſtatus facilius retrotrahitur, quàm ſi
in nouo ſtatu quem nunquam habuit repo-
neretur.l.non putauit.§. ſi quis emācipatum.
ff.de contrat.iunc. l. filio quem pater. de li-
8 ber,& poſthum.nam † vnumquodque faci-
lius ad ſuam priſtinam naturam reuertitur,
quàm nouam aſſumat.l. ſed ſi unus. §. pactus
ne peteret.ff.de pact.§.ſancitū.Inſt. per quas
perſon.nob.acquir.glo.ordinaria in c.ſtatu-
tum.in uer.numerandum.de præben. in ſex.

Quarto ultra Dynum, & iam dicta, facit,
quia legitimatio (vt prædixi) nil aliud eſt,
9 quàm † natalium reſtitutio.Reſtitutionis au-
tem natura eſt,omnia in integrum ſtatum in
tegre reponere, etiam cum iuris quæſiti re-
uocatione, l. quod ſi minor. §. reſtitutio. de
minor.l.1.& l.fi.C. de ſentē.paſſ.l.videamus,
§.in Fauiana.ff.de uſur. 2. q.3.in fine.15.q.6.
nos ſancto,& c.iurato,capit.quia diligentia.
de elect.l.1.ex quib.cauſ.maior. 1. reſponſo.
Abb.in c. præterea. de uſur. & in rubr. de re-
ſti.in integ.Bar.in l.qui proprio.§.item quę-
ritur.ff.de procurat.

Quintò communi concluſioni refragatur
vna alia communis opinio quæ vult, legiti-
10 matum † prçteritum rumpere teſtamentum
prius factum, velut per agnitionem ſui hærę
* dis,ſecundum Alex. Iaſ.& Moder. commu-
niter in Rubr.ff.de lib.& poſthum.& eſſe cō-
munem teſtatur Deci.in conſi.365.incip.vi-
ſo.col.2.& conſ. ſequen. incip. Pro declara-
tione.col.1.Bal.conſ.306.incip.Proponitur
quod quidam.col.5.lib.5.Signor.conſ.127.
incip.Dominus Guilelmus.in prin. & conſ.
219.inci.factum ſic ſe habet, Anno Domini,
colu.3.uerſic.item dicta Caſſandra.Franc.de
Rampon.conſ.18.inter conſ.Bal.lib.4.Ang.
conſ.76.incip.Poſita pro conſtanti legit.mā
tium poteſtate,poſt prin.Anchar.conſ.225,
incip.videtur prima facie.col.4.uerſi. ad cu-
ius confirmationem.& conſ.290. Ful.conſ.
72.incip.ſuppoſita bulla.in primo dubio.Ca
ſtren.conſ.30.incip.ſuper puncto.col.1.uol.
1.& conſi.180.incip.ſuper eo quod. eo.uol.
Roman.conſ.34.incip.Licet naturalis. Abb.
conſ.

conſi.86. incip. in quæſtione, quæ uertitur. col.1.lib.1.Alex.conſi.139.incip.Eleganter fuit conſultum.col.1.lib.1.& conſ.189. incip. Perlectis uerbis.col.ult.uol.5.Barb. conſ.58. incip.ſapienter dicit.col.2.in 2. dubio.lib.2. & conſi.49. incip. Clementiſſimum Deum. col.ult.vol.4.& conſ.68. incip. omnipotentem.col.pen.uerſi.Quinto faciat. eo. uolum. Curti.ſeni.conſi.13.incip.ſtatuto Ianuæ.columna 4.uerſi.legitimatio debetur. & conſi. 36.incip.vt ueritas eluceſcat.in prin.Iaſ.cõſ. 154.in cauſa mota. nu.22. & cõſ.202.incip. Magnificus Baro.col.6.uerſ.& ex iſtis ſequitur.lib.2. Deci.conſ. 52.incip. viſo eleganti. col.1.& cõſ.58. incip. Legitimatio infantis. col.ult. & conſ.257.incip.Quæritur an legitimatus.col.1.uerſ.Prædictis tamen.& conſ. 263.col.1.& conſ.338.incip.in caſu propoſito.col.ult.& conſ.343. incip.viſo conſilio. col.pen.uerſ.nec obſtat, ſi dicatur. & conſ. 365.nu.7.ubi dicit communiorem.& conſ. 567.nu.6.Rol.conſ. 67.nu. 3. lib.3.& conſ. 96.nu.50.eo.lib. & alij quamplurimi tam in Lecturis quàm in tractatibus, quos longum eſſet recenſere. Si igitur legitimatus rumpit teſtamentum in præiudicium iuris alteri cõpetentis, longè magis admitti debet in præiudicium iuris ab inteſtato alteri delati.argu.l. quamdiu.ff.de acquir.hæred.& l.antequam. C.commun.de ſucceſ.

Sextò contra prædictam ſententiam facit alia communis opinio quæ habet, quod
12 legitimatus † fideicommiſſarium ſubſtitutũ excludit, ut late tradit Alex.in conſ. 2. incip. viſis.col.4.vol.1. & eſſe communem teſtatur Dec.in conſ.258.incip.in caſu.col.1.in fine, & in conſ.365.& 366.Conſtat autem, ſubſtitutum per fideicommiſſum ius conſiderabile in bonis habere, & probabile intereſſe prætendere, ſecundum Imo. & Doct.in l. ex facto.§.fi.ff.ad Treb.bonus tex.in l. fin. in fine. ff.de uentre inſpicien.

Septimo, & ultimo ualde obſtat alia communis opinio, quæ habet, quod donatio
12 † perfecte quæſita per ſubſequentem legitimationem reuocatur, ſecundum Doct.communiter in l.ſi unquam. per illum tex. C. de reuocan.dona.& eſſe ueram & communem opinionem atteſtatur Dec.in d.conſ.366.incip.pro declaratione.col.antepen.uerſi. vltimo non obſtat.Iaſ.conſi.39.uol.3. ubi dicit, legitimationem filij irritam reddere donationem etiam pio loco factam ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit. Et ſic ex omnib. præcitatis concludẽdũ videt cum opinione Dyni, tot conſulentium reſponſis munita.

Præmiſſis tamen non obſtantibus, a communi recedendum non eſt, quod ſcilicet legitimatus poſt mortem patris non aufert hæreditatem proximioribus agnatis aditione quæſitam & poſſeſſam. confirmatur hac ratione, quoniam † hæreditas ſemel adita, & 13
poſſeſſa tranſiuit in ius, & dominium irreuocabile acquirentis.l.1.§.veteres. ff. de acquir. poſſeſ. ubi cõmuniter Doct.l.ſed & ſi plures. * §.filio impuberi.ff.de vulg. & pupil. igitur legitimatio iuri perfecte quæſito præiudicare non debet.cap.quamuis.de reſcr.in ſex.cum alijs ſupracitatis num.1. & 2. Nam cum do-
14 minium † ſit iuriſgentium, ſine legitima, & euidenti cauſa publici fauoris ab imperatore uel alio Principe tolli non poteſt, ſecundum Bar.& communiter Doct. in l. fina.C.ſi * contra ius uel util.publi. per Abb. & omnes in c.quæ in eccleſiarum. de conſt. per Alex. in conſ.3.uol.5.Quod procedit, etiam ſi modus acquirendi fuerit ciuilis, ſecundum Bar. in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iure, & Doct. cõmuniter in d.c.quæ in eccleſiarum.& ita cõtra Bald.& Caſtren. conſuluit Socin. ſeni.in conſ.63.col.6.& in conſ.120.col. 6.uerſ.aliquando.uolu. 3. & eſſe communem teſtatur Pariſ.in conſ.1.num. 107. & 108. uol.1.licet Deci.in d. c.quæ in eccleſiarum, contrarium attentauerit, & dictam ſentẽtiam comunem dicit Craue. poſt multos alios, quos allegat, in conſ.7.num.10.uolu.1.Maran.in tract.de ordi.iudici.par.3.nu.44.uerſ.quo ad tertiam legem.

Non obſtant modo in contrarium adducta. quia ad primum reſpõdetur, quod poſtliminium, & legitimatio non recte æquipa-
15 rantur, nam † poſtliminij reſtitutio competit de iure communi & ordinario, & omnia iura ſuſpendit, & principaliter fauore publico introductum eſt.l. poſtliminium. ff. de captiu.& l.bona.eo.tit. & ideo pendente captiuitate nullum ius in præiudicium captiui perfecte acquiritur. Cæterum legitimatio principaliter fauore priuato conceditur, & iure ſpeciali, & extraordinario competit, & a ſola Principis voluntate dependet, dict.§.ſi quis ergo non habens, in Auth. quib. mod. natura. efficiun.ſui. unde non eſt tantæ conſi-

derationis

derationis,& potentiæ,quantę poſtliminiũ, iur.prædic. Præterea etiam poſtliminium non retrotrahitur ad ea quæ alteri perfectè quæſita fuerunt, veluti per vſucapionem vel præſcriptionem,ſecundum Bartol. in d. §.& quid ſi tãtum.licet captis alio modo ſuccurratur,ſcilicet per in integrũ reſtitutionem. l. 1. l. denique. & l.item qui reipublicæ. ff. ex quib.cauſ.maior.

Ad ſecundum reſpõdetur; Regulam procedere in effectu pendente, ſecus in effectu
16 iam conſumato, quia † effectus conſumatus ex ſuperuenienti cauſa non reuocatur. l. ſi Gaudentius. C. de contrahen. empt. l.ult.in prin.ff.un.lib.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.in illis uerbis,nec reuocantur in obligatione.& ibi Iaſ.in 4.not.ff.de uerb. oblig.multa enim
17 † facta tenent quę ab initio facile impediuntur. l. patre furioſo. ff. de ijs. qui ſunt ſui uel alieni iur.l.qui res.§.aream.ff.de ſolution.l.tutelas.in prin.ff.de capit.diminut.c.quæris. & ibi glo.in uer.contrahatur. de conſecrat. diſtin.4.cum multis alijs ſimil. concor. quæ in hanc ſententiam adduci poſſent.

Ad tertium reſpondetur,Quod legitima-
18 tio † reponit naturalem tantum in vero ſtatu,inſpecta origine particulari,licet communi omnium origine in abſtracto conſiderata ad primæuum & indifferentem ſtatum reduci videatur,& ideo proprie loquẽdo,legitimatus non reſtituitur ſtatui in quo prius erat,quia nunquam legitimus fuit, ſed reſtituitur primo ſtatui in quo homines naſcebãtur antequam legitimus ab illegitimo diſtingueretur.l.2.de natal. reſti.iunc. d.§.liceat.in Authen.quib.mod.nat.eff.ſui.& ita ſubtiliter reſpondent Aret.& Moder.in d. §. & quid ſi tantum.l.Gallus. ff. de liber. & poſthum. ſuper 2.q.prin.Bar.

Ad quartum reſpõdetur aſſumptum procedere in reſtitutione,quæ fit per uiam iuſti-
19 tiæ,quia † per illam omnia integre in priſtinum reſtituuntur,etiam cum præiudicio tertij.d.§.reſtitutio,l,quod ſi minor.ff. de mino. Iaſ.in d.§.& quid ſi tantum. num. 73. & late dixi ſupra,quæſt. 19. incip. Bannitus eſt aliquis.num.31.& num.40.vel quando expreſſe conſtat de uoluntate Principis in integrũ reſtituere uolentis,d.l.1.& fi. in fi. C.de ſent. paſſ.ita dicit Alexan.conſ.216.incip. nec arguendi.uol.2.col.8.uerſi. Denuo conſidero. Ruyn.conſ.21.nu.7.uol. 5. cum multis alijs,

quos in hanc citaui ſententiam ſupra in d. quæſtio.19.num.26.& 36.eſt inſerta in hoc uolumine,uide ibi. legitimatio autem fit per
20 uiam gratiæ; & omnis gratioſa † reſtitutio ſine alterius præiudicio intelligi debet. d.ca. quamuis.de reſcrip.in ſex.& d.§.liceat. & ibi Ang.no.in Auth.quib.mod.nat.ef.ſui. & copioſe dixi in d.q. 19. præſertim num.4.cum plur.ſequen.

Ad quintum reſpondetur, Legitimatum
21 † rumpere teſtamentum, quando legitimatio fit uiuente adhuc ipſo teſtatore, quo caſu in bonis ipſius ius nemini quæſitum cenſetur.l.neminem.ff.de acquir. hæred. & ita uoluerunt Abb.&alij in c.per uenerabilem.qui filij ſint legit. & ita intelligi poteſt communis opinio Bart.in d.§.& quid ſi tãtum.quod & tenuit Bald.in l.nam ita diuus.ff. de adopt. & in conſ.56.incip.An pater qui fecit.lib.1. Saly.inter conſi.Bal.conſ.17.inci.ſuper legitimatione Michaelis.li.4.Feder. de Sen.conſilio 57.incip.videtur mihi, quod in priuilegio. & ita tenuit aſſerens communem Soci. conſ.47.incip.in præſenti conſultatione. columna antep.uerſ.ad ſecundam.uol.4. & alibi conſ.3.col.2.uol.3.Deci.conſ. 55. colu.4. conſi.85.col.pen.in fine. conſ. 307.col.1.in fi.conſ.338.col.2.& conſ.393.num.5. Brun. conſ.15.colum.2.uerſi.quinto.Pariſ. conſ.1. num.117.uol.2.Rol.conſ.89.num.13.& 14. vol.1.Cur.iun.conſ.32.num.6. & conſ.157. num.3.& 4.cui vtrobique addo,licet nondũ ſint additiones meæ impreſſæ ob auaritiam librariorum. Secus ſi legitimatio poſt patris
22 mortem fiat, † quia tunc legitimatus nõ ſuccedit niſi inquantum ab ipſo patre fuerit honoratus,& eſt ſingularis declaratio ultra Doctor.per text. expreſſum a nemine hactenus ponderatum, in Auth. quib.mod.nat.effici. legit.§.ſi verò ſolummodo.ibi,Et hæredibus exiſtentibus inquantum pater eos hæredes ſcripſerit.

Ad ſextum reſpõdetur,illam opinionem, quod legitimatus ſubſtitutum excludit, non eſſe ueram,uel ſaltem tutam. Quoniam con-
23 traria † opinio videtur eſſe magis communis,ut atteſtatur Iaſ.in l.2.num.208.C. de iure emph.& Deci.ſibi contrarius in cõſ. 284. incip.Viſo puncto.col.4.& ſeq. Ruyn. conſ. 99.& conſ.106.& plenius in conſ.76.uol. 3. Late Pari.in conſ.9.incip.olim.nu.28.uol.2. vbi citat innumeros Doct. hanc partem tenentes,

nentes, Quod ſcilicet legitimatus non excludit ſubſtitutum. Vel etiam dici poteſt, communem opinionem relatam per Deci. in d.
24 conſi. 258. locum habere † ante poſſeſſionē apprehenſam per fideicommiſſarium, & ſic ante ius realiter, & perfectè quæſitum: ſecus quando fideicommiſſum iam fuiſſet plene reſtitutum, quia legitimatio poſtea facta nō præiudicaret, ſicut nec in caſu aditæ hęreditatis per inſtitutos uel agnatos. At in hoc articulo conclude tandem, veriorem eſſe opi-
25 nionem, quod legitimatio † ſiue fiat uiuente patre, ſiue poſt eius mortem, ſemper requirit citationem ſubſtituti, ſecundum receptiorem ſententiam in locis præallegatis. & ratio eſt, quia ſpem conſiderabilem, & probabile intereſſe prætendit, cui pater legitimati
26 præiudicare non poteſt, cum † de bonis fideicommiſſo ſubiectis interdicta ſit diſpoſitio. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. auth. res quæ. C. commun. de lega. & pulchre declarat Deci. in conſ. 85. col. pen. uerſi. Poſtremo prædicta legitimatio, & alibi dicam de hoc in alia quæſtione.

Ad ultimum reſpondetur, illam communem opinionem eſſe dubiam, nam contra eam tenuerunt expreſſe, Bald. in l. fi. col. C. de inoff. donat. Saly. in l. ſi totas. C. eod. titu. Paul. in l. 2. C. ſi quid in frau. patro. dicens,
27 donationem perfectam † non magis reuocari per legitimatum quam per adoptiuum. Alex. conſ. 40. inci. ſuper eo. in 4. dubio. vol. 4. Ioan. de Anan. conſi. 27. incip. viſo caſu, ubi loquitur in adoptiuo. Et præſertin quia legitimatus pro legitimo habetur quo ad iura teſtamentorum, ſecus quo ad iura ex contractu deſcendentia, quia huiuſmodi iuribus legitimatio regulariter præiudicare non poteſt, ſecundum Bar. in d. l. 2. in fine. uerſ. quid de legitimato filio. C. ſi quid in fraud. patro. Vel ſecundo reſponderi poteſt, Quod tam fauore patris quàm liberorum in donatione ſimplici ſubintelligitur a lege conditio,
28 † niſi liberi ipſi donanti ſuperueniant, ne uideatur donator extraneos proprijs liberis inaduertenter prætuliſſe, arg. tex. in l. Lucius, la 2. ff. de hær. inſt. & in l. cum auus. de cond. & demōſt. & in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ. & ita in terminis uoluerunt Bart. in d. l. 1. col. 2. C. de inof. donat. & in d. l. ſi totas, & ibi cum eo Angel. Fulgoſ. & Pau. Caſtren. Ioan. And. in addit. Spec. tit. de donat. col. 2. Bal. in l. Titia Seio. §. Imperator. de lega. 2. in d. l. cum acutiſſimi. colu. 1. & conſi. 215. inci. Punctus, quidam donauit. lib. 5. Rom. conſi. 194. inci. in propoſita quæſtione. col. 3. verſ. ſecundo quia præſens. & col. 4. uerſi. nec ſecundò refragatur. & conſi. 269. incip. nōeſt dubium. in prin. Paul. Caſtren. conſi. 335. li. 2. Corn. conſi. 11. colu. 9. lib. 3. & conſ. 194. col. 1. eo. lib. & conſ. 30. colu. 2. lib. 4. Aretin. conſ. 24. incip. Quatuor dubia. in primo dubio. Socin. conſ. 225. incip. viſa prędicta. col. ult. uol. 2. Iaſ. conſ. 171. inci. viſo inſtrumento. col. 1. uol. 4. Ideo lex benigne præſumit,
29 † quod ſi pater de liberis cogitaſſet, ueriſimiliter non donaſſet, ut late per Deci. d. conſ. 366. col. 2. uerſ. ſecundo præmittendum eſt, ſub num. 5. ubi de hoc in ſpecie. quæ rationes ceſſant in caſu iſto, quando ſcilicet poſt mortem patris filius legitimatur, quia niſi pater ei aliquid diſponendo relinquat, cum ante legitimationem de illo facile cogitauerit, non cenſetur uoluiſſe eum in præiudicium agnatorum legitimari, ſed ut a genituræ ablucretur macula, & ad alia munera habilis efficeretur, per text. ſing. in d. §. ſi uerò ſolummodo, ſuperius in reſolutione quinti fundamenti allegato.

Ex quibus habetur communis Doc. concluſio ualide confirmata, ſcilicet, legitimatū
30 † poſt mortem patris indiſtinctè agnatis in iure quæſito non præiudicare, nec etiam in iure delato, niſi quatenus ei a patre relictum fuerit, per ſupradicta. de quo tam reſpectu legitimationis, quàm reſtitutionis, vide Pariſi. in cōſi. 11. incip. Caſtrum iſtud. nu. 82. uol. 1.

Et pro clariori pręmiſſorum intelligētia, & præſertim eorum, quæ diximus in reſponſione ad quintum, & in reſponſione ad ſex-
31 tum, facias iſtam concluſionem, quod in † legitimatione facta de uoluntate patris uiuentis nullius citatio requiritur, quando tractatur de bonis particularibus, & liberis ipſius patris, quia tunc principaliter ipſius patris intereſſe conſideratur, qui de bonis proprijs ad libitum diſponere poteſt, ſecundum omnes ſcribentes in d. §. & quid ſi tantum. per tex. in l. cum adoptio, de adoption. ita uoluit Bal. in l. nam ita Diuus. de adopt. & in l. fi. C. quib. res iudic. non noc. Alex. in conſ. 188. incip. per ſpcẽis. col. 3. uol. 5. & eſſe opinionem communem atteſtatur Socin. in conſi. 47. incip. in præſenti. col. antepen. uerſ. ad ſecundam.

cundam.uol.4.Deci.conſ.307.incip.viſo.circa fin.& conſ.698.incip.in cauſa, late Pariſi. in conſ.1.num.24.uol.2. Secus quando agi-
32 tur de bonis, & iuribus,† de quibus pater in præiudicium alterius libere diſponere non pōt,ueluti in feudis antiquis, bonis emphyteuticis, & fideicommiſſis. quoniam in talibus propter ius conſiderabile ipſis competens eorum citatio requiritur,ut dixi ſupra in reſponſione ad ſextum.;& id uerum eſſe quo ad bona feudalia vide Bald. in l. eam quam. col.15.C.de fideicom.Old.conſi.246. Alex. conſi.60.uol.2.Imo. in l.ex facto.col.6. ff.de vulg. & pup. pro quo vide Ant. de Roſel.in tract.legitim.lib.1.par.4.col. 2. intelligendo ſemper de legitimatis per reſcriptum, ut in caſu propoſito.Quod & idem eſſe in emphy-
33 teuſi,† ponit Bal.in l.fi.C.de ijs qui uen. æta. impetran.Alex.d.conſ.60.& alibi conſ.123. vol.1.& in l.3.de lib.& poſthum.Iaſ.in l. generaliter.§.cum autem.C.de inſtit. & ſubſtit. Deci.conſ.171.Alcia.conſi.254. num. 10.& alij,quos Alci.ipſe citat. Quo ad bona fideicommiſſaria id eſt citra dubium, in ijs,cum pater nullam habeat poteſtatem, nec de illis ualeat diſponere, non poteſt etiam per reſcriptum Principis præiudicare alicui.d.l.cū auus.d.l. cum acutiſſimi, cum concordan.

Et circa ea quæ ſupra dixi,num.30.aduerte,quia ſecus eſſet, quando agnatis nondum eſſet ius quæſitum,ut puta,quod legitimatio poſt mortem patris eſſet facta ante hæredi-
34 tatis aditionē,quia eo caſu legitimatus † hęreditatem adimit agnatis uenientibus ab inteſtato.l.1.§.filius.in fi.ff.ad Tertul.& ibi Bar. Bal.in l.nam ita Diuus. ff. de adop.in l.reſcripta.col.pen.C.de preci.imper.offer. in l.1.in fine. C. de iure aureor. annul. in §. Domino guerram. col. pen. hic finit lex Conra.in uſi. feud.Saly. in auth. item ſi quis.C.de natur.liber.Iaſ.conſ.127,col.1.uol.4.& Doct.in d.§. & quid ſi tantum.

Immo fortius, nedum hoc ſuperius dictū locum habet in eo caſu,ſed etiam ſi iam eſſet
35 adita hæreditas, † dummodo legitimatio fiat ante corporalem poſſeſſionem appræhenſam per agnatum, nam & hoc caſu legitimatus hæreditatem adimit ab agnatis. ita not.concludit Paul.Caſtr.in l.3.ff. de teſtam. & in l.cum hæredes.in prin.ff.de acq.poſſeſ. Alex.conſi.2.uol.1. & Iaſ.conſi. 127. col. 2. uerſ. ſtat ergo ex prædictis firma concluſio. uol.4.quo in loco diluit argumenta Alex. in d.l.cum hęredes.in prin.& Aret.in d.l.3.col. fi.qui ijs in locis aliud tradunt.

Et pro concluſiuo complemento, dicas, Quod ſi pater in ſuo teſtamento diſponat,
36 quod filius † poſſit poſt ſuam mortem petere legitimationem, licet ipſo patre mortuo ius agnatis uenientibus ab inteſtato ſit quęſitum,poteſt tamen filius ipſis agnatis non citatis petere legitimationem.& ratio eſt,quia quando pater conſentit legitimationi filij eo tempore quo poteſt pręiudicare, & de ſuis bonis diſponere, non eſt neceſſe uocari eos quibus ab inteſtato ius eſt quęſitum, ex Bart.ſententia,quem omnes ſequuntur in d. §. & quid ſi tantum. & id etiam voluit Bald. conſ.361.incip.verba Barto.in prin. lib.5.& ex conſequēti ſic legitimatus poteſt ab agnatis hæreditatem reuocare,cum vt dixi, huiuſmodi legitimatio proueniat ex uoluntate,& conſenſu patris in teſtamento declarato: perinde enim eſt ac ſi ipſe adhuc uiuens filium
37 legitimari feciſſet.† retrotrahitur etiam iſta legitimatio,ut legitimatus ſuccedat ac ſi fuerit legitimatus ante teſtamentum. Imola in l.ex facto.col.10.in prin.ff.de hæred.inſt.uel de vulg.& pupil.Doct.poſt Bartol. in d.§. & quid ſi tantum.Pau.Caſtr.in l.non eſt dubiū. in fine.C.de iure delib.Bal.in addit.Spec. tit. de ſucceſ.ab inteſt.uerſ.nota quod legitimatio.Paul.Caſtr.conſ.227.& uide Bald. conſ. 486,& conſ.488.uol.4.& conſ.297.uol.3.& conſ.297.uol.3.& conſi.55.uol.2.Caſtr.cōſ. 223.225.226.& 230. Abb.conſ.83.uol.1. Feder.de Senis,conſ.57. Et ſic diſtinguendo
38 † concludas opiniones cōcordando, Quod Bartoli ſentētia locum habet in eo, qui poſt mortem patris legitimatus fuit ex ſe ipſo: Et quod ſententia Dyni procedit in eo qui fuit legitimatus accedente conſenſu patris in teſtamento declarato.Pręſuppoſitis tamen dictis ſupra,in uerſ.ad ſextum.& in uerſi.ad ultimum. & in uerſ. & pro clariori præmiſſorum. Et uide Bero.q.60.num.3. cum ſeq.& Menoch. conſilio 202.incip. cum grauiſſime.uerſi. Decima.uolum.3.& ad materiam vide Manti.exactiſſime ſcribentem, de coniect.ulti.uolun.lib.undecimo,titu.10. cum 3. ſequen.quem poſt hęc mea ſcripta uidi,ideo remitto.

QVAESTIO

QVAESTIO XXXVII.

Appellatione deſerta, an poſsit reuocari attentatum.

SVMMARIVM.

1 *Attentata pendente appellatione, an poſſint reuocari non obſtante deſertione ipſius appellationis.*
2 *Appellatione a diffinitiua pendente nihil eſt innouandum.*
3 *Attentata quod poſſit reuocari cauſa per appellationem deſerta.*
4 *Attentata quod non poſſint reuocari cauſa per appellationem deſerta.*
5 *Actum legitime reuocari non debet.*
6 *Principali ſublato, ſublata uidentur omnia acceſſoria, & quæ ex illo principali ſequi poſſent.*
7 *Appellationem non proſequi ſeu ipſam deſerere, & non appellare paria ſint.*
8 *Appellatio deſerta pro non facta habetur.*
9 *Attentata deſerta appellatione, quo caſu reuocentur.*
10 *Attentata quomodo reuocari poſſint.*
11 *Remedium attentatorum eſt fauorabilius quocunque alio remedio reſtitutorio.*
12 *Reſtitutio ad poſſeſſionem beneficij ſine colorato titulo quo caſu non detur.*
13 *Reſtitutio dum petitur per uiam attentatorum, quomodo procedatur.*
14 *Offendens ius, iudicem, & partem, magis punitur, quàm offendens partem.*
15 *Remedium poſſeſſoriũ per interdictum unde uiã, eſt mixta natura.*
16 *Exceptio excommunicationis non obſtat proſequenti uiã attentatorum.*
17 *Informatio ſummaria ex mero iudicis officio ſufficit agenti uia attentatorum.*
18 *Oldradi locus a Decio non intellectus demonſtratur.*
19 *Exceptio alterius ſpoliationis obeſt agenti interdicto recuperanda.*
20 *Attentati uia competit etiam contra tertium, qui in re attentata ſucceſſit.*
21 *Litis conteſtatio requiritur in remedio canonis redintegranda.*
22 *Attentati uia non competit poſt deſertionem.*
23 *Factum per iudicem poſt ſententiam ante appellationis interpoſitionem, quo remedio reuocetur.*
24 *Remedium attentatorum non conſideratur in proſequente appellationem incidenter, & non principaliter.*
25 *Attentata, quomodo reuocari petantur.*
26 *Lis non conteſtatur ſuper attentatis.*
27 *Attentata per tertium non reuocantur ante omnia.*
28 *Remedium attentatorum an competat ſi iudex a quo ſcit iudicem ad quem procedere, licet non ſit ſibi inhibitum.*
29 *Cauſæ cognitio an debeat præcedere reuocationem attentatorum.*
30 *Attentatorum materia, ubi tractetur, remiſſiue.*

QVAERO Trigeſimo ſeptimo. Lata eſt ſententia contra C. a qua fuit per ipſum appellatio interpoſita, & deſerta eſt, modo intentat attentatorum reuocationẽ pendente appellatione curſorum. Quæritur an tali
1 † deſertione non obſtante huiuſmodi attentata, pendente appellatione poſſint reuocari. Præmittendum in primis eſt axioma illud regulare, quod appellatione a diffinitiua pen-
2 dente nihil eſt innouandum, † vt ff. nil nouã. appell. pend. per tot. l. ex illo. C. de appel. l. 2. & ibi Doct. C. de bonor. poſſeſ. ſecun. tabul. c. poſt appellationem. 2. q. 6. Specul. in tit. de appel. §. nunc dicamus, uerſi. recepta. & §. nouiſſime. in prin. & col. 1. per tot. & ſi ſecus fiat, per remedium attentatorum in primis, & ante omnia reuocari debet. c. non ſolum. de appel. in ſex. Rota deciſ. 185. quę eſt 27. de app. in nou. & incipit. licet pars. quo præmiſſo, in hac quæſtione ſunt opiniones Doctorum hincinde.

Nam Francus in cap. conſuluit, il 2. de ap-
3 pellat. tenuit partem affirmatiuã, quod † ſcilicet poſſint reuocari, & idem tenent Docto. in c. cũ ueniſſent. de eo qui mit. in poſſeſ. & fuit opinio Lapi alleg. 1. quæ incipit, in hac allegatione. in fine. & in hac ſententia fuit Rota Romana deciſ. 130. quæ eſt vigeſima, ſub tit. de appell. in nouis. & incipit, ſi poſt inhibitioniem. & idem alibi tenuit Francus in cap. ſæpe. ſuper glo. in uer. rata. de appella. & in d. c. non ſolum. de appel. in ſex. Et pro iſta opinione facit tex. in c. licet. de ſenten. excommun. in ſex. per quem tex. hoc firmat Cardin, in c. conſuluit. il 2. de appel. ubi dicit, quod attentata non reconualeſcunt, licet appellatio deſerta ſit. quod etiam tenuit idem Cardinal. in conſi. 150. incip. ſuper præmiſſo. col. 4. in fin. & refert ſimpliciter Deci. in d. cap. conſuluit. col. 3. nu. 25. uerſi. Et iſta concluſio adeo procedit. & Iaſ. in l. 1. C. de bon. poſſeſ. ſecun. tab. col. 1. uerſ. & attentata uel innouata interim, tranſit cum hac opinione, per tex. in d. c. cum ueniſſent. ubi Anto. & Imo. & ibi Abb. notat hoc, col. 3. uerſi. nota aliam limitationem. circa med. in uer. Pet. & Ab. ſentiunt unam nota-

bilem limitationem, & hoc alibi tenuit Imo. in capit. ex parte. de reſcript. numero nono, & 16.

Contrariam opinionem, quod ſcilicet attentata non poſſint reuocari cauſa per appel-
4 lationem † deſerta, tenuit Old. conſi. 295. incip. orta materia quæſtionis. col. 2. uerſ. tertiò dicit pars. nam appellatiò deſerta fingitur nō interpoſita, & ualent omnia medio tempore facta acſi interpoſita non fuiſſet. C. de temp. & repar. appel. l. ult. §. illud. & ff. de ijs qui no. inf. l. furti. §. 1. illud etiam not. in cap. licet. de ſenten. excom. lib. 6. arg. ſumpto à contrarijs, cum ibi no. & in cap. venientes. de iureiuran.
5 Nam † quod legitime actum eſt, reuocari nō debet. c. audita. de reſtit. ſpol. Reg. Factum legitime, de reg. iur. in ſex. 30. quæſtio. 1. cap. ad limina. l. quod initio. ff. de regul. iur. l. 4. C. de interd. matrim. cum ſimil. Præterea, ſublato
6 principali ſublata videntur † omnia acceſſoria, & quæ ex illo principali ſequi poſſent. c. depoſ. l. 4. ff. de fruct. & lit. exp. l. terminato. c. auditis. de procurator. c. cum ceſſante. de appel. cum ergo per deſertionem ſit deſerta, & ſublata appellatio, igitur & omnia inde ſequuta ſunt ſublata: tum quia res deuenit ad eum ſtatum à quo potuit habere efficax principiū
7 tum etiam, quia paria ſunt † non appellare, uel appellationem non proſequi, & ipſam deſerere, c. ſolicitudinem. & c. cum ſit. ext. de appel. c. quamuis. & cap. ſicut. eo. tit. in clem. quod autem appellatione deſerta fingatur non appellatum, tenet Ioan. And. in d. c. licet. de ſent. excommun. in ſex. ſicut ergo factum
8 † per iudicem nulla interpoſita appellatione non debet ut legitime factum reuocari, ita & factum poſt appellationē, ipſa deſerta, quæ pro non facta habetur, ut tenet Rota deciſ. 1. de appel. in nouiſ. quæ incipit, Attentata. quę dicit, Attentata appellatione pendente à diffinitiua, poſt ipſius deſertionem non veniunt per modum attentati reuocanda. ſequitur Aegid. deciſ. 420. Vital. in tract. clauſ. in clau. nil innou. appel. interp. ad finē, Guido Papæ conſilio ſexto, columna ſecunda, Vant. in tract. nullit. car. mihi 122. Et ſic ex præmiſſis patet, attentata non reuocari.

Quid dicendum. Quoniam hincinde ſunt opiniones, ideo pro concordia dicendum,
9 & diſtinguendum eſt, † quod aut ex actis non conſtat de deſertione, aut conſtat: ſi non conſtat, attentata reuocantur, & ita procedat opinio affirmatiua. nam tunc, etiam ſi pars vellet eam allegare, & probare, propter priuilegium attentatorum; quæ in curſu omnium aliarum cauſarum ſunt reuocanda, reuocari poſſunt non obſtante allegatione deſertionis allegata & probanda, ſed non probata. capit. non ſolum. de appel. in ſex. & per Ioan. Monac. & Rot. dicta deciſ. prima, de appel. in nou. uerſ. & fuit determinatum, & concluſum. Si autem conſtat, non reuocantur, & tunc locum habet opinio negatiua, per regulam, dolo petit, & c. & per l. ſi is à quo. ff. vt in poſſeſ. eat. Nam hodie conſtat, hodie agatur. cap. cum olim. de re iudic. capit. literas. de reſtit. ſpoliat. Aegi. concluſ. 239. incip. in cauſa Domini Guliem. & dicta concluſ. 420. incip. illud quod in concluſione. & Guido Papæ in tract. de appel. columna tertia, verſ. duodecimo quæro, vbi allegat ſeipſum in ſuis deciſ. parlam. deciſ. 213.

Aduertendum tamen, quod quando attentata in caſu prædicto non poſſent retracta
10 ri via attentatorum, † poſſent tamen reuocari per uiam ordinariam nullitatis, & officio iudicis, dato libello, ut per Franc. in dicto capitulo, ſæpe. de appellat. in glo. in uer. rata. & Gomeſ. ſuper reg. de trienna. quæſtio. 54. numero ſeptimo. & alibi Franc. in dicto capit. conſuluit. il ſecundo, de appel. Rota ſub titu. de reſtit. ſpoliat. deciſ. ſecunda, quæ incipit, fuit dubitatum. in nouiſ. & Aegid. concluſ. 622. quæ incipit, Proceſſus factus per iudicem à quo, cum deciſ. ſequen. Et ſic patet veritas concluſionis in quæſtione propoſitæ, Quod attentata (appellatione pendente) ſi appellatio deſeritur, non reuocantur per remedium attentatorum, ſed per remedium nullitatis, aut ex officio. eſt igitur hæc opinio negatiua communis, & in practica ſeruatur, per dictam Rot. deciſio. primā, de appellat. in nou. & uide Rot. Biſign. deciſione ſecunda, de appellat. cum ijs quæ tradit Franc. Mar. deciſione 283. Cardin. Alexan. in dicto capitulo ſæpe. numero trigeſimo ſeptimo, & ibi, Franc. numero trigeſimo, ſuper dicta gloſ. in uer. Rota. circa finē. ubi conciliat deciſ. Rotæ ſupra citatas, ut ſcilicet deciſ. prima, procedat in attentatis, quæ priuilegio attentatorum reuocari petuntur, deciſio autem 130. aliàs 20. de appel. ſupracit. loquatur in attentatis, quæ per uiam nullitatis ueniunt retractanda.

Et quia (vt ſupra tetigi) remedium, per quę
11 attentata poſt appellationem † petuntur reuocari, eſt fauorabilius quàm aliud remediū reſtitutorium: ideo ſi occurrat quod aliquis lite pendente ſit ſpoliatus ſua poſſeſſione, licet contra hoc ſpolium poſſit uenire non ſolum per viam attentatorum, ſed etiam per interdictum reſtitutorium vnde vi, tamē magis communis ſententia eſt, quod veniat per viam attentatorum, cum iſtud ſit fauorabilius remedium, ut per Innocen. in cap. dilecti. de maior. & obed. in cap. bonæ. de appel. & in cap. cum teneamur. eod. tit. Hoſtien. & Ioan. Monac. in cap. cupientes. de elect. ſuper uer. a gratia. & in cap. non ſolum. in glo. fin. de appellat. in ſex. & ibi Gemini. late. & per eund. Ioan. Mona. in clemen. ſecunda, vt li. penden. Deci. conſi. 200. col. fina. Maran. de ord. iudi. tit. de appel. num. 393.

Quod autem iſtud ſit remedium fauorabilius quàm remedium reſtitutorium per in-
12 terdictum vnde vi, patet. Nam † quando agitur poſſeſſorio principaliter & directe, per interdictum vnde vi, non datur reſtitutio ad poſſeſſionem beneficij ſine colorato titulo, ne detur vitioſus ingreſſus, vt in ca. eum qui. de eo qui mit. in poſſeſ. in ſex. Fran. in d. cap. bonæ. colum. 2. in fi. Caſſad. deciſ. 1. titu. de reſtit. ſpol. num. 9. Veſtri. in pract. tit. ut lit. pēden. uerſi. Et quamuis. Quando † autem reſti-
13 tutio petitur per viam attentatorum, quia illa petitur incidenter, tunc nullo iuris ordine ſeruato in hoc caſu proceditur, immo iudex ex mero officio ſuo ipſa attentata reuocabit, & ſpoliatum in primum ſtatum reducet, & ſic, non iure actionis, ſed ex ſuo officio. ratio eſt, nam hoc caſu magis offenditur iudex quàm pars: ipſius enim iudicis officium contemnitur, immo lex ipſa, quæ prohibet ne lite pendente aliquid innouetur, vt toto tit. vt lite penden. in Rub. & nigro. in alio autem caſu offenſa dirigitur contra partem, merito igitur grauius proceditur contra illum, qui ius, iudicem, & partem eludit, quam contra
14 eum † qui partem tantum, argum. cap. cordi. in fine. de appel. in ſexto, & hoc tenuit Rot. Roman. deciſio. ſecunda, incip. fuit dubitatum utrum. de reſtitut. ſpoliat. in nou. & eod. tit. decis. quinta, quæ incipit. Ex quibus inferebatur. numero ſecundo Alexan. conſilio nonageſimo nono, uolum. quinto, Couar. pract. quæſtion. capit. uigeſimo tertio. Afflict. deciſio. 352.

Et quod iſtud remedium attentatorum melius ſit interdicto vnde vi, patet: nam
15 † poſſeſſorium remedium per interdictum vnde vi, eſt mixtæ naturæ. & in huiuſmodi poſſeſſorijs mixtę naturæ non concluditur poſſeſſio abſque titulo, nec datur in eis poſſeſſorium, vt in ſimili not. in l. 2. §. quædam. ff. de interdict. in materia autem attentatorum non requiritur probatio tituli etiam colorati, ſed ſufficit probare ſolum ſtatum, Oldrad. conſi. 199. Cardinal. conſilio decimo. item, cum omnia debeant in priſtinum ſtatum reſtitui, retractabuntur in materia attentatorum ſententiæ cenſuræ, quę in quocunque alio remedio valerent, licèt eſſent iniuſtæ, capit. ex parte. de reſcr. ubi per Innoc.

16 Item † proſequenti viam attentatorum non obſtat exceptio excommunicationis, quæ tamen obſtat agenti poſſeſſorio recuperandæ, capit. cum inter, capit. ſignificauerunt. de except. capit. pia. eod. tit. in ſex. glo. in capit. ex inſinuatione. de procurat. not. in c. dilectus. il. 1. de reſcr. ſequitur Deci. in cap. ex parte. il ſecondo, de reſcr. col. fina. uerſ. ſic etiam agenti interdicto. ubi allegat dicta deciſ. Rot. 2. de reſti. ſpoliat. in nou. Deci. conſ. 200. col. fin. uerſ. ſecundo.

Item, quando agitur uia attentatorum
17 † ſufficit quædam ſummaria informatio ex mero iudicis officio. ca. cupientes. ſuper uer. gratia. de elect. in ſex. & ibi Ioan. Monac. & melius in glo. d. cap. non ſolum. de appel. in ſex. in glo. fin. Cum uerò agitur poſſeſſorio, tunc oportet ut lis conteſtetur, & ordinario iure procedatur. Et ſic patet, quod remediū per quod attentata poſt appellationem petuntur reuocari, eſt fauorabilius, quàm aliud remedium reſtitutorium. quod clarius proſequitur Oldr. d. conſ. 199. quod incipit, Pro fundamento attendendum eſt, in princ. cuius doctrinam libuit hic ad litteram referre. dicit igitur. Cauſæ reuocationis attentatorum cauſa pendente, & poſt inhibitionem præſtantius debetur priuilegium, & fauor, quàm etiam interdicto recuperandæ poſſeſſionis, uel unde ui. & eſt ratio, quia per illud parti ſpoliatæ ſuccurritur, per hanc & parti ſpoliatæ ſuccurritur, & contempta maieſtas iudicis uindicatur, ut argum. ff. de iu-

riſdict.omnium iudic.l.ſi familia. & prætorum & iudicum edicta per attentantes fiunt cluſoria,ut ff.ne quid in loco publico.l.ult.& de iudic.l.ſi prætor.& in eodem continuando refert Innocen.dictum circa hoc,& illud applicat,dicens,& hac ratione motus(vt puto)dixit Dominus Innocen.quod agens interdicto vnde vi,plus oneratur probationibus, quia oportet ſe deiectum probare per hunc,& deiectionis tempore poſſediſſe, vt ff. de ui & ui arm.l. 1. §.interdictum autem hoc,& extra de offi.& poteſt.iud.deleg.cap. conſultationibus. in reuocatione autem attentatorum,ſufficit probare ſe poſſediſſe, & nunc aduerſarium poſſidere, niſi ſpoliatio facta per aduerſarium probetur,capit.bonæ memoriæ.de appellat.& not.Imo.ext.de reſcr.capit.ex parte.& ff.ne uis fiat ei.l. 1.§.hec actio.& ſic uides quàm clare Oldrad.firmet hanc concluſionem. & dum allegat Innoc. & non citat locum, tu dic, quòd Innocen. hoc dicit in dicto capit. bonæ.de appel.& in cap.ex parte.il ſecondo,eod.tit. col. 2.uerſi. quæritur inſuper, cur non intentat interdictum unde vi.

Et licèt Decius in dicto cap.ex parte. col. fina.uerſi. Quarta concluſio Abbatis, dicat
18 † Oldr.tenere contrarium in conſilio 10. columna fina.uerſi.non obſtat. vbi, dicit ipſe, videtur tenere cõtrarium,dum inquit, quòd non reperitur iure cautum, quòd reuocatio attentatorum habeat plus priuilegij aliquid quàm ſimplex iudicium reſtitutorium; Tamen quomodo Decius hoc dicat neſcio, nam in dicto conſi. 10. Oldra. nihil dicitur de hac materia, & in tot exemplaribus nullibi inueni,quod uiderim,aliquod conſilium Oldrad.quod hoc dicat,ſed ubi tractat de attentatis, loquitur eo modo quo ſupra dictum eſt,niſi forte Deci. culpa impreſſorum ſit corruptus:ſed neſcio diuinare, vnum eſt, quod nec Abb. nec alij faciunt mentionem de iſto conſilio decimo Oldradi, nec etiam reperi,quod Oldrad. teneat oppoſitum eius quod dixit,dicto conſilio 199. ideo concluſio remanet ſine contradictore, quam ipſe Deci.ubi ſupra teſtatur eſſe magis communem.uerſi. ſed tamen quod Abbas dicit, immo hoc manifeſte patet ex ijs, quæ ipſemet Deci.dicit in dicto capit. bonæ. de appellat. columna ſecunda,uer.ſexto nota, vbi ſirmat iſtam concluſionem,ex mente Oldra.& non facit mentionem quod Oldrad. teneat oppoſitum.& in eod.cap.colum.7.uerſ.& dum Abbas concludit. idem repetit, ſecundum Oldrad. nec tamen aliquid in contrarium ex ipſo Oldr.adducit.

Et huius opinionis fuit Ancharan. in dicto cap.ex parte.columna prima, verſi. ſed hic incidenter quæritur. Abb. in d. capit.ex parte.columna penul. uerſi. Tertiam Lecturam,& latius in d.c. bonæ.ſequitur & firmat iſtam concluſionem,ut ibi per eum. quem ſequitur Deci.in dicto cap. ex parte. columna final. uerſic. & ideo ſuperioribus diebus. ubi ex mente Abb.in d.capit. bonæ. dicit,quòd
19 licèt † agenti interdicto recuperandæ,obſit exceptio alterius ſpoliationis, capitulo fina. de ordi.cognit. non ſic tamen in reuocatione attentatorum; & alibi idem Deci.in d.c. bonæ.col.2.uerſ.Sexto not. dicit, quod
20 † uia attentati etiam competit contra tertiũ qui in re attentata ſucceſſit, ut in caſu illius tex.patet in illo qui non ſpoliauit, & tamen prætextu appellationis cõuenitur, & in hoc (dicit ipſe) remedium attentati plenius prouidet quàm interdictum recuperandæ poſſeſſionis,& allegat Innocen. in capit. dilecti. de maior. & obedien.Oldr.in dicto conſilio 199.Rot.deciſio.ſecunda,de reſtitut.ſpoliat. in antiquior.& Cardin. dicto conſilio decimo,& ipſe Deci. hoc ponit pro indubitato in eo.cap.bonæ. columna penultima, in dicto uerſ.& dum Abbas concludit, dicens, Et hæc de plano procedunt, reſpectu interdicti unde ui, prout (dicit ipſe) Doctores loquuntur,& dic,& in locis præal.& hoc alibi tenet idem Deci.in conſilio 103. incip. in cauſa poſſeſſionis.in prin.ubi dicit,quòd hac uia attentati facilius ſuccurritur quàm alio remedio recuperandæ poſſeſſionis. & idem ad longum repetit & firmat in conſilio 200. incip.in caſu propoſito.per tot.conſ.

Ampliatur iſta concluſio procedere, vt iſtud remedium attentati plenius prouideat quàm remedium canonis redintegranda.
21 tertia,quæſtio.prima.Nam † in remedio canonis redintegranda,requiritur litis conteſtatio, Bartol. in l. naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquiren. poſſ. & alibi Alexand. col.pen.ſequitur Deci.in d. c. bonæ. colum. penul uerſi, ſed poteſt dubitari. hoc autem

non

non requiritur in remedio attentati, ut ibi per eum,& in con ſ.252.incip.Agitur cauſa magni ponderis,ubi late de materia canon. redintegranda.& in conſ.302.inc p.Et pro tenui facultate mea.ubi de eod. cano. Et ſic remanet iſta concluſio citra dubitationem, vt poſt Phil.Fran.in d.cap. bonæ.col.4. not. Hier.de Monte.q.108.ſiue in tract. fin.regũ. c.108.incip.Et cum frequenter.nu. 3.

Intellige tamen pręmiſſa,iuxta ea quę ſupra dicta ſunt,& præſertim num.9.quod ſcilicet iſtud remedium intentetur ante deſer-
22 tionem appellationis,& non poſt, nã † poſt deſertionem non competit uia attentati, vt ibi dictum eſt.d.c.ex parte.il 2.de reſcr.&per Ioan.And.in c.licet.de ſenten.excom.& iſta poſſunt inſeruire pro prima limitatione dictorum ſupra,num. 1.ut ſcilicet non intelligantur de appellatione deſerta.

Et pro plena intelligentia iſtius materię,
23 nota,quod quę † fiunt poſt decem dies a tẽpore prolationis ſentẽtię,& ante appellationis interpoſitionẽ per iudicem ſeu eius exequutorem,valent & tenent, nec poſſunt per uiam attentati ſeu nullitatis reuocari, ſed per viam iuſtitię, docto de hoc, & cognito in cauſa appellationis.Ita Rota deciſ.44. incip. Licet in cauſa beneficiali.de appel.in nou,ſequitur Hippol.ſing.87.incip. licet ficte. Et hoc aduertant practicantes, ne decipiantur, credentes attentatum dici quicquid fit infra tempus decem dierum datum ad appellandum.Et iſta eſt ſecunda limitatio, vt ſcilicet ſupradicta non habeant locum niſi actualiter appellatio interpoſita ſit.

Tertiò limitantur præmiſſa non procedere,quando quis proſequitur appellationem incidenter, & non principaliter, nam tunc
24 non † habetur conſideratio remedij attentatorum,gl.magiſtra in clem. ſi ante. de dolo,& cont.

Quomodo autem petantur reuocari attẽ-
25 tata, † & an neceſſariò debeant proponi in libello,vide Specul.tit.de appel.§. nunc dicẽdum.in prin.& ibi per Ioan.And. in addit.& conclude, quod reuocantur iudicis officio de plano,& ſine aliquo libello,ut no.omnes Canon. in cap.non ſolum.de appella.in ſex. Ioan.Mona.in cap.cupientes.in §. de viginti de elect.in ſex.Abb.in c.ex parte. col. fi. ext. de reſcr.Bal.& Saly.c.in l.appellatione.C. de
26 appel. nec † ſuper illis conteſtatur lis.Spec. tit.eo.de appel.§ nouiſſime.col.2.Card.Alc. in capit.quis autem.in fine.54.diſtin. Capic. deciſ.72.Fran.in c. dilecti. il 3. de appel.Caſſad.de reſtitſ.poliat.deciſ.3. quæ incipit, Petens reſtitutionem.num.6. & Veſtr. in pract. tit.ut li. pend. fol. 206.in par.uerſi. quod ſi agatur.

27 Et nota,quod †attentata per tertium non reuocantur ante omnia, vt per glo. in capit. non ſolum.de appel.in ſex.& ea quæ ſunt attentata inter concluſionem in cauſa, & ſententiam, omnia veniũt reuocanda per uiam attentati,ut per Anton. in c. 2. ut li. penden. Et hoc remedium attentatorum competit etiam ſi ſint attentata prætextu ſententiæ nullæ,ut not.Docto.in capit.ex inſinuatione. de procurat.& eſt tex.in capit. accedens. ext.ut
28 l. non conteſt. Et an † remedium attentatorum cõpetat, ſi iudex a quo ſcit iudicem ad quem procedere, licèt nõ ſit ſibi inhibitum, vide Ioan.And.in cap.non ſolum. de appel.
29 in ſex.ſuper glo.in uer.inhibitionem.Et † an cauſæ cognitio debeat procedere reuocationem attentatorum, vide Ioan.And.in capit. cum M.Ferrarienſis. de conſtitut. in fine.Et hæc omnia additamẽta quæſtioni dicta ſint ad cognoſcendum quomodo, & quando poſſit,& debeat intentari uia attentatorum, ne aduocatus hanc omittens, & aliam intentans ſuccumbat cum damno clientis. & hæc ſufficiant quo ad propoſitam materiam, ſuper qua non amplius inſiſto, quia uideri poteſt apud ſupracitatos Docto.Si quis autem
30 † attentatorum materiam curioſius cognoſcere deſiderat,videat Abbat.in cap. ex parte.A.de teſti.Socin. in capit. ſignificantibus. num.28.de lib.oblat.Apoſti.ad Abb.in c. ex parte.de reſcr.Bertr.conſilio 49.li. 1. Ruyn. conſi.75.& 76.uol.5.Neuiz.conſi.80. numero quarto.Pariſ.conſi.41.lib.1.& conſi.107. lib.3.Ferret.conſi. 27. 25. 110. 170. & 177. Hier.Manf.tam in 1.quàm in 2.par. loquendo de attentatis in materia ciuilium terminorum, non autem de attentatis in materia criminali:hic enim non eſt locus ſuus,ſed de ijs ſatis dictum eſt,q.34.de his uide in Reper. ad Tract. Venetijs nuper impreſ. ubi omnia recollegi in uer. attentata.

QVAESTIO XXXVIII.

Capita materiarum patent in principio.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium eccleſiaſticum non poteſt licite ſine canonica inſtitutione obtineri.*
2 *Beneficij eccleſiaſtici impetratio facta a puro layco aſſerente ſe clericum, cum non eſſet, non valet, & impetrãs priuatur impetratis.*
3 *Beneficij eccleſiaſtici ut quis ſit capax, quæ requirantur.*
4 *Layco quæ ſint prohibita.*
5 *Taciturnitas, quæ & quomodo noceat.*
6 *Reſcriptum ex falſa cauſa vitiatur impetratum.*
7 *Laycus purus aſſerens ſe ſcholarem, cum non eſſet, nulla de clericatu facta mentione, licet animo deſtinauerit clericari, impetrans beneficium priuatur.*
8 *Religioſus non dicitur ante factam profeſſionem.*
9 *Deſtinatus ad militiam non dicitur miles antequam recipiatur in numerum militum.*
10 *Clericus quis non præſumitur, niſi uere doceat de clericatu.*
11 *Laycus, in dubio quis præſumitur, & non clericus.*
12 *Clericus quod quis animi deſtinatione dicatur.*
13 *Beneficij eccleſiaſtici non tonſuratus capax non eſt.*
14 *Conuerſus incedens tonſuratus, quomodo ſit capax beneficij.*
15 *Impetratio layci aſſerentis ſe clericum, cum non eſſet, nõ ualet.*
16 *Laycus quo caſu ſit capax beneficij eccleſiaſtici.*
17 *Laycus purus nondum tonſuratus non eſt capax beneficij eccleſiaſtici.*
18 *Tonſuratus quomodo ſit capax beneficij eccleſiaſtici.*
19 *Deſtinatio cum tonſura ſufficit ad hoc quod impetrans ſit capax beneficij.*
20 *Laycus quod percipiat decimas, eſt contra ius commune.*
21 *Papa ſolus diſpenſat ſuper ijs, quibus ius commune reſiſtit.*
22 *Papa poteſt concedere layco ius decimandi, & decimas poſſidendi.*
23 *Papa poteſt remittere quibuſdam obligationem ſoluendi decimas.*
24 *Papa in cauſis ſpiritualibus, & eccleſiaſticis habet plenitudinem poteſtatis.*
25 *Papa poteſt mero layco committere cauſas ſpirituales, & eccleſiaſticas, etiam criminales clericorum.*
26 *Papa poteſt laycis concedere poteſtatem conferendi beneficia uacantia.*
27 *Laycus ex diſpenſatione Papæ poteſt obtinere beneficium eccleſiaſticum.*
28 *Beneficio ius acquiritur per ſolam canonicam collationẽ abſque traditione poſſeſſionis, eiuſque apprehenſione, declara ut nu. 32. 33.*
29 *Ius proprietatis per inſtitutionem ſeu beneficij collationem quæritur illi in quem beneficium confertur.*
30 *Traditio uel quaſi non requiritur ut acquiratur ius in beneficio.*
31 *Beneficium quomodo dicatur uacare.*
34 *Verba debent intelligi cum effectu.*
35 *Collatio facta, & non acceptata, non tribuit ius in re, ſed ad rem.*
36 *Beneficio collato, & acceptato, etiam ſi ſecundo tradatur poſſeſſio & apprehendat, primus præfertur, amplia vt ibid.*
37 *Princeps non poteſt rem a ſe conceſſam uni, alteri etiam motu proprio concedere, niſi ſpecialiter deroget conceſſioni iam factæ.*
38 *Motus proprius Papæ, quomodo in beneficialibus faciat ſecundum impetrantem præferri primo.*
39 *Clauſula, anteferri, quid operetur. & 40*
41 *Beneficium eccleſiaſticum, an poſſit acceptari per procuratorem generalem, uel requiratur procura ſpecialis.*
42 *Beneficium non acquiritur inuito.*
43 *Rotæ deciſio eſt maioris authoritatis quàm communis opinio.*
44 *Poſſeſſio facti in beneficialibus poteſt dari, & capi per excommunicatum.*
45 *Poſſeſſio beneficij, per quem quæri poſſit.*
46 *Beneficia uacant per adeptionem ſecundi, & acceptationem pacificam.*
47 *Mandatum ſpeciale requiritur ad acceptandum beneficium.*
48 *Poſſeſſio beneficij acquiritur per procuratorem habentem mandatum generale: contrarium uide nu. 49*
50 *Poſſeſſio in beneficialibus dupliciter poteſt conſiderari.*
51 *Requiſita ad acquiſitionem poſſeſſionis beneficij eccleſiaſtici.*
52 *Verba, inſtituere, & inueſtire, quomodo differant.*
53 *Inueſtitura facta nulla præcedẽte collatione beneficij nec eius inſtitutione, eſt collatio, & ſimplicis inſtitutionis uicem habet.*
54 *Inueſtitura facta ab eo ad quem pertinet collatio inducit collationem.*
55 *Collatio eſt neceſſaria ad traditionem poſſeſſionis beneficij.*
56 *Inueſtitura de beneficio, quomodo habeat uim collationis.*
57 *Inueſtitura licet, canonica inſtitutione præcedente facta fuerit per annuli traditionem ab eo, qui poſſeſſionem corporalem tradere poterat, non tamen ex hoc acquiritur poſſeſſio corporalis.*
58 *Inueſtitura per annuli traditionem, quid operetur.*
59 *Beneficij poſſeſſio, quando propter impedimentum alio modo quæri poſſit, quàm per corporalem inductionem.*

QVAERO Trigeſimo octauo de multis: regula enim iuris Canonici eſt, & eſt prima, de reg. iu. in ſexto, quòd
1 † beneficium eccleſiaſticum non poteſt licite ſine canonica inſtitutione obtineri; An ſcilicet impetratio beneficij eccleſiaſtici facta a puro layco aſſerente ſe clericum, cum nõ eſſet, valeat necne,

necne. An beneficium eccleſiaſticum impetratum a puro layco aſſerente ſe ſcholarem, nulla de clericatu mentione facta, licet animo deſtinauerit clericari, teneat; An beneficio ius acquiratur per ſolam canonicã collationẽ, abſque traditione poſſeſſionis eiuſque appræhenſione; An beneficium eccleſiaſticum poſſit acceptari per procuratorẽ generalem, vel requiratur procura ſpecialis. Et quæ requirantur ad acquiſitionem poſſeſſionis beneficij eccleſiaſtici. Materia eſt vtilis, practicabilis, & quotidiana, inſiſtam, & reſolutiue procedam, prout opus erit. Quo ad
2 primum thema, dicas, quod † nedum impetratio non valet, ſed etiam impetrans priuatur impetratis. huius dicti ratio eſt, quia huiuſmodi impetratio eſt ſubreptitia & obreptitia, tacita veritate, & expreſſa falſitate obtenta, & iſta eſt communis opinio Doct. in c. cum adeo. de reſcr. in cap. ex literis. il 2. de tranſact. in c. 2. de inſtit. & eſſe communem dicit Pariſi. in conſi. 125. incip. An collatio. nu. 2. uol. 4. Ratio concluſionis ſumitur ex d. reg. 1. de reg. iur. in ſex. & ibi Dyn. in 2. exemplo regulæ. dum dicit, item ſi inſtitutio fiat de eo qui non ſit inſtitutionis capax, prout eſt purus laycus. & facit c. cum adeo. de reſcr. c. ex literis. il 2. de tranſact. c. 2. de inſt. no. Hoſt. Ioan. And. & Viuian. in d. c. cum adeo. & Archid. 12. q. 1. c. nulli. ubi late de hoc dicit. & ibi refert, Clementem Quartum ita di-
3 xiſſe, quod vt quis † ſit capax beneficij eccleſiaſtici neceſſe eſt, quod habeat ſaltem primã tonſuram, aut ordinem clericalem. & idem retulit Specul. in tit. de act. ſeu petit. §. ſuper petitionibus, verſi. ſed nunquid ſcholaris. cum qua opinione tranſeunt, Anto. Cardin. Imo. Abb. & alij Doct. in d. c. cum adeo. in d. c. ex literis, il 2. & in d. c. 2. de inſt. Et ſi aliter diceretur, layco per indirectum concederetur, quod ei de iure non competit, ſed ſo-
4 lis in ſacris conſtitutis, ut † percipere decimas. c. decimas. 16. q. 7. Beneficia conferre. c. ſi quis deinceps. ea. cau. & quæſt. Eligere. c. quiſquis, & c. Meſſana. de elect. Recipere reſignationes. c. quod in dubijs. de renuntiat. oblationes percipere. c. quia. & c. ſeq. 10. q. 1. cauſas eccleſiaſticas cognoſcere. c. 2. de iudici. tam per viam iudicij, quàm per uiam cõpromiſſi. c. contingit. de arbitr. cum alijs traditis per Doct. in d. cap. 2. quæ omnia laycis omnino denegantur, ut pulchre not. Rebuf. in concor. Rubr. de collat. §. 1. glo. prædicationis. uerſi & iſti Theologi. Rom. conſ. 368 col. 2. in fine. Dec. conſ. 117. col. fin. in prin. quem ad hoc citat Rolan. conſi. 47. quod incip. Viſis iuribus. nu. 13. & 34. uol. 1. Confir-
5 mantur præmiſſa, nam † taciturnitas eorum, quorum expreſſio amoueret animum eius a quo quid concedi petitur, vitiat ipſam impetrationem, & conceſſionem nullã reddit. c. in noſtra. & cap. poſtulaſti. de reſcr. ut per Abb. in c. ſi proponente. de reſcr. Iac. de Belui. in §. quoniam. in Auct. quib. mod. natur. effici. ſui. Ant. in cap. per uenerabilem. qui filij ſint legit. Aret. conſ. pen. incip. Magnifici, & excelſi Domini. col. pen. Pau. de Caſt. conſilio 60. col. pen. Alex. conſi. 25. uolu. 1. dico de hoc late in meis recollectis, in uer. legitimatio quę fit per reſcriptum. Cum igitur cõcurrant hæc in caſu iſto, talis impetratio nõ ualet, addito etiam, quòd nedum eſt tacita ueritas, ſed etiam eſt expreſſa falſitas: impetrans enim aſſerebat ſe clericum, cũ eſſet pu-
6 rus laycus, quo caſu † reſcriptum vitiatur. Rot. deciſ. 111. & 112. in antiq. Anch. conſi. 20. Card. conſi. 96. in prin. ubi infert, quod ſi falſa cauſa exprimatur in literis motu proprio conceſſis, nihilominus uitiatur reſcriptum, propter generalem conditionem ſubintellectam, ſi preces ueritate nitantur, ca. 2. de reſcr. & idem tenet in conſi. 142. col. pen. ſtat igitur firma propoſitio, quod impetratio beneficij eccleſiaſtici facta a layco aſſerẽte ſe clericum cum non eſſet, nedum eſt nulla, ſed etiam impetrans priuatur impetratis. pro quibus uide Hier. de Mõte, q. 10. nu. 11. 12. 16. & 31.

Quo ad ſecundum idem videtur, quod in primo, quod ſcilicet non teneat, & quod ta-
7 lis impetrãs † priuetur impetratis, & eius impetratio ſit nulla, & non ualeat, quaſi ſit incapax. eſt magis communis Doct. opinio in c. cum adeo. de reſcr. & eam magis communẽ teſtatur Pariſ. conſi. 125. incip. An collatio. num. 3. uol. 4. & ita concludunt Innoc. Ioan. And. & alij Doct. in cap. 1. de inſt. Abb. poſt alios in d. c. cum adeo. Arch. 12. q. 1. c. nulli, col. pen. ubi inquit, Bonifacium octauum ita ſeruaſſe in perſonam nepotis ſui. facit glo. in l. ſi nondum. C. de fur. cum ſimil. ut tradunt Socin. & Fely. in d. c. cum adeo. & glo. fin. in c. ex literis. de tranſact. cum not. ibi per Imol. poſt Hoſt. & hoc adeo uerũ eſt, quod ſi po-

ſtea factus eſſet clericus non ualidaretur im-
petratio,ſecundum glo. in d. c.cum adeo.&
Archi .in d.c.nulli.& facit tex.in c.religioſo,
de ſenten. excommun. in ſexto, ubi quis
8 † ante factam profeſſionem non poteſt re-
ligioſus dici, licet ſit intra annum probatio-
nis.Accedit tex.in l.ex co.ff.de teſtam. milit.
9 Vbi deſtinatus † ad militiam non dicitur mi-
les antequàm recipiatur in numerum militũ.
10 non enim quis præſumitur † clericus niſi ve-
rè doceat de clericatu; quia iſta qualitas cle-
ricatus non ineſt a natura,ſed extrinſecus ue
nit.ut not.Bald.in c.fina.uerſi. ſed quæro.de
præſumpt.& idem tradit Cardin.in c. perpẽ
dimus.in 3.car.in repetit.de ſent.excommu.
& ad hoc eſt dictum Inn.in c.ſuper ijs,de ac-
cuſat.quod ſequitur Abb. in c. bonæ.il 1.de
elect.& in c. 1.de lit.cont.& Deci in d.c.cum
adeò.de reſcr.col. 2. uerſi. & notandum eſt.
& conſi. 125.incip.in cauſa ſpoliationis.co-
lumna 2.num.6.ubi concludit, quod in du-
11 bio quis laycus † eſſe præſumitur,& non cle
ricus,& quód aſſerenti ſe clericum incumbit
onus pr obandi de clericatu.

Tenent aliqui in themate propoſito,talem
laycum videri capacem beneficij eccleſia-
ſtici,per gl.in d.c.2. de inſtit. ſuper uer.tales.
poſt medium.& iſti fuerunt, Lauren.Tancr.
Ioan.Philip.Compoſt.& quaſi omnes Doc.
illorum temporum vſque ad tempora Hoſt.
in d.c.cum adeo.in d.c.ex literis.& in d, c.2.
12 cum † talis iam animi deſtinatione eſſet cle-
ricus.23.q.1.c.paratus.cùm enim iam ſit per
ſona eccleſiaſtica,tale ius cadit in eum, & te-
net impetratio. quæ ſententia placuit etiam
Paulo de Leaz. in repetit.c.nobis.de iurepa-
tro.ut refert Pariſ.d.conſ.125.col.2.uerſ. nõ
obſtant contraria. qui tamen reſidet cum
Vinc.Gof.Hoſti.Io.And.Specul.Imo. Abb.
Butr.Clem.4.Bonif.8.& alijs,quod † ſcilicet
is qui non eſt in clericum adhuc tonſuratus
non ſit capax beneficij eccleſiaſtici. & hanc
opinionem ſibi magis placere dicit,eamque
* communiter teneri a prædictis,& ab omni-
bus modernis atteſtatur, ipſamq; aſſerit pla-
cuiſſe Henri.Boic.in d.c.2.per rationes Hoſt.
ibi,& Arch.1.q.3.c.ſi quis obijcit.& Hug. 1.
q.4.in Sum.& iſta eſt tenenda.

Non obſtat prædictæ ſentẽtiæ illud quod
tenentes contrarium adducunt ex d. glo.ſu-
peruer. tales. nam loquitur in caſu diuerſo,
vt ex eius lectura inſpici põt.dicit enim, po-
ſito prius themate quod ius Canoniæ non
cadit in laycum, hoc tamen intelligendum
eſt de laycis profeſſione & habitu, & nõ de
14 conuerſis.ſi enim † conuerſus aliquis alicu-
ius eccleſiæ incedat tonſuratus, uolens eſſe
clericus,cum iam deſtinatione animi ſit cle-
ricus,ut 23.q.1.ca. paratus. iam eccleſiaſtica
perſona cenſetur, vnde tale ius cadit in eum.
& ſic potius facit contra, nam caſus propo-
ſitus loquitur in mere layco, & in perſona
nullum ſignum exterius habente clericandi.
thema glo.loquitur in perſona habente tres
qualitates.ſcilicet,erat conuerſus eccleſiæ, &
ſic iam diuino cultui addictus.incedebat ton
ſuratus,quod eſt ſignum clericandi, & uole-
bat eſſe clericus. & ſic non obſtat, quod pla-
cuit Staphil.de lit.grat.fol.mihi 59.& de ma
teria ui.Gig.tracta.de penſion.q.22.per tot.

* Verumtamen pro clara cognitione tam
præſentis quàm præcedentis thematis uidẽ-
dus eſt Pariſ.in d.conſi.125.qui in hac mate
ria diſtinguit quinque caſus, quos hic pone-
re non inutile exiſtimaui,ad effectum,vt non
habentes Pariſi.caſus ipſos hic uideant,quia
ſæpe occurrunt.

Primus igitur caſus eſt ille, qui primo lo-
15 co propoſitus fuit,quando laycus † aſſerens
ſe clericum cum non eſſet,impetrat benefi-
cium eccleſiaſticum, quia nedum impetra-
tio eſt nulla, ſed & impetrans priuatur im-
petratis,ut ſup.ſatis probatum eſt.

Secundus caſus eſt hic de quo ſecundo lo
co fuit ſermo noſter,qui hic habẽtur pro re-
petito,cum cõmode videri poſſit. in quo ca-
ſu ipſe Pariſ.dicit, quod cancellariæ apoſtoli
cæ ſtylus habet, ut ſubintelligatẽ ſeu ſupplca-
tur clauſula,qui cupit militię clericali adſcri-
bi,& in literis ſubdatur, poſt quàm clericali
caractere fuerit inſignitus.

16 Tertius caſus eſt,quãdo purus laycus † im
petrat beneficium eccleſiaſticum ſibi cõfer-
ri per exequutorem, ob id, quod adſcribi
deſiderat militiæ clericali, & hoc caſu Doct.
admittunt impetrationem ualere,quia Papa
fuit certificatus, quod tunc nõ erat clericus,
ſed clericandus poſt. & ita firmat diſputãdo
Calder.in d.c.2.de inſtitut. & ita tenuit Ino.
poſt Hoſtien.in c. ex literis.de tranſac.col.fi.
in glo.fin.ubi poſito themate glo. aſſerentis
non clericum eſſe inhabilem ad impetran-
dum, dicit, hoc intellige uerum,ſecundum
Hoſtien.niſi forte ex ſerie reſcripti appareat
Papam

Papam ex certa ſcientia ſcribere non clerico.exemplum,ſi mandat prouideri Titio cupienti adſcribi militiæ clericali, nam tunc ualet ſecundum ſtylum curiæ,& tunc ſolet ſcribi,quod ei prouideatur cũ fuerit adſcriptus. de quo per Specul.in tit.de act.& pet.§.ſuperest.uerſ.ſed nunquid ſcholaris. & in c. cum adeo.de reſcr.

17 Quartus caſus eſt, quando † purus laycus nondum habens primam tonſuram impetat literas ſuper beneficio eccleſiaſtico. in quo caſu Clem. IIII. dixit, quod non potuit impetrare, quia nõ eſt capax.d.c.cum adeo. d.c.ex literis,& hoc ſequutus eſt Archi.in d. c.nulli.& Bonif.VIII.ut iam dictũ eſt,ſequutus eſt in cauſa nepotis ſui. Si tamen impetrauit,& poſtmodum tonſuretur, literæ ſumũt uigorem,& ille cui ſcribitur prouidere tenetur,licet prius non teneretur, & cum hoc trãſiuit Specul.in tit.de act.ſeu petit.§. ſuper petitionibus.d.uerſi.ſed nunquid ſcholaris.vbi dicit,quod ſic obtinuit, & fuit iudicatum. & cum hoc tranſiuit Bal. in addi. ſua parua ibi, dum allegat l.ſi ſuperatus.ff.de pign.& idem Bal.in d.c.cum adeo.ult. col. Et licet hoc nõ uideatur placuiſſe Bern.in d.c.cum adeo.nec Ioan.And.nec Butr.ibi,nec Ioan. Cald. in d. c.2.de inſti.qui allegat cap.ſi eo tempore.de reſcr.in ſex.tamen(ait Pariſi.)hoc eſt contra determinationem Clem. IIII.

Quintus & ultimus caſus eſt, quando impetrans verè non erat clericus tunc, ſed erat
18 tonſuratus † non per Epiſcopum vel Abbatem,iux.c.Abbatem,in fine. de priuil. in ſex. ſed per alium ſuum in monaſterio ſuperiorẽ, & ab eo fuerat receptus ad habitum ut religioſus,& pro religioſo ſe habebat, & reputabatur,& hoc caſu Compoſt.in d. cap.cum adeo.in uerſi.item quid ſi tonſuratus. arguit pro & contra.tandem firmat,quòd tenet impetratio, & ualent literæ, etiam ſi aſſeruit ſe clericum,quia non eſt mentitus ſe clericum: clericus enim eſt lato ſumpto vocabulo, ideſt in ſortem electus. 21. diſtin.capit. cleros. 12.quæſtio.prima.capit.clericus.Item, quia
19 † deſtinatio cum tonſura ſufficit ad hoc ꝙ impetrans ſit capax,ſecundum glo.ordin.in d.c.2.de inſt.quæ cõcludit,& per eam Compoſtel.quod ſatis eſt benefici capax, ex quo eſt tonſuratus, & habilis ad ordines ſuſcipiẽdos.& hoc eſt quod dixi ſup.nu.14. Et ſic ex prædictis quinque caſibus clara remanet materia harum duarum propoſitionum, quæ quotidie occurrunt,& utile eſt ſcire.

Pręmiſſa tamen tam in primo quàm in ſecundo themate intellige uera de iure com-
20 muni.eſt etiam † cõtra ius commune, quod laycus percipiat decimas, & alia faciat, quæ dicta ſunt ſupra, nume. 4.Item quod habeat beneficium,ut etiam habetur in c. 1. & c.diuerſis.de cler.coniug. ſecus tamen ex diſpẽ-
21 ſatione Papæ,ad quem † ſolum attinet diſpẽſare ſuper ijs quibus ius commune reſiſtit,ut not.in c. dilectus.de temp.ordin. in cap. at ſi clerici.de iudic.in c.2.de maior.& obed.&in clem.ne Romani.de elect. ad quod propoſitum multa adduci poſſent,quæ ad caſum noſtrum confirmandum faciunt, inhærendo ſupradictis.

22 Nam Papa poteſt concedere layco † ius decimandi,& decimas poſſidendi, quod eſt quid ſpirituale. Abb.cum quo alij communiter,in c.cauſam.de præſcr.Felyn. in c.ex parte decani.de reſcrip. & in d.c.2. de maior.& obedien. Poteſt etiam remitere quibuſdam
23 obligationem † ſoluendi decimas, quia per hanc remiſſionem non tollitur ius naturale omnino,ſed partim fit contra id diſpenſatio quædam particularis.c.ſuggeſtum.c.ex multiplici.c.a nobis.c. ex parte.& c.fi.de decim. c.accedentib.c.ſi de terra.& c.dudum.de priuil. & eſt communis opinio,ſecundum Dec. cum glo.in d.c.a nobis.in conſ.113.col.2. & in c.cum ordinem.de reſcr. in prin. & Soci. conſ.297.uol.2.

Poteſt etiam layco cõcedere poteſtatem excommunicandi, propter plenitudinem
24 † poteſtatis,quam in ſpiritualibus & eccleſiaſticis cauſis habet, eſt communis opinio cũ glo.in §.vèrum. 32. diſtin.& cũ glo.in c.mẽnam.2.q.5.& ita firmat Bero. q. 7. incip.An laycus.nu.2.

Poteſt etiam mero layco cõmittere cau-
25 ſas ſpirituales,& eccleſiaſticas,etiam † criminales clericorum,ut uoluit glo.in c.1. in ver. præcipimus.94.diſtin.& in c.nullus, 11.q.1. §. vtrum. & eſt communis omnium opinio in c.2.de iudici.& in c.bene quidem. in uer. præter.96.diſtin.ubi gloſ.cõiter approbatæ.

Idem in beneficijs conferendis dicimus, poteſt enim laycis concedere poteſtatem
26 † conferendi beneficia uacantia, ut per gl. in ſum. 17. q.7.circa fin.& per gl.in c.Imperium.10.diſtin.Bal.in l.reſcripta.C. de preci. imp.

Imp.offer. nu.7.Anch.in clemen.per literas, in prin.de præben.& in d.reg.1.in ſex. Ioan. And.& alij poſt Innocen.in c.quod ſicut.de elect.& in c.dilecto, de teſti. Felyn. in d. c. 2. de maior.& obedien.col.1, ſequitur alia cumulans,Bero,d,q.7.nu.4. & ſucceſſiue.

27 Quod autem ex diſpenſatione Papę † poſſet laycus obtinere beneficium eccleſiaſtcũ, uoluit Ioan.And.in c.Ioannes,de cleri. coniug.recitãdo opinionem Aegidij, qui tenuit quod laycus non ſit capax ipſius beneficij niſi ex diſpenſatione Papali. & hoc cõiter teneri dicit Bened.Capra, concl.97. inci. Clericorum materiam,num.34.cum plurib. ſeq.ubi quid in beneficio maiori, & quid in ſimplici.uide ipſum, & uide Gabriel.conſil. 195. num. 1. Et ſic in caſu propoſito ſecundo loco conclude, Quod beneficium eccleſiaſticum impetratum a puro layco aſſerente ſe ſcholarem, nulla de clericatu mentione facta,licet animo deſtinauerit clericari, non tenet,& talis impetrans priuatur impetratis, & eius impetratio non valet, quaſi ſit incapax; intelligendo tamen, & declarando ut ſupra.

Quo ad id quod tertio loco propoſitum eſt, procedendo reſolutiue cum aliquibus 28 reſtrictionibus, dicas, quòd per † ſolam canonicam collationem ius acquiritur beneficio abſque traditione poſſeſſionis, eiuſque apprehenſione.c.ult.& ibi Anchar. de conceſ. præben. in ſex. & eſt communis opinio cum glo.in c.pen.in uer.collatio.de præb.in ſex.ubi Gemini.ex Ioan.And. ibi notat hoc, dicens in fi.d.cap.in uerſi. quæro an ſola collatio.quod ille tex.ſecundum Ioan. And. facit pro propoſito themate,cum ponderat tãtum collationem præcedere reuocatoriam, non faciens mentionem de poſſeſſione. & allegat ſimilem tex.in c.ſi.de conceſ. præbẽ. in ſex.& not.de conſuet.c.2.eo.lib. ubi idem Ioan.And. & hæc etiam fuit opinio Dyni in d.regu. 1.num.8,de reg.iur. in ſex. ubi dicit, 29 † quod per inſtitutionem, ſeu beneficij collationem quęritur ius proprietatis illi in quẽ beneficium confertur,ita quòd poſt collationem factam in primum, collatio facta in ſecundum nihil operatur,cap.ſi tibi abſenti.de præben.in ſex.& alibi idem Dyn. in reg. qui prior.eod.titu.& lib.ubi in prin.notat ex illo tex. quod ſi unus primo impetrauit in eccleſia beneficium,alius ſecũdo,& ſecundus prius literas præſentauerit, primus debet eſſe potior,quia qui prior eſt tempore impetrationis,potior eſt in iure beneficij conſequenti.c.ſi pro te.& c.tibi qui gratiam.de reſcr.li. ſex. Et ut iam dixi, non requiritur traditio 30 † aut quaſi,ut acquiratur ius in beneficio. & hanc eãdem communem opinionem ſequitur Iaſ.in l.quoties.C.de rei uendic. num.12. verſ.ex hoc ergo infert.ubi dicit, quod in beneficialibus ſi uacat beneficium eccleſiaſticum,& primò uni cõferatur, dato quòd poſtea conferatur alij,& tradatur poſſeſſio, tamen præfertur primus, & non ſecundus cui prius tradita eſt poſſeſſio.c. capitulũ ſanctæ Crucis,ubi plene not. de reſcr.& ibi Ioan.de Imo.num.7.c.quia cunctis. de conceſ. præb. in ſex.c.ſi tibi.eo.tit.& lib.c.ſi tibi.& c. duob. de reſcr.in ſex.ex ſuprad.ratione,quia in beneficialibus nõ requiritur traditio uel quaſi, 31 ſicut † nec ad perdendum beneficium requiritur eiectio de poſſeſſione uel quaſi, quia ſufficit, quòd quis ſit priuatus titulo beneficij ad hoc ut beneficium dicatur uacare,iux. not.per Innoc. in c.cum noſtris. de conceſ. præb. hãc eandem opinionem tenuit etiam Anchar.conſ.34.inc.in hac cauſa. poſt prin. Rom.conſ.350.inci. in caſu propoſitę.in 2. dubio.in princ.& num.17.& alibi Iaſ. late in l.traditionibus.num.20.C.de pact. Rip.cap. ſæpe.col.1.uerſi.quartum cõmodum. de reſtit.ſpoliat.Affl.in c.1.num.28. qui ſucceſ.tene.in uſi.feud.

Reſtringitur tamen pręmiſſa communis ſententia procedere, dummodo prima col- 32 latio † fuerit iure, & rite facta, ut eſt text. & exemplum in c.illud,& c. ſuggeſtum. de iure patron.& ita tenent,& limitant Io. Fab. Bal. Saly.c.Caſtren.in l.quoties.& ibi Iaſ.ubi ſup. qui cęteros refert.C.de rei vendica. & Rom. conſi.298.col.1.uerſi.tertiò videtur caſus. & Thom.Gram.in Inſt.tit. de rer.diuiſ.ſuper §. uenditæ uerò. uerſ.3.limitabitis.

Reſtringitur ſeu limitatur ſecundo, habe- 33 re locum quãdo eſt acceptata collatio,† per ea quę not.in c.ſi tibi abſenti. de reſcr.in ſex. nam ſi eſſet facta collatio beneficij per exequutorem, non tamen adhuc eſt acceptata, per impetrantem,& ſuperuenit reuocatoria, Gemin.in d.c.ſi.§.ſi.in ſi.uerſi. quid ſi eſſet facta collatio. de conceſ. præben. ex Lapo tenet, quod talis reuocatoria comprehendat primam collationem non acceptatam.ratio quia

quia ſola collatio non ſufficeret, niſi ſuccederet acceptatio ipſius impetrantis, ſiue eius procuratoris, quia ante acceptationem non diceretur perfecta. Ad quod facit c. cum inter Canonicos. de elect. in ſex. c. ne captandæ. de conceſ. prębenſ. c. is cui. & d. cap. ſi tibi
34 abſenti. 1. reſpo. Nam † verba debent intelligi cum effectu, de pœnit. diſtin. 1. §. hæc autem verba. c. relatum. de cler. non reſiden. c. præſenti, de offi. lega. 1. reſponſo. l. 1. §. hæc verba. & ibi Docto. de negot. geſt. l. Prætor ait. ff. de ſuis & legit. c. in noſtra. de iniur.

Et licèt Ioan. And. in c. fina. de offi. deleg. in ſex. teneat contrarium, tamen primò ſententia eſt uerior. pro qua, ultra prędictos, facit clemen. fina. cum ibi not. ut li. pend. Cum
35 igitur † collatio facta, & non acceptata non tribuat ius in re, ſed ad rem, & reuocatoria tollit ius ad rem, vt dicit tex. in d. c. fi. §. ſanè. de conceſ. præben. in ſex. ideo collatio non acceptata tollitur per reuocatoriam. & iſta eſt mirabilis limitatio, vt etiam cognoſcatur effectus huius concluſ. qui eſt, quod beneficio collato, & acceptato; etiam ſi ſecundo tradatur poſſeſſio, & appræhendat, primus præferatur; Pro quo facit; nam in ſecunda collatione collator præſumitur circumuentus, vt per Rom. conſi. 298. colum. 1. Alci. in tract. præſumpt. lib. 3. reg. 3. præſumpt. 11.
36 num. 11. Quod habet locum † non ſolum ſi ſecunda collatio ad partis poſtulationem, ſed etiam ſi motu proprio conceſſa eſſet, ſecundum Felyn. in c. cum olim. colu. 3. uerſi. Amplia ſecundo, de re iudic. Bal. conſi. 327. incip. pridie enim conſului. num. 4. uolu. 1. quem ſequitur Deci. conſi. 292. incip. & pro tenui. ad fin. & in l. nemo poteſt. num. 4. ff. de reg. iur. Gozad. conſi. 63. incip. prima facie. num. 19. Ruyn. conſi. 98. incip. quia per priuilegium. num. 22. uol. 4. Gramm. inter conſilia ciuil. conſi. 6. num. 6. & conſi. 100. incip. in cauſa. num. 98. Grat. reſp. 103. incip. in præſenti. nu. 15. uolu. 1. & iterum ſub eiſdem verbis, reſp. 26. incip. & ſi cauſa. par. 2. Ioan. Bapt. Fer. conſ. 6. nu. 4. uol. 1.

Hinc uoluit Barto. in l. fi. C. de locat. pręd.
37 ciuil. lib. 11. quod † Princeps nō poteſt rem a ſe conceſſam vni, alteri (etiam motu proprio) concedere, niſi ſpecialiter deroget cōceſſioni iam factę, ut etiam inquit Alex. conſ. 3. incip. ex ijs quæ in themate. num. 7. uol. 5. Iaſ. in l. fi. nu. 13. ff. de pact. Corſet. in ſing. in uer. Princeps. uerſ. Princeps conceſſit. Curt. iun. conſi. 142. col. 3. uerſi. Accedat ad confirmationem. & conſ. ſeq. incip. poſt expeditum. num. 5. conſi. 174. incip. in cauſa uertente. num. 20. & hoc clarius dicit Iaſ. poſt Ant. Cardin. & Imo. quos ibi refert, in l. ſi quis in principio. num. 6. ff. ſi quis caut. ubi dicit, ꝙ
38 † in beneficialibus motus proprius Papæ non facit ſecundum impetrantem præferri primo, niſi in ſecundis literis de priori conceſſione ſpecialis mentio fiat. Hinc eſt, quòd Domini de Rota deci. 54. inci. ſi aliquis expectans. de conceſ. præben. in antiq. dicunt, ꝙ
39 habens † expectatiuam in aliquo beneficio ad collationem alicuius authoritate Papæ, & illo Papa mortuo, ſucceſſor faciat alij ſimilem gratiam cum clauſula (Anteferri) quòd primus ſolùm acceptando abſque prouiſione exequutoris excludit ſecundum cum dicta clauſula (Anteferri) quę eſt odioſa, ut per Oldr. conſi. 223. incip. factum tale eſt. & in li
40 teris † Papæ non operatur in præiudicium illorum quibus ius eſt quæſitum in re, vt in caſu noſtro. Fely. in c. cauſam quæ. col. 6. uer. Anteferri. ext. de reſcr. & in cap. capitulum. col. 8. uerſ. fallit tertio, & ultimo. eod. tit. Celſus in clauſul. reſcrip. clauſula, ſi non eſt alteri ius quæſitum. & uide copioſum Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. caſu 48. num. 2. & ſic remanet expeditum iſtud tertium membrum.

Subintrat modò quartū caput, quod eſt,
41 An beneficium † eccleſiaſticum poſſit acceptari per procuratorem generalem, vel requiratur procura ſpecialis? & in hoc cōmunis concluſio eſt, quòd ad acceptandum beneficia eccleſiaſtica requiratur ſpeciale mandatum, licèt non fuerit ſpecialiter aliquod beneficium nominatum, ut in gloſſ. 3. in fi. in c. ſi tibi abſenti. de præben. in ſexto, & ibi Gemini. col. 5. circa med. uerſi. in fi. glo. in uerſi. ſed contra iſtam gloſſam. & alij Doct. aſſerentes illam gloſſam cōmuniter teneri. Eandem etiam tenent, & communem dicunt Doct. in clem. unica. de conceſ. præben. per glo. ibi in ver. præſenti. ubi ex tex. ibi, qui loquitur in principali præſente acceptante beneficiū, infert glo. & dicit, idem in procuratore habente ad hoc ſpeciale mandatum, & hoc aſſerit probare ſtylum curiæ. & ita tenet Rota in antiq. tit. de procurat. deci. 12. incip. Nota quod duobus procuratoribus. & deciſ. 26. eo. tit. quæ incipit, Vtrum poſſit quis conſti-

tuere

tum ſpeciale ad acquirendam uel appræhendendam poſſeſſionem beneficij, ſed ad acceptationem ipſius, quæ acceptatio plurimum iuris tribuit ei cui collatum eſt beneficium, & ita illam gloſ. intelligit Aret. in d. §. per procuratorem.

Verum, quia contrarium in hoc tenuerūt multi, Videlicet, quod ad appræhenſionem
49 † poſſeſſionis beneficij, & eius acquiſitionē requiratur mandatum ſpeciale, nec ſufficiat generale, ſcilicet, Imola in d. §. per procuratorem, per d. glo. in uer. habueris. quam vocat ordinariam. & eam idem alibi commendat in d. l. qui mihi donatum. cum quo tenent, Gemini. in d. cap. ſi tibi abſenti. Fely. in c. nonnulli. §. ſunt & alij. de reſcr. & ante omnes Innocen. in c. accedens. de præben. ideo
50 in hoc eſt dicendum, poſſeſſionem † duplici ter poſſe conſiderari, uel eam quæ poſt acceptationem beneficij tantum ad factum pertinet, vel eam quæ loco acceptationis fit, & tribuit ius in beneficio. Primo caſu poteſt acquiri per procuratorem habentem mandatum generale, ſecundo caſu non poteſt appræhendi per procuratorem non habentem mandatum ſpeciale. & ita diſtinguit Rota deciſ. 21. tit. de procurat. in nou. quæ incipit, ad recipiendum poſſeſſionem. in uerſic. ego crederem. & hanc deciſionem voluit allegare Gemini. in d. c. ſi tibi abſenti. in ſupra poſita diſtinctione, quam facit ex mēte aliorum. licet alleget deciſ. 670. nec dicat titulum nec librum, & ſecundum cum incipit, item ad recipiendum. ſed eſt deciſ. 290. id eſt, 21. quam nunc poſui, & eam ſequuntur Ant. & Imo. in d. c. accedens. Franc. in d. c. ſi tibi abſenti. Aret. in d. §. per procuratorem. & Rebuf. late in concord. Rubr. de forma mand. Apoſtol. in glo. uel alterius pro eo. in fol. par uo mihi 587. ubi multos in hanc ſententiam citat, & ut ſupra concludit. videatis ipſum.

Reſtat quintum, & vltimum caput, quo quærebatur, quæ requirantur ad acquiſitionem poſſeſſionis beneficij eccleſiaſtici, an
51 † ſcilicet requiratur traditio, & corporalis inductio, uel ſufficiat inueſtitura cum traditione annuli aut pilei? In quo breuiter dicas requiri traditionem, & corporalem inductionem, nec ſufficere inueſtituram, cum dictis ſupra, c. ut noſtrum. & c. ad hæc. §. in quadam. de offi. archid. & eſt communis opinio cum glo. in c. authoritate. de inſtit. in glo. ſuper uer. inſtituatur. in fine. quæ poſita diffe-
52 rentia inter † uer. inſtituere, & ver. inueſtire, quod ſcilicet inſtituere ſit, ſpiritualis beneficij vel dignitatis poſſeſſionem corporalem tradere; inueſtire autem ſit ius canoniæ vel dignitatis tribuere, quod poteſt fieri per annulum uel librum, ſubdit: Sed per hoc non adipiſcitur quis poſſeſſionem, niſi poſtea corporaliter inſtituatur. c. pro illorum. de præben. & c. cum noſtris. de conceſ. præben. Et
53 hanc ſententiam veram eſſe † cenſent Doct. cum inueſtitura facta fuerit nulla præcedente collatione beneficij, nec eius inſtitutionenam eo caſu ipſa inueſtitura collatio eſt, & ſimplicis inſtutionis uicem habet, ſecundū glo. in d. c. authoritate. Compoſtel. & Ioan. And. in c. tranſmiſſam. de elect. Abb. in d. c. authoritate. num. 9. col. 2. uer. ſed aduerte latius. Oldr. conſi. 143. incip. thema tale eſt. nu. 4. ubi citat Compoſtel. & Ioan. And. in præcit. loco. Lambert. de iurepatron. lib. 2. par. 1. q. 1. artic. 12. nu. 21. & par. 3. quęſt. 11. col. 3. Abb. in c. 2. col. pe. de conſuet. Selua in trac. de benef. par. 3. quæſt. 10. Rebuf. in tracta. de pacifi. poſſeſ. num. 21. uerſ. non obſtat quod
54 traditio poſſeſsionis. ubi dicit, † quod inueſtitura facta ab eo, ad quem pertinet collatio inducit collationem, ex ea ratione, quia illi duo actus, uidelicet, inueſtitura & collatio iuris ſunt, & ideo faciliorem functionem recipiunt, & facilius unum uice alterius fungitur, quia eiuſdem ſunt generis. l. 2. §. 1. ff. ſi cert. petat. l. ſed cum patrono. de bonor. poſſeſſ. modo ſiat ab eo, qui conferre beneficium poterat.
55 Immo † & ſi is qui habet ius conferendi beneficium, nulla præcedente inſtitutione eiuſdem beneficij corporalem poſſeſſionem tradiderit, cenſetur eidem beneficium conferre, & cum inſtituere, nam ad hanc traditionem neceſſaria omnino eſt collatio, & ideo ex antecedenti neceſſario pręmiſſa tacite ſubintelligitur, ut tradit Rota in nou. tit. de conceſ. præben. 16. quæ incipit, fuit dubitatum, vtrum inductio in poſſeſſionem. cum concor. ibi per me notat. ſed non impreſsis. & hanc Rotæ deciſ. ſequitur Rom. conſilio 337. incip. Quo ad primum conſultationis articulum. num. 3. vbi dicit, iſtam eſſe ueritatem non obſtantibus contrarijs. & pro fundamento allegat Compoſtel. & Ioan. And
56 vbi ſupra: dicentes, quod licet † inueſtitura

de

de beneficio facta poſt ipſius collationẽ uel
confirmationem ſit facti, nullum ius tribuẽs,
ſed primum ius exequens, c. cum olim. de re
iudic. c. ex ore. de ijs quæ fiunt a maiori par-
te capit. tamen illa quæ fit collatione nõ præ
cedente u:m habet collationis, dummodo
inueſtiens habeat poteſtatem utranque, ſcili
cet conferendi & inueſtiendi, & allegat tex.
in c. pro illorum. de præb. & hanc quam Ro
man. aſſerit ueritatem, ſequitur Fely. in cap.
eam te. col. 3. uerſ. & idem in actuali. de reſcr.
Claud. Aquen. in l. 1. num. 9. ff. de noui oper.
nuntiat. Dec. in rubrica, C. qui admit. in ult.
Lect. num. 79. in c. præterea, col. 5. uerſi. quar
to limitatur. de offic. delega. Ioan. Bapt. Fer.
conſ. 93. incip. in beneficialibus. num. 6. uerſ.
inductio in poſſeſſionem. parte 1. Staphil. in
tracta. de liter. grat. & iuſti. par. 1. ſub tit. de
mand. de prouid. uer. octaua forma. Gomeſ.
in §. ſed iſtæ. num. 26. Inſtit. de actio. & ſuper
regu. de trienna. quæſt. 30. poſt num. 3. uerſi.
& iſta quæ dicta ſunt. ubi allegat Rot. deciſ.
441. quæ eſt 16. de qua ſupra, & Roman. d.
conſi. 337. & Aegid. deciſ. 226. ſed eſt deciſ.
225. quæ incipit, in cauſa Domini Petri de
Narbona, & iſta eſt communis opinio, quam
late proſequitur Rebuf. in concord. in for-
ma mandati Apoſtolici. ſuper glo. inducen-
tes. uerſi. & hæc miſsio ſeu inductio in poſſeſ
ſionem. fol. paruo mihi 609. cuius dicta hic
non ab re uenirent referenda, quia non om-
nes habent concordata, ſed breuitati, quan-
tum materia patitur, ſtudere intendo.

Si aũt p̃cedente canonica inſtitutione, fa
cta fuerit inueſtitura ꝑ annuli traditionẽ, ab
eo qui poſſeſsionẽ corporalẽ tradere pote-
57 rat, adhuc † ex hoc non acquiritur poſſeſsio
corporalis, ut ſentit gloſ. in d. c. authoritate.
in uer. inſtituatur. & in cap. ex ore. de ijs quæ
fiunt a maio. par. cap. & in capit. accedens.
de præben. Dyn. in d. regul. 1. num. 6. de reg.
iur. in ſex. Abb. in d. c. authoritate. Ioa. And.
in d. c. tranſmiſſam. & ibi Abb. Alexan. in l. 3.
nu. 15. ff. de acquir. poſſeſ. Iaſ. in l. quoties. C.
de rei uendicat. num. 31. Lambe r. in d. quæſt.
11. num. 5. eſt enim neceſſaria corporalis ap
prehenſio, & traditio.

Effectus autẽ huius inueſtituræ factæ poſt
collationem per annuli ſolemnem traditio-
58 nem eſt, quia † talis inueſtitura operatur con
firmationem illius iuris, quod per collationẽ
tranſlatum fuerat, nam confirmatio fit per
aliquem actum, cum inſtitutio ſolo uerbo fa-
cta fuerit, ut declarat Dyn. in d. reg. 1. nu. 9. &
nu. 18. ubi diffiniendo inſtitutionem, & inue-
ſtituram, dicit: Inſtitutio eſt iuris alicuius be-
neficij uerbalis collatio; inueſtitura uerò col-
lationis ſeu inſtitutionis confirmatio, ſeu de-
claratio, per quam inducitur confirmatio, ut
in iur. per eum alleg. ibi. iunc. addit. Boer. ibi,
in addit. quæ incipit, Adde quotuplex eſt in-
ſtitutio. & in addit. incip. Adde quod idem
tenet Specul. ubi multa dicit, & colligit circa
inueſtituram, inſtitutionem, collationem, &
ſimiles terminos, qui etiam poſt Roman. d.
conſi. 337. teſtatur de communi opinione.

Declara tamen, & reſtringe communem
ſupra poſitam concluſionem, ut non habeat
locum quando non eſſet tutus acceſſus ad be
neficium, nec ad eius aſpectum, ſecundum
Rip. in tract. de peſte. Rubr. de priuil. contrac.
cau. peſt. quæſt. ſeu priulegio 19. ubi late tra-
59 ctat iſtam materiam, An & quãdo † propter
impedimentum poſſeſſio beneficij alio mo-
do quæri poſsit quàm per corporalem indu-
ctionem.

QVAESTIO XXXIX.

Dubia patent in principio quæſtionis

SVMMARIVM.

1 *Beneficij reſeruatio expirat per collationem, & acceptationem de eo factam, etiam ante appræhenſionem poſſeſsionis.*

2 *Papa ubi prouidet de beneficio reſeruato, ſi antequàm prouiſus habeat poſſeſſionem corporalem moriatur, ordinarius in partibus poteſt prouidere, & datur ratio.*

3 *Expectans qui acceptauit beneficium, quod probabili credit ſibi debitum, non conſumit gratiam niſi illud conſequatur. Declara ut nu. 6. & 8*

4 *Verba cum effectu intelligenda ſunt.*

5 *Teſtes qui male uel non bene ſolemniter citati uel examinati fuerunt, poßunt de nouo citari & examinari.*

7 *Gratia quomodo conſumatur.*

9 *Patronus poteſt beneficium conferre alio irrequiſito, nec tenetur uocare poſſeßorem, nec petere licentiam ab epiſcopo.*

10 *Libertas non eſt, ubi alterius conſenſus requiritur.*

11 *Libere, iſtud uerbum, quid importet. & 14*

12 *Prohibitio omnis ſiue perpetua ſiue ad tempus, contradicit libertati ſimpliciter conſideratæ.*

13 *Populus liber dicitur, qui nullius alterius poteſtati ſubiectus eſt.*

15 *Libere idem importat, quod plene.*

16 *Libere qui aliquid poteſt, is abſolute poteſt.*

17 *Libertas eſt naturalis facultas de re ſua ad libitũ diſponere*

Libere

18 *Libere id concedi dicitur, quod totaliter conceditur.*
19 *Poſſeſſio tertij ſine titulo, quid operetur.*
20 *Collator non poteſt dare poſſeſſionem beneficij poſſeſſore non vocato.*
21 *Exequutor datus a Papa ad conferendum nedum poteſt conferre, ſed etiam tradere poſſeſſionem corporalem.*
22 *Beneficium non curatum obtinens, ſi ſecundum curatum recipiat, non uacat ipſo facto, etiam quod primum requirat reſidentiam.*
23 *Beneficium primum, quando dicatur vacare per adeptionem ſecundi.*
24 *Beneficia triplicis ſunt differentiæ.*
25 *Ius pęnale, quo caſu extendatur.*
27 *Ius ad rem facilius perditur quàm ius in re.*
28 *Beneficio primo, quando intelligatur renuntiatum per adeptionem ſecundi.*
29 *Pœna non eſt imponenda ipſo iure niſi ſpecifice cauta ſit in iure.*
30 *Beneficia plura curata recipiens non eſt priuatus ipſo iure primo, nec ſecundo.*
32 *Beneficium unum ſeu dignitas cuique conceditur ex concilio Tridentino.*
33 *Agenti poſſeſſorio recuperandæ in beneficialibus quid incumbat. & 34*
35 *Agens poſſeſſorio recuperandæ in beneficialibus quod teneatur titulum iuſtificare.*
36 *Tituli notorius defectus legitime obſtat petenti reſtitutionem beneficij.*
37 *Titulus infectus etiam probatus non ualet nec prodeſt.*
38 *Conſtare non dicitur de alicuius intereſſe uel iure per titulum infectum.*
39 *Agenti poſſeſſorio recuperandæ obſtat notorius proprietatis, & non iuris ſui.*
40 *Decretum inficit petitorium, & poſſeſſorium.*
41 *Titulus nec color poſſidendi datur contra decretum.*
42 *Poſſeſſio in beneficialibus debet colorari, alias agens caret omni iuris remedio.*
43 *Spoliato quando non ſit facienda reſtitutio in beneficialibus.*
44 *Beneficiorum inæqualitas, an ſit de per ſe ſufficiens ad reſcindendam permutationem factam.*
45 *Emptio, & venditio ſumpſerunt originem a permutatione.*
46 *Permutatio, unde ſumat initium.*
47 *Permutatio ſumit robur a ſuperiore, non a facto partium.*
48 *Permutatio quando dicatur facta in fraudem.*
49 *Præſumptio una tollit aliam.*
50 *Beneficij ſola inæqualitas non eſt apta ad reſcindendam permutationem, concurrente etiam aliquali fraudis præſumptione.*
51 *Beneficij permutatio, quando dicatur facta in fraudem.*

QVAERO Trigeſimonono de multis, quæ ſcire perutile eſt, & ſæpe occurrunt in facto, & cum tractatis in præcedentibus non paucam conformitatem habent; An ſcilicet beneficij reſeruatio expiret per collationem & acceptationem de eo factam, etiam ante appræhenſionem poſſeſſionis; An is ad quē ſpectat collatio primi beneficij poſſit illud conferre ſine alicuius requiſitione; An beneficium non curatum obtinens, ſi ſecundū curatum recipiat, an vacet primum ipſo facto; Agenti poſſeſſorio recuperandæ in beneficialibus quid incumbat; Et An beneficiorum inæqualitas ſit de per ſe ſufficiēs ad reſcindendam permutationem factam. In præmiſſis procedam reſolutiue, diſputatiue, & prout ſe offeret occaſio. in primo igitur dubio abſoluta videtur Doct. ſententia; quòd
1 † reſeruatio beneficij expiret per collationē
& acceptationem de eo factam etiam ante
appræhēſionem poſſeſſionis. Ratio eſt, quia in iuribus incorporalibus ius quæritur non appræhenſa poſſeſſione corporali. c. ſi. cum ibi not. de conceſ. præbē. in ſexto à notatur per Innocen. in c. inter cætera. in gl. magna. uerſi. immo plus uidetur. de præbē. Io. And. in nouel. in c. quoddam. de pręben. in ſexto. ex quo enim ſemel habuit effectum reſeruatio per collationem, expirat; & non reconualeſcit ſine noua voluntate collatoris, vt l. qui res. §. aream. ff. de ſolution. iunc. l. pen. in fine. C. de conſuli. lib. 12. & facit pro hac cōcluſione, cap. ſi electio. de elect. in ſex. quam opinionem teuuit etiam alibi Innocen. in c. 1. & in c. ex parte. de conceſ. præben. Oldr. conſi. 136. incip. Quod ex productis. Lap. alleg. 127. Calder. conſi. 10. tit. de præb. Gem. conſ. 93. incip. videtur primo quòd iſta reſeruatio, & eſt communis opinio, ut teſtatur Gomeſ ſuper regu. cancel. de trien. quæſtio. 30. cuius concluſionis effectus eſt, quia, ubi Pa-
2 pa † prouidet de beneficio reſeruato, ſi an-
tequàm prouiſus habeat poſſeſſionem corporalem moriatur, ordinarius in partibus poteſt prouidere, quia reſeruatio ſemel aſſecuta eſt ſuum effectum per prouiſionem, licet corporalis poſſeſſio non fuiſſet appræhēſa, iſta eſt deciſio Rot. Roma. 24. ſub tit. de pręben. in antiq. quæ incipit. Nota quod vbi Papa.

Pro declaraione tamē & limitatione præmiſſæ concluſionis notanda ſunt ea quæ dicit Roman. conſi. 329. incip. præſens conſultatio. colu. 1. uerſic. aut errore probabili. ubi
3 ait, quod expectans † qui acceptauit benefi-
cium, quod errore probabili credit ſibi debitum, non conſumit gratiam niſi illud conſequatur. allegat tex. in l. 2. in fi. ff. de optio. leg.

vbi

vbi eſt expreſſum non conſumi facultatem
acceptandi ob acceptationem illegitime fa-
4 ctam errore probabili, quia †uerba quæ fa-
cultatem acceptandi concedunt, cũ effectu
intelligenda ſunt. c. relatum. de cleri. non
reſiden. Et ſic igitur dicendũ eſt cõcluſionẽ
procedere, quando debite collatum fuit be-
neficium: ſecus ſi facta fuit collatio de bene-
ficio non debito cum effectu, nam talis col-
latio non conſumit gratiam, & reſeruatio
per eam non expirat, nec domino præiudi-
cat, niſi doceatur de ratificatione, ut etiam
conſulendo docuit Ioan. Baptiſ. Ferret. in
conſ. 29. incip. Agenti poſſeſſorio. in fine.
uol. 1. ubi allegat Rot. in nou. 428. pro quib.
uidendi ſunt, Oldrad. cõſ. 307. num. 3. quod
incipit, Quod quando dies. Felyn. in c. ex te-
nore. poſt nu. 5. uerſi. & acceptatio inualida.
de reſcr. Doc. in c. in literis. col. 3. in 5. fallen.
de offi. deleg. Gig. in trac. de penſi. quęſt. 29.
num. 10. Tiraquel. in repet. l. boues. §. hoc
ſermone. limit. 21. nu. 1. ff. de verb. ſignifi. fa-
cit tex. in l. qui per ſalutem. ff. de iureiurã. per
quem tex. idem ſcribit Bal. conſ. 228. incip.
per ſanctiſſimũ. uol. 3. Facit quod ex illo tex.
ſcribit Paul. de Caſt. ſing. 26. incip. teſtes. ubi
dicit, quod † teſtes, qui male uel nõ benè ſo-
5 lenniter citati uel examinati fuerũt, poſſunt
de nouo citari & examinari, cum ſimi.

Nota tamen, ꝙ iſta limitatio ſeu decla-
ratio non habet locum, quando acceptans
6 †ſtatim quod ſciuit errorem non dimiſit be-
neficium, ut uoluerunt, Oldr. conſ. 304. inci.
infaſcriptæ allegationes. nu. 8. & d. cõſ. 307.
ante fin. Rota Rom. deciſ. 5. ſub tit. de cõceſ.
præben. in antiq. quæ incipit, nota quod ubi
eſt notoriũ. cui cõuenit gloſ. fin. & ibi Ioan.
And. in c. cum multis. de reſcr. in ſex. Oldr.
conſ. 274. incip. in cauſa quæ uertitur. Ge-
mini. conſ. 103. incip. pro reſponſione pri-
mi dubij, ubi hoc dicit in terminis, & alle-
gat dictum conſ. Old. 274. ſequitur Staphil.
in tract. de liter. grat. & inſt. fol. 111. uerſ. nec
eſt neceſſe. & idẽ tenet Lap. alleg. 120. incip.
Fulcinius. uerſ. nec eſt uera illa opinio. Stap-
hil. ubi ſup. ſub tit. de ui & effec. clauſ. uerſ. ſed
de iſtis uerbis. in fine. & ita etiam concluſit
Rota Rom. teſte Fabio Peregrino in ſuis de-
ciſ. manuſcriptis. quas Romę uidi, & adnota
ui, deciſ. 4. ſub tit. de conceſ. præben. ubi not.
inquit, Conſilium Romani 329. obſeruatur
7 in Rota. videlicet, quòd quotieſcũque † quis
acceptat beneficium uigore expectatiuæ, ꝙ
non poterat acceptare, conſumit gratiã, ſi
ſtatim quòd ſciuit beneficiũ non cadere ſub
gratia, fuit in mora dimittendi illud. unde nõ
debet expectare ſentẽtiam, ſed ſciens debet
ſtatim cedere poſſeſsionem, aliàs ſi inſiſtit ad
huc conſumitur gratia, nec incumbit onus
probandi aduerſario, quod ſcilicet acceptãs
non dimiſit ſtatim poſſeſsionem, ex quo cõ-
ſtat ſemel eum poſſediſſe. & ita, dicit ipſe, fuit
concluſum in una Oxemen. coram domino
Fabio Acorãbono, die 16. Nouẽbris, 1548.

8 Prædicta tamen intellige, dummodo † ac
ceptanti notorie cõſtaret ſe iam accepatum
beneficium retinere non poſſe, & ita etiam
præfati Doct. loquuntur, alias ſententia eſſet
expectãda, ut ſcribit Puteus Rot. Rom. Aud.
deciſ. 36. tit. de conceſ. præb. in ſuis manuſcri
ptis recollectis, quæ dum iſta componerem
nondum erant impreſſæ: ſed, ut aiebant, ve-
niebant imprimendæ. in qua ita dicit, gratia
conſumitur per acceptationem, adeo quòd
quis non poteſt acceptare aliud beneficium
niſi lata ſententia, quòd non competat ius,
vel niſi conſtet notorie de non iure, & quæ
ſequuntur. Et ſic explicitum eſt iſtud primũ
dubium cum ſuis limitationibus, & declara-
tionibus; Alias limitationes & declarationes
poterit ſtudioſus Lector uidere apud Gome.
in d. reg. de triẽ. in ſuo commento, per totũ,
& uideas omnio Lap. dic. alleg. 127. quæ in-
cipit, Anaſtaſius Canonicus Sancti Euſebij.
Curt. iun. conſi. 1. nu. 34. cum ibi per me no-
tat. Ioan. de Selua in tracta. de benef. par. 3.
quæſt. 13. nu. 3. & per tot. Pariſ. conſ. 47. nu.
38. uolum. 4. Rolan. conſi. 46. num. 40. & 41.
uolum. 1.

* Quo ad ſecũdum, communis opinio Do-
ctorum in cap. de multa. de pręben. eſt, quòd
9 † is ad quem ſpectat collatio primi beneficij
poteſt illud conferre ſine alicuius requiſitio
ne, nec tenetur uocare poſſeſſorem, nec pete
re licentiam ab epiſcopo, & hanc eſſe com-
munem ſententiam dicit Abb. in d. c. de mul
ta. per illum tex. in 3. not. in uerſ. Libere con-
ferat. hoc enim importat uerbum, libere. nõ
10 etiam † eſſet libertas ſi alium haberet requi-
rere. Hanc eamdem opinionem tenuit An-
char. in d. ca. de multa. in 5. not. & hoc idem
notant Doct. propter iſtud uerbum libere, in
c. licet epiſcopus. de præben. in ſex. ubi Ge-
mini. col. 1. dicit, quòd collator non confer-

ret

ret libere ſi neceſſe haberet uocare poſſeſſo-
rem, propter importantiam uerbi, libere, de
quo aduerbio in c.lator.de homici. in cap. a
multis.in fine.de ætate, & qualit.& in c.cum
olim.de arbitr.ad fin.in e.cum plures.de of-
fic.deleg.primo reſponſo. ca. ordinarij.§.1.
de offi.ordin.c.ſi tibi.c.ſi beneficia.& ſi apo-
ſtolica.de præben.in ſex. c. 2. de teſta.in ſex.
c.fin.de cenſi.clem.dudum.§. nos autem. de
ſepultur.& not.in c.illud.in fine.de iure patr.

11 Verbum enim, libere, † notat quandam
prærogatiuam abſolutam, & dominium ſu-
per actum cui additur. l. procurator cui ge-
neraliter libera.de iureiur.& l. iuſiurandum,
quod ex conuentione.§.fina.eo. tit. & extra
de elect.c.cum nobis olim. in fi. & hic actus
per quemlibet minimum actum contrarium
12 impeditur, ut liber non ſit, nam † omnis pro
hibitio ſiue perpetua, ſiue ad tempus contra
dicit libertati ſimpliciter conſideratę.l.liber
tas.ff.de ſtatu homin. Hinc uidemus, quod
13 † populus liber dicit, qui nullius alterius po-
teſtati ſubiectus eſt, ut.ff.de capt.& poſtli.re-
uerſ.l.non dubito.§.populus autem liber.

14 Præterea verbum, libere, † omnem condi
tionem, & moram excludit.c.extirpandæ.§.
ult.de præben.d.c.ſi beneficia.eo.tit.in ſex.c.
ordinarij.§.quod ſi forte.de offi.ordin.& ibi
de hoc per Ioan.And.& Archid.& in c.pro
humani.de homic.lib.6.& pulchre Oldrad.
conſi.225. incip. Grauamina quæ fratribus.
col.2.nu.10.uerſi.circa primum.nam ſi adeſ
ſet conditio aut mora, non diceretur libere.
15 idem enim importat † libere, quod plene.c.
Piſanis.in fine.de reſtitut.ſpoliat.Et idem eſt
dicere, libere conferat, ac ſi fuiſſet dictum, ſi-
ne contradictione, & moleſtia, c. cum ex of-
ficij.de præſcrip.Canoniſtæ poſt Arch.in c.
1.de ſupplen.neglig.prælat.in ſex.Alberi.de
Roſ.in Diction. in uer. Libere. & Firman.in
eo.uer.& pulchre Pariſi.conſilio 81.incip.in
præſenti cauſa.col.1.num.4.uerſ.quæ dictio
nes.uol.1.& conſi.26.num.26.uol.4. ubi di-
16 cit, † qui libere aliquid poteſt, is abſolute po
teſt, poſt Socin.ſen.conſ.170.col.5.uol.2. &
dicit Areti.in conſi.76.nu.3. quod qui libe-
re aliquid facere poteſt, is ſua ſponte, alio nõ
requiſito poteſt.ſequitur Soci.ſen.conſi.13.
in fi.lib.1.Deci.conſi.355.nu.4. & Menoch.
conſi.192.incip.Hac de dubitatione, nu. 9.
libro ſecundo. ſi enim ſecus fieret, libertas
non eſſet, vt dixi ſup.num.8.quoniam liber-
17 tas † eſt naturalis facultas de re ſua ad libitũ
diſponere, l.dudum.C.de contrahen. empt.
vt in propoſito ſuo dicit Rolan.conſi.22.in-
cip.Quod Magnificus.nume. 11.tomo.2.&
conſi.62.incip. Licet clara. nu. 19. cum ſeq.
tomo.1.poſt Ruyn.conſi. 219. col.3. vol.1.
idem Roland.in conſi.86.incip. Caſtrum.S.
18 Stephani.lib.4.vbi dicit, id libere † concedi,
quod totaliter conceditur. poſt Crauet. in
conſi.122.num.5.par.1.& Socin.iun. conſi.
1.nu.23.uolu.4. & ſic iſtud ſecundum dubiũ
in ſuis terminis intellectum, præſuppoſita li-
bertate, eſt citra difficultatem.

Non procedit autem præmiſſa concluſio
19 in impetratione, nam licet poſſeſſio † tertij
ſine titulo non impediat collationem bene-
ficij, impedit tamen impetrationẽ, ſi de poſ-
ſeſſione tertij mentio non habetur, vt not.
dicit Anch.in d.c.de multa.colu.2.num.4.in
5.not.& alibi idem Anchar. pulchre in c. cũ
noſtris.de conceſ.præben.col.2.verſ.ſed di-
cas quæ eſt ratio.ubi ponit rationem diuer-
ſitatis inter prædicta, ut per eum ibi.

Reſtringitur ulterius propoſita cõcluſio,
vt non procedat in traditione poſſeſſionis,
20 nam † collator illam tradere non poteſt poſ
ſeſſore non vocato, vt per Anch.d.c. de mul
ta.d.nu.4.in fine.& in d.c.licet epiſcopus.&
idem dicit Abb.in d. c. de multa.col.2.nu.3.
Card.conſi.63.74.& 132.& Rom. cõſ.499.

Reſtringitur tamen iſta ſecunda limitatio
non habere locum in exequutore dato a Pa
21 pa ad conferendum, nam † talis nedum po-
teſt conferre, ſed etiam tradere poſſeſſionẽ
corporalem, ſecundum Ioan.Monae.in d.c.
licet Epiſcopus.quem ſequitur Gemini. ibi.
colu.2. uerſi. ſed an exequutor datus.neceſt
uis, an ſolummodo Papa dicat, conferas, an
addat, & in poſſeſſionem inducas, quia ſem-
per exequutor dabit poſſeſſionem, cũ illud
ſit quaſi exequtiuum ad mandatum confe-
rendi.ca.ſignificaſti.de offi. deleg.& ad hoc
vide Gemini.poſt Ioan.And.in cap.ordina-
rij.§.quod ſi forte.colum.2.uerſi. Quæro an
in collatione poſſeſſionis.de off.ordin. in 6,
& de hoc ſatis.

Succedit modò tertium dubium, in quo
magis communis ſcribentium opinio eſt,
22 Quod beneficium † non curatum obtinens,
ſi ſecundum curatum recipiat, non uacat pri
mum ipſo facto, etiam quod primum requi
rat reſidentiam, cum hac tenet Abb. in c.de

multa.in 3.not.de præben.& in cap. fina.de cleri.non reſiden.per illum text.in c.de multa.qui requirit quod primum beneficium ſit curatum ſicut ſecundum,ad hoc ut per adeptionem ſecundi uacet primum. Et pro hac communi concl.Abb. adducit text. in argu. in c.qualis.25.diſtin.& in l.cum prętor. ff.de iudici.& ſe remittit ad dicta per ſe plene in c. fina.de cleri.non reſiden.in gl. 2. in fine.vbi gloſſa videtur velle, quod conuenit ut beneficium ſit curatum, ad effectum ut per adeptionem ſecundi vacet primum,& ibi Abb. ex mente Innocen.diſtinguit, quod aut be-
23 neficia † non expoſcunt reſidentiam,aut ſic. Primo caſu per adeptionem ſecundi non inducitur uacatio primi, ſecundo caſu conſideranda eſt triplex ſpecies reſidentiæ; Nam
24 † quædam beneficia requirunt reſidentiam perpetuam;quædam requirunt reſidentiam ad tempus;quædam non ſimpliciter,ſed cauſatiue, vt quia inducunt priuationẽ fructuũ ni reſideatur. in prima qualitate ſeu ſpecie reſidentiæ ſecundum Innocen. inducitur uacatio primi ipſo facto per adeptionem ſecũdi,in ſecunda ſpecie non inducitur uacatio, cum poſſit deſeruire utrique,ex quo ad tempus requirit reſidentiam. in tertia uerò ſpecie per adeptionem ſecundi non uacat primum,ſed ſatis eſt quod careat fructib.prout habet ſtatutum eccleſiæ, ſeu eius conſuetudo.Hoſt.in Sum.de cler.non reſid.§.1.& 2.

Abbas in d.c.fin.de cleri.non reſiden.approbat iſtam doctrinam Innocen. ſed dicit eſſe aduertendum, quo ad primam ſpeciem reſidentiæ,nam videtur eſſe contra dic. cap. de multa.ſuper quo fundata eſt propoſita cõmunis concl.ubi ſpeciale eſt in curatis, dignitatibus,& perſonatibus, ut per adeptionem ſecundi uacet primum ipſo facto,ergo ſecus in ſimplicibus.

Ioan. Calder. ſequitur dictum Innocen.
25 propter identitatem rationis,nam ius † pænale hoc caſu extenditur,facit cap.quamuis. in fine,de elect.lib.ſex.quia ratio incompatibilitatis inducit priuationem primi in curatis,& eadem ratio militat in non curatis, ex quo exigunt reſidentiam continuam. hoc etiam ſequitur Federi.de Senis, conſ.115.in fine.qui tamen nihil allegat, ſed tantum refert Innocen.cuius Innocen.dictum uidetur approbare glo.in clemen.gratiæ.de reſcrip. ſed Io.And.in addit.Spec.eo.ti.in fi. uidetur reuocare illam ſuam glo. & originaliter fuit dictum Oldr.conſ.175.incip.Thema tale,Titius impetrauit.ubi impugnat hoc dictũ Innoc.idem ſequuntur Card. & Anchar. in d. c.de multa.fundantes ſe ſuper ipſa conſtitutione conciliari, quæ ſpecialiter loquitur in curatis,& alibi Anch.conſ.8.& Lap.all.116.

Abbas in hoc articulo conſiderata iſta repugnantia ex dictis Innocentij emanata, in d.c.fin.de cleri.non reſiden. in fi. diſtinguit, quod aut quis habet ius ad rẽ,aut in re; Pri-
26 mo † caſu per adeptionem ſecũdi beneficij requirentis reſidentiam ad quod competebat ius,uacat primum, quia eſt incompatibile cum eo de iure,&ita proprie loquitur tex. in d.clemen.gratiæ,& hoc caſu poteſt ſalua-
27 ri gloſa illius Clemen. nam † facilius perditur ius ad rem quàm in re.c.pen.de præben. in ſex.ſic etiam loquitur tex.in d.c.quamuis. nec ex toto illud cap.continet pœnam, pro cuius intellectu Abb. remittit ad notata per Ioan.And.in c. odia.de regu. iur.in ſex. in fi. nec,dicit ipſe, hoc caſu inducitur uacatio ex terminis d.c.de multa.ſed ex tacita renuntiatione,& ſic loquitur text.in d. clem. gratiæ.

Secundo caſu, quãdo ſcilicet quæritur de iure in re, Abbas diſtinguit duo membra;
28 Aut enim † acceptat beneficium requirens reſidentiã extra diœceſim,ubi commoratur, & tunc tacite inducitur renuntiatio primi, niſi aliud appareat expreſſe de mente ipſius: & ſic intelligit glo.in c.ex parte.de cleri. nõ reſiden. & Innocen.in c.ex tuæ.eo. tit. Aut acceptat beneficium in eadem diœceſi ubi eſt primum, & tunc putat ipſe quod quantumcunque requirat reſidentiam, non inducatur priuatio ipſo facto, quia hoc iure
29 non cauetur.& pœna † non eſt imponenda ipſo iure,niſi ſpecifice cauta ſit in iure,ut notat glo. in c.fin. de iurepatron. Et ad c. de multa.reſpondet, quod non eſt eadem ratio in ſimplicibus, licet reſidentiam requirant, quæ eſt in curatis. Quoniã in curatis ſubeſt periculum animarum, & impoſſibile eſt, quod obtinens duo curata utrique poſſit perſonaliter deſeruire,&ideo ratione maioris periculi opus fuit cautiori prouiſione, iux.cap.ubi periculũ. de elect. in ſex. in ſimplicibus aũt non eſt hoc periculum,& ob id non inducitur priuatio ipſo iure:quinimmo poſſet attentari ut p̃ciſe nõ priuet̃ altero, ſed det ſibi arbitrium retinẽdi,qđ velit,& ſic ius optandi.

aptādi,& probatur in c.referente.& in c.pro
pterea.de præb.& ad hoc vide Bal.in l.poſt-
quam.liti.C.de pact.ſub nu.18.

Ex quibus omnibus patet,materiam pro-
poſitæ concluſionis habere plura capita, nā
vltra præmiſſa adeſt tex. in c. quia nonnulli.
de cler.non reſiden.ubi Abb.& cæteri Doc.
30 notant,quod † recipiens plura beneficia cu-
rata,non eſt priuatus ipſo facto primo,nec
ſecundo,vt etiam dicunt Archid.in d.c.licet
Epiſcopus.de præben. in ſex. Gemini.in ca.
cum qui beneficium.nu.2.& ibi Celſ.in apo-
ſtil.in verſi.Duo curata. de præben. eod.lib.

Vnde in hac concluſione diſtinguenda
ſunt quatuor tempora, Primum, ante Con-
cilium Lateranenſe, quo non priuabatur ſe-
cundo,nec primo, ſed dabatur optio impe-
tranti tenendi vtrum vellet,vt in d.c.referen
te.& d.c.præterea.Ioan.And.poſt Innocen.
in d.c.clericos.

Secundum, tempore Concilij Lateranen
ſis, in quo reſtricta fuit facultas optandi, &
obtinens,prout ibi ſtatutum eſt, priuabatur
ſecundo, non tamen priuatio inducebatur
ipſo iure.d.cap.de multa.ubi materia, & ali-
bi.ut infrà.

Tertium fuit tempus d.c.de multa, vbi ſta
tutum fuit,quod ſi habens beneficium cura-
tum,vel dignitatem, reciperet ſecundum ſi-
mile,vacaret primum ipſo facto,& hoc tem
pore conſiderato ceſſat diſpoſitio Concilij
Lateranenſis,de qua in c.quia nonnulli.in fi.
de cleri.non reſiden.

Quartum fuit tempus a tempore Extra-
uagan.Execrabilis,Ioan.XXII. in qua fuit
prouiſum,quod recipiens beneficium cura-
tum ſeu ſecundam dignitatem, vel perſona-
tum,niſi de facto incōtinenti poſt habitam
ſecundi pacificam poſſeſſionem dimittat pri
mum in præſentia publicarum perſonarum,
eſſet priuatus ipſo facto utroque, & ſic reti-
nens de facto efficeretur inteligibilis, vt in
ca. dudum.de elect. 2. Et qua quadripartita
temporum conſideratione elicitur clara re-
ſolutio propoſitæ cōcl.in hoc tertio dubio,
& hæc de facto.

De iure autem,glo.& Doct.in d.c.de mul
31 ta.concludunt, Quòd acceptatione † benefi
cij curati, & appræhenſione poſſeſſionis il-
lius, vel ſi per acceptantem ſtet quominus
ipſam appræhendat, uacet primum benefi-
cium ipſo iure,& hoc ea ratione ducti id ſen
tiunt,quia habens beneficium curatū ſi aliūd
ſimiliter curatum recipiat, uidetur primum
habere pro derelicto,adeo quòd abſque pri
uatione poterit conferri. Quod uendicat ſi-
bi locum nedum in curatis, ſed etiam in di-
gnitatibus & perſonatibus, ſiue ſint cum cu
ra,ſiue non;& ſiue in eadem,ſiue in diuerſis
ſint eccleſijs, ut dicit ſuprad.gl.Pro cuius di-
cti clara& ampla cognitione,videas Caprā,
in ſuo Trac.Regu.90.quæ tota eſt in hac ma
teria, & incipit, Acceptatione beneficij, &
præſertim,nu.22.& ſucceſſiue, ubi ponit Re
gulam cum ſex ampliationibus,& 23.fallen.
cum ſuis ſublimitationibus, & declarationi-
bus,quas de induſtria omitto,ne ex folio fo-
lium ſimpliciter referendo impleam.& Me-
noch. in ſuo Tracta. de arbitr.iud.caſu.259.

Eo magis, cum ſucceſſerit Quintum tem-
pus,ſcilicet Concilij Tridentini,in quo om-
nis Canonū ambiguitas ſublata eſt,ut in Seſ-
ſione 7.ſub Paulo.III.in anno.1547.in decre
to de reformat.cap.2. incip.Nemo quicun-
que etiam dignitate,& cap.4.incip.Quicun-
que de cætero plura curata.iunc. c. ſequen.
& clarius Seſſ.24.ſub Pio.IIII.in anno.1563.
in decr.de reformat.c.17.incip.cum eccleſia
32 ſticus ordo.vbi unum † tantum beneficium
ſeu dignitas cuiq; cōcedit, ut ibi clare patet.

Circa quartum,in quo quærebatur, quid
incumbat agenti poſſeſſorio recuperandæ
in beneficialibus, concluſiue dicas, quòd
33 agens † poſſeſſorio recuperandæ,in benefi-
cialibus tenetur nedum docere de antiquio-
ri,& priori poſſeſſione, ſed oportet ipſum
etiam iuſtificare titulum ſuum,quæ exceptio
ita agenti ualide obſtat, ut non docto de le-
gitimā inſtitutione,& titulo, deneganda ve-
niat reſtitutio.iſta eſt doctrina Innocen.in c.
in literis.de reſtit.ſpoliat.in c.ex parte.e o.tiq
& in c.conſtitutus.de filijs præsbit.quem ſe-
quitur Archid.in c.eum qui.de eo qui mit.in
poſſeſ.lib.ſex.conſentiunt Doct.in cle. 1. de
cau.poſſeſ.& propriet.Abb.in c. licet Hely.
de ſimon.Deci. conſi.61.incip.& pro tenui.
* & eſt communis opinio,teſte Alex. in l.natu
raliter.§.nihil commune.col.10.uer.8. fallit.
nume.25.ff.de acquiren.poſſeſſ.& ibi Claud.
Aquenſ.nu.23.

34 Et licèt ſecundum aliquos, ſufficiat † pro-
bare antiquiorem poſſeſſionem, vt tradunt
Innoc.& Doct.in c.ſæpe.de reſt.ſpoliat. La-
pus alleg.51.inci. Lætatus ſum.& alibi in c.

cũ ad ſedem.car.pen.de reſtit.ſpoliat. Alex. conſ.6.inci.circa proceſſum.uol.3.cum alijs cumulatis per ſcribentes in l.rem quę nobis. ff.de acquir.poſſeſ.& difuſius per Deci.conſ. 57.incip.& pro tenui.col.1.& col.2.in fine. & col.3.nu.6.& conſ.252.incip. Agitur cau ſa magni ponderis.col.2.& conſ.302.incip. Et pro tenui.col.pe.nu.22.ubi citat d.conſ. Alex.6.& aliud eiuſdem Alex.conſi.117.incip.viſo proceſſu in cauſa.lib.2.ubi plura circa remedium can.reintegranda.3.q.1.

Tamen communis opinio,ut iam dictum eſt,tenet prout in themate,& eam in decidẽdo firmat Rota Rom.ſub tit.de reſtit.ſpol.in nou.deciſ.2.quæ incipit. Fuit dubitatum. in prin.iunc.addit.in uer.ceſſante ergo. & eod. tit.deciſ.16.incip. Si A conferatur. & deciſ. 7.in nouiſ.ſub tit.de prob.quæ inci.ſi quis dicat.in prin.cum concor.per me ibi in marg. adnot.quod etiam tenet Butr.in c.literis.col. 11.in uerſi.ex ijs deciditur.de reſt.ſpoliat.& Fely.in rubr.de exception.col.2.in fi.uerſi. ſicut agens.Et iſtam opinionem, quòd ſcili-
35 cet † agens poſſeſſorio recuperandæ,in beneficialib.titulum teneatur iuſtificare,tenuit Bellam.in ſuis recol.deciſ.17.incip.ſecundũ eundem Dominum Petrum.& deci.49.inci. Agens poſſeſſorio,ubi ad literam dicit.Agẽs poſſeſſorio recuperandæ,in beneficialib.tenetur colorare ſuam poſſeſſionem ex titulo.
36 Et huius concluſionis ratio eſt, nam † notorius defectus tituli petenti reſtitutionem beneficij legitimè obſtat,ut diffuſe tangit Abb. in ſua diſput.incip.Titius clericus.quæ eſt q. 4.col.5.nu.7.uerſi.ſed dubium eſt.ubi atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem. & habetur diffuſe in d.addit.ceſſante ergo. & per Fely.in c.ſi conſtiterit.col.2.nu.5.de accuſa. poſt Abb.ibi,colum.2.uerſi.oppone contra text.

Et agenti ut ſupra ita eſt neceſſaria tituli probatio, vt non ſufficiat etiam quemcunq; titulum probare,nam † titulus debet eſſe ca-
37 nonicus & legitimus, nam titulus infectus etiam probatus non valet,nec prodeſt ei,vt habetur in ca.niſi. de conceſ.præben.& per Innocen.in c.ſignificaſti.de diuor.immo Bellam.in ſuis recol.deciſ.287.incip.item quod allegans,dicit, quod allegans titulum infectum peius facit quàm ſi nihil pro titulo allegaret,& alibi idem Bellam.deciſ.639.incip. Allegans titulum.dicit,allegans titulum poſſeſſionis, & agens reſtitutorio,non eſt audiendus propter titulum infectum. Et hoc adeo verum eſſe dicit,quod ſi talis titulum allegãs habeat ſententiam contra ſe in poſſeſſorio, & non appellauit infra tempus , quia legitime impeditus,non ideo reſtituẽdus eſt,quia
38 † de non iure,nec de intereſſe ſuo ſatis conſtare videtur per titulum infectũ. Quod procedit etiam ſi ageretur remedio attentato rũ ut concludit Rota Rom. d. deciſ.2.de reſtit. ſpoliat.& d.deciſ.16.incip. ſi A conferatur, & deciſ.2.eod.tit.in antiq. quæ incipit, nota quod ubi.& deciſ.13.incip. nota quod ſi cõſtat.& deciſ.24.incip.nota quod vbi agitur. eo.tit.& Felyn.poſt glo.& alios Doctores in d.c.ſi conſtiterit.col.2.num.5. & in c. ad petitionem.num.3.6. & 7.de accuſat.vbi allegando alias deciſiones concludit , agenti
39 † poſſeſſorio recuperandæ obſtare notoriũ defectum proprietatis,& non iuris ſui.ſequitur Par.ſ.conſi.22.vol.4.

Et iſtam opinionem communem aſſerit, & ſequitur Ioan.Bapt.Fer.conſi.188.incip. Legatus Papæ.col.2. num.5.uerſi. Accedat ad prædicta.uol.1.ubi allegat Gemini. Butr. & Abb.in locis præcitatis.& adducit exemplum,quòd dicti Doctores ponunt,quando ſcilicet agenti poſſeſſorio obijcitur de reſeruatione cum decreto irritanti, ut not.glo.& Doct.in c.ad decimas.de reſtit,ſpoliat.li.ſex.
40 nam † decretum inficit petitorium,& poſſeſſorium,ut eſt tex.& ibi not.in c.ſi eo tempore.de elect.in 6.& in c.1.& 2.ut lite pendente. eod.lib.& late tradit Rota Rom. deciſ.16.in nou.quæ eſt 3.de reſtitut.ſpoliat.& incipit,ſi contra agentem poſſeſſorio.& deciſ.4.eod. tit.quæ incipit,Fuit dubitatum vtrum detentor.in quibus locis tenet, quod contra † de-
41 cretum non datur nec titulus,nec color poſſidendi,ut eadem Rota firmat eo.ti.in antiq. deciſ.2.incip.nota quod ubi agitur poſſeſſorio.vbi habetur,quod ſi agẽti poſſeſſorio iudicio in cauſa beneficiali,ſi apparet de notorio non iure agentis,denegatur reſtitutio,& allegat iura,Doct. & eiuſdem Rotæ deciſiones concordantes. Sed in beneficialibus
42 † debet colorari poſſeſſio , aliàs agens caret omni iuris remedio, ſecundum Calderin. in repet.cap.cum noſtris. quæſtio. ſecunda,de conceſ.præben.& Lap allegat.103.incip.viſa mihi ſemper dubia. colum. ſecunda,uerſi. Calderinus autem.

Et

Et ſic ex præmiſſis remanet in hoc quarto quæſito firma concluſio propoſita, cuius effectus(ultra prędicta)eſt etiam,nam in iſtis beneficialibus propter periculū animæ non
43 eſt facienda † reſtitutio ſpoliato,ſi agens nō docet titulum,& notorium eſt de ſua iniuſtitia,iux.not.per Doct.poſt glo. per illum tex. in c.ad decimas.de reſtitut. ſpoliat. in ſex. & Aegid.in terminis, deciſio.36.incip. contra agentem.quem ſequitur Socin. ſen. late in l. rem quæ nobis.ff.de acquiren.poſſeſ.in 9.q. prin.Barto.num.19.uerſi. ſed circa prædicta dubitatur.col.2.in fine. & col.3. & 4.& hoc idem tradunt Doct.poſt Bal.in l.naturaliter. §.nihil commune.ff.de acquiren. poſſeſ.maxime Iaſ.num.47.allegando Bal.in l.ordinarij.C.de rei vendicat.col. ult. & Innocen. in ca.conſtitutus.de filijs præsbit. ſequitur Pariſi.& adducit rationem in d.conſi. 12.nu.7. & 8.uideas ſi libet.

Reſtat modò pertractare quintum,& vltimum dubium,in quo quærebatur,An bene-
44 ficiorum † inæqualitas ſit de per ſe ſufficiēs ad reſcindendam permutationem factam? & in hoc dicas ſic.Beneficiorum inęqualitas non eſt de per ſe ſufficiens ad reſcindendam permutationem factam, licet propter talem inæqualitatem ſit aliqualis præſumptio fraudis,ſecundum Fede.de Senis in tract.permutat.quæſtio.vlt. quæ incipit, Quadrageſimo quæritur.ubi dicit ſe credere, & ſemper fuiſſe in hac opinione, quod ſicut inæqualitas proueniat ratione redditauum, ſiue onerum incumbentium uni beneficio, & non alteri, licet aliqualis fraus præſumi poſſit,quia non præſumitur quis uelle iactare ſuum, ca.ſuper hoc.de renuntiat.non tamen permutatio reſcinditur,quia talis præſumpta fraus non eſt ad hoc ſufficiens. & idem tenet Ioan.Andr. poſt Ioan.Monac.in ca.unico. in fine.de rer. permut.in ſex.ubi Ioan.Monac. in addit. reiecta contraria opinione, tenet iſtam, quod ſcilicet teneat permutatio,per l.ſi quis donationis.ff.de contrahen. empt. nam cum em-
45 ptio † & venditio ſumpſerint originem a permutatione,l.1.in princ. ff. de contrahen. empt. ſicut ibi tenet venditio, ita teneat permutatio.Hoc idem tenuit Calder.in conſ.4. incip.duo Canonici Senenſes.ſub [illegible] de rer. permutat.& ſequitur Gemini. in d. c.vnico. de rer.permut.ſuper gl.in uer. fraude.vbi citatis Io.And.& Feder.de Senis ubi ſupra,dicit ſe credere iſtud eſſe uerum, per text.in c. quia ueriſimile. de præſumpt. ubi probatur quod ualet talis permutatio, niſi de fraude manifeſte probetur, & ex illo tex. Gemini. ubi ſupra,in uerſ. ſed hæc non eſt ſufficiens, concludit.Nam ibi dicitur, quòd non eſt veriſimile, quod fiat permutatio pinguis cum tenui,propter quod requirit ibi probationes magis exactas contra iſtam præſumptionē. ceſſante ergo iſta præſumptione patet ibi, quod permutatio ualeat, licet ſit imparitas beneficiorum,ut etiam concludit Abb.in d. c.quia ueriſimile.in uerſi.Puto tamen. & Zabar.ibi.nu.2.& cum prędictis concordat Io. de Imola,in c.ſuper hoc.de renunt.& in clemen.unica,de rer.permut.col.5.verſi. quid ſi habēs beneficium tenue.ex ea ratione, quia
46 † permutatio non ſumit initium a cōuentione uel facto partium, ſed ex officio ſuperioris,ſequitur Pet.de Vbal.in Tract.permut.benef.q.11.Anchar.conſi.280.incip. Quæſtio proponitur,& Fely.in d.c.quia ueriſimile. in prin.nu.1.ubi dicit Imo. & Abb. ex illo tex. inferre contra permutantes beneficium tenue cum pingui, ut talis permutatio præſumenda ſit fraudulenta,uel ſimoniaca, & ſubdit rationem ex ipſis,cum non ſit ueriſimile, quod ſine cauſa renuntiet quis beneficium pingue cum tenui.& pro concordan. ad illū tex.adducit c.ſuper hoc.de renunt.& not.in ca.2.de renun.in ſex. putat tamen Dominus Abb.dicit ipſe, quod hæc ſola præſumptio non ſufficiat ad ſententiam proferendam;& ipſe cum eo reſidet. quod & Decio placuit in c.cum venerabilis.col.3.in prin.de excep. & in conſ.210.incip.viſo puncto.per totum conſ. in quo tractat materiam permutationis beneficiorum, & eius ualiditatis ratione inæqualitatis,& in eod.col.2. nu.5. dicit iſtā
* eſſe communem opinionem. & reſpōdet ijs quæ in contrarium adduci poſſent,ut per eū ibi,ad quem remitto,quia communiter habet, & concluſio in ſe nō habet difficultatē.

Ampliatur iſta cōcluſio procedere nedū in inæqualitate ratione redituum,ſeu onerū, ſed etiam in inæqualitate ratione ætatis permutantium, puta ſi iuuenis permutat cum ſene,ut dicit Gemin.in d.c.unico de rer. perm. in ſex. uerſi. ſed quid ſi iuuenis permutat cū ſene.poſt Io.de Fantut.ibi.& Io.de Ligna.in clemen.1.eo.tit.ex ea ratione, quæ ēt ſupra
47 deducta eſt, quia † permutatio ſumit robur

 a ſupe-

a ſuperiore, nõ a facto partium. c. quæſitum, eo. tit. authoritas enim ſuperioris purgat omne uitium, & tollit præſumptionem fraudis ſi qua aliàs eſſet. ff. de ijs qui not. infa. l. furti. §. qui iuſſu. & c. niſi. de præb. pro quib. faciũt late deducta per Oldr. conſ. 324. incip. Factũ tale eſt. & dicta Capr. in tract. regul. tit. de permut. benef. reg. 1. quæ eſt. 88. n. 119. poſt Io. Monac. ex Io. And. in c. uni. de rer. pmu. in 6.

Fallit tamen iſta concluſio, quãdo in per-
48 mutatione † cum præſumptione fraudis adeſſent alia adminicula, coniecturæ, & circumſtantiæ, ex quib. fraus præſumatur a iure, ut dicit Capra ubi ſup. nu. 120. puta, ſi quis permutaret cum nepote: quia, ultra tenuitatem beneficij concurrit ſuſpicio ſanguinis, ſecundum Abb. in d. ca. quia uerisimile. contra Io. de Lign. in c. 1. de cler. non reſiden.

Reſtringitur autem iſta Fallentia, vt non procedat quando alia præſumptio excluderet iſtam; ut, quia ſecure morari non poterat in beneficio pingui, ut per Abb. in d. c. quia uerisimile. quem ibidem ſequitur Fely. nu. 1.
49 per reg. quod vna † præſumptio tollit aliã, glo. in l. Diuus. de in integ. reſt. in uer. æſtimatur. l. non ſolum. circa prin. de ritu nupt. c. accedẽs. de crim. falſi. c. tuã. & ibi gl. de ſpõſ. ad quã uideas quæ latiſſime congeſſi in meo conſ. crim. inci. in anno. 1563. nu. 64. & 67.

Et ſic ſtat concluſio in hoc ultimo dubio,
50 ꝙ beneficij inæqualitas ſola non † eſt apta ad reſcindẽdam permutationem, cõcurrẽte ẽt aliquali fraudis præſumptione; pro qua, vltra pmiſſa, facit not. dictũ Anch. conſ. 279. inci. qõ proponitur in themate. ubi cõſuluit, quod ſi ſenex, & debilis vult permutare beneficium ſuum opulentum, ſed curatum, cũ beneficio tenui habente paruam curam, ꝙ permutatio tenet, & Epiſcopus licite põt ſuã authoritatem huic permutationi impartiri.

Demum quia hoc totum dependet a periculo præſumptionis fraudis, iõ breuitati ſtudens, & ne uidear aliorum dicta trãſcribere,
51 qñ beneficij † permutatio dicatur facta in fraudem, remitto ad Fel. in d. c. quia verisimile. nu. 2. ubi ad hanc materiam multa dicit, & ad alios Doct. ſupracit. & ad Rotã Bisign. de rer. permut. deciſ. 2. inci. cum quædã pinguis eccleſia, nu. 1. & deciſ. 5. quæ eſt ultima. eo. ti. & incipit, an ſola diſparitas. & ad Deci. præſertim in d. conſ. 210. & vide omnino Socin. iun. conſ. 1. nu. 91. & 92. uol. 4. Crauet. conſ. 82. nu. 3. tomo 1. Barba. conſ. 60. col. 1. & 2. uol. 4. & Menoc. conſ. 108. nu. 23. lib. 2.

QVAESTIO XL.

Horas canonicas beneficiatus dicere obligatus, an ab ipſis aliquo caſu excuſetur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidens beneficium eccleſiaſticum licèt tenue tenetur horas canonicas priuatim dicere.*
2 *Vxor non debet dimittere virum qualiſcũque ſit, ex quo ſibi ſemel placuit.*
3 *Vir tenetur miniſtrare neceſſaria uxori, licèt ſufficientẽ dotem non dederit.*
4 *Excommunicatus, ſuſpenſus, depoſitus, aut degradatus, nõ debet ſacra tangere.*
5 *Illatio non ſit ex ſeparatis.*
6 *Exiſtens extra communionem fidelium, & extra gratiã vitam æternam promereri non poteſt.*
7 *Debitor excõmunicatus tenetur ſatisfacere creditori ſuo.*
8 *Excommunicatus licèt iniuſte, non percipit fructus nec diſtributiones quotidianas tamen tenetur horas occulte dicere ratione beneficij.*
9 *Beneficium obligat beneficiatum ad dicendum horas. Amplia ut num. 11*
10 *Reditus quare a laicis dati ſint clericis.*
12 *Penſionem habens tenetur horas canonicas dicere ſicut quiuis alius beneficiatus.*
13 *Clericus non dicens officium tenetur ad fructuum reſtitutionem. & 15.*
14 *Beneficium habens ſine fructibus dicitur ex iuris interpretatione non habere beneficium.*
16 *Datum propter cauſam, cauſa non ſequuta repetitur.*
17 *Obligatio dicendi horas; an, & quibus caſibus relaxetur.*

QVAERO Quadrageſimo, An beneficium eccleſiaſticum pingue vel tenue poſſidens teneatur horas canonicas priuatim ſaltem dicere? in qua quæſtione procedã per concluſionem, ampliationes, & declarationes. Sit igitur cõcluſio, quod beneficium
1 † eccleſiaſticum licèt tenue poſſidẽs tenetur
2 horas canonicas priuatim dicere. iſta eſt cõis Doct. opinio cum glo. fi. in c. 1. de celebr. miſſar. & in c. clericus victũ. 91. diſt. & ibi Doct. in qua ſnĩa fuerunt, Car. in clem. 1. de celebr. miſſar. Alber. de Ferrar. in tract. de horis Canonic. q. 8. incip. Quæro, quid ſi Clericus. gl. in pragm. ſanct. tit. qual. hor. Canoni. ſint dicen. in uer. teneantur. Martin. ab Azpilcueta in c. quando. de conſecr. diſt. 1. not. 7. nu. 27. Et hanc eſſe cõem opinionẽ teſtatur Couar. lib,

lib.3.uariar.reſol.cap.13.ſub nu.8.uerſic.&
licet beneficium eccleſiaſticum, & fuit opi-
nio Hoſtien.in Sum. de conſecrat.eccleſ.uel
altar. in §. & a quibus. & idem ſentit in ſua
Sum.Goffre.eod.titulo depingui nullum eſt
dubium,quęſtio eſt in tenui,in quo, ut in the
mate, poſſidens non excuſatur: imputetur
enim ſibi, quia permiſit ſe ad tenue benefi-
cium promoueri,clara eſt enim glo. in c. fi.
de offi. Vica. quod beneficia eccleſiarũ pro-
pter diuina officia cõſtituta ſunt. immo text.
in c.fi. de reſcr.in ſexto,qui dicit, ſi officium,
propter quod beneficium eccleſiaſticum da
tur,omittitur,illud tamen recitari deberet,re
fert Hier.de Monte,q.10.num.33.

Facit ad hoc,argumentum a ſimili in cap.
horrendus.32. quæſtion. 5. ubi Gratian. ex
2 Ambroſ.notat, quod uxor † non debet di-
mittere virum, qualiſcunque ſit,ex quo ſibi
ſemel placuit. ſic etiam,licet tenue beneficiũ
ſit,ex quo illud acceptauit,ad horas tenetur,
& not.optime per glo.in d.c.clericus. ſeu cle
ricis uictum.91.diſt. & ratio, ſecundũ Doct.
ibi,eſt,quia ſicut uir † tenetur miniſtrare ne-
3 ceſſaria uxori,quæ tamen aliàs debitum red-
dere non poteſt, uel ſufficientem dotem nõ
dedit, unde uir poſſet onera matrimonij ſu-
portare,vt in c.propoſuiſti.32.q.7. ita & cle
ricus, quamuis a ſponſa ſua ſpirituali, ideſt
eccleſia,debitum ſuſtentationis neceſſariorũ
non percipiat, eam tamen officiare tenetur,
& demum in diuinis, & temporalibus ei mi
niſtrare neceſſaria,& eius onera ſupportare,
& cum B.Paulo Apoſt.dicere, ſcio ſatiari,&
eſurire,& abundare, & omnia poſſum in eo,
qui me confortat,ut ſcribitur ad Philippẽ.c.
4.& habetur in cap. quod dicit, 61.diſtin.&
alibi inquit idem Apoſt. ea quæ mihi opus
erant,miniſtrauerunt manus iſtę, ut habetur
in c.1.21.q.1.in glo, & originaliter ſumptũ
eſt ex c.20.Actu.Apoſtol.& ſunt tex.in cap.
clericus.1.& 2.91.diſtin.iunc.c.fin.

Ampliatur concluſio iſta procedere etiã
in beneficiato ſuſpẽſo vel excommunicato,
ut etiam ille teneatur horas Canonicas di-
cere,nã licet aliàs habeatur,Quod † excõmu
4 nicatus,ſuſpenſus,depoſitus,aut degradatus
non debet ſacra tangere,per no.in c.ad eius
però cõcubitũ.diſ.5.& licet etiam in Pſalmo
49.qui incipit,Deus Deorum.dicatur,pecca
tori autem dixit Deus, quare tu enarras iu-
ſtitias meas per os tuum, quod eſt regiſtratũ
in c.porrò.3.q.7.circa finem,& ſic non poſ
ſit prædicta facere,nec intrare eccleſiã, præ-
ſertim tempore celebrationis diuinorum,
non tamen excuſatur ab officio,quia non ſe
quitur,Excommunicatus non debet intrare
Eccleſiam, ergo non tenetur horas legere,
arg.c.cum dilectus.de offi. ordin. l.Papinia-
5 nus exuli.ff.de minor. ubi ex ſeparatis † non
infertur. quod ſeruit ad tollẽdum obiectum
qui fieri poſſet de d.c. ad eius uero cõcubitũ.
Quo autem ad illud dictum Pſal. 49. diſtin-
guas ſic; Aut enim quæritur an fruſtra tales
legant & eccleſiam ingrediantur quo ad me
ritum uitæ æternæ; Aut quo ad aliud,ut puta
quo ad legendum uel docendum ratione
oneris ſibi iniuncti,& ſimilia tẽporalia exer-
cendum;Primo caſu fruſtra faciũt quicquid
6 agunt:ratio,quia cum † tales ſint extra com-
munionem fidelium,&extra gratiam,vitam
æternam promereri non poſſunt, ca. ſi quis
contriſtatus.90.diſtin.cum ibi not.Secundo
caſu,de quo habetur per Doctor.in c.quod
quidam.de pœnit. & remiſ. non fruſtra fa-
ciunt quod agunt, nec fruſtra legunt, quia
perſoluunt debitum ad quod obligantur,
pro eo quia legendo horas liberãtur ab obli
gatione qua tenentur adſtricti, ita quod in-
currunt nouum peccatum propter ipſarum
omiſſionem,cum ex pręcepto ad hoc tenẽã
tur, nec propter excommunicationem ab
hoc debito abſoluuntur, ſicut in ſimili dici-
7 mus de debitore excommunicato, † qui ta-
men creditori ſuo ſatisfacere tenetur, non
obſtante excommunicatione, immo & con
ueniri poteſt, c. ſi uerè.de ſenten. excom.&
c.excommunicamus.de hæret.facit c.intelle
ximus.de iudici. nam clericus ratione ordi-
nis uel beneficij dicitur debitor ipſi creato-
ri,qui eſt creditor.

Ampliatur etiam hoc dictum procedere
in excommunicato iniuſte, qui non po-
8 teſt percipere, † nec percipit fructus ſui be-
neficij, nec diſtributiones quotidianas:ta-
men & iſte tenetur horas Canonicas priua
tim, & occulte dicere, ratione beneficij in
ſua perſona reſidentis.glo.in c. præsbyterũ.
28.diſt.& ibi Docto.Card.in clem.1.oppoſ.
6.de regular.Gig.de penſi.quæſtio.64.Deci.
in c.intelleximus.num.5. de iudici. Abb.&
Doct.in c.2.de cler.excommu.miniſtr.Ioan.
de Lign.in clem.dignum.quæſt.3.de celebr.
miſſar, Albert. de Ferrar. in tractat. de hor.

Canon.quæſt.12.& 13.Nec eum excuſat,ꝙ
nō percipiat redditus beneficij, cum id eius
culpa contigerit, & per eccleſiam minime
ſteterit quin ipſi redditus eidem clerico be-
neficium obtinenti darentur, ut poſt Pet.de
Palu.notat Couaru.lib.3. uariar.reſol. c.13.
ſub num.8.§.duodecimo,circa med.uer.nec
enim excuſat,

Et cum hac opinione, quod beneficium
9 † obliget beneficiatum ad dicendum horas,
tranſit Clauaſ.in Sum. in uer. hora Canoni-
ca.nu.3.uerſ.primum genus eſt illorum, qui
ſunt beneficiati.per cap.fina.92.diſt.& ratio
10 eſt,quia ad hoc, a laicis † dati ſunt redditus
clericis, ut ipſi in officio uices laicorum ſup-
pleant, & ob id beneficiati tenentur ad ho-
ras non ſolum ex ſtatuto, ſed etiam ex obli-
gatione iuſtitiæ, quam opinionem tenet ēt
Silueſter in Summa,uer.Hora.num.3.ubi ex
authoritate S.Thomæ in quod lib.6.& in 4.
ſenten.diſtin.15.concludit, quod beneficia-
tus tenetur ad horas.& ex Panorm.in c.1.de
celebrat.miſſar.& Card.in d.clem.1.eod.tit,
dicit,omnes Doctores ita tenere, ubi ponit
11 rationes, & ampliat, etiam † ſi beneficium
ſit ita exiguum ut inde non percipiat neceſſa
ria:item etiam in beneficiato exiſtente in mi
noribus,item ſimiliter licet non exiſtat in ſa-
cris,ut ibi per eum.& ſequitur Sum.Armi.in
eo.uer.§. 1.ubi idem concludit ex mente.S.
Thomæ,quæſt.5.ubi ſupra.& ſequendo Sil-
ueſ.licet ipſum non citet, ampliat quod be-
neficiatus teneatur etiam dicere officiū mor-
tuorum, ubi ſup. §. 3.ex S.Thoma d. quodl.
6.quæſtio.5.num.2.& quodl. 1, quæſtio. 7.
art.1.

Ampliatur ulterius cōcluſio, ut procedat
etiam in habente penſiones, nam etiam is
12 † tenetur dicere horas Canonicas ſicut qui-
libet beneficiatus.Ratio eſt,quia ad officium
tenetur aliquis duplici de cauſa; vel propter
ordinem,uel propter reddituum eccleſiaſti-
corum perceptionem, ut not.Abb.in d.c.1.
de celebrat.miſſar.Cardi.in clem.2. de deci.
facit c.cum ſecundum.de præben. & ideo,
13 ut infra latius dicam,quando † clericus non
dicit officium tenetur ad reſtitutionem fru-
ctuum.c.ſi canonici.§.ſcituri.vbi Domini.de
offi.ordin.in ſex. habens autem penſionem
dicitur habere fructus.ergo ad horas dicen-
das tenetur,licet Abb. in d. c. 1. de celebrat.
miſ.videatur dicere aliquem adſtringi ad di-
cendum officium ratione beneficij, non ra-
tione fructuum,quia qui percipit fructus ec-
cleſiæ ex canonico titulo penſionis,intelligi
14 tur habere beneficium, ſicut quando † quis
habet beneficium,& alius habet fructus, ex
iuris interpretatione dicitur non habere be-
neficium,c.ſi tibi conceſſo. de præb. in ſex.

Effectus autem qui ſequitur ex præmiſſis
eſt,quia,ut ſupra proxime dixi, beneficiatus
15 † non dicens officium tenetur reſtituere fru
ctus quos interim percipit ex beneficio, ut
dicit Calder.in c.1.de celebrat.miſ.& in cap.
cum tu.de uſur.uerſ.circa diuinum officium.
idem tenet Bal.in l.1.in 1.not. per illum tex.
C.de ijs quib. ut indign. ubi dicit quod tan-
quam indigni tenentur reſtituere fructus, &
Anchar.conſi.228.incip.Primò inquirendū
eſt.& eſt tex. in c.cum ex eo, de elect. in ſex.
Gemini.in c. fina. in fine. ubi tex. de reſcrip.
in ſex.Iaſ.in l.pen.C.de teſtam.mili.ratio eſt,
ut iam dixi, quia propter officium datur be-
neficium.cap.diuerſis.de cleri.coniug. vnde
16 cum † datur aliquid propter cauſam, cauſa
non ſequuta repetitur,vt toto titu.ff. & C.de
condic.cau.da.cau.non ſequ. Et licet Card.
ubi ſup.teneat contrarium, & Panorm.dicat
quod dicta opinio eſt nimis rigoroſa,tamen
Clauaſ. in ſum. loco iam citato,nu.11.dicit,
ſed ego credo quod licet ſit rigida, tamē eſt
vera,& ideo ſequenda,& ſubdit,quod reſpō
ſio Panorm.ad motiua Calder. non eſt vali-
da:quia licet dentur redditus,ut dicit text.in
c.Diaconi ſunt.93.diſtin.& c.2. de præben.
non quidem tamen dantur ſimpliciter, ſed
ut beneficiatus uiuat ſecundum cultum Dei,
iux.illud Pſal.ſepties in die laudem dixi tibi,
ut in clem.1.de celebrat.miſ.& not. in clem.
1.in uer.oratores.de reliq. & uener. ſanct. &
pro hoc facit d.c.clericus victum.91.diſt.ar-
guendo a maiori, ut ibi patet in tex. tam in
primo quàm in ſecundo dicto.& hoc etiam
tenet Laudu. quem ipſe citat, in clericis qui
non implent officia ſua, ſed uoluptatibus va-
cant,quod tenetur fructus reſtituere in utro-
que foro, licèt in utroque retineant, Deum
habent ultorem:non enim eſſet ferēdus, qui
vult de Chriſti patrimonio viuere,& onus di
cendi officium non ſubire, l.unica.§.2.C.de
caduc.tol.& hęc opinio eſt a bonis defendē
da, ne per indirectum aperiatur uia ad dan-
dum redditus eccleſiaſticos ijs qui non lau-
dant Dominū.Pro qua vide Colum.de eccl.

red.

red.origi.par.3.capit.33.numero 8.9. 10.

Non tamen ita rigoroſe ſentiendum eſt in hac materia, quin aliquando iſta obligatio officium,& horas dicendi relaxetur: multi enim ſunt caſus,& cauſæ quæ ab officio di
17 cendo excuſant,vt puta infirmitas,† quæ directe uel indirecte damnum afferret infirmo.
ſi officium diceret,ſecundum Innoce.& Hoſtien.in ca.1.de celebrat.miſſ. quod intelligi debet de damno notabili,quod talis infirmitas afferre poſſet,non ſolum officium dicendo tempore debito,ſed etiam tardius, uel tẽpeſtiuius tam de nocte quàm de die, & etiã cum alijs,dato quod eam timeret,& non aliter,ut dixit Martin. ab Azplicueta in cap.ſi quando.de conſecrat.diſt.1.not.11.num.1. & in ſuo Manuà.confeſ.tit.de pec. cler. quo ad ordin.c.25.num.100.& ſucceſſiue,ubi ex mente Canoniſt. & Theolog. ponit quinq; cauſas,ex quibus quis ab horis dicendis excuſatur,qui vult ſcire legat,& inueniet, paſſim enim habetur.

QVAESTIO XLI.

Materia patet in principio Quæſtionis.

SVMMARIVM.

1 *Iurans præſumitur habere animum ſeruandi iuramentum.*
2 *Iuramentum eſt de præcepto.*
3 *Præſumptiones quando ſunt pro reo, actor cauſa cadit, niſi quod intendit firmet.*
4 *Præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium.*
5 *Iuratus tenetur ex vi iuramenti ſatisfacere, etiam non interpellatus.*
6 *Iuramentum debitoris conſtituit eum in mala fide, licet non interpelletur a creditore.*
7 *Iurare quando quis non cogatur.*
8 *Iuramento alicuius ſtatur in ijs quæ dependent ab eius animo.*
9 *Iuramentum iudiciale uel neceſſarium poteſt recuſari quando timeretur de periculo.*
10 *Bonus quilibet præſumitur niſi de contrario euidenter conſtet.*
11 *Salutis æternæ quilibet præſumitur eſſe memor.*
12 *Criminalis intentio non uenit iuramento terminanda.*
13 *Turpitudinem ſuam detegere nemo cogitur.*
14 *Iudex non debet deferre iuramentum ei quem poteſt præſumere eſſe abiuraturum.*
15 *Deierandi materia danda non eſt.*
16 *Lex ſemper præſumit quod quis uelit ſeruare iurata.*
17 *Homicidam uincit qui prouocat ad iurandum eum quem ſcit falſum iuraturum.*
18 *Pax non dicitur rumpi per offenſionem factam ex no cauſa.* 19
20 *Præſumptio excluſiua delicti attenditur, non incluſiua.*

QVAERO quadrageſimo primo, fuit facta pax inter nõnullos de Monte Monachi, & alijs adiacentibus terris in Picentib. & in inſtrumento pacis iurauerunt partes, quod teneantur adinuicẽ reuelare,ſi fiat aliquis tractatus,vel aliqua machinatio contra uniuerſos vel ſingulos: modo occiſus fuit unus bannitus ex una partium, & ipſa pars petit iuramentum ab altera parte, an ſciat aliquid de præmeditato tractatu occidendi dictum bannitum, quæſitum fuit a me,dum præeſſem terræ Amandulæ, an ipſa pars teneatur iurare? & pro temporis anguſtia, breuitati ſtudens dixi quod non, ex infraſcriptis.

Clarum eſt,& apud Doct. receptũ, quòd
1 iurans † præſumitur habere animum obſeruandi iuramentum,ſecũdum Alex.in l.poſtliminij.§.1.ff.de captiu.& adeo eſt vrgens pro iurante iſta præſumptio, vt ad cogitandum, ꝙ quis contrauenerit iuramento, neceſſe ſit probare ipſum iurantem contrauenisſe, uel contrauenìendi animum habuiſſe, ſecundũ Bar.in d.l.poſtliminij.§.fina. Cum ergo iſti a quibus nunc petitur iuramentum præſumantur habere animum ipſum ſeruandi,niſi pars petens contrarium probet, non poſſunt nec debent cogi ad iuramentũ præſtãdum, quia
2 iuramentum † eſt de præcepto: cadit enim ſub præcepto ſecundo Decalogi,Exo.20.& nullo modo frangendum eſt,ſecundum Specul.de inſtrum.edit.§.12.uerſ.quid ſi quis iurauit.& præſumitur quod ſi iſti ſciuiſſent vel audiuiſſent tractari mortem illius banniti, ꝙ uoluiſſent ſeruare iuramẽtum,& reuelaſſent: ſed cum non reuelauerint, præſumptio eſt, quod non ſciuerint,& ſic non tenentur. Habemus enim,quod quãdo ſunt præſumptio-
3 nes † pro reo,actor cauſa cadit, niſi quod intendit firmet.gl.in l.fi.in prin. ff. de eo quod met.cau.c.quia veriſimile.de præſump. Roman.ſing.197.Alciat.conſi.624.not.in l.qui accuſare.C. de eden. Pariſ. conſi. 96.num.9. lib.1.Socin.iun.conſi.22.num.11.li.1.Crau. conſi.244.nu.4.par.1.Gram.conſi.crim.25. num.1.Menoch.conſi.74.num.14.par. 1. & alij quamplures, qui in hãc ſententiam ad-
4 duci poſſent. Præſumptio † enim onus probandi

bandi in aduerſarium transfert. l. ſiue poſſi-
detis. C. de probat. & ibi Bald. in princ. in 2.
not. & in 3. col. uerſi. ſed quæro, Specu. tit. de
probat. §. 1. uerſi. ſecundo, ubi plene, & §. 3.
uerſi. quinto per præſumptionem. c. 1. ut ec-
cleſ. benefi.

Vlterius iuramentum interpellat pro ho-
mine, ita vt iuratus teneatur ex vi iuramenti
5 ſatisfacere † etiam non interpellatus, vt di-
cunt, Specul. in tit. de aduoc. Ant. de Butr. in
c. breui, de iureiur. Cæpo. ſing. 128. relatus a
Firm. in reper. in uer. iuramenti effectus, verſ.
10. ſi ergo iſti ſciuiſſent, abſque dubio, ſtante
promiſſione ſatisfeciſſent, nec expectaſſent
talem fruſtratoriam partis aduerſæ interpel
lationem, cum ipſum iuramentũ habeat uim
cõtinuæ interpellationis. Ioan. And. & Ab.
in d. c. breui. nume. 5. Iaſ. in l. quod te. nu. 21.
& 24. ſi cer. pet. & ibi Deci. num. 11. ubi dicit
ita communiter Doct. tenere, & Clau. Aquẽ.
in l. non ſolum. §. morte. col. 16. de noui ope.
nunt. Bauer. de uir. iur. priuil. 7. Rip. in l. 4. §.
Cato. num. 59. & in l. ſi inſulam. num. 91. de
uerb. oblig. Gozad. conſi. 57. num. 11. Crau.
conſi. 57. num. 2. Affl. deciſ. 147. num. 5. non
ſciuerunt, ergo non reuelarunt, nec ad hoc
adſtringi poſſunt, & ſi ſciuiſſent, certe ipſi ex
ſe moti fuiſſent ad manifeſtandum, ad hoc
enim iuramento adſtricti tenebãtur, nec per
miſiſſent ſe in mala fide conſtitui: nam in-
quit Abb. in c. ſi. de præſcr. quod iuramentũ
6 † debitoris conſtituit eum in mala fide, licet
non interpelletur a creditore, vt ſic nunquã
præſcribat, cum conſtituatur in dolo ex iu-
ramento. & allegat Hoſtien. in Sum. eo. tit. §.
quæ res. refert Firm. ubi ſupra, verſi. iuramen
tum debitoris.

Addito etiam quòd iſta materia iuramẽti
eſt periculoſa: at quando cõſideratur, quòd
ex tali delatione iuramenti poſſet quodlibet
minimum periculum oriri, & quælibet mini
7 ma occaſio peccati, quis † non cogitur iura-
re, ſecundum Innocen. in c. venerabilem. de
elect. & Caſtren. conſi. 63. 1. lib. nã ſi iſtis de-
feratur iuramentum, & ſcientes iurent ſe ne-
ſcire, dicunt mendacium, & efficiuntur per-
iuri, vt habet in 3. ſent. diſt. 39. & ibi S. Tho.
art. 4. & incidunt in mortale peccatum, vt di
cit S. Thom. 2. 2. q. 98. artic. 3. contrariantur
enim diuino præcepto, Leuit. 19. ubi dicitur,
non periurabis in nomine meo. & Matt. c. 5.
ſi iurent ſe ſciuiſſe, incidunt in pœnam. ergo,
quatenus etiam ſcirent, quod ex præmiſſis
non conceditur, pro vitandis omnib. ſupra-
dictis non eſt illis deferendum iuramentum,
quia potius eſſet vinculũ iniquitatis. Scimus
8 enim, quod licet in ijs quæ dependent † ab
animo alicuius ſtandum ſit eius iuramento,
ut dicit gloſ. in §. aliæ. Inſtit. de action. tamen
hoc non admittitur vbi daretur occaſio de-
linquendi. l. conuenire. ff. de pact. dotal. l. ſi
vnus. §. illud. ff. de pact. Iaſ. in l. cunctos popu-
los. C. de ſum. Trin. col. 12. uerſ. Limita quod
etiam. niſi quatenus, ut ſupra dictum eſt, pars
aduerſa probet ipſos ſciuiſſe, & cum occiſo-
re conſilium habuiſſe. quibus additur Bar. in
l. aliàs, & in l. manifeſtæ turpitudinis. ff. de iu
9 reiurando. dũ aſſerit † iuramentum iudiciale
vel neceſſarium poſſe recuſari quando tene-
retur de periculo. quod autem in tali iuramẽ
to, ſi deferatur, periculum non unum, ſed plu
ra eſſe poſſet, ex ſupradictis cõſtat: ergo, licet
eſſet neceſſarium, quod ex ſupradictis nega-
10 tur, poteſt recuſari. quilibet enim † præſumi
tur bonus, niſi de contrario euidenter con-
ſtet, c. ſi. ubi not. de ſeruti. in ordi. facien. c. ſi.
& ibi Docto. de præſumpt. iſta enim eſt præ-
ſumptio naturæ. glo. in l. ſi. ff. quod met. cau.
Alciat. in Tracta. de præſumpt. reg. 3. præ-
ſumpt. 2. in prin. Pro quo etiam facit illud,
11 quod † quilibet præſumitur eſſe memor ſa-
lutis æternæ, ut in Specul. de except. & repli
cat. §. 2. uerſi. quid ſi probetur, & in titulo de
teſt. §. 1. uerſ. item oppo. hãc ſine dubio amit
terent, ſi ſcientes eſſent, & non manifeſtarẽt:
violarent enim iuramentum adhibitum in-
ſtrumento pacis, & ſic peccarent, ut ſupra di
xi, num. 7. quo caſu ſalutem amitterent, & in
hoc non eſt laborandum, non manifeſtant,
ergo neſciuerunt, nec cogi poſſunt, ut ſupra.

Accedat, quod iſta intentatio eſt crimina
lis, & ex conſequenti non venit iuramento
12 † terminanda. l. fin. C. de probat. l. dolum. C.
de dolo. l. metum. C. quod met. cau. Bar. in l.
maritus. ff. de quæſtio. tradit Marſi. in l. mari-
tus. col. 3. in ſi. ff. de quæſt. in pract. crimin. §.
poſtquam. num. 5. & §. expedita. num. 74. li-
cet cum tali iuramento quis ſe purget a ſuſpi
tione hominis aut iuris, ſecundum Angel. in
conſi. 172. tale enim iuramentum non defer
tur reo, niſi actore excluſo a probationibus
Caſtren. in l. 3. ff. de iureiur. not. in l. præſen-
te. §. ſicubi, C. de ijs, qui ad eccleſ. confug. ſed
iſta pars petens tale iuramentum nõ eſt ex-

cluſa

cluſa a probando quod intendit, ergo parti
impetitæ non eſt deferendum iuramentum.
13 Facit etiam, quia † nemo cogitur detege-
re turpitudinem ſuam. l. cum profitearis.C.
de reuocan.donat.vbi Doct. Socin. ſen.cóſ.
264.col.3.uerſ.circa quartum.uol. 2,cũ alijs
qui in hanc ſententiam adduci poſſent. ſed
iſti eam manifeſtarẽt,ſi,quod negatur,dice-
rent ſe ſciuiſſe, igitur talis iuramenti delatio
eſt inanis,& non petenda. Aut enim iſti ne-
ſciuerunt,nec conſenſerunt,ut verum eſt,&
tunc vana eſt delatio iuramenti, ſtante iura-
mento pręſtito in pace ineunda,quod ſerua
re voluiſſe pręſumendum eſt,vt iam dixi:aut
ſciuerunt uel conſenſerunt, quod negatur,
& tunc minus eſt deferendum,quia nulli du-
bium quod potius peierarent,quam rem de
14 tegere vellent, & vbi iudex † poteſt præſu-
mere,quod iuraturus abiuraturus ſit,non de
bet ei deferre iuramentum.c. clericos. de co
hab.cler.& mulier.ubi habetur, quod nõ eſt
deferendum iuramentum ei cõtra quem eſt
præſumptio quod abiuret.per quem tex.di-
xit Specul.in ti.de iuram.calum.§. nunc dica
mus.in princ. quod iuramentum calumniæ
de non petendis dilatorijs fruſtratorijs de-
bet omitti,quoniam rarò eſſet quod litigan-
tes non eſſent periuri,ſequuntur, Abb. in c.j.
in 4.col.uerſ. quæro nunquid in cauſa crimi-
nali.nu.12.de iuramen.calum.& Felyn.in c.
1.circa prin. de offi. ordin. Pro quibus facit
tex.in l.ambiguitates.C.de ind. uiduit. tolle.
per quem tex.dixit ibi Bal. quod non debet
15 dari materia † deierandi, nec debet deferri
iuramentum ei quem eſt veriſimile deierare,
& vide ibi Iaſ.col.fina.verſi.ſecundo nota.&
alibi idem Iaſ.in l.j.col.fina.verſ.quinto limi
ta.ff.qui ſatiſd.cog.Marſil.in l.quæſtionis ha
bendæ.num.33.ff.de quęſt.Oſaſ.deciſ.66.nu
mero 5.Et cui dubium, quod iſta pars a qua
petitur iuramentum non ſit potius iuratura
falſum,quam(præſuppoſita ſciẽtia) ſe ipſam
detegendo incurrere velle periculum pœna
rum in pace compræhenſarum,& ideo non
eſt ei deferendum iuramentum.

Et finaliter cõcludo, quod cum ſemel iſti
iurauerint,eſt præſumendum quod nunquã
velint contrauenire iuramẽto,quia lex ſem-
16 per præſumit † quod quis uelit ſeruare iu-
rata,ut eſt tex.rotundus qui ponit falcem ad
radicem, in c.ad audientiam.de præſcrip.in
verſi. cum iuratus ſit officium ſuum fideliter
exequi,quem breuitatis cauſa aliter non in-
duco.cui adſtipulatur glo.ibi,in ver. cum iu-
ratus,quæ dicit,ſic ergo præſumitur pro ali-
quo ratione iuramenti.1.q.7.c.ſancimus.&
c.illud.de præſumpt. item ratione honeſta-
tis ſuæ.c.cum dilectus.de fi.inſtrum.

Immo plus dico,quod iſta pars petens iu
ramentum deterior eſt homicida,uti dicunt
tex.in c.ille qui hominem. 22. q. 5. & in ca.
17 ſeq.ubi dicit text. quòd ille † qui hominem
prouocat ad iurandum, & ſcit eum falſum
iuraturum,uincit homicidam,ex ea ratione,
quia homicida corpus tantum occidit, ille
autem,& ſuam & iurãtis animam,quod plus
eſt,pro quibus uide Felyn.in c. Apoſtolicæ.
col.2.uerſi.& prædictis. de except. & Hipp.
de Marſil.in ſua pract.§.poſtquam.ſub nu.4.
uerſi.& pro hac parte.

Et ideo niſi pars aduerſa quærat occaſio-
nem rumpendi pacem,quod non credo,nõ
petat tale iuramentum non iuridicum,ſed te
neat illos a quibus petit, pro amicis, & qui
monuiſſent ſi ſciuiſſent,vel non cõſenſiſſent,
eo magis,cum(vt audio) occiſor reperiatur,
& omnes etiam amici occiſi ſciant cauſam
qua occiſor motus fuerit ad occidendum,
& publice profeſſus fuerit ſe expleturũ,quod ex
pleuit.Quod præſuppoſitum excluderet om
nino talem exactionem iuramenti, nam ſup
poneret pacem ruptam ex noua cauſa, quo
caſu ceſſaret dubium.Nam clarum eſt,& om
nes in hoc conſentiunt,quod pace inter ali-
18 quos facta † cum promiſſione de ſe inuicem
non offendendo, ſi aliquis poſtea ex noua
cauſa offendatur,non habet locum pœna cõ
uentionalis pacis ruptæ, ex ſententia Bar.in
l. aut facta.§.cauſa.ff.de pœn.& in l. ſi de cer
ta.C.de tranſact.voluit Bald.in c.1.col. 3. de
pace tenen.ubi ad hoc citat Hoſtien. & Ioã.
And.in c.ſi.de iniur. Idem tenent Anton.de
But.& Ioan.de Imo.in ca.cum inter P. Gau-
fredi.de renunt. Caſtren.in l. qui ſeruum. ff.
de uer. oblig. Roman.in l.ſemel mora.ff.ſol.
matrim.alibi Bar.in l.quid ergo.§.ſi heres.ff.
de leg.1.Bal.in l.Gracchus.C.de adulte.Bar.
Bal.& alij in l.2.C.quan. lic. ſe ſine iud.uind.
Bal.alibi in l.paciſci.ff.de pact.& in l.petens.
C.eo.Ioan.And.in addit.Spe.in tit.de treug.
& pace.Ang. & Imo. in l. ſi ex legati cauſa.
ff.de uerb.obliga.Marſi.in Repet.Rubr.de fi-
deiuſ.q.19.& in l.1.§.fina. col.7.8. & 9. ff.de
quæſt. quod etiam conſulendo approbaue-
runt.

runt,Alex.conſ.462.incip.viſo themate.col.
2.& conſi.19.incip.viſo proceſſu.col.1.vol.
1.Roman.conſi.155.incipien. Præmiſſum
laudum.circa fin.& conſi.183.incip.in caſu
propoſito.in prin.Marſil.late conſ.76.inci.
Lecto & diligenter inſpecto.num.30.conſi.
119.incip.ſtante pace.nume.1.& conſ.122.
incip.in præſenti cauſa.num.18.Corne.con
ſilio 42.lit.B.uol.2.Pariſ.conſi.265.num.26.
lib.4.Rom.alibi,conſ.258.Caba.ad conſtit.
Aegid.lib.4.capi.77.glo.2.nu.2.Socin.iun.
conſ.103.uol.3.ad quem omnino recurras
eueniente caſu pacis ruptæ. ergo ceſſat du-
bium.Quod autem præſumendum ſit in hoc
caſu,pacem ruptam fuiſſe non ex cauſa anti-
qua,ſed ex noua,innuũt illa verba ſupra præ
ſuppoſita,& illud, quod amici occiſi ſciant
cauſam qua occidens motus ſit ad occiden-
dum,quod arguit nouum animi motum, &
ſic nouam cauſam.vnde ſuccedit illud quod
dicit Bal.in l.ſi prædium.col.pen.C.de ædili.
19 action.quod ſi facta † pace inter me & te,ſu
perueniat mihi iuſta cauſa offendendi te, vt
quia poſt pacem me offendiſti, poſſum of-
fendere te,nec dicor rumpere pacem, arg.l.
cum proponas.C. de pact. refert & ſequitur
Marſil.in pract.crim.§.aggredior,nu. 86.

Et facit ad hoc conualidandũ,Quia quan
do extant præſumptiones incluſiuæ, & ex-
20 cluſiuæ delicti,† attendimus excluſiuas,non
autem incluſiuas.l.merito.ff.pro ſocio.l.1.C.
ad lega.Corn.de ſicar.l.2.C.de petit.hæred.
iunc.gloſ. Roman.conſ.68.incip.viſis mihi
propoſitis.col.fi.ſub num.8.uerſ. cum enim
duæ ſint.& ibi Mand.iuni. in adnot. in lit.D.
ſuper uer.Attendimus.Gram.conſ.7.incip.
Belluſ.in fi.conſi.59.in cauſa Maſij.num.31.
voto.10.incip. cœleſtis curiæ.num. 30. de-
ciſ.18.in cauſa Magnifici.nu.5.& alij quàm-
plures,qui in hãc ſentẽtiam adduci poſſent.
Sed hic extat præſumptio,ut iam dixi,quod
pars non contrauenerit iuratæ promiſſioni
in inſtrumento pacis, ergo ceſſat præſum-
ptio quod iſte occiderit ex antiqua cauſa,&
ex conſequenti ſi occidit ex noua, vana eſt
petitio iuramenti,& ſic tunc dixi in facto, &
nunc confirmo, & ita fuit iudicatum in cu-
ria Maceratæ,dum Prouinciæ in Picentibus
præeſſet Reuerendiſſimus, Dominus meus
Epiſcopus Tortonenſis.

QVAESTIO XLII.

Antiquitatis, & eius probandæ materia tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Anni quot requirantur ad hoc vt quid dicatur de antiquo.*
2 *Antiquum tempus diuerſimode conſideratur.*
3 *Antiquitas non ſic prodeſt in vno caſu,ſicut in alio.*
4 *Anni quadraginta, quod ſufficiant ad dicendum quid de antiquo.*
5 *Iudicis arbitrio relinquitur,quando quid dicatur de antiquo.*
6 *Anni centum, quod requirantur ad iudicandum quid de antiquo.*
7 *Tempus antiquum,quando non ſufficiat ad complendam præſcriptionem.*
8 *Macinare quando quis cogi poſſit in molendino alicuius, vel non.*
9 *Hoſpitandi conſuetudo uel præſcriptio,an inducatur ex longa hoſpitalitate.*
10 *Prohibitus acquieſcens prohibitioni ſibi præiudicat. Ampliatur vt num.11*
12 *Poſſeſſio in ſeruitutibus negatiuis,quomodo acquiratur vel non.*
13 *Probatio per indicia vel coniecturas ſufficit in antiquis.*
14 *Probatio coniecturalis ſufficit in antiquis,licet neceſſario, non concludat.*
15 *Solemnitatibus inſtrumenti,quando res eſt de longinquo, creditur.*
16 *Probatio qualiſqualis ſufficit in antiquis.*
17 *Probatio præſumptiua, & coniecturalis non admittitur contra verum,& iuſtum poſſeſſorem.*
18 *Solemnitas an temporis diuturnitate præſumatur.*
19 *Alienatio bonorum eccleſiæ, & minoris præſumitur ſolemniter facta ob temporis diuturnitatem,& quaſi poſſeſſionem.Declara,ut nu.20.21*
22 *Præſumptioni reſultanti ex antiquitate temporis non ſtatur,quando euidentia facti eſt in contrarium.*
23 *Probatio nulla maior,quàm quæ ex facti euidentia reſultat,*
24 *Probatio per inſpectionem actorum, & ſcripturarum admittitur contra præſumptionem iuris tantum.*
25 *Fama quod plene probet in antiquis.28.*
26 *Fama inducit præſumptionem iuris,& habet uim notorij*
27 *Fama quo caſu plene probet in antiquis.*
29 *Dominium villarum,& aliarum rerum,quod in antiquiſſimis probetur per famam.*
30 *Probatio vera,directa,& concludens in antiquis haberi non poteſt.*
31 *Fama quid operetur.*
32 *Titulus iuriſpatronatus probatur per famam.*
33 *Dominium de antiquo ſola fama probatur.*
34 *Papa poteſt communi fama probare ſe eſſe dominum terrarum eccleſiæ.*
35 *Dominium antiquum de præterito annorum quadraginta ſola fama probatur contra ibi de communi.*
36 *Probatio dominij de præſenti,an ex fama probetur.*

Specialia

37 *Specialia duo non debent concurrere ad idem.*
38 *Fama regulariter non probat, ſed alias probationes coadiuuat.*
39 *Probatio debet concludere per neceſſe.*
40 *Probatio dominij de præſenti, quod inferatur ex fama.*
41 *Fama ſola quod ſufficiat ad probandum aliquid notorium de antiquo.*
42 *Mortuum aliquem eſſe in longinquis apud hoſtes, ſola fama ſufficit. 44*
43 *Fama antiqua, notorium facit.*
45 *Fama quando plenam probationem faciat.*
46 *Fama originem a fide dignis trahere debet.*
47 *Tempus antiquum habet uim conceſſionis, & priuilegij.*
48 *Iura habentia cauſam diſcontinuam antiquo præſcribuntur.*
49 *Solemnia ex temporis longinquitate interueniſſe præſumuntur.*
50 *Præſumptio reſultans ex temporis longinquitate, quem effectum operetur.*
51 *Præſumptio non eſt pro actis, cum fallentia.*
52 *Authoritas ſuperioris ex temporis antiquitate præſumitur interueniſſe.*
53 *Teſtamentum Cardinalis antiquum præſumitur conditum de licentia Papæ.*
54 *Conſenſus propinquorum in contractibus mulierum ex temporis longinquitate præſumitur interueniſſe.*
55 *Solemnitas extrinſeca regulariter non præſumitur, niſi ut ibi.*
56 *Solemnitates requiſitæ in alienatione rerum eccleſiæ ex temporis longitudine præſumuntur interueniſſe.*
57 *Præſumptio reſultans ex temporis curſu ceſſat in defectu claro.*
58 *Clare apparere quando quid dicatur.*

QV AERO quadrageſimo ſecũdo de materia concernẽte temporis antiquitatem, & modum probandi eam, quot anni ſcilicet requirãtur ad hoc vt aliquid dicatur de antiquo. Quæ probationes in ſimilibus requirantur. An in huiuſmodi ſola fama probet. Et quid in dominio de præterito annorum quadraginta. Et demũ, quid operetur temporis antiquitas. Quæ materia deſeruit probationibus, confinibus, feudis, & alijs quàmpluribus. & quia in præmiſſis celebres Doctores ſcripſerunt, idcirco ſummatim potius & collectiuè, quàm diſputatiuè procedam. Primum igitur aſſumendo dicas ſic.

Ad hoc vt aliquid dicatur eſſe de antiquo
1 † requiritur ſpatium centum annorum, & ita communiter omnes tenent, teſte Iaſ. in conſ. 81. col. pe. in fi. uol. 1. & in hac ſententia fuerunt, Ant. de Butr. in c. veniens. il 1. de teſti. quem ſequuti ſunt Abb. & Imo. ibi. nu. 9. & alibi idem Butr. in c. quid per nouale. de ver. ſign. Imo. in l. 2. §. idem Labeo. il 1. ff. de aqua pluu. arcen. & licèt Inn. in d. c. quid per nouale. de uerb. ſignifi. multas opiniones referat, finaliter tamen reſidet cum iſta. cuius ſententiæ ea eſt ratio, quia hoc tempus centum annorum eſt tempus lõgæuum vitæ hominis, l. fin. C. de ſacroſ. eccle. l. an inutilis. de vſufr. lega. Et quod iſta ſit communis opinio, teſtantur, Alex. in l. cum aliquis. C. de iure deliber. & ibi Iaſ. col. fina. uerſ. Breuiter iſtis non obſtantibus, vbi refert ſe ita conſuluiſſe, ſed non allegat conſi. & eſt 81. de quo ſupra. & alibi idem Iaſ. conſi. 114. num. 10. eod. vol. & conſi. 148. nu. 8. vol. 4. quod & conſulendo teſtatur idem Alex. conſi. 45. incip. Viſo themate ſupraſcripto. col. 3. in fine. uol. 4. & conſi. 12. incip. viſo proceſſu iuxta probabilem conſuetudinem. ad fin. eo. uolu. & conſ. 75. incip. Viſis & ponderatis. in 2. & 3. colu. eo. uol. in duobus locis. ſcilicet in uer. Hoc ẽt fortificat. & uerſi. nam vt dixi ſupra de antiquo. & iſta fuit opinio Archid. poſt Odofr. 16. q. 7. c. ſi plures. Archid. Ioan. And. & aliorum poſt eos in c. 1. de iure patron. lib. ſexto. & Alex. alibi conſ. incip. viſo ſummario. col. pen. uolu. 2, conſi. 6. in fine. uolu. 1. conſi. 89. uerſi. item poſito. col. 2. uolu. 5. conſi. 24. col. pen. in fi. & conſi. 140. colu. penul. poſt med. uol. 7. Deci. conſi. 13. incip. Diligenter conſideratis. col. 1. & 5. ad fi. cum ſeq. & in c. dilecti. de appel. col. 5. uerſ. ſed in contrarium eſt communis opinio. & in cap. ueniẽs. il primo num. 20. de teſti. uerſ. ſecunda concluſio Abbatis eſt. Socin. ſen. conſi. 89. colu. 2. Corne. conſi. 35. in fine. conſi. 329. col. pen. poſt med. uol. 1. Curt. ſeni. conſ. pen. col. fin. Curt. iuni. conſ. 90. Afflic. deciſ. 245. incip. magnifici Domini ſedilis Moranceæ. col. 2. uerſ. in contrarium dicebatur. Deci. alibi conſ. 42. col. 2. conſ. 321. col. 4. poſt medium. uerſ. vnde primo non obſtat. Iaſ. in repetit. l. admonendi. col. 88. num. 209. ff. de iureiuran. & in conſ. 114. col. pen. poſt med. uerſ. ego tamen non pono. uol. 1. in conſ. 24. col. pen. circa med. uol. 3. & conſ. 148. col. fin. uol. 4. Curti. iuni. alibi conſ. 17. col. 2. & Deciſ. Tholoſ. 379. Caſtren. conſ. 139. incip. Pro declaratione eius de quo quæritur. ante fin. uerſ. Præterea antiquitas inſtrumenti. par. 1. ex quibus patet hanc eſſe cõmunẽ opinionem.

Verum, quia materia eſt longa, & nihil dicere poſſemus quin a Doctoribus prius

dictum

2 dictũ fuerit,qui conſiderant, quando † quid
dicatur de antiquo in materia probationis;
Quando in conſuetudine ſeu præſcriptione
tanti temporis cuius initij non eſt memoria
in contrarium ; Quando in materia præſu-
mendæ ſolẽnitatis extrinſecæ in extraiudi-
cialibus,& quando in ſententia, ut omnia
præſumantur ſolemniter acta,ne tempus te-
ramus in referendo ſimpliciter aliena, ideo
uidendus eſt Deci.poſt omnes qui ante eum
ſcripſerint, in c.dilecti.de appell. col.4.in fi.
uerſ.ſeptimus caſus eſt in antiquis.cõtinuan-
do in colu.5.& poſt eum Crau.in ſuo Tract.
de antiq.temp.ubi par.prima,in prin.tractã-
do quando quid dicatur de antiquo, in ma-
teria probationis,refert tres opiniones, pri-
mam Ant.de Butr.in c. veniens. il primo.de
teſti. quod ſufficiat tempus quadraginta an-
norum,quem ſequuntur Doct.ibi citati : ſe-
cundam eiuſdem Ant.de Butr.in c.quoniam
contra.de probat. quod iſtud relinquatur ar
bitrio iudicis, cui ſubſcribunt multi quos ip-
ſe noĩat ibi:tertiã ponit, put in terminis no
ſtris ab omnibus communiter approbatam,
& in d.tractatu par.4.ſectione; Abſolutis dif
ferentijs.num.4.vbi de præſcrip.centum an-
norum , & de illa quæ eſt tanti temporis cu-
jus non extat memoria in contrarium . Et
par.3. in prin.ubi tractat quando quid dica-
tur de antiquo in materia præſumendæ ſo-
lemnitatis extrinſecæ,in actis extraiudiciali-
bus,ubi ponit multos caſus,& par.2.in prin.
ubi ponit quando quid dicatur de antiquo
in ſententia(ut iam dixi) ad effectum , quòd
omnia præſumantur ſolemniter acta , ut ibi
per eũ,& per tot.tract. quæ diſtinctio digna
& neceſſaria ſcitu eſt,ne fiat error,& termini
3 confundantur , quia † non ſic prodeſt anti-
quitas in uno caſu ſicut in alio,ſed uel maior,
uel minor requiritur, ut infra latius dicam.

Obſerues igitur ex præmiſſis tres opinio-
nes in materia conſiderandi temporis anti-
quitatem,primam ſcilicet Ant.de But. ſupra
relatam,quòd ſcilicet ad iudicãdum quid de
4 antiquo † exigatur , & ſufficiat ſpatium qua-
draginta annorum,in qua ſententia Butr.ſe-
quendo fuit Barba.in conſ.17.incip.Præcla
re.col.26.in prin.uol.2. & alibi hoc idem fir
mat ipſe Butr.in c.peruenit.de emp.& uend.
quem ſequuntur, Afflic.deci.13.nu.23.Chaſ
ſan.in conſ.15.nu.19. iſtud enim tempus lõ-
giſſimũ uocat Balb.in Tract. de præſcr. in 2.
par.princ.in queſt.1.& alibi idem Balb.in 2.
par.3.par.prin.in 6.quæſt. uerſ. quid autem.
& in 1.par.4.par.princ.quæſt. 1. ubi dicit de
hoc eſſe glo.magiſt.in §.1.in uer.conſtitutio
nibus.Inſtitu.de perpet.& tempor.action.&
ſufficiens eſſe ad complendam præſcriptio-
nẽ,ut per Affl.deciſ.388.Iaſ. in l.quominus,
colu.6.in prin. uerſ. & ſecundum prædicta.
Bru.in conſ.56.col.1.Boer.deciſ.136. col.5.
in fi.Hier.de Mon.in tract.de fini.regun.cap.
70.nu.1.Rol.conſi.22.incip. quod Magnifi-
cus.num.25.lib.2.Syluan.conſi.57.incip.in
cauſa.num.11.& 12.cum alijs multis,quæ in
hanc ſententiam adduci poſſent.

Secunda,ut præmiſi, fuit ſententia eiuſdẽ
Ant.de Butr.in d.c.quoniam contra,de pro-
bat.& in c.illud. de præſumpt. poſt Hoſtien.
5 quod † iſtud iudicis arbitrio relinquatur. in
qua ſententia fuerunt etiam Alex.conſ. 4. &
conſ.187.uolu.2.Afflic.deciſ.84.nu.7.Ang.
Inſtit.de uſucap.in prin.num.6.ubi dicit an-
tiquum factum accipi ſecũdum diuerſas ma
terias & regulas;& uide Felin.in c. cum cau-
ſam.nu.4.de probat.& Menoch.de arbitrar.
iudi.lib.2.caſu 3.4.& 5.poſt Hier.de Mon.in
d.tracta.de fin.cap.70.nu.2.& Gabriel.conſ.
40.num.21.

Tertiam uero, & ultimam dixi fuiſſe ſen-
tentiam in themate propoſitam, quòd ſcili-
6 cet † ad iudicandum quid de antiquo requi-
ratur tempus centum annorum,& hanc late
comprobaui,ut etiam vltra iam citatos com
probant late,Hiero.de Mon.multos in hanc
ſententiam referens, ubi ſup. num.3.Rolan.
il.conſi.22.nu.26.Menoch.de arbitr. iudi.ca
ſu.3.num.6. & conſi. 147. incip. quæſtio de
finibus.nu.37.li. 2. ubi id potiſſimum ſtatuit
in materia confinium.uide ipſum; & Craue.
de ant.temp.par.1.in prin.num.4.Nat.conſ.
378.num.5.Oſaſ.deciſ.173.num.8.Cæphal.
conſ.98.num.36.dixi late ad Curtium.conſ.
90.in add.ſuper uer.centum annorum.

Dum autem ſupra dixi ſub nu. 4. tempus
antiquum ſufficiens eſſe ad complendã præ-
7 ſcriptionem , limita † non habere locum in
ijs quæ ſunt meræ facultatis, uel in ijs quæ
gratuito conceduntur.nam in ſimilibus non
poteſt dici quæſitum ius,nec præſcriptio cau
ſata,nec per hoc in futurum naſcitur obliga
tio,c.poſſeſſiones.16.q.1.gloſ.fina.in fi.in l.
ſolent.ff.de offi.proconſ. Balb. in Tracta. de
præſcr.par.4.quintæ par.prin.q.1.Exempli
gratia,

gratia, aliquis per longiſſimum tempus iuit
8 ad molendum ad molendinũ alicuius, † nũc
diſiſtit, & uadit ad aliud, impetitur a primo
ut uadat ad ſuum, ratione temporis, & hoc
propter redditum ſui molendini. & Cyn.
Bal. & alij in l. 1. C. de ſeruit. & aqua negant
eum teneri vel cogi poſſe redire ad primum
molendinum, licet per longiſſimum tempus
non interruptum ad illud iuerit, ex ea ratio-
ne, quia iſtud ire fuit per modum facultatis,
quod & alibi idem Cyn. dixit in l. 2. C. quæ
ſit lon. conſuet. idem tenet Io. And. in c. Ioan-
nes de cler. coniug. Iaſ. in l. quominus. num.
29. de flum. Dec. in l. ſi cert. s annis. C. de pac.
num. 3. Rip. c. cum eccleſia Sutrina. num. 44.
de cau. poſ. & propri. Iac. de S. in tract. feud.
uer. & cum molendinis. num. 4. Gabr. com.
opi. li. 5. de præſcr. concl. 9. nu. 4. facit etiam
quod notat Innoc. in d. c. cum eccleſia Sutri-
na. de cau. poſ. & propr. & in c. bonæ. il 2. de
9 poſtul. prælato. ubi dicit, quod ſi aliquis † &
ſui anteceſſores hoſpitati ſunt in domo ſua
aliquem magnatem, non ob id, ſi nollet, te-
neretur in futurum hoſpitari, nec ex hac tan
ti temporis hoſpitalitate cauſaretur conſue-
tudo uel præſcriptio. quod Inno. dictum ſe-
quitur Abb. in c. quod translationem. col. 2.
de offi. dele. & in c. Abbate S. Siluani. de uer.
ſignifi. & conſ. 113. Balb. ubi ſup. uerſi. & ex
hoc infertur. Idem tenuerunt, Iaſ. conſi. 161.
num. 10. uol. 2. & in d. l. quominus. nu. 30. &
ibi Rip. nu. 132. & alibi Rip. in c. cum eccle-
ſia Sutrina. de cauſa poſ. & propr. ubi mul-
tas quæſtiones ad propoſitum adducit. &
Menoch. de præſum. lib. 1. præſump. 131. nu
mero 81. dico ego in not. meis manuſcri. in
verſi. Fundum alienum qui ingreditur. idem
dicas in furno, & alijs ſimilibus, quæ ſunt fa-
cultatis. Pro quibus omnibus vide Redoan.
de S. mon. par. 3. c. ult. num. 27. & ſeq. & de
furno vi. Cæpo. de ſeruit. urb. præd. capit. de
furno. q. 2.

Præmiſſa tamen intellige non habere lo-
cum, quando interueniſſet prohibitio, uideli
cet quod uolentes ire ad alium furnum uel
ad aliud molendinum, quàm quo prius ibãt,
10 fuiſſent prohibiti, † & prohibitioni acquie-
uiſſent per tempus ſufficiens ad præſcr. ben-
dum. eo enim caſu acquiritur ius prohibẽti,
vt poſſit in futurum cogere ad coquendum
in ſuo furno, & molendum in ſuo molendi-
no, ut dicit Abb. in ca. ſignificante. per illum
tex. de appel. in 1. not. ubi caſum iſtum in ter
minis ponit, & pro ſui dicti confirmatione
allegat Cy. in l. 2. C. quæ ſit lon. conſuet. qđ
& alibi idem Abb. concludit in c. fin. de re.
ſtit. ſpoliat. & in d. c. Abbate S. Siluani. col.
2. ubi per tex. illum iunc. glo. extendit hoc
11 dictum, etiã † ſi prohibitio facta fuiſſet ex-
traiudicialiter, & etiam ſi ei fuiſſet obtempe
ratum pro bono pacis. Abb. ſequuntur, Iaſ.
in d. l. quominus. col. 5. uerſ. ſi uero uolentes.
Balb. in d. trac. præſcrip. in 4. par. 5. par. prin.
quæſt. 5. col. 2. uerſ. hanc concluſionem limi
* ta. ubi dicit hanc eſſe communem opinionẽ,
Brun. in conſ. 56. col. 1. Boer. dec ſ. 125. col.
4. & idem tenuit conſulendo Iaſ. conſ. 161.
col. 3. uol. 2. Nat. conſ. 106. nu. 9. conſ. 107. in
prin. conſi. 227. num. 2. conſ. 325. col. 1. Rol.
conſi. 22. nu. 24. uol. 2. Oſaſ. deciſ. 17. num. 8.
Rimin. iun. conſ. 68. num. 23. Ratio huius re-
ſtrictionis ſic extenſæ eſt, quia in huiuſmodi
ſeruitutibus negatiuis, quales ſunt, ne panes
in alieno furno quàm in meo coquas, & ne
in alieno molendino quàm in meo molas,
12 & huiuſmodi, nõ acquiritur † poſſeſſio, niſi
uolens vti libertate ſibi de iure conceſſa fue-
rit prohibitus, & prohibitioni acquieuerit,
ut dicit Bal. in d. l. 1. col. 2. uerſ. Tertio oppo-
nitur. C. de ſeruit. & aqua. ſequitur Beltran.
conſi. 4. col. 1. uol. 2. & Rip. in terminis, in d.
c. cum eccleſia Sutrina. num. 50. & ita in ter-
minis poſita quæſtione decidit Cæpol. in
Tract. de ſeruit. urban. prædi. cap. 50. ubi tra-
ctat de furno. verſ. ſecunda quæſtio eſt. vbi
multa dicit, uide ipſum. & omnia prædicta
diligenter obſerua, quia ſæpe occurunt in
facto.

Quo ad ſecundum dubiũ in themate pro
poſitum, in quo quærebatur, quæ probatio-
nes in ſimilibus factis antiquis requirantur,
13 & breuiter dicas, quod in antiquis † ſuffi-
ciunt probationes faciliores & leuiores, &
ſufficit probatio per indicia vel coniecturas.
l. cenſus. cum ibi not. ff. de probat. l. qui ex li
teris ff. de bon. poſ. ſecun. tab. c. cum cauſam.
de probat. c. cum olim. de cenſi. & vtrobiq;
id not. Doct. & tradit Paul. Caſtren. in conſi.
164. incip. in præſenti cauſa, quæ vertitur,
col. 1. uol. 2. Anchar. conſ. 310. incip. tres do
mini. col. 2. uerſ. & iſtæ probationes. & conſ.
ult. in fine tertij dubij. ubi dicit, quod in anti-
14 quis ſufficit probatio coniecturalis, † licet ne-
* ceſſario nõ concludat. Et eſt communis cõ-

cluſio

cluſio, ſecundum Anchar.in d.conſi.310.d. uerſi.& iſtæ probationes.& in dic. conſ.ult. col.7.uerſ.Præterea cum a tempore dictæ ſecundæ inueſtitionis.Innoc.in c. veniens. de uer.ſign.& not.Bal.in l.cum aliquis.C..de iure deliber.& in authen. qu as actiones. C.de ſacroſ.eccleſ.in ult.quæſt. Nam ſolemnitati-
15 tibus † aſſertis in inſtrumento publico, quãdo res eſt de longinquo, eſt credendum, ut notat Azo de notario in ſumma,tit.C. de fi. inſtrum.uerſi.Porrò ut generaliter de fide inſtrumentorum ſciamus. & Specul. in tit. de fide inſtrum.§.reſtat. uerſi. ſed quid ſi habet. quod eſt ſub tit.de inſtrumen.edit. facit cap. omni cauſa.ext.de offi.deleg.Et quod in an-
16 tiquis ſufficiat † qualiſqualis probatio,affirmant Socin.ſen.conſ.166.col.4.in prin.li.2. Ruyn.conſ.92.num.9.lib.4.Deci.conſ.104. num.23.

Reſtringitur & limitatur iſtud dictum, vt verum ſit,cum nihil aliud obſtat,ut dicit Menoch.conſi.21.num.33.lib.1,uerum ſi quid antiquitati obſtat,nõ ſufficit huiuſmodi qualiſqualis probatio,ut puta, ut non procedat
17 contra iuſtum poſſeſſorem, † nam probatio præſumptiua, & coniecturalis, prout eſt ea quæ fit ex antiquitate, non admittitur contra uerum,& iuſtum poſſeſſorem, vt ait Soc. ſen.conſi.194.col.fin.uolum.2.& ita tenent
* Innoc.Abb.& Doct.communiter in ca.cum cauſam.de probat.ubi Deci. colu. 2. verſ. in glo. prima.

Crauet.in d. tracta.de antiq.temp. par.1. ſectione, viſo de fama in antiquis. uerſi. planè aduertendum eſt circa iſtam limitationẽ, præmiſſam reſtrictionem ex duplici capite impugnat, & etiam alijs modis dictum limitat,ut ibi per eum,qui ad longum ponit, cõmuniter habetur,uideatis per vos.

Dum autem ſupra num.15.tetigi, probationem præſumi ex antiquitate, aduertendũ
18 eſt cõtrouerſum eſſe inter Doctores,an † ſolemnitas temporis diuturnitate præſumeretur. in quo articulo negatiuam tenuerunt, Bal.in l.2.C.de legi.hære.Cardin. & Abb.in c.Albericus.de teſti.& in cap.ea noſcitur.de his quæ fiunt a prælat.Salyc.in l. filiusfamilias.C.de petit.hæred.Socin.conſi. 29.uol.j. Iaſ.conſi.40.uol.4.Affirmatiuam poſuit Ho-
* ſtien.in d.c.Alberi. & hanc eſſe communem teſtantur,Deci.& alij in l. 1.C. qui admi.Iaſ. poſt alios in l.ſciendum.de uerb. obl. Corn. conſi.284.uolum.4.Rip.lib.2.reſponſ.c. 22. Bal.conſi.511.incip.quidam prælatus.colu.
19 2.uol.2.ubi conſuluit,alienationem † bonorum eccleſiæ præſumi ſolemniter factam ob temporis diuturnitatem, & quaſi poſſeſſionem., quod & in alienatione bonorum minoris reſpondit Corn.conſi. 109. in fi.lib.3. Alex.conſi.219.nume.26. uerſi. non obſtat etiam.lib.6.in quo reſponſo defendit ob tẽporis diuturnitatem, & quaſi poſſeſſionem ſolenniter factam fuiſſe unionem quandam eccleſiarum, & fidem eſſe adhibendam uerbis enuntiatiuis, & narratiuis illius ſolemnitatis, refert & ſequitur Menoch. conſi. 90. nu.30.& 44. lib. 1.

Declara tamen hanc affirmatiuam communem non habere locum, quãdo clare cõ
20 ſtat ipſam ſolemnitatem deficere, † ita ſcribit Socin.ſen.conſi.2.col.1.num.7.uerſi.Minuſque obſtat.lib.3.Iaſ.in d.l.1.num. 15.uer. quinto limitat.C.qui admi. conſi. 176.colu. ult.uerſic.quarto & ultimo.lib.2.conſi. 148. col.ult.lib.4.Cur.iun.conſi.130.nu.4. Crau. conſi. 134.num.44.Ruin.conſi.41.num.18. conſi.68.num.14.& conſi.69.nume.9.uerſi. ſecundo non obſtat.lib.1. Socin. iun. conſi. 56.num.22.lib.2.Rolan. conſi.2.num.128. & ſeq.conſi.99.num.24.& conſi.191.num. 44.lib.1.Menoch.conſi.1.nu.203.lib.1.

Declara vlterius dictum procedere, quando cum diuturnitate tẽporis interuenit ſciẽtia, & patientia illius qui conſentire debe-
21 bat,† vt & ſup.dixi num.8.ita declarat Alex. conſi.218.vol.6.conſi.17.col.fina.conſi.vlt. col.4.uerſ.præterea.uol.4.conſi.94.vol.7. & fuit dictum Bal.in l.2.C.de legit.hæred. quẽ ſequuntur Doct.in d.l.1.C.qui admit. & Iaſ. in conſi.176.uol.2.Barb.conſi.35. uol. 2.

Declara etiam dictum non habere locũ, quando euidentia facti eſt in cõtrarium, eo
22 enim † caſu non ſtatur præſumptioni quæ ex antiquitate temporis reſultat.ut puta quã do ex inſpectione inueſtituræ apparet non interueniſſe conſenſum directi domini, & ea eſt ratio,quia tunc ſumus in certis, in quibus non habent locum coniecturæ. l. continuus.ff.de verb.obliga.cum ſimil.nulla enim
23 probatio † maior eſt, quàm ea quæ ex facti euidentia reſultat.l. emptorem. ff de action. emp.facit dictum Pauli de Caſt. in conſi.50. incip.in cauſa.col.3. quod ſcilicet ex diuturnitate temporis non præſumitur citatio, quã

ex

ex inſpectione actorum poteſt depræhendi eius defectus.referunt,& ſequuntur Alexan. conſi.1.vol.4.Iaſ.in d.l.1.C.qui admi.in conſilio 148.uol.4.& conſi.176.uol.2.iſta enim
24 præſumptio,† quæ reſultat ex antiquitate tēporis,non eſt iuris & de iure, ſed eſt iuris tātum,ideo contra ipſam admittitur probatio per inſpectionem actorum & ſcripturarum. ita Butr.Abb.& alij in cap.quoniam contra. de probat. in quam ſententiam alia propè infinita adduci poſſent, quæ breuitatis cauſa omitto.Vide Deci.conſi.375.col.1.& Goz. conſ.73.num.29.& ad prædicta,præſertim num.5.6.& 7.vide Rolan.conſi.53.num.25. & ſequen.volum.2.& Hiero. Gabriel. conſi. 36.præcipue.num.52. ubi multa ad articulū propoſitum facientia ponit, præſertim nu. 52.ubi diſcurrit quantum temporis ſpatium requiratur adhoc, vt præſumptio reſultans ex temporis antiquitate debeat in conſideratione haberi,qui nō habet,emat & uideat.

Ex præmiſſis ſequitur tertium, quod in dubijs poſitum eſt,an ſcilicet in antiquis fa-
25 ma † plene probet?In hoc fuerunt opiniones: affirmatiuam enim tenuit Innoc.in cap. ueniens.de uerbor.ſignifi. & Bald. in l.proprietatis.in fine. C. de probat. ſequitur Alexand.conſi.4.col.5.uerſ. poteſt alius modus ſeruari.uol.2.conſi.15.col. 1.conſi.24.colu. fina.uol.5.& conſi.101.in quarto dubio.uolumine ſeptimo.Aret.conſi.15. colu.4. Calcan.conſi.11.col.5.in prin. Corn. conſi.48. col.2.poſt med.uol.4.Deci.in cap.cum cauſam,in 2.not.de probat.in cap.primo,col.3. in fine.de appell.& in conſi.42.col.2. conſi. 126.col.2.conſi.146.col.5.conſi. 174.colu. 2.Iaſ.in repet.l.admonendi.col.87.uerſi. Limita tamen ſingulariter.de iureiur. & in l.cū aliquis.col.fina. uerſi. confirmo & tertio.C. de iure deliberan.& conſi. 128. col.2.uol. 1. glo.in l.atqui natura.§.cum me abſente.ff.de negot.geſt. quam ibi Ang. dicit ſingularem ad hoc,& ita ſe obtinuiſſe,& idem Ang.in l. Titius.ff.quib.mod.pig.uel hypot. ſoluit. & in l.quidam in ſuo.ff.de conditio.inſtit.& ibi quoque Nicol. de Neap. qui dicit eſſe aliam ſimilem gloſſam in l. litib.C.de agri.& cenſ.
26 lib. 11.& eam inducere † præſumptionem iuris,dicit Bal.in c.1.§.Vaſſallus.ad fi.tit.ſi de feu.fuer.controuer.inter domin.& agnāt.& conſi.89.inci.Dominus Thomaſ.col.2.verſ. Tertiò præmittēdum. dicit eam habere vim notorij.refert & ſequitur Tiraq. in conſuet. Pictauen.tit.de præſcrip.§.1.& in præfat. ad lib.de iure primigen. nume. 107. & ita poſt Abb.in d.c. cum cauſam. concludit Hieron. de Mon.in tract.de fin.regun. c.53. in fi.Gabriel.de præſcrip.concl.1.nu.77.

Et licet Corne. in conſi.304. col. 5.uerſi. His tamen non obſtantibus.uolum.3.teneat
27 quod ſola fama † non plene probet in antiquis,niſi concurrant alia adminicula, & niſi in ijs quæ ſunt notoria, & pro notorijs habentur,de antiquo,ita quod communis omnium opinio ita habeat ſine aliqua contradictione, uel quādo apparet de aliqua emptione facta per eum de cuius dominij antiqui probatione agitur. & idem ſenſerit Bald. in capit.ueritatis.columna ſecunda,uerſi.quærit Bartol.an fama.de dolo & contum. & in capit.ueniens.il ſecondo,col.2.uerſi.quærit gloſ.& ibi Abb.columna ſecunda, uerſiculo quæro nunquid.Felyn.colum.6.uerſi.quinta concluſio.& Deci.columna quinta, uerſi. Tertia concluſio.uer.ultimo debet. ubi alios allegat. de teſti. & alibi idem Bald. in capit. ſuborta.circa med.de re iudic.ubi dicit, nudam famam non poni inter genera probationis.& alibi in l.diffamari.columna prima verſi.item nota, quod.C. de ingenu. manumiſ.& in l.proprietatis.uerſic. item fama.C. de probat. Deci. poſt multos quos citat, in conſilio trigeſimo ſeptimo, colum. 3.uerſi. Tertio principaliter.

* Tamen contraria opinio eſt communis,
28 quod ſcilicet in antiquis fama plene † probet. ut dicit Deci. in dicto capitulo primo, columna quarta,de appella.uerſi.ſed in contrarium eſt communis opinio. poſt Imo. in dicto capit.cum cauſam.de probat.numero tertio.ubi ex illo tex.dicit:nota etiam,quod fama uidetur plene probare in factis antiquis.de quo in dicto c.ueniens.il 1.& de uerbor.ſignifi.in capit.quid per nouale. & Alexand.in d. l. cum aliquis.C. de iure deliber. ubi dicit quod ita communiter tenetur, & in conſilio 207.incip.uiſo ſummario. colu. penul.uolum.ſecundo.Vnde Barbat.in cap. ex literis. in fine. de probationib. in anti-
29 quiſſimis † dominium uillarum, & aliarum rerum vult per famam probari, per gloſ. in dicto capitu. veniens. il primo, in ver. illorum.de teſti. & idem voluit Socin. in conſilio 86.numero ſecundo,volum.primo,& in

conſi.187.num.5.volum. 1. per not. in l. ſi
arbiter.ff.de probat. & in l. 2.§.item Labeo.
ff.de aqua plu. arcen. per gloſ.in capit.cum
olim.in ver.inſtrumentis.de cenſ.& per Bal.
in l.cum quis. C. de iure deliberan. & idem
videtur tenere Caſſad.deciſ.2.de probatio.
numero ſecũdo, quæ deciſio eſt tota in hac
materia.ratio huius dicti eſt, quia huiuſmo-
30 di factorum † antiquorum vera, directa, &
concludens probatio haberi non poteſt
propter difficultatem,ut per gloſ. in l.at qui
natura.§.cum me abſente. ff. de negot.geſt.
& ibi Angel. Socin. conſi. 205.&266. ubi
ex ſuprad.ratione dicit quod facta antiqua
probantur per famam.ſequitur Rolan.con-
ſilio tertio,par.1.Menoch.conſi. 21. nume.
16.& 31.par.1. & alij quos in hanc ſenten-
tiam referre longum eſſet.

Declaratur tamen horum ſententia pro-
31 cedere quando non extat † memoria in cõ-
trarium.ita declarat Barbat.conſi.17.incip.
a Ioue.uol.3.ubi plene habes,quid operetur
fama, & an in antiquis probationem indu-
cat.ſequitur Deci.in conſi.42. in quarto du
bio,& in 5.num.8. & in dicto cap. veniens.
il primo, num.11.de teſti,& in cap. dilecti.
columna quarta ; in fine. uerſi. ſeptimus ca-
ſus.de appella.poſt Bald.in auth. quas actio
nes.C.de ſacroſan.eccleſ.in l. in bonæ fidei.
columna fina.C.de rebus cred. in l.cum ſu-
per.C. de rei vendicat. ubi infert ad proba-
tionem antiquiſſimi iuris patronatus, de
quo etiam per Caſſad. dicta deciſi. ſecunda.
32 ubi dicit,quod per famam † probatur titu-
lus iuris patronatus , ut late per Boer. deciſ.
42.nume.32.parte prima, & Bald.refert,&
ſequitur Rolan.conſilio 3.num.6.uolum.1.
ſupra cit. & dictum in declaratione tenent,
Corn.conſilio 35.incip.Circa primum. nu.
22.uolum.1.& conſi.304.num.5. uolum.3.
Aret.conſilio 42.nume. 1. Roman.conſilio
324.numero quinto,Socin.conſilio 89.nu-
mero quinto,conſilio 86.num.2.uolum.1.
conſilio 166.nume.12.& 28.& conſi.187.
numero 18.uolum.2.Cæpol.conſi.ciui.38.
numero decimo,Curt.ſen.conſi.70.nume-
ro 16.Bertran.conſi.260.numero ſeptimo,
uolum.4.Ruin.conſi.103. num. 16. uolum.
primo,conſi.44.num.15.& 17.conſi.92.nu
mero 3.conſi.151.num.2.& conſi. 173.nu.
2.uol.4.Pariſ.conſi.27.nu.19.conſi.104.nu
mero uigeſimo,uolumine primo,& conſ.4.
num.8.uolum.4.Iaſ.conſi.114.num.5. volu
mine primo,conſilio 65. num. 1. uolum.3.
Grat.reſpon.18.num.4.uol.1.Crauc.conſi.
54.num.10.uol.primo,qui omnes conclu-
dunt,famam in antiquis hominum memo-
riam excedentibus plene probare, ut puta
ſi centum annorum metam excederet, vt
uoluit Socin.reg.144. incip. fama.numero
ſeptimo,& habetur in deciſ.Tholoſ.389.in
addit.incip.Hanc concluſionem.

Ampliatur concluſio procedere etiam
in dominio de antiquo, quod ſola fama
33 † probatur, ſecundum Angel.in l. atqui na-
tura.§.cum me abſente.ff.de nego.geſt. Vbi
dicit,quod ad probandum,quod aliqua do
mus fuerit alicuius mortui iam centum an-
nis,ſufficit quod de fama probetur. & dicit
ſe ita obtinuiſſe in ardua quæſtione Paduæ.
& idem Angel.in l.Titius.ff.quibus mod.pi-
gn. uel hypot. ſoluit.& in l. quidam in ſuo.
ff.de condit.inſtit.& Bald.in l. proprietatis.
in fine.C.de probat.& in l.conuenticula.co
lumna pen.C.de epiſco.& cleri.dicit, quod
hoc modo eccleſia probat dominium in
ſuis ciuitatibus. ad quod facit quod ſcribit
Roman.in l.3.§.item Labeo. ff. de aqua plu.
34 arcen.ubi dicit, quod Papa † poteſt com-
muni fama probare ſe eſſe dominum ciuita
tum eccleſiæ,licet illud non probet alijs in-
ſtrumentis,ex ea iam dicta ratione,quia fa-
ma in factis antiquis,quæ excedunt homi-
num memoriam,facit plenam probationẽ,
ut late per Felyn.in d.c.ueniens,il. 1.de teſti.
uerſi.4.concluſio.

Quid autem ſit in dominio antiquo de
præterito annorum quadraginta, quod eſt
quartum dubium in themate poſitum. &
35 dicas quod ſola † fama probatur, ut dicit
Anto.de Butr.in dicto capit.veniens. Con-
tra quem tamen eſt communis opinio, ſci-
licet, quod tale dominium ſola fama non
probatur,ut dicit Aret. in dicto cap. veniẽs.
colum.fina.Bald.& Salyc.in l. proprietatis.
C.de probat.& teſtatur communem Deci.
in cap.primo,de appellat.colum.5.uerſ.ſed
in contrarium eſt communis opinio. & ſe-
quitur Ripa in l. rem quæ nobis. columna
fina.ff.de acquiren.poſſeſ. & hæc pro indu-
bitata ponitur.

36 Sed dubium eſt,an ex ea inferaſ † proba
tio dñij de pſenti:puta,uolo probare ꝙ ſum
dñs unius domus, nihil ꝓbo de poſſeſſione
mea,

mea,quod ſcilicet poſſiderim per tp̃s ſuffi-
ciens ad præſcribendum,ſaltem iuncto tem-
pore actorum meorum per famam in anti-
quis,an iſta probatio ſufficiat? & Abb.in d.
c.veniens.il 1.& in c.licet ex quadam. de te-
ſti.tenet quod nõ.Dicit enim ibi Abb. quod
ſi probo quod iam ſunt mille anni quod do
mus tua fuit eccleſię conſecrata, hoc non
ſufficit ad domum tibi auferendam, niſi pro
betur ius eccleſiæ de præſenti,ſequitur Cor.
in conſi.35.col.pen.uolu.1.conſi.19.col.2.
circa medium.uerſi nec obſtat.uolu.3.& la-
tius conſi.24.col.11.& conſi.130.col.2.uol.
quarto.Motus ea ratione, quia † duo ſpecia
37 lia non debent concurrere ad idem.l.1.C.
de dot.promiſ.Oldr.conſi.79.incip. quod
duo ſpecialia. ad tradita in l. ſingularia. ff. ſi
cert.pet.ut per Cæphal.conſilio 245.nume
ro 42.uolumine 2.ſed hic concurrerent duo
ſpecialia,ergo fama non debet probare. mi
nor probatur. Primum enim ſpeciale con-
curreret,quia fama, quæ † regulariter non
38 probat,ſed alias probationes coadiuuat.l.3.
§.eiuſdem.de teſti.Bartol.in l.teſtium.§.eius
quoque.eo.ti. Hier.de Mon.quæſt.18.num.
41.Gabriel.conſi.48.num.1.probaret domi
nium de præterito.Secundum ſpeciale eſſet,
quod ex probatione de præterito inferretur
probatio de præſenti, quod etiam eſt ſpecia
le,quia talis probatio non concludit per ne-
39 ceſſe † prout concludere debet.l. neque na-
tales.C.de probat.c.in præſentia. ext. eo.tit.
l.ad probationem.la 2.eod.tit.& ibi Bald. in
uerſ.ex quo nota.& Deci.483.nu.23.

Contrariam ſententiã in hoc tenet Aret.
in d.cap.veniens.il 1.col.pen. de teſti. quod
40 ſcilicet † ex fama inferatur probatio domi-
nij de præſenti, quam opinionem dicit cõ-
munem Deci.in d.c.1.col.4.de appella.& la
tius conſ.409. incip. viſo conſilio. & Aret.
vbi ſup.reſpondet rationibus quę in contra-
rium adducuntur. uide ipſum. Circa hanc
controuerſiam pro concordia opinionum,
Ripa in d.l. rem quæ nobis. ff. de acquiren.
poſſeſ.colum.fina.diſtinguit duos caſus.qui-
bus conatur ſaluare Abbatem, & commu-
nem opinionem,ut ibi per eum,quem impu
gnat Craue.in dicto Tract. de antiq. tempo.
ſect.viſo in hac prima parte,in fine.in 1.par.
ut per eum.

Et ut illuc redeam unde diuerti, Amplia
concluſionem poſitam numero vigeſimo-
41 ſexto, habere locum † in probando etiam
aliquid notorium de antiquo, vt ſcilicet ſo-
la fama ſufficiat.ita dicit Anton. de Butr. in
cap. primo,de fide inſtrum. ſequitur. Aret.
conſ.37.incip. ſequendo ordinem.col.2.
Et nedum in prædicto caſu,ſed etiam in pro
bando aliquid de longinquo.Glo.Cyn.Bar
tol.& alij in l.ſi quidem. C. ſolu. matrimon.
ubi gloſ. in uer. functa. dicit, ſolam famam
42 † ſufficere ad probandum aliquem mortuũ
eſſe in longinquis apud hoſtes:& nedum ſuf
ficere,ſed nec etiam aliter probari poſſe aſſe
uerat,dum ait,ſi ergo ſint aliqui qui teſtificẽ
tur,quod ſic ſe habet publica fama in ciuita-
te ſua,quod ipſa ſit mortua,ſufficit,nam alias
qualiter probaretur,vt ibi per eum,quaſi di-
cat,nam aliàs eſſet impoſſibile probare. imò
ut dicit Bald.in conſilio 73.incip.Dominus
43 Thomas.uolu.3. Fama † antiqua notorium
facit,ut conſuluit Barbat.conſ.6.incip. ſapiẽ
ter ſcribitur.Roman. conſi.424. incip.circa
propoſitum thema.in fine.& late proſequi-
tur Deci.in dicto cap.dilecti.columna quin-
ta,& conſi.13.incip.diligenter conſideratis.
in 2. & 5.colu.ad fin. cum ſequen. & Socin.
ſen.conſ.89.col.2. ubi atteſtatur de commu
ni opinione.

44 Aduerte tamen, quod licèt mors † alicu-
ius per famam probari poſſit, ut dictum eſt
ſupra, quando mortuus aſſeritur in longin-
quis,ut dicunt, Bald.in cap.1.§.ſi uero, ut li.
non conteſt. Alexand. conſilio quarto, co-
lumna quarta,in princ.libro ſecundo,conſi-
lio 172.colu.2.lib.6.conſ.27.colu.1.lib.7.&
rationem facit regula communis, quæ ha-
bet, Quod ubi a communiter accidentibus
45 probatio difficilis eſt, fama † ſola plenam
facit probationem,Anton.de Butr. in dicto
capit.veniens.il primo,columna ſecunda, in
fine.de teſti.& in capit.tranſmiſſe.colu.2.qui
fil.ſint legit. Alexand. conſilio 66. in fine. li-
bro tertio,Aret.conſ.37.colu.1.& 2.Tamen
duo concurrere debent, Primum, quod te-
ſtes deponentes de fama ſint omni exceptio
ne maiores, ut poſt Iaſ.& Deci. quos citat,
dicit Craue. conſilio 249. numero decimo-
quarto. Secundum, quod hoc audierint a fi-
de dignis, ut dicit Crauet.ubi ſupra, verſic.
46 item in caſibus.& hæc fuit ratio,quia † fama
originem trahere debet a fide dignis. capit.
qualiter & quando.il 2. de accuſat.Bart.in l.
de minore.§.plurium.ff.de quæſtion. nume-

ro decimoquinto, Aret.conſ.73. nu. 13. Pariſ.conſ.153.num, 12.lib.4.Curt. iun. conſilio 122.num. nono, circa med. Et vtraque qualitas, quod ſcilicet teſtes deponentes ſint omni exceptione maiores, & quod hi a quibus fama originem traxit fuerint fide digni, debet deduci, & probari, vt dicit Crauet. dicto conſi.249.num. 14.uerſi.item in caſibus. ſequitur Menoch.conſilio 60.num.21.libro primo, & ante eum ita conſulendo dixit Deci. conſi.575.incip.in caſu in quo.num. 7.& ſucceſſiue, ad quod caſu eueniente recurras, quia inuenies quomodo mortuum aliquem in longinquis probetur.

Circa ultimum dubium, quo quærebatur quid operetur temporis antiquitas. multa ſupra dixi quæ oſtendunt effectum antiquitatis, ideo paucis perſtringam breuitati conſu-

47 lendo. Vnus igitur effectus eſt, quia † tale tempus habet vim conceſſionis, & priuilegij, & operatur vt præſumatur iuſtus titulus, ita vt in contrarium non admittatur probatio, ca. primo, vbi gl. & Doct. de præſcrip. in ſexto. Abb.& alij in cap.peruenit.de cenſi. Abb.& Felyn.in cap.ſi diligenti.de præſcr.Cur. iun. conſi.90.numero ſecundo. Socin. iun.conſ. 76.poſt num.94.uolum.primo, Pariſ. conſi. 27.incip.in præſenti.num.33. uolu.1. Mandoſ.ſeni. ad Lap.alleg. 37. in litera F. in uer. non extet memoria.

48 Alius eſt effectus, quia iura † habentia cauſam diſcontinuam tali tempore præſcribuntur, ut ſunt ſeruitutes, & ſimiles cauſæ.l. ſeruitutes.la prima.ff.de ſeruit.tit.gener.l. hoc iure.§. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſti. l. prima.ff.de aqua pluu.arcen.Curt.iun. dicto conſilio 90. numero nono, ut etiam eſt ius collectandi forenſes, in quo ex dicto tempore inducitur conſuetudo, ut per Alexan. conſilio 52.libro quinto, conſilio 78.circa finē. libro ſexto, Aretin.conſi. 132.incip.in cauſa quæ vertitur.columna tertia, uerſic.ſecundo reſpondeo.Deci.conſilio 285.circa finē. Alexand.alibi.conſilio 68.uolum.ſecundo, Cor. conſilio 268.colum.ſexta, libro quarto. Crauet. de antiq.temp.par.4.§. Materia iſta. nu. 31.cum ſeq.

Vlterius, quando probatio eſt impoſſibi-

49 lis † propter temporis longinquitatem omnia ſolemnia interueniſſe præſumuntur, & ratio eſt, quia impoſſibilitati probationis parcitur.cap.fina.de pact.ca.faciat.22. quæſtio. ſecunda, & per regul. ut res potius valeat quàm pereat.capit.Abbate.§.contra.de uerbor.ſignificat.idem notat Alexa.in conſilio 48.num.6.conſi.50.num.5.Cæpol.conſilio ciui.38.num.nono, Roman.conſi. 275. numero tertio, & Gozad. conſilio 83. num. 20.dicūt iſtam eſſe communem opinionem, quam etiam ſequitur Bertran. conſilio 194. numero quinto, uolum.ſecundo, Dec. con-

50 ſilio 272.numero tertio. Quæ † præſumptio ſemiplenam probationem ſaltem facit. ita Aret.conſilio 15.num.3. uerſi.& iſtud indubitanter. Glo.in l.ſi duo patroni.in prin.ff.de iureiuran.Deci.conſi.272.num. 3. Curt.ſen. conſi.73.columna tertia, uerſi.Tertiò reſpōdemus. Crauc. conſilio 258. numero decimoſexto, in fine. Quæ præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium.l. generaliter. §. ſi petitum. in fine. ff. de fideicommiſ. libert.Deci.dicto conſilio 272.numero tertio, uer.ſed quo ad.quem ſequitur Menoch. conſi.1.num.206.par.1.

Sequuntur alij, & multiplices effectus. nā

51 licèt pro actis † non præſumatur.cap.quoniam contra.de probat.tamen in ſententia antiqua præſumuntur omnia acta interueniſſe.ita Bald.in l.emancipatione.uerſ. Vlterius quæro.C.de fide inſtrum.ſequitur Iaſ.in in l.admonendi.num. 200.ff.de iureiuran.& Deci. conſ.375. columna prima, vbi dicit, quod ex antiquitate temporis præſumuntur omnia interueniſſe, quæ neceſſaria erant ad validitatem laudi, & compromiſſi. & in conſilio 558.columna tertia, & Gozad.conſilio 73.numero 29.& Alexand. conſilio 113. columna fina.uolum.4.dicit, quod ex diuturno tempore præſumitur dominus conſenſiſſe, quod emphyteuta ius ſuum alienet. ſequitur Gozad.conſilio decimoquinto, numero 11 Deci.conſil. 409.colum. prima, & ſcribunt Cardin.& Moder.in capit.requiſiſti.de teſti.

52 quod ex antiquitate † temporis præſumitur authoritas ſuperioris interueniſſe. ſequitur Gozad.dicto conſilio 11.nume.12. concurrente maxime longa poſſeſſione, & patientia diuturna illius, cuius conſenſus requirebatur, ut per Alex.conſi.12.incip.viſo proceſſu.uol.4.num.7.non enim eſſet neceſſariū probare ſcientiam alicuius in curſu tāti tpis cuius memoria in contrariū non exiſtit, ſcribit Alc. cōſ.6.nu.8. & conſ.218.uol.6. Hinc dixit Goz.d.cōſ.ubi ſup.& in cōſ.41.nu.5. ꝙ in

in teſtamẽto Cardinalis cõdito de antiquo
53 † præſumitur Papæ authoritas interueniſſe, & eius licentia, ex dictis per Areti. conſi. 36. col. 1. per not. per Butri. in ca. ea noſcitur. de ijs quæ fiunt a præla. & in cap. peruenit. poſt glo. de empt. & uendit. ſequuntur Hiero. de Mon. in d. tract. de fin. allega. c. 105. num. 13. Rolan. conſi. 99. nu. 28. uult enim idem Gozad. conſ. 75. nu. 20. quod concurrente ſciẽtia & patientia longa in actibus præiudicialibus præſumatur conſenſus, ex not. per Bartol. Alex. Iaſ. & Deci. in l. ſi certis annis. C. de pact. quos refert Grat. reſponſo. 9. num. 15. uol. 2. & reſp. 121. num. 6. & 7. eo. uol. ubi dicit, ex temporis longinquitate præſumendũ
54 eſſe propinquorum conſenſum † in contractibus mulierum requiſitum interueniſſe. Faciunt ad idem, notata per Cut. ſen. in conſ. 81. num. 7. quod ſcilicet in antiquis præſumatur interueniſſe bona fides, nullo etiam apparente titulo. pro quibus uide notata per Ruin. conſ. 63. num. 6. conſ. 26. num. 3. & cõſilio 222. num. 6. uolum. 1. & Socin. iun. cõſ. 22. num. 26. uolum. 1. Facit etiam, quia licet
55 † regulariter ſolemnitas extrinſeca nõ præſumatur, ut dicit Gozad. d. conſ. 72. num. 20. tamen ex longiſſimo temporis curſu omnia ſolemnia interueniſſe præſumuntur, ut dixit Calc. cõſ. 90. incip. quia iſta quæſt. nu. 4. & conſ. 16. incip. Viſis allegationibus. num. 1. per tex. in l. qui in aliena. & ibi Angel. Alex. & alij Doct. ff. de acquiren. hære. in l. ſi filius, C. de petit. hæred. in l. cum de in rem uerſo. ff. de uſur. in l. 1. C. qui admit. Bertran. conſi. 194. num. 5. par. 2. Boer. deciſ. 281. num. 15. parte ſecunda. Menoch. conſ. 147. num. 8. par. 2. Vnde dixit Alexan. conſi. 79. in 2. du-
56 bio. uol. 1. quod ſolemnitas conſenſus † capituli, tractatus, & alię ſolemnitates requiſitæ in alienatione rerum eccleſiæ propter diuturnitatem temporis præſumuntur interueniſſe; Deci. ſequitur conſ. 36. colum. penul. in prin. conſ. 409. col. 1. Gozad. d. conſi. 11. numero 32. & d. conſ. 73. nume. 29. & idem replicat Alexan. conſ. 219. num. 25. uerſi. præterea. uol. 6. ubi dicit, quod conſenſus capituli præſumitur ex diuturnitate temporis, eſto quod in unione de eo non appareret, quia interuenire potuit poſt unionem factam ab Epiſcopo. refert & ſequitur Menoch. conſ. 90. num. 29. & 44. par. 1. & Roland. conſ. 99. num. 24. par. 2.

Reſtinguntur tamen omnia prædicta nõ habere locum, quando clare conſtat ſolem-
57 nitatem deficere, nam tunc † temporis diuturnitas non coadiuuat ut præſumatur. ita Socin. ſen. conſ. 1. col. 1. num. 8. uer. Minuſq; obſtat. lib. 3. Iaſ. in d. l. 1. nu. 15. uerſi. quinto limitat. C. qui adm. conſ. 176. colu. ulti. uerſi. quarto, & ulti. lib. 2. conſ. 148. colu. ult. lib. 4. Curt. iun. conſ. 130. nu. 4. Ruin. conſ. 41. nu. 18. conſ. 68. nu. 14. conſ. 69. nu. 9. uerſ. ſecundo non obſtat. li. 1. Crauet. conſ. 134. nu. 44. Socin. iun. conſ. 56. nu. 22. lib. 2. Rol. conſ. 2. num. 128. & 130. Menoch. conſ. 1. nu. 203. par. 1. Clare autem id dicitur conſtare, quan-
58 do ex inſtrumento appareret, † quia tunc ſolemnia non præſumuntur interueniſſe, ita Paul. de Caſt. conſ. 81. incip. in cauſa. nu. 7. vol. 2. Socin. ſen. conſ. 46. nume. 37. lib. 4. Iaſ. conſ. 115. num. 5. uol. 4. Dec. conſ. 13. col. 1. Gozad. d. conſ. 72. num. 9. Afflic. deciſ. 107. num. 5. Crauet. de antiq. temp. Sect. 1. nu. 5. par. 3. omnia enim ſupradicta locum habẽt in caſu dubio, ut dicit Craue. d. tracta. par. 3. ſecti. venio nũc. nu. 15. & conſ. 134. num. 4. uol. 1. ſupracit. refert Hiero. de mon. d. tract. de fini. c. 106. nu. 6. & hæc ſufficiant, quia materia iret in infinitum contra intentionem meam, ſed caſu eueniente, uideas Doct. citatos, & alios qui tam in Lecturis quàm in conſilijs præmiſſa, & alia multa pertractarunt.

QVAESTIO XLIII.

Quis teneatur dotare mulierem, auus ſcilicet, an pater.

SVMMARIVM.

1 *Auus tenetur dotare neptem, non pater. contra num. 6. & 9.*
2 *Auus paternus habet omnes deſcendentes in poteſtate.*
3 *Dos profectitia, mortua muliere, reuertitur ad eum qui dedit.*
4 *Exceptio arguit ius commune in contrarium.*
5 *Auus quo caſu teneatur de in rem uerſo.*
6 *Dotandi onus unde naſcatur.*
7 *Alimenta debentur ratione ſanguinis, non patria ptãtis*
8 *Dos, & alimenta æquiparantur.*
10 *Dos data ab auo, intelligitur contemplatione filij.*
11 *Cauſa proxima, & immediata attendenda eſt, nõ mediata*
12 *Filius de iure Digeſtorum patri omnia acquirebat.*
13 *Factum nomine meo, a me quodam modo factum dicitur*
14 *Lex, cognouimus. §. ſed ne videamur. C. de hær. declaratur*
15 *Lex, qui liberos. de ritu nupt. declaratur.*

16 *Filia poteſt cogere patrem ut ipſam dotet, amplia vt nu. 17.18. reſtringe ut nu. 19. & 20*
21 *Lex, & ideo, de in rem uerſo, declaratur.*
22 *Filiusfamilias regulariter pro omni contractu obligatur.*
23 *Auus quo caſu neptem dotare teneatur.*
24 *Pater quod filiam, dotare teneatur, non auus.*
25 *Auus neptem dotans, quo caſu dotare teneatur.*
26 *Auus dotans neptem, in dubio filij intuitu dotare exiſtimatur.*

QVAERO quadrageſimo-tertio: Mulier habet patrē, & auum paternum, ſcilicet patrē patris, ſit nubilis, vult dotari, quæritur quis teneatur ipſi dotem dare, auus, an pater. in qua quæſtione Bar. communiter receptus in l. 1. ff. ſolu. matrimon. concludit,
1 quod auus † tenetur principaliter. quæ ſententia pluribus fundatur argumentis.

2 Primò facit, nā auus paternus habet † omnes deſcendentes in poteſtate, ut ff. de ijs qui ſunt ſui uel alie. iur. l. nam ciuium. in fine. ibi, item qui ex filio meo, & vxore eius, id eſt, nepos meus, & neptis æque in mea ſunt poteſtate, & Inſtitu. de patr. poteſt. §. qui igitur. ibi, item qui ex filio tuo, & vxore eius naſcitur, id eſt nepos tuus, & neptis, æque in tua ſunt poteſtate. Bal. in l. 4. C. ad Maced. Firm. in repert. uer. Auus. uerſi. 24. ergo neptem dotare tenetur, cum ſit quod onus dotandi dependeat a poteſtate. l. qui liberos. ff. de ritu nuptiar.

Secundò facit tex. in l. auus. ff. de iure doti. ubi caſus. Auus habens filium in poteſtate, & neptem ex filio; dat eam in coniugem cum dote Titio, & moritur ipſe auus, quo defuncto concurrunt ad dotem pater filiæ, & hæredes vxoris, quæritur modò ad quem ipſa dos deueniat, & an ad patrem reuertatur? Reſpondet Labeo ex mente Seruij, dotem ad patrem non reuerti, quia ab eo non videtur profecta, cum nihil ex bonis ſuis habuerit;
3 nam dos profectitia † mortua muliere reuertitur ad eum qui eam dedit. l. dos à patre. C. ſolu. matrimon. l. ſi ab hoſtibus. in prin. ff. eod. Alexand. conſi. 150. col. 1. uerſi. præterea. uol. 2. relatus a Rola. de lucro dot. q. 1. num. 6. & ſic videtur, auum, non patrem teneri ipſam dotare, cum mortua filia ad patrem non reuertatur. l. certum. C. famil. ercīſcun. Roland. conſi. 46. in fi. lib. 4.

Tertiò facit, exceptio † arguit ius commune in contrarium. l. nam quod liquide. ff. de teſtam. mil. ſcribunt omnes in l. 1. de reg. iur. & ibi Deci. num. 22. Menoch. conſ. 112. numero quinquageſimo quarto, conſilio 122. numero trigeſimotertio, conſi. 197. nu. 53. conſi. 200. num. 106. par. 2. Modo ſic. lex cognouimus. §. ſed ne uideamur. C. de hæretic. quæ ſtatuit auum teneri ad dotandas neptes ex filio, excipit caſum filiæ, & neptis hæreticæ, ergo ſecus de iure communi. & ita Iaſ. arguit in l. 1. ff. ſolut. matrim. prout & in matre arguit glo. in l. mater. C. de iure dot. relata ab Alex. in l. 1. ſol. matr. num. 21. uerſi. & quod hic dicitur. 4

Quartò pro communi eſt tex. in l. profectitia. §. ſi filiusfamilias mutuatus. de iure do. iunc. tex. in §. ſi. l. & ideo. cum duabus ll. ſeq. de in rem uer. ubi ſimilis caſus ponitur, qui & in l. profectitia. Filiusfamilias pecuniam mutuo acceptam dat filiæ ſuæ pro dote, quęritur an auus teneatur de in rem uerſo? & dicitur † quod ſic, ſi hoc animo dotem dedit, 5 vt aui negotium gereret. ex quibus omnib. ſtat communis opinio ſupra poſita, ex qua infertur, Quod ſi eſſet filiusfamilias habens bona quaſi caſtrenſia, & pater eius eſſet diues; non obſtantibus bonis caſtrenſibus, auus tamen teneretur dotare neptem, & neptis eum poſſet compellere ad dotem ſibi numerandam. & ita tenent Bartol. in dicta lege prima, & in l. dedit dotem. de collat. bonor. Bald. & Salycet. in lege finali, columna penultima. C. de dot. promiſ. idem Salyc. in lege, filiusfamilias. ad Macedon. Specul. in titu. de iudici. §. ſequitur. uerſiculo, & quid ſi unus ex fratribus. Tiraquel. de iure primigeni. quadrageſima quæſtio. numero. ſeptuageſimoſexto, qui id non ob aliud ſtatutum uideri poſſe dicit, quàm quod filia ſeu neptis repręſentat perſonam patris aut matris, quàm auus dotare tenebatur.

Contrariam ſententiam tenuit Anton. de Butr. in conſilio quinquageſimoſexto, incip. filiusfamilias. ubi dicit ſibi de facto contigiſ-
6 ſe, & conſulendo concludit, † onus dotandi filiā pertinere ad patrem, non ad auum. Fundamentum in hoc reſidet, quoniam pater eſt proximior ſanguine, ex qua proximitate naſcitur onus dotandi, non autem attenditur ratio patriæ poteſtatis. l. fina. C. de dot. promiſ. Et fundamentum communis

munis opinionis, quod attendatur patria poteſtas, eſt falſum, per tex. in l. 4. de liber. agnoſcen. ubi necat qui denegat alimenta, ex quo textu ad cauſam dotis infertur. ſicut
7 enim in alimentis, † quæ debentur ratione ſanguinis, non patriæ poteſtatis. l. iura ſanguinis. ff. de regul. iur. l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſt. & iure. dixi ſup. quæſt. 25. & infra in alia quæſt. latius tractabo. ita & in dote. l. aſſiduis.
8 C. qui pot. in pigno. hab. in fi. dos enim † & alimenta æquiparantur, glo. in l. ob æs. C. de prædi. min. Alex. in l. ſi cum is. §. ſi mulier. ff. de cond. & demonſtrat. Barto. in l. 2. §. Titio. de donat. Bal. in l. ſicut. ad fi. C. de action. & obligat. & in l. mandatum. col. 3. C. mand. & alibi Bart. in l. ſi ego. in prin. & §. 1. ff. de iure dot. Et probatur iſta concluſio per tex. in d. l. profectitia. §. pen. ibi, quia non ius poteſtatis, ſed parentis nomen dotem profectitiam facit.

Secundo contra communem facit tex. in l. dotem dedit. de collat. bonor. ubi auus dotando neptem paternum officium impleſſe videtur, & ibi dos dicitur profectitia, & a patre profecta, ergo contra communem eſt
9 ibi text. quod officium † dotandi ad patrem pertinet. l. fin. & ibi Doct. C. de dot. promiſ. l. qui liberos. & ibi Bar. ff. de ritu nup. & datio
10 dotis facta ab auo † intelligitur contẽplatione filij. cum enim auus iure ad dotem nepti conſtituendam cogi non poſſit, & ſi conſtituit, filij intuitu dediſſe exiſtimatur, & a filio talis dos profecta cenſetur, & in legitimam imputatur, ac ſi ipſe filius dediſſet, Bar. conſ. 131. cum quo tenet Alex. in l. in quartam. & ibi Rip. ff. ad leg. Falci. idem Alexan. conſi. 8. uol. 3. conſi. 31. & cõſi. 154. uol. 4. conſ. 138. uol. 5. conſ. 117. uol. 6. Deci. conſi. 81. Crau. conſ. 219. uol. 2. Ang. conſ. 79. col. 2. uerſ. nõ obſtat d. l. auus. Ruin. conſi. 113. colu. 3. uerſi. accedit. lib. 1. conſ. 138. col. ult. & conſ. 196. num. 8. lib. 2.

Quid dicendum? uidetur Ant. de But. ſententiam contra communem fore tenẽdam, contra quam communem conſidero, quòd pater eſt cauſa proxima, & immediata libe-
11 rorum. ſed magis attendenda eſt cã † proxima, & immediata quam mediata. l. ſocium qui in eo. pro ſocio. glo. in c. de cætero. ext. de homic. l. mulier. ff. rer. amot. l. fi. ff. de cõd. ob cauſ. cui cauſæ immediate debemus tribuere effectum, ut dicit d. gl. quæ pulchra dicit in hac materia cauſæ mediatæ, & immediatæ. & authen. defuncto. C. ad Tertul. ubi prima ſucceſſio eſt liberorum. Pro quo facit doctr. Barto. in l. non quemadmodum. de liber. agnoſcen. in fin. ver. ubi ponit caſum in terminis, aliquis habet patrem, & auum diuites, & vult petere alimẽta, a quo poteſt, quærit ibi Bart. & ex mente Cyni, & Iac. de Aré. tenet, quod pater tenetur alere filium, non auus, ex iam dicta ratione, quia pater eſt cauſa proximior, quæ attenditur, & allegat tex. in l. ſi quis a liberis. uerſ. & magis. ff. de liber. agnoſcen. ubi dicit tex. quod hæc res deſcẽdit magis a charitate ſanguinis, & ab æquitate naturali, ſic in caſu noſtro.

Modo ad adducta pro communi reſpon-
12 deo, nam omnia iura quæ dicunt, dotẽ † mulieri ab auo, non a patre dandam, loquuntur altero de tribus modis. Aut enim loquuntur inſpecto tempore antiquo, & ſic de iure Digeſt. hoc enim iure quicquid acquirebat filius, acquirebat patri, l. placet. ff. de acquiren. hæredi. quo caſu auus tenetur dotare neptẽ. & ita procedit tex. in l. auus. de iure dot. Aut loquuntur ubi auus ex mera liberalitate dotem promiſiſſet, tunc enim dos non dicitur profectitia a parte, ſed ab auo. l. fi. C. de dot. promiſ. Aut loquuntur, quando auus contemplatione patris filiam dotauit, & tũc dos
13 profectitia a patre intelligitur, quia † quod meo nomine geſtum eſt, a me quodammodo factum dicitur. l. illud. §. ſi decuriones. & ibi Alex. ff. quod cuiuſque uniuerſ. nom. Ioã. And. in c. is cui. de præbend. in ſex. in nouel. Bal. in Auth. eo decurſum. C. de donat. ante nupt.

Ad tex. in l. cognouimus. §. ſed ne videa-
14 mur. C. de hæret. reſpondeo, † quod loquitur etiam in terminis prædictis: nam nõ colligitur inde quod auus teneatur preciſe & abſolute, licet tex. dicat. ſed & dotes pro filiabus, & neptibus dare: ad id enim ſunt poſita illa uerba, ne mulieribus denegentur dotes, non quod auo neceſſitas dotandi imponatur, imò ex ordine litteræ, videtur hoc onus patri imponere, deinde auo, verba patẽt. vel & poſſumus dicere forſan, quod aut pater erat mortuus, aut pauper: quibus caſibus ipſe auus neptem dotare tenetur. Bartol. in d. l. quemadmodum. ff. de liber. agnoſcen. & inferius latius dicam.

Non obſtat text. in l. qui liberos. de ritu

nupti.dum dicit,qui liberos habent in pote-
15 ſtate,& cæt. nã † loquitur reſpectu utriuſq;,
& tendit ad determinationem,an filia nubilis
poſſit cogere patrem ad ſe nubendum,
& iſtud eſt unum priuilegium dotis, quod
filia patrem cogere poteſt. & licet inter patrem
& filiam quæ in poteſtate ſit,nulla poſ-
16 ſit eſſe lis, l.lis nulla.C.de judici.tamen fauo
re dotis filia † officio iudicis poteſt cogere
patrem ut ipſam dotet.d.l.qui liberos. & d.
l.fin.& ibi Doct.C.de dot.promiſ.& ipſo de
functo, eius hæredes ad idem ſunt compellendi.
gloſ.& omnes in l.1.ff.ſol. mat. Pariſi.
conſ.26.nu.84.& conſ.29.nu.60.uol. 3. etiã
ſi ipſa filia ſit diues, & amplam ex bonis aduentitijs
aliunde dotem habeat. communis
* eſt omnium opinio in l.fi.C.de dot.promiſ.
& in d.l.1.ff.ſol.matr.Socin.conſ.57.num.3.
uol.4.Pariſi.d.conſ.29. num. 61. licet etiam
17 † ſine eius conſenſu nupſerit,ſecundum cõ-
munem.d.l.qui liberos.& Doct.d.l.1.ſol.ma
trim.Paul. Caſtren.in auth. res quæ.C.com.
de lega.& ibi Iaſ.num.14.Iaſ.alibi in l. ſi donatarius.
§.ſi quis indebita. nu. 5. ff. de cond.
cau.da. Abb. in c.cum cauſa.de raptor. in c.
1.de adulter.in c.1.ubi alij. de ſponſal. Alex.
conſ.141.uol.2.Pariſ.d.conſ.29.nu.62. Etiã
18 ſi indigno,ipſoque patre † non conſentiente
nupſerit.Alex.in d.l.1.ſol. matrim.nu.32.
Iaſ.in authen. ſed ſi poſt.C. de inof. teſtam.
Deci.in l.nuptias.ff.de reg.iur.Imo.in cap.ac
cedens.de procurat.Deci. conſ.231. Socin.
ſen.conſi.57.vol. 4. id tamen intellige ſi ipſa
filia ſit maior annis vigintiquinque, nam ſi
ſit minor,& indigno contra uoluntatem pa
tris nupſerit, pater ei dotem dare cogendus
19 non eſt,† ſecundum communem opinionẽ
glo.& Archid.in cap.de raptoribus.36.q.1.
Ioan. And. Ant,Butr.Abb.Zabar.in d.c. accedens.
Abb.in c. cum cauſam. de raptor.in
c.1.de adult.in cap.1.ubi Præpoſ.de ſponſal.
Franc.in c.1.§. porrò. de ſponſal. in ſex.Bal.
in d.l.fina.col.pen. C. de dot. promiſ.Salyc.
l.qui liberos.ff.de ritu nupt. Fulg. in l. ſed ea.
ff.de ſponſal.Bal.in l.2.§.quod ſi patris.ff.ſol.
matrim.Ancha.conſi.21.Alex.conſ.97.uol.
1,conſ.209.nu.17.uolu.6.Pariſ.conſ.29.nu.
61,uol.3.Et dictam obligationem patris do
tandi filiam,intellige niſi filia fuiſſet ingrata,
20 nam tunc pater † dotem ei dare nõ tenetur,
quia ingratitudo tollit debitum naturæ, §.
optime.in Authẽ. de nupt. ſi tamen iam dos
eſſet data,non reuocaretur prætextu ingratitudinis,
Bal.in d.l.fi.C. de dot. promiſ.Bal.&
Imo.in l.poſt dotem.ff.ſol.matrimo.Iaſ.in §.
fuerat.Inſti. de action.colum.22.uerſi.tertiò
nota quod.

21 Ad tex.in l.& ideo,†quæ eſt in quarto cõ
trario,reſpõdetur quod ille tex.duo copulatiuè
præſupponit ad hoc ut auus ex mutuo
teneatur,nam requirit,quod filius acceperit
mutuum,& dederit dotem, quatenus auus il
li dediſſet,& teneretur. ecce præſupponit ca
ſum quo auus tenetur, qui tamen ſunt duo,
quando ſcilicet pater eſt pauper, & quando
auus ex ſua liberalitate dat.ſecundo requiritur
quod pater dederit dotem animo geren
di negotium paternum,& obligãdi patrem,
in iſtis terminis debet intelligi d. l. profectitia.
de qua in quarto motiuo. Igitur ex illo
tex.colligitur opinio contra communem;
Quod ubi filius non dedit dotem modis prę
dictis,obligatur perſonaliter,quod poteſt fa
cere pro omni contractu; Regulariter enim
22 pro omni contractu filiusfamilias † obligatur.
l.tam ex contractibus, de iudici. & tantũ
valet iſtud,quod ſi nõ habet unde ſoluat,poteſt
carcerari.l.1.iunc.l.pen.C.qui bon.ced.
poſ.not.in l.4.§.ſed utrum.de mino.& quod
ex omni contractu obligetur, eſt text.in l.filiusfamilias.
de actiõn.& oblig.& d.l. profectitia.
§.ſi filiusfamilias.il ſecõdo. ergo onus
dotandi pertinet ad patrem, non ad auum,
in dubio.l.& magis.de ſolutio. niſi ſit inops,
quo caſu auus dotat in ſubſidium.l.cum plures.
§.cum puto.de adminiſt.tut.& niſi de iure
Digeſtorum,d.l.placet.ff.de acqui.hæred.
& ita tenuit Iaſ. in auth. res quæ. C. com.de
lega.nu.32.uerſ. Limita ſecundo. in fine. ubi
23 inquit, quod † tũc demum auus tenetur dotare
neptem, quando filius eſt pauper, & q
eo caſu locus eſt diſpoſitioni.d. authe. ſi uero
filius diues eſt,auus non tenetur dotẽ con
ſtituere nepti, & per conſequens non eſt locus
diſpoſitioni illius auth. cum ceſſet ratio
dictæ conſtitu. quæ eſt quod bona fideicom
miſſo ſubiecta ita demum alienari in cauſam
dotis poſſint,ſi aliæ res liberę non extent, &
cum Iaſ.idem ſenſerunt Rube. Alexan. conſ.
124.num.3.Alciat.reſp.640.Menoch.conſi.
88.num.49.& 55.par.1.conſi.81.nu.48.vbi
multos in hanc ſententiam citat.& conſ.95.
num.42.par.ea.& conſ. 183.in multis num.
par.2.& conſ.231.nu.14.par. 3.

Ex

Ex quibus omnibus concludas, Patrem, 24 † non auum teneri ad dotandum, niſi de iure Digeſt.& niſi pater inops ſit,& filiam dotare non ualeat: tūc enim auus in ſubſidium ad eam dotandam tenetur, & pro hac materia uide Crotum pulchre loquentem in l.frater a fratre.num.57.quæſt.21. ff. de condict. indeb.& Rom.conſ.512.incip. Quo ad primum propoſitę conſultationis. & hoc adeo uerum eſt,patrem. ſ. teneri ad dotandam filiam,quod ſi filiusf. accipiat mutuam pecuniam ut ſuam ſororem dotaret,in patrem cō petit de in rem verſo actio, quia pater tenebatur hoc facere. iſte eſt text.clarus in l. ſi filiusf.in id. iunc.gloſ. in uer. pro ſorore. ad Macedon.

25 An autem auus nepti dotem dans † uideatur eam dare intuitu ipſius neptis, uel filij?& in hoc uolunt Doct. quod regulariter intuitu neptis fecerit,ut dicunt Bar.& Doct. in l.quæſitum.ff.de leg.1.Alex.iu l.in quartā. ff.ad leg.Falci.conſ.199.uolumine ſecundo, conſilio octauo, uolum.tertio,conſilio 89. uolum.quarto, conſilio 138.& 179.uolu.5. Corne. conſ.34.uolum.4.Alij tamen dixerunt,quod cum auus de iure cogi non poſſit ad conſtituendam dotem nepti, ſi cōſtituat, 26 † filij intuitu dediſſe exiſtimetur, & ab ipſo filio ipſa dos profecta cenſeatur, ita vt ipſi filio in legitimam imputetur, & perinde ſit ac ſi ipſe filius dediſſet, & id Bartolo placuit conſ.131.cum quo communiter Docto. tenent,ut per Alexand.& Rip. in d. l. in quartam.Alexand.dicto conſilio octauo, uolum. tertio,conſil. 31. & 154.uolum.4.dicto cōſilio 138.uolum.5.conſ.117.uolum.6.Deci. conſilio 81.Craue. conſilio 219. parte 2.in hoc tamen Corn. dicto conſilio trigeſimoquarto,uolu.4. & conſilio 200.uolumine 3. dubitauit, & dixit pro communi ſententia ſemper in dubio iudicandum, neptis intuitu auum dotem dediſſe. quod & Soci. placuit conſilio trigeſimotertio,uolum.tertio,& vi. Menoch. dicto conſilio 81. numero 55. & dicto conſ. 183.nu.1.3.10.24.28.& 32,ubi plene tractat hanc materiam, quod ſcilicet, ſi auus dotem nepti conſtituit, filij contemplatione conſtituiſſe dicatur, & quando & quo caſu, hoc dictum fallat, vide ipſum.

QVAESTIO XLIIII.

Inſtrumentis duobus eodem die confectis concurrentibus,vtrum præferatur.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum priuati cum expreſſione horæ, an præferatur inſtrumento dotis non habenti horam.*
2 *Probatio temporis certioris præfertur incertæ, & generali.*
3 *Prior in tempore, potior eſt in iure.*
4 *Collatio Papæ, in dubio, præfertur collationi ordinarij. fallit vt nu.9*
5 *Dotis cauſa in dubio præfertur cauſæ priuati.*
6 *Opinio conſulentis uerior eſt, quam legentis.*
7 *Expreſſio horæ non inducit temporis prioritatem.*
8 *Momentum temporis non curatur.*
10 *Reo fauendum in probationibus.*
11 *Cauſa fauorabilis ut præferatur ſufficit intentionem aduerſarij quouis modo dubiam reddi.*
12 *Tempus certius probans, quando præferatur.*
13 *Tempus allegans, id probare debet.*
14 *Lex, de rebus.C.de donat.an.nupt.quan. procedat.*
15 *Legis diſpoſitio non conuenit, cui non conueniunt verba.*
16 *Statutum præferens priuatum mulieri in bonis mariti obligatis ante matrimonium, an locum habeat in poſtea quæſitis.*
17 *Maius ſi ineſt, & minus ineſt.*
18 *Dos confeſſata habet priuilegium dotis in præiudicium mariti.*
19 *Confeſſio probat contra confitentem.*
20 *Clauſula, renuntians exceptioni non numeratæ dotis, operatur in damnum confitentis.*
21 *Maritus non opponens intra tempus exceptionem non numeratæ dotis, ſibi præiudicat.*
22 *Maritus non opponens intra tempus exceptionem non numeratæ dotis an præiudicet creditoribus.*
23 *Statutum loquens de inſtrumento dotis, habet exequutionem paratam, & habet locum in dote confeſſata.*
24 *Negligentibus iura non ſubueniunt.*
25 *Mulier pro dote præfertur fiſco in bonis mariti confiſcatis.*
26 *Priuilegium confeſſionis dotis receptæ per lapſum temporis confirmatæ, non præiudicat creditoribus. contrarium nu.27*
28 *Remedium ordinarium ubi haberi poteſt, non eſt recurrendum ad extraordinarium.*
29 *Angeli deciſio de qua ſupra nu.23 reprobatur.*
30 *Confeſſio mariti de dote recepta, non præiudicat tertio.*

QVAERO quadrageſimoquarto. Venetum ſtatutum lib. 1.c. 34.dictat,quod mulier a tempore quo eſt transducta a uiro, ſit prior cæteris creditoribus, qui poſtea cum viro contraxerunt.Modò,extāt duo

duo inſtrumenta, eodem die confecta, vnū dotis, alterum priuati, in dotali eſt appoſita dies, in priuato, vltra diem eſt appoſita hora, & vtrumque habet hypothecam tacitam vel expreſſam, agit contra uirum priuatus, concurrit mulier, vter ex ijs præferatur. nun
1 quid ſcilicet † expreſſio horæ in inſtrumento priuati contenta inducat prælationem ad excluſionem mulieris? Iſta quæſtio eſt famoſa, & a Canoniſtis, & Legiſtis pariter tractata, à Canoniſtis in cap. ſi a ſede. de præben. in ſex. & in c. paſtoralis. in prin. de reſcr. a Legiſtis, in l. 1. ff. ſol. matrim. in l. in ambiguis. ff. de iure dot. & in l. non puto. ff. de iure fiſci. & in alijs locis ſparſim.

Cōmunis opinio in iſta quæſtione, eſt pro expreſſione diei & horæ, quod ſcilicet tale inſtrumentum præferatur inſtrumento dotali habenti diem tantum. & hanc ſententiā tenent Cyn. Bald. & Saly. in l. de rebus C. de donat. an. nupt. & Salyc. in l. qui debitor. C. de priui. fiſci. Io. de Plat. in l. 1. C. de iure fiſci, lib. 10. Marian. Socin. & Rip. in l. 1. ff. ſoluto matrim. Felin. in c. capitulum. uer. de concurſu duorum. col. 14. de reſcri. per Dy. in c. in pari cauſa, & in ca. beneficium. de reg. iur. in ſex. qua communi opinione uera exiſtente, poſſent eſſe cauti contrahentes, quod cōficientes inſtrumentum ſemper exprimerēt horam, ut priuilegiatis prçferantur.

Pro qua communi ſentētia adducitur deciſio Cyni, quam ſequitur Bald. in d. l. de rebus. C. de donat. ant. nupt. ubi dicitur, quod
2 probatio † temporis certioris & ſpecificati præfertur incertæ & generali. pro qua facit tex. in l. ex facto, §. fi. ff. de vulg. nam illa ſpecificata dicitur plenior quàm incerta, iſta eſt deciſio Geminia. in conſi. 27. incip. ſuper dubio. vbi dicit, quod ſi fuerit quæſtio de matrimonio, puta quod duo contendant ſuper una puella, quæ vtrique promiſerit, & anterioritatem inuicem clament, quando unus plene probat, alius non ita plene, licet iſti actus ſint incompatibiles, tamen præfertur plene probans, licet ſit poſterior. ſic in caſu
3 iſto, nam † qui prior eſt in tempore, potior eſt in iure. l. potior. & l. qui balneū. ff. qui pot. in pign. hab. glo. in Authen. de æqual. dot. §. his. uerſi. poſterior. & plene Dyn. in reſt. qui prior. de reg. iur. in ſex.

Secundo pro communi facit deciſio tex. in d. c. ſi a ſede. de præbend. in ſex. per illum tex. quam ponit Fely. in d. c. paſtoralis. de reſcr. ut per Iaſ. in l. 1. ff. ſolu. matrimon. nam in
4 dubio, collatio † papæ præfertur collationi ordinarij. d. c. ſi a ſede. notat Bal. in l. ſi duas. per illum tex. ff. de excuſat. tut. Calde. in cōſi. 2. poſito ſub tit. de offi. vicar. ſed ſi in collatione ordinarij ſit dies, & hora, & in collatione Papæ ſit tantum dies collatio ordinarij tanquam magis certa & determinata præferetur. ita limitatur tex. in d. c. ſi a ſede. ita Deci. conſ. 179. in ult. dubio. & eſt communis opinio Doct. in l. 1. ff. ſolu. matrim. ut per Crau. conſ. 134. incip. ſcripſi aliàs. par. 1. per tot.

Tertiò pro hac ſententia facit, quod cauſa dotis, quando ſumus in dubijs, debeat pri
5 uati cauſæ præferri † nulli dubium, iura enim clara ſunt, l. in ambiguis. de iure dot. & l. in ambiguis. de rebus dub. ſecus autem in caſu claro, nam tunc ceſſat priuilegium. eſt ergo neceſſarium ad hoc ut inſtrumentum dotis præferatur inſtrumento priuati, quod in inſtrumento dotali adſit data cōcurrens cum data inſtrumenti priuati aduerſarij, quia propter concurrentiam res redditur dubia, & ſi fiat iſte concurſus in data, habent locum dictæ ll. in ambiguis. & tunc dos priuilegiata priuato præfertur. & ita argumentatur Ripa in d. l. 1. ff. ſol. matrimon. in illa quæſt. An expreſſio horæ in inſtrumento inducat prælationem. vide ipſum.

Contrariam ſententiam tenuerunt multi, & inter alios, Alciat. in l. 1. ff. ſol. matr. & Socin. ſeni. in conſ. 67. incip. eadem die. uolu. 3. ubi hanc ſententiam conſulendo in ſimili caſu firmat, licet in principio dicat ſe habuiſſe de facto bis, & ſecunda uice mutaſſe ſententiam a prima, & referat demum ſcribendo ſuper d. l. 1. adhæſiſſe primæ opinioni, ratio
6 nibus ibi per eum adductis. Et cum † uerior ſit opinio, quam Doctor tenet conſulendo, eà quam ſequitur legendo, vt dicunt Docto. in cap. 1. de conſtit. in fine. ideo pro hac ſententia, quam etiam tenet Felyn. in d. c. paſtoralis. de reſcr. col. 2. uerſ. ratione unius horæ. in fine.

7 Primo facit. Expreſſio † horæ non inducit temporis prioritatem, toto tit. in Authen. ut præpon. nom. Imper. ubi data forma conficiendorum inſtrumentorum, nulla de hora mētio fit, ſed ſolum de anno, Imperatore, cōſule, ind ctione, & die: igitur ſi quis in inſtrumento exprimat horam, non inducit concludentem

cludentem probationem. c. duobus. verſi.ſi
non apparet.de reſcr.in ſex.nam ſi hoc.dare
tur,quod ſcilicet expreſſio horæ conclude-
ret,momentum tempor s probaret,cum ta-
8 men tale † temporis momentum non cure-
tur.l.fina.& ibi Bal. C. de bonis quæ liber.&
idem Bal.in l.ſi pater.quæſt.8. C. de inſtit.&
ſubſtit.& in terminis probandi temporis,ad
late tradita per Bal.cum tex.in l.matre. C.de
probat.

Secundò pro hac opinione facit tex. in l.
1.C. de iure fiſci. lib. 10. ubi dicitur quod ſi
priuatus ſit in poſſeſſione titulo donationis
rerum hypothecatarum fiſco, fiſcus poteſt
ſibi uendicare rem a priuato per ſuam hypo
thecã, niſi priuatus probet anterioritatem:
quod ſi fiſcus producit inſtrumentum ha-
bens diem, & priuatus producat ſuum ha-
bens diem & horam,nunquid inſtrumentũ
priuati ut generalius,& continens maiorem
certitudinem præferatur fiſcali inſtrumento
tanquam minus certo?certè non,quia requi
ritur probatio temporis modo quo ſupra,
Modò ſic, ſi poſſeſſio quæ transfert domi-
nium in aduerſarium non eſt ſufficiens ad ex
cludendum priuilegium fauorabile,quanto
minus expreſſio horæ:nam ſi actor aliter nõ
probet ſuccumbit,ad quod facit tex. in d.c.
ſi a ſede.de præben.in ſex. qui fallit,niſi obti
nens collationem ab ordinario ſit in poſſeſ-
9 ſione,† quia tunc præfertur illi qui obtinuit
a ſummo Pontifice,& ſic perſonę priuilegia
tæ.cap.ex literis,de probat.ubi glo. ampliat
procedere etiam in cauſa dotis, & matrimo
nij,& §.comodum.Inſtit. de interd.

Tertiò pro hac ſententia contra commu-
nem facit,in cauſa fauorabili ad hoc ut reus
10 † abſoluatur,ſufficit intentionem aduerſarij
dubiam reddi ex atteſtationibus factis per
inquiſitum, licèt probationes accuſatoris
plenæ ſint.Bar.& Doct.in l.non ſolum.§.ſed
ut probari.ff.de noui oper.nunt. Salyc.in l.
matrem.C.de probation. Abb. in c.in præ-
ſentia.col.3.num.6.ext.de probat. & hoc in
criminali, in ciuili autem ad hoc ut reus ab-
ſoluatur,nõ ſufficit ſemiplena probatio, ſed
ex probationibus agentis debet reus redde-
re dubiam intentionem aduerſarij.d. cap.in
præſentia.de prob.l.non hoc.C. vnde legit.
& ſi forte actor plene probauit,& reus ſemi-
plene, tamen non eliduntur probationes
actoris,iſta eſt deciſio Bar.in d.§. ſed ut pro-
bari

bari.quam extollit Alex.in conſ.15.incip.vi-
ſo proceſſu,in ſecundo fundamento. uol.1.
Exemplum dari poteſt de prohibitione in-
grediendi vrbem de menſe Maij. Facta eſt
determinatio,quod nullus nobilis ingredia-
tur vrbem de menſe Maij, quidam nobilis
ingreditur vrbem dicto menſe, accuſatur,in
iudicio ſe excuſat, quod in illo menſe erat
dies non prohibita,& quod ea die ingreſſus
eſt:licet iſta defenſio ſit fatua,tamen reus ab
ſoluitur, quia ex hoc redditur dubia intẽtio
actoris, quæ deciſio militat in caſu noſtro.
11 ad hoc enim ut cauſa † fauorabilis pręferat,
ſufficit intentionẽ priuati quouis mõ dubiã
reddi.Pone,agit de ſubijciẽdis bonis mulie-
ri,& priuato,mulier petit ſibi ſubijci,priuatus
cõcurrit cum muliere in petitione, & uterq;
uenit cum ſuo inſtrõ, quid agendum? & di-
cas,quod ſi mulier probat ſuum inſtrumen-
tum habere diem, licèt non ſit adeo certum,
tamen ponit inſtrumentum aduerſarij in du
bio, licèt ſuum inſtrumentum habeat horã
expreſſam, ex quo ſequitur prělatio ratione
priuilegij.

Quid dicendum?nunc,multis omiſſis, iſta
opinio contra communem uerior eſt: con-
ſidero enim,quod omnia argumenta addu
cta pro communi locum habent, quando
12 vtraque pars fundat ſe in tẽpore,tunc † pro
bans certius tempus præfertur,ſic procedat
opinio Salyc. in d.l. de rebus. quando uero
unum inſtrumentum habet horam,& alterũ
non habet, habens horam præfertur,l.recõ
iuncti.ff.de legat.3.ubi quodlibet minimum
adiunctum inducit prælationem. iſta autem
in caſu noſtro nõ militant, quoniam mulier
pro dote non fundat ſe in tempore, ſed in
priuilegio iuris ſibi tributi. l. quoties. ſi quis
caut.& ibi Bart. ubi qui habet regulam pro
ſe,habet fundatam intentionem. debet igi-
tur probare reus, licet ſit in poſſeſſione, ſuã
13 exceptionem.nam † qui tempus allegat, id
probare debet.l.cum actum.ubi not.ff. de ne
got.geſt.l.matrem.C.de probat.Bart.in d.§.
ſed ut probari.l.non ſolum. ff.de noui oper.
nunt.Ruin.conſ.92.nu.8.uol.3. Alex.conſi.
97.num.4.conſi.198.col.1.in fi.uol.7.conſ.
150.num.10.uol.6.Boer. deciſ.36. col.pen.
& Roland.conſi.11.num.21.lib.4.commu-
nis opinionis fundamentum eſt,quia uterq;
fundat ſe in tempore: ſed eſt erronea,quia
mulier nõ fundat ſe in tempore, ſed in iure,
tamen

tamen datur exceptio priuato, quæ eſt iſta, niſi probet anterioritatem, quam tenetur probare, vt dixi.

Et ita tenendo non obſtant adducta in cõtrarium. ad primũ enim reſpondetur, quod
14 regula † l. de rebus. procedit quando cõcurrunt in eadem data, & uterque fundat ſe in tempore, nos loquimur in inſtrumento priuilegiato, quo caſu ceſſat concurſus, ut iam dixi. Non obſtat c. ſi a ſede. de præbend. in 6. quod ſecundo loco adducebatur; dum ex eo dicebatur, quod collatio Pontificis ſuccũbit collationi ordinarij ratione horæ, nam reſpondeo duobus modis. Primo per directum, quod illa deciſio non eſt uera, & contra illam conſuluit Socin. in d. conſi. 67. Probatur aſſumptum, quoniam tex. in d. c. ſi a ſede. non loquitur de expreſſione horæ, ut in litera patet, ergo non eſt dicendum quod ipſe textus non dicit. l. ſi ſeruũ. §. non dixit prætor. ff. de acquir. hæred. ſi hoc enim uoluiſſet Pontifex exprimere, utique ſciuiſſet. l. unica. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tollẽ. Crau. conſi. 6. nu. 97. uol. 1. Rolan. conſ. 29.
15 nu. 22. par. 4. & cui † non conueniunt uerba legis, nec eius conuenit diſpoſitio. l. quod conſtitutum. de milit. teſtam. ff. l. 4. §. toties. ff. de dam. inf. & ibi Bart. a Menoch. relatus, in conſi. 5. num. 2. par. 1. Vel ſecundo, tenendo illam deciſionem, & data pro uera, quod expreſſio horæ inducat prælationem, per obliquum diceretur ad d. c. ſi a ſede, quod loquitur in ſuis terminis, non autem in cauſa dotis: materia enim beneficialis non eſt de per ſe priuilegiata, ſed ſi habet prærogatiuam, habet ratione perſonæ conferentis, quo caſu exceptio poſſeſſionis excludit prærogatiuam, quando autem alicui competit priuilegium ex ſe, ut in caſu noſtro, talis exceptio non excludit prærogatiuam. Nec obſtat tertium, & ultimum fundamentum, quod ſcilicet requiratur cõcurſus, ex quo res fit dubia, quia caſus eſſet clariſſimus ſi ita fieret; ſed dicitur caſus dubius, quando ex parte priuati concurrit præſumptio temporis & horæ, & ex parte mulieris concurrit priuilegium. Vel dici ſecundo poſſet, quod illud dictum procederet, quãdo concurreret expreſſio diei & horæ difformiter; eo enim caſu preferretur ille, qui habet horam priorem, d. l. de rebus. & ibi Bal. & Saly c. & l. denique. §. priorem. de min. ad hoc facit glo. in l. ſi ex pluribus. §. fi. in glo. fina. de ſolut. quam exornat Felin. in d. c. paſtoralis. de reſcr. Et ſic iſta ſententia tenẽda uidetur de iure communi. Sed in caſu ſtatuti in themate propoſiti uerior eſt communis opinio, etiam ex fundamentis contrarijs, nam ſtatutum nil aliud conſiderat niſi tempus, ita quod illo potior ſit qui tempore prior eſt, ut ſup. dixi, nu. 3.

Qua cõi ſnĩa retẽta in terminis ſtatuti, pro poſitum eſt dubium, an dato quod mulier non habeat prælationẽ cõtra priuatum, qui erat anterior creditor in bonis mariti qñ ipſa cum marito matrimonium contraxit, nũ-
16 quid ſaltem habeat † prælationem in bonis poſtea a marito quæſitis? Circa quod breuiter procedendo, communis ſententia eſt, ꝙ hoc caſu mulier præferatur. quæ concluſio probatur. Fiſcus & mulier paribus paſſibus ambulant. l. 2. C. de priuil. fiſ. ſed Fiſcus præfertur priuato, ergo & mulier. probatur aſſumptum per tex. in l. ſi is qui mihi. ff. de iure Fiſci, ubi tex. clarus, quod in quærendis Fiſcus præfertur anteriori creditori. Secundò, mulier in hypotheca prefe rtur fiſco. l. in ambiguis. de iure dot. Fiſcus præfertur in quærendis priuato. l. fi. C. qui pot. in pigno. hab. iunc. d. l. ſi is qui mihi. ff. de iure fiſci. ergo & mulier in dote, per regulam l. Claudius Felix. qui pot. in pigno. habeant. ſi uinco vincentem te, multo magis uinco te. nam ſi Fiſcus uincit priuatum, & mulier fiſcum, mu-
17 lier multo magis uincet priuatum. nam † ſi de quo magis videtur ineſſe, & ineſt, ergo & de quominus. auth. multo magis. C. de ſacro ſanct. eccleſ. Hac ſententiam eſſe communẽ teſtatur Alci. in l. j. ſol. matrim. num. 32. dum dicit, & iſta ſententia receptior uidetur. poſt Bal. Alex. & Iaſ. ibi. Saly. in l. dotis. C. de iure dot. Bal. in l. ad exactionem. eo. tit. Et hæc tenenda in dote uera, & numeratã.

Modo reſtat dubium; quid in dote confeſſata: ſæpe enim inſtrumenta dotalia fiunt in quibus non apparet uerè dotem fuiſſe numeratam, ſed maritus fatetur tot nomine dotis habuiſſe, quid in hoc dicẽdum ſit? in quo diſtinguendum eſt: aut enim quærimus, An
18 dos confeſſata † habeat priuilegium numeratæ dotis in præiudicium mariti, aut in præiudicium tertij. Primo caſu Doctores concludunt quod dotis confeſſio marito præiudicet, & habet uim numeratæ dotis. patet, Dos cõfeſſata licet non dicatur dos proprie,

ſed

ſed improprie,ut in glo.l.aſſiduis.in uer. datæ.C.qui pot.in pigno. hab. dum dicit, dotis priuilegia non concedi doti confeſſatæ, nec ualeat quia præſumitur facta animo donandi.l.2. C.de dote cau.quæ donatio prohibetur.l.2.& 3.de donat.int. uir. & uxor.
19 tamen præiudicat maritus ſibi ipſi confitendo,cùm † confeſſio contra cõfitentem optime probet.l.cum te.C.de tranſac.l.cum precum. C. de libe.cauſa. nec ab eo ulla ratione improbari poſſit.l.poſt mortem. ff. de adoption.Deci.conſi.454. nu.6. Tiraq. de retr. con ſang.§.1.glo.9. nu.37.relatus a Menoc. conſ.1.num.66.par.1. Eo magis ſi in inſtrumento dotis confeſſatæ poſita ſit clauſula ſolemnis renuntiationis dotis non numeratę, prout talib. inſtrumentis apponi ſolet, ope-
20 ratur enim † talis clauſula in damnum ipſius confitentis,ita ut nec ipſe nec eius heres ullo modo poſſint opponere exceptionem dotis non numeratæ, ut per Bartolo. Socin. in l.1.num.76.ff.ſol. mat. ſequuntur Gozad. conſi.42.num.13.& Natta conſi.438. num. 8.li.2.Bellon.conſi.15.num.10.Crau.conſ. 125.num.2. Eo amplius ſi ſint lapſa tempora marito competentia ad opponendum exceptionem dotis non numeratæ, quæ illi de iure competit intra biennium. l.ult. & auth. ibi.C.de dote cau. non num. nam ſi intra il-
21 lud tempus † maritus non oppoſuerit,ualet tális confeſſio in ſui præiudicium.l.Publia.§. fina.ff.depoſ.eo enim caſu dos dicetur vera, non confeſſata.Socin.vbi ſup.nu.75.& conſilio 82.col.1.lib.3.Affiic. deciſ.402.nu.10. Crau.conſi.40.num.6. Rol.conſ.85.nu.42. uol.2.Menoch.conſi.7.num.10. & ſeq. par. 1.& hæc ſunt expedita.

Quo vero ad ſecundum,nunquid ſcilicet dos confeſſata præiudicet tertio, eſt maius dubium. Pone, mulier uenit ad bona mariti cum inſtrumento dotis confeſſata, priuatus concurrit cum inſtrumento mutui,nunquid mulier præferatur per priuilegium d. l. aſſiduis,uel etiam ex dicto ſtatuto,ita vt hoc ca-
22 ſu dos † confeſſata habeatur pro tradita. in
* quo dubio communis opinio eſt cum Bart. in d.l.aſſiduis.C.qui pot.in pign. hab. quod quando maritus non excepit intra tempus, creditoribus præiudicat.ita Cy.Butrig.Bart. Angel.Salyc.in dicta l.aſſiduis. Bal.in Rubr. de priuil.dot.& in l.pecuniam.C.de ſolut.

Fundatur iſtud dictum multis argumentis, & primo in vna deciſione Angeli poſt glo.paruam in l.exigere. de iudici. in glo. in uer.dotale inſtrumentum. id eſt, reddendæ doti .vbi dicit, quod inſtrumentum ſeu ſta-
23 tutum † loquens de inſtrumento dotis habet executionem paratam, & habet locum in dote confeſſata.ſed ſi in ſtatuto, quòd ſtricte,& proprie intell gi debet, ſecũdum Bar. in l.3.§.hæc uerba.ff.de negot.geſt.& in l.cõſtitutionibus.ff.ad munici.Anchar. conſ.96. incip.iſta domina.uer.non obſtat.fit iſta extenſio.ergo magis in iure.

Secundo facit tex.in l.ſi cui.C.de non numer.pecun.ubi eſt caſus, quod ſi maritus qui potuit opponere exceptionem tacuerit,ſi ipſa mulier poſteà velit agere hypothecaria ad bona mariti,& concurrat cum tertio creditore, ille tertius poterit uenire in locum mariti qui contrahendo fecit ſub ſpe futuræ numerationis, & ſtatim ſibi competit exceptio.tum ſic, ſi maritus potuit opponere,& non oppoſuit,imputandum eſt ei qui fuit ne-
24 gligens, & talibus † iura non ſubueniunt.l. pupillus.ff.de his quæ in fraud.credito. & in procem.Inſt.l.non enim.ff.ex quib. cauſ.maior.l.itaque fullo.ff.de fur.& dos confeſſata, in ſui præiudicium habetur pro tradita, ita quod poſt tempus ceſſat exceptio, vt dixi ſupra num.19. cum ſequen. non tamen tertio præiudicat,ut ex præmiſſis patet.

Contra hoc dictum tenuerunt,Iaſ.& Aretin.in §.fuerat.Inſtit.de action.Alex.in l.1.ff. ſol.matr.num.35.Pro quorum ſententia facit tex.in l.1. C. de dote cau. non num.dum dicit,dotem,numeratio,non ſcriptura dotalis inſtrumenti facit. ecce quod ibi nõ datur repetitio dotis niſi præceſſerit vera numeratio,quo ſtante ſequitur,quod confeſſio non præiudicat creditoribus, accedit gloſ.in d.l. aſſiduis.in uer.datæ,vbi dicit,quod illa lex,aſſiduis,non habet locum in dote non verè data,& tantum confeſſata.

Vlterius facit tex.cum glo.in l.ſi poſthac. C.de bonis damnat.ubi caſus, Mariti bonis
25 confiſcatis † mulier proferens inſtrumentũ dotis fiſco præfertur, ſi tamen probauerit uerè dotem numeraſſe,& corporaliter tradidiſſe:ergo a ſenſu contrario,quod eſt ualidũ argumentum in iure.l.1.§.huius rei.ff. de off. eius.l.qui teſtamento.§. mulier. ff. de teſtam. cum ſimil. per Euerar. in cent. leg. in loco à contrario ſenſu.ſi corporaliter non tradidit, non

non poterit repetere, ergo dos confeſſata in præiudicium tertij non dicitur proprie dos. Quibus accedit tex. in Authen. de temp. pecun. non ſol. ſuper dot. §. ſi autem. il 1. uerſi. vbi enim. collat. 7. ubi dicit Imp. quod maritus ſi patiatur labi tempus legitimum, & non oppoſuerit exceptionem non numeratæ dotis, uidetur velle dotem reddi mulieri, quo caſu iſta confeſſio nullam inducit probationē veri debiti, ſed voluntatem mariti, quæ volūtas non debet præiudicare iuri alterius. l. id quod noſtrum. de reg. iur. l. debitorum pactionibu . de pact.

Pro ſolutione (omiſſis multis quæ ad vtrāque partem adduci poſſent) pro concordia diſtinguēdum eſt, quod aut loquimur in creditoribus ignorantibus, aut in ſcientibus. Vt
26 primo caſu dicendum ſit, quod † priuilegiū confeſſionis per lapſum temporis confirmatæ non præiudicat creditoribus ignorantibus: nam ſi prætendit priuatus ius anterius, & probet de uero credito, & ignorauerit cōfeſſionem debitoris. l. uerius. de probat. l. fin. pro ſuo. tunc ſibi non præiudicat illa confeſſio, & ſibi non currit tempus. hanc opinionem tenuit Bal. in l. generaliter. C. de non numer. pecun. quam impugnat Alci. in l. 1. ſol. matr. rationib. vt per eum. Verum eſt, quod omnes in d. l. 1. Bal. & Rom. exceptis, tenent, quod exceptio etiam ignoranti præiudicat,
27 † ſed datur illi reſtitutio in integrum. l. 1. de in integ. reſtitut. ſed magis placet ſententia Bal. & Rom. quoniam, vt in ſuperioribus dixi, lapſus temporis præiudicat marito, non autem creditoribus. Nec obſtat quod ei detur reſtitutio, quoniam iſta facultas non releuat ipſum, quia ex arbitrio iudicis pendet: fauorabilius enim eſt remedium eſſe nullum iure ipſo, quàm officio iudicis, nam vbi po-
28 teſt habere locum remedium † ordinarium, non eſt recurrendum ad extraordinarium. l. auxilium. l. in cauſæ. la 2. de minor. Craue. cōſilio 7. per tot. parte. 1. quare melius eſt ſe ab initio intactum conſeruare, l. 1. quan. lice. vnic. ſi. iu. ſe vind. quàm poſtea vulnus curare. ergo ignoranti talis confeſſio non præiudicat. Si autem ſimus in creditoribus ſcientibus, dicendum eſt cum communi, quod talis confeſſio dotis ipſis præiudicet, niſi opponant intra tempus, cum habeant priuilegium opponendi etiam ceſſante marito. & id eſt, quod ex ſtatuto, & practica Veneta ſeruatur, ut in huiuſmodi fiāt ſtridationes, quæ excludunt nō comparentes in termino ſciētes ab exactione crediti anterioris in bonis ſtridatis.

29 Non obſtat deciſio Angeli, † quia nullus approbat eam, nec vllius legis fundamentū habet: fundatur enim ſolum in illa glo. dotale inſtrumentum, ſcilicet, reddendæ dotis, colligendo ex ea, quod inſtrumentum reddendæ dotis eſt confeſſionale: ſed cum iſta illatio non probetur iure, ideo non ualet. ad l. illam. C. de colla. Secundum ſublatum eſt virtualiter ex ſupradictis, non repeto. Et ad præmiſſa, circa confeſſionem mariti de dote, vide Rolan. in tractat. de lucro dotis. q. 80. vbi de marito in teſtamento confitente dotem. Et conſi. 85. nume. 27. par. 1. vbi, quod con-
30 feſſio † mariti de dote recepta, licèt marito præiudicet, non tamen præiudicat creditori etiam ſi decurſa eſſent tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, vt per eum ibi, & num. 41. vbi contra, & ſucceſſiue num. 42. ubi, quod confeſſio mariti de dote recepta tantum debet operari in præiudiciū mariti, & quorumcunque creditorum, quando ſunt lapſa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, ſecundum communem ſuprapoſitam, ſicut uera, & realis ſolutio, præſertim ſi fuerit facta ante contractum matrimonium. & conſi. 58. nume. 14. par. 2. conſi. 20. num. 9. 13. 14. & 18. par. 4. & conſi. 74. num. 1. 2. 3. & alijs, par. ead. ubi materiam ad ſaturitatē habere poteris, & apud Menoch. conſ. 81. nu. 15. & 22. lib. 1. & conſ. 54. nu. 19. & 20. par. 2. vbi alios in hanc ſententiam propoſiti dubij citat. vide ipſos.

QVAESTIO XLV.

Materia patet in principio.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio non dicitur donec traditio facta fuerit.*
2 *Promittere non eſt alienare.*
3 *Emphyteuta per ſimplicem venditionem non incurrit pœnam caducitatis.*
4 *Verbum alienatio, eſt cum effectu intelligendum.*
5 *Emptor, & uenditio, quando contracta dicatur.*
6 *Dominium non transfertur niſi prius numerato pretio.*
7 *Promittens vendere ſub pœna, quando dicatur ſatisfeciſſe.*
8 *Venditum quid dicatur,*

Nundina-

9 *Nundinarum priuilegium quando non ceſſet.*
10 *Vendens quando cadat a iure ſuo.*
11 *Vendens rem prohibitam alienari, quomodo ipſa priuetur.*
12 *Alienatio quando dicatur uera traditio.*
13 *Alienatio capitur ſtricte, & largiſſime.*
14 *Datio in emphyteuſim, & locatio ad longum tempus, dicuntur alienatio largiſſime.*
15 *Res prohibita alienari, uel ad longum tempus concedi, quomodo ualeat alienari.*
16 *Emphyteuſis non poteſt in perpetuum concedi.*
17 *Fieri quod non poteſt principaliter, nec etiam per prorogationem fieri poteſt.*
18 *Temporale per formam, & temporale per naturam, non poſſunt trahi ad perpetuitatem.*
19 *Eccleſiarum res alienari non poſſunt.*
20 *Alienatio alicuius rei non ualet niſi uſque ad tempus permiſſum.*
21 *Vtile per inutile non vitiatur, maxime in recipientibus diuiſionem.*
22 *Alienationis prohibitio facta ſimpliciter quo caſu inducat fideicommiſſum, uel non.*
23 *Prohibitioni quando quis contrafacere non uideatur.*
24 *Expreſſio eius quod tacite ineſt nihil operatur.*
25 *Alienatio legalis eſt permiſſa.*
26 *Prohibitio alienationis, quo caſu inducunt fideicommiſſum ualidum.*
27 *Teſtatoris voluntas, ex quibus declaretur.*
28 *Verba enuntiatiua prolata per modum cauſæ, diſpoſitionem inducunt.*
29 *Prohibitio alienationis quando non habeat effectum ultra quartam generationem.*
31 *Familiæ appellatione veniunt omnes deſcendentes vſque in infinitum.*
32 *Liberorum appellatione omnes deſcendentes ueniunt in infinitum.*
33 *Dictio, perpetuò, extenditur in infinitum.*
34 *Tex. in § nos ergo. in Auth. de reſtit. & ea quæ par. declaratur.*
35 *Prohibitio alienationis quando extendatur ultra quartã generationem.*
36 *Dictio, perpetuò, idem importat quod ſemper.*
37 *Dictio, perpetuò, quid operetur.*
38 *Fideicommiſſa ampliantur per rationem, & cauſam.*
39 *Legatum annuum ciuitati uel eccleſiæ perpetuo relictũ centum annorum ſpatio terminatur.*
40 *Fideicommiſſum quando non inducatur niſi in caſum cõtrauentionis.*
41 *Alienatio prohibita extra familiam, non extenditur ad hæredem legitimum.*
42 *Hæres legitimus intelligitur, qui ab inteſtato ſucceſſurus eſt.*
43 *Alienatio legalis, & neceſſaria non excluditur, etiam ſi concurrat duplex prohibitio.*
44 *Mater per quæ uerba intelligatur excluſa a ſucceſſione filij.*
45 *Prohibitio facta filijs non extenditur ad nepotes.*
46 *Prohibitio alienationis eſt odioſa, & non extendenda.*
47 *Nepotes non continentur appellatione filiorum in odioſis.*
48 *Nepotes quomodo ueniant appellatione filiorum, & numero 55.56*
49 *Fideicommiſſum eſt odioſum.*
50 *Filijs grauatis non cenſentur grauati nepotes.*
51 *Diſpoſitio teſtatoris, & legis æquiparantur.*
52 *Statutum obligans patrem ad ſoluendum condemnationem pro filio, non extenditur ad nepotem.*
53 *Nepotes quo caſu non comprehendantur ſub prohibitione facta filijs, & nu. 54*
57 *Extenſio in oneribus non fit de perſona ad perſonam.*
58 *Res prohibita alienari quomodo, & cui poſſit ex cauſa dotis alienari. & num. 72*
59 *Res fideicommiſſi poteſt pro dote alienari, declara ut num. 60. & 63.*
61 *Statutum prohibens alienationem in forenſes, non comprehendit alienationem ex cauſa dotis.*
62 *Matrimonium ſpirituale non debet eſſe deterioris conditionis quam carnale.*
64 *Diſpoſitio authen. res quæ. C. com. de lega. quo caſu locum non habeat.*
65 *Prohibitio in indiuiduo impedit alienationem etiam pro dote conſtituenda.*
66 *Prohibitio expreſſa non extenditur ad cauſam dotis ex præſumpta mente teſtatoris.*
67 *Pater non poteſt expreſſe prohibere quod auth. res quæ C. com. de lega. non habeat locum.*
68 *Alienari prohibita tum demum in cauſam dotis alienari poſſunt, cum legitima & trebellianica non ſufficiunt. & num. 69.*
70 *Res nec etiam ex cauſa dotis poteſt alienari, cum id teſtator expreſſe, & in indiuiduo prohibuit. cum declaratione, ut nu. 71*
73 *Alienatio prohibita extra familiam an poſſit fieri de cõſenſu illorum de familia.*
74 *Fauori ſuo quilibet renuntiare poteſt, & id quomodo, & quando contingat. nu. 75*
76 *Diſponere de iure tertij prohibitum eſt.*
77 *Bona prohibita alienari, an pro ſoluendis debitis prohibẽtis alienari poſſint.*
78 *Bona prohibita poſſunt pro reſtitutione dotis alienari.*
79 *Creditor antiquior præfertur mulieri in dotis exactione.*

QVAERO quadrageſimoquinto. Quidam habens diuerſa bona, ſcilicet, allodialia, feudalia, & emphyteutica, ſibi a patre teſtamento relicta, cũ prohibitione de non alienando, diuerſos & varios ſuper ipſis contractus fecit, tam inter viuos, quàm de ipſis in vltima ſua uolũtate diſponendo, etiam in hæredes extraneos, cuius contractus omnes infringere intendentes proximiores, qui ipſi ab inteſtato ſucceſſuri forẽt, exhibito teſtamento prohibentis, & contra ctibus, quærunt quid iuris. in quo quæſito, quia multa dubia cadunt, ſingula ſummatim perſtringens reſoluam.

Cadebat igitur primũ dubium ſuper quodam

dam contractu,quo prohibitus alienare, alteri vendiderat rem feudalem vel ſimilem, non tamen ipſius rei ſequuta erat traditio, ex quo ſuccedere prætendẽs volebat ipſum priuare, in quo breuiter fuit reſponſum tali petitioni minime locum fore; nã alienatio
1 † non dicitur donec traditio facta fuerit. cũ igitur hoc caſu non ſit ſequuta traditio, igitur talis alienans non cadit. maior propoſitio probatur in l. alienatum non proprie.ff. de verb.ſign.& ita ſenſit Bal.in c.1.§. aut ſi libellario.col.vlt. uerſi. ſequitur in textu. Aut pignori.in titu.quib.mod.feud.amit.in vſib. feud.ubi concludit, quod licèt feudum ſit prohibitum alienari vel pignori dari ſub pœna amiſſionis feudi, tamen hoc intelligitur ita demum ſi proceſſum fuit ad rei traditionem,aliàs ſecus.Et ratio eſt,quia promittere
2 † non eſt alienare,l.ad eum.§.Lucius.ff.de donat.ubi caſus. & alibi idem tenet ipſe Bal.in cap.1.§.denique.quæ fuit prima cau.benefi. amit.& in c.1.in prin.col.1. ad fi.de prohib. feu.alienat.per Feder.

Quod etiam patet in alienatione emphyteuſis, in qua, niſi ſit proceſſum ad traditio-
3 nem,emphyteuta † per ſimplicem venditionem non incurrit pœnam caducitatis, l.fin. C.de iure emphyt.Spec.in titu. de locato.§. nunc aliqua.uer.95.Ioan.And.Pau.de Leaz. & Ant.de Butr.in ca. potuit.de locato.ratio
4 eſt, quia uerbum alienatio, † eſt cum effectu intelligẽdum.l.1.§.hæc verba.ff.quod quiſq. iur.& venditio non dicitur perfecta ante traditionem.§.venditæ.Inſtit.de rer.diuiſ. Saly. in l.fina.C.de reb.alien. non alienan. qui dicit, quod quando in contractu venditionis non interuenit traditio,habetur vẽditio pro non facta,& ab ea nudo conſenſu receditur, l.ab emptione.ff.de pact.Alber.in d.l. fina.in vlt.uer.Anton.de Butr.in conſ.97.incip.viſo puncto, & inſtrumento. ad finẽ. & ita etiam per prædicta tam in feudo quàm in emphyteuſi tenet Alex.conſ.173.uiſo themate.col. ſecunda,vol.2.Iaſ.in d.l.fina.car.pen. quæſt. 19.C.de iure emphyt. & fuit ſententia Bald. in l.1,§.aut ſi libellario.nu.4.quib.mod.feud. amit.in uſi.feud.Corſet.in ſing.in uer. alienatio.ſing.incip.per alienationem.Curt.ſen.cõſilio 7.col,ult.uerſi.& ſic poſtquàm.Ruin.cõſilio 70.num.4.li.5.Aret.conſ.14.col.2.Pro qua ſententia facit gloſ.in l.1,§.ſi rem depoſitam. in gloſ. 1.in ſol.cont. ff. depoſi. & ibi

* Bar.& eſt communis opinio, ut dicit Bal.in l.3.C.ut in poſſeſ. leg. quam ſequuntur Ant. de Fano in tract.de pignor.2.part.3.memb. col.ult.Menoc. conſ.38.num.10. & ſequen. parte 1.

Videbatur tamen contrarium in hoc dicendum,ex multis, & primo, nam in teſtamento ſimpliciter prohibita eſt alienatio, abſque eo quod de traditione quicquam dictum ſit.quo caſu ſatis eſt,ſi res vendita ſit, li-
cet ſequuta non fuerit traditio. † §.1.Inſt. de empt.& vendit.ubi emptio, & venditio contrahitur quàmprimum conuẽtum eſt de pretio,licet nõdum ſit numeratum, ex quo tex. elicitur venditionem perfectam dici etiam abſque traditione: non enim transfertur 5
† dominium niſi prius numerato pretio. l. quod uendidi.ff.de contrahen. emptio. ubi Bartol.& Bald.& §.uenditæ.Inſtit. de rer.diuiſ.facit ad hoc dictum Barto. in l.ſi fideiuſſor.§.meminiſſe.ff. de lega. 1. dum ſcribit, q iuſſus uendere a teſtatore dicitur ſatisfeciſſe ex ſolo titulo venditionis, etiam ſi non tradidit.arg.l.in numerationibus.ff.de ſolut.& ſequuntur Bal.Ang.& Paul.in d. §. meminiſſe. & Soci.conſ.133.incip.profecto. colum.2. uerſi.ſed nunc ſubtilius.lib.1.& conſ.174. libro ſecundo,Deci.conſ.645. incip. propoſita.col.2.uerſi.ſed maior. Accedit ulterius,nã 6
7 ſi quis ſub pœna promiſit † uendere,ſequuta uenditione,licet res non fuerit tradita,dicitur ſatisfeciſſe promiſſioni ad effectum vitandi pœnam.ita Bald.in l.ult.C.de pact.int. empt.& uendit.quam ſequitur Aret.conſ.6. col.2.uerſ.ſed dubium remanet. & conſ. 28. incip.diligenter.col. 1.Iaſ.conſ.41.incip.in duabus.col.3.uerſ.nec obſtat ſi diceretur. libro 4.Deci.conſ.502.incip. ex duobus. col. 2.uerſ.ſecus eſt in eo.& conſ.ſequen.colu.2. uerſ.ſed ratio iſta.Goz.conſ.38.incip. in cauſa nobilium.col.3.nu.10.

Vlterius facit tex. in l. alienatum.in prin. ff.de verb.ſignifi.ubi uenditum illud dicitur,
8 † quod adhuc manet in dominio uẽditoris, & ſic re non tradita, ex quo text. iunc. gloſ. Imo.in cap.potuit.col. 22. uerſ. aduerte tamen,ex. de loca.& cond.tenet, emphyteutam ex ſola uenditione ſine traditione incurrere caducitatem. quod etiam tenet Guido Pap.conſ.147.inci.conſilium. col.antep. uerſ.ſed reſtat.& facit ratio, quæ ſumitur ex l.ex empto.in prin. ff. de act. empti.& in l.in

conuentionalibus.

conuentionalibus. in fine. ff. de uerb.oblig. ubi, licèt dominus non ſit emptor ante traditionem, tamen ei competit actio ad rem ſibi tradendam.ex qua ratione motus Bald. in l.1.C.de nundin.circa med. tradit, quod
9 ſi tempore † nundinarum factus fuit contractus,& non traditio, non ceſſat priuilegium illius legis conceſſum nundinis, cum iam ex contractu adſtricti ſint contrahentes ad ipſum implendum, licèt implementũ fiat poſt nundinas.& ita in Francia obſeruari in materia retractuum,dicit Tiraq.de retract.lign. §.1.glo.2.nu.50.

Quibus tamen non obſtantibus, prima ſententia uti uerior tenenda eſt, quod ſcili-
10 cet † ex ſola uenditione quis non cadat a iure ſuo,niſi deuenerit ad traditionẽ, ex ſupra not.in qua ſententia cum Specul.relato ſup. num.3.ultra ibi citat.fuerunt, Pract. Pap.in tit.de actio.in rem pro emphyt. quæ ceci.in commiſ.colu.mihi.4. uerſ. item circa. Bald. conſ.9.colu.2.uerſ.quæritur utrum. lib. 1.& conſ.188.lib.4. conſ.415. circa med. lib.1. conſ.160.uerſ.conſidera.lib.3.Anto.de But. conſ.34.&conſ.37.in fine.Comen.conſ.41. Fulg.conſ.2.in 1.dub.& conſ.11. col.1.Alc. conſ.91.lib.3.& conſ.76.col.2.lib.7.num.5. Curt. ſen. qui hanc dicit communem, conſ. octauo,circa fin.Bertran.conſ.45.in 1.dub. lib.1.& alij quàmplures, qui in hanc ſententiã adduci poſſent, moti omnes ratione deducta ſup.num.4.cum enim prohibitio alie-
* in d.§.Diui.in 4.not.præcipue Crotus. & ſequitur Socin.iun.conſi.136. incip. uiſo proceſſu.col.3,uerſ.ſecundò concludendum eſt. uol.1.& eſt ratio, quia iuri non conuenit vt quis in fraudem ſuorum creditorum bona ſua inalienabilia faciat.

Hinc eſt, quod licèt pro reſtitutione dotis
78 facienda uxori teſtatoris poſſit alienari † de rebus ab ipſo teſtatore prohibitis alienari, prout eſt cōis opinio, ſecūdum Cor.cōſ.38. incip.placet mihi. col.4.in fi.uol.1. teſtatur com-

commununem Socin.iun.conſ.28.colu.2.in fi. uol.2.& ante eum Socin.ſen.conſ. 23.col.2. vol.3.dum inquit, quod hæc opinio eſt clara de mente omnium in d. authẽ. res quæ.& quod communiter Docto.ita tenent, Deci. conſ.376.col.1.& 2.conſ.519.colu.2. Curt. iun.conſ.59.col.1.Goza.conſ.97. col. 3.vbi refert ita tenere Crot.in d.§.Diui.colum.49. uerſ.octauò quæritur.vbi concludit, mulierem pro dote ſua conſequenda habere hypothecariam in bonis fideicommiſſo ſubiectis,& quod iſtud ius competit nedum mulieri,ſed etiam hæredib. eius,licet extraneis. Bal.Paul. & alij in d. auth. res quæ. arg. not. per Bar.in l.1.ff.ſolu.matr.idem vult Paul. de Caſt.conſi.13.ſecundum impreſ. antiq. Ta-
79 mẽ ſi ſit aliquis † creditor antiquior ipſa muliere,tunc talis præfertur,eſt communis opinio cum glo.in §.fuerat.Inſt.de action.ſecũdum Iaſ.ibi,num.72.Gomez.nu.27.Zaſi.nu. 24.& cõmunem teſtatur Bal. Nouel.de dote 10.priuil.col.1.& Añt. Fan. par.2.memb.4. num.98.quam late diſputant Abb.& Barba. in c.ex literis.de pignor.Ioan.Igne. in q.An Rex.num.138.ratione de qua ſup. nu. 77.in fine.pro quibus uide Rom. conſi. 233.iunc. adnot.in lit.A.& Rolan.conſ.85.nu. 24.uol. 1.& faciunt iſta ad Venet.Statu.lib.1.ca.34. de quo,quia ſupra copioſe ſcripſi quæſt.44. ideo non inſiſto.

QVAESTIO XLVI.

Materia patet in principio.

SVMMARIVM.

1 *Mulier habet tacitam hypothecam in bonis mariti pro dote,& an pro alimentis,nu.2.*

3 *Lex quod non dicit,nec a nobis dicendum eſt.*

4 *Mariti bona quod ſint tacite vxori obligata pro alimentis declara.*

5 *Vxor ali debet a marito iuxta dotis quãtitatem,& eius conditionem.*

6 *Actio perſonalis tantum competit vxori pro alimentis contra maritum.*

7 *Mulier an poſſit conſequi alimenta a marito tam dum viuit,quàm eo mortuo.*

8 *Mulier mortuo uiro ab eius lege ſoluta eſt.*

9 *Mulieri quare debentur alimenta in bonis mariti mortui. & in quo caſu tunc,nu.10.12*

13 *Mulieri debentur alimenta in bonis mariti, etiam ſine vitio vſuræ,marito etiam mortuo.& licet ipſa diues ſit num.13.intra tamen annum luctus, ſecus eo tranſacto ſi per eam ſtat quominus dotem ab eius hæredibus conſequatur.num.14.aliàs ſi per hæredes ſtet.num. 15.*

16 *Contractus,quod gener non computet in ſortem fructus perceptos ex fundo ſibi aſſignato donec ſibi ſoluatur dos eſt licitus,& non ſapit uſuram.*

17 *Intereſſe certum in pactum deductum ab initio contractus,etiam in cauſa dotali donec eius ſolutio differatur, eſt illicitus,& facit contractum uſurarium. & contrarium,num.18.& 21.*

19 *Mulier recipiens aliquid ultra ſortem ſoluto matrimonio eſt uſuraria,& quare.nu.20*

22 *Mulier quantum tempus uiuere debeat de bonis mariti poſt eius mortem.*

QVAERO quadrageſimo ſexto, An bona mariti ſint vxori tacite obligata pro alimẽtis.Quęſtio pulchra,quotidiana,& vtilis eſt, maxime temporibus noſtris, quibus libenter mulieres diuertunt ab eorum uiris.
1 Clarum & receptum eſt, quod mulier † habet tacitam hypothecã in bonis mariti pro dote.l.aſſiduis.C.qui pot.in pigno.hab.cum ſim. Modo quæritur,vtrum idem ſit pro alimentis.hanc quæſtionem ponit Spec.in tit. de donat.int.uir.& uxo.& in tit.de dot. poſt diuor.reſtit.§.formatis inſtrumentis. ver.ſed nunquid bona uiri.& ibi Ioan. And. ſuper uer.pro dote.Bal.in l.Lucius. de lega.1. & in l.unica.in princ.C.de rei vxor.act. & in l.ubi adhuc.C.de iure dot.Bar.in l. ſi cum dotem. §.ſin autem in ſæuiſſimo.ff. ſol. matrim. & in l.Lucius.ff.de alimen.& cibar.lega.in uer. itẽ iſte tex.allegatur.Imo.in d.l.ſi cum dotem.§. item pater.uerſ.ultimo aduerte.Doct.in hoc diuerſi fuerunt.Bar.in cit.locis, & in trac. de alimen.in ultima opinione per eum recitata.col.fi.circa fi.uer.quæro an uxor. partem
2 † negatiuam tenet, cum quo eſt communis ſententia,& id ex ea ratione, quia nulla lege cautum reperitur hæc tacita hypothecã pro alimentis, ergo ſecundum terminos iuris cõmunis iudicandum eſt.l.ſi extraneus.ff.de cõdit.ob cauſ. dicta l.ſi cum dotem.cum ſimil.
3 Quod enim † non dicitur a lege,nec a nobis dicendum eſt.l.ex teſtamento.C.de collatio. in Auth.de trien. & ſemiſ. collat. 3.& hanc eſſe communem ſententiam teſtatur Rom. conſi.454.incip.in re præſenti.circa fi. uerſ. quo ad ultimum.& pro ea eſt tex.in l.fin. C. qui poti. in pigno. habea. ubi de materia, iunc.glo.magna ibi.

Mattheus de Afflic. deci.10.quæ incipit, vxor domini Chianci.num.3.uerſ.Pro quibus

bus

bus quidem alimentis, tenet contrarium, q
4 ſcilicet bona † mariti ſint tacite obligata vxo
ri pro alimentis,& allegat Bar.in d. §. ſinau-
tem in ſæuiſſimo.& Spec.in d.uerſi.ſed nun
quid bona.& id etiam ſenſerunt,Bald.in d.l.
uni.§.& ut plenius.C.de rei uxo. act.in prin.
Cum.in d.§.ſin autem in ſæuiſſimo.uerſi.no
ta alimenta præſtari. Aret. in §. fuerat. col.8.
uerſi.quæro an bona mariti.Inſtit.de action.
Pau.Caſtr.in d.§.ſinautem in ſæuiſſimo.verſ.
allegatur etiam iſte tex.& ibi Ale.col.2.uerſ.
poſtremo,quia hic dicitur.

Pro ſolutione Specul.ubi ſupra dat dupli
cem intellectum. Primus, quod conſtante
5 matrimonio † bona ſint obligata,cum vxor
a marito ali debeat iuxta dotis quãtitatem,
& eius conditionem.l.ſi cum dotem.§. ſi cõ
ſtante.ff.ſol.matrimon.nam huiuſmodi one
ra alimentandi ſunt facultatum.ff. de vſufr.l.
ſi pendentes.& ita etiam tenet Abb. in conſ.
43.uerſ.ad ultimum.par. 2. & Caſtren.conſ.
octauo,ſecundum antiq. impreſſionem. ſed
dicit ipſe Specu. ſoluto eo non ſunt obliga-
6 ta,cum tunc † maritus non teneat alere uxo
rem.de quo latius infra. Secundus eſt intel-
lectus ſecundum alios, quod bona ſint obli-
gata tantum pro dote,&non pro alimentis,
cum maritus ad hęc alimẽta perſonali actio
ne teneatur. & ſic Specul. tranſit referendo
aliorum opiniones,& non reſoluendo.

Effectus huius quæſtionis eſt, an mulier
7 poſſit conſequi alimenta † vigore tacitæ hy-
pothecæ,tam uiuente marito, ſi ab eo diuer
tat, quàm eo mortuo. & quo ad primum
non eſt dubium,quia,ut iam dixi,uir tenetur
alere uxorem.d.§. ſinautem in ſæuiſſimo. ad
hoc enim datur dos.l.dotis fructus. ff. de iu-
re dot. etiam quod indotata eſſet. l. quod ſi
nulla.ff.de relig.Gabriel.conſi.25.nu. 16. in-
tellige tamen niſi pactum in cõtrarium fiat.
ff.de in rem uerſo.l.ſi.ff.de except.l.patri. pri
mo reſponſo.Reſtringe tamen iſtud pactũ,
niſi mulier laboret inopia, nam non obſtan-
te pacto petet alimenta, & debebuntur. ita
notat Specul.in tit.qui fil.ſint legit.§.ſed po-
ne quidam emancipauit.& ibi Ioan.And.in
addit.ſuper uer.Reſpon.ſic ex mente Alber-
ti Galeoti.

Quo vero ad ſecũdum,an ſcilicet eo mor
tuo.videtur quod nõ,quia mortuo viro mu-
8 lier † ab eius lege ſoluta eſt, c. pen.& vlt.ext.
de ſecun.nupt.ff.de petit.hæred. l. hæres fu-
rioſi.ff.pro ſocio.l.actione.in fine.Et ſecun-
dũ alios uidetur,quod ſic,ſi non habet aliun
de unde alatur.ff.de bon.auth.iud.poſſ.l.quã
uis.ff.ut in poſſeſ.legat.l. penul. & de uent. in
poſſeſ.mit.l. 1.§.ſi mulier. & hoc tenet Spec.
in d.tit.qui fil.ſint legit.§. ſed nunquid petet.
& ibi Io.And.in addit. ſuper ver. alatur.imò
etiam ſi aliunde habeat unde ſe alere poſſit,
vt dicit Bal. in l. de alimentis. C. de tranſact.
& Afflic.dicta deciſ.10.uer.& unus ex dictis
conſiliarijs.

Et applicando concluſioni propoſitæ,d
eas, quod dicta bona mariti non ſunt tacite
9 hypothecata,† nec ante mortem mariti,nec
poſt, ut eſt communis concluſio. ſed quia
marito viuente vxor nõ poteſt repetere do-
tem niſi in caſibus notatis in l. ſi conſtante.
ff.ſol.matrim. nec poſt mortem intra annũ,
vt C.de rei uxo.acti. l. unica. §. exactio. ideo
competit ſibi actio ad alimenta, ne interim
famem patiatur,& ne fructus marito cedant
ſeu eius hæredi abſque onere matrimonij,
ut ſentit Afflic.d.deciſ.10.uerſ. & hoc fuit di
ctum eſſe uerum. & Ioan. And. in addit. ad
Specul.ubi ſup.in addit. quæ incipit. §. exa-
ctio.& ibi in fine.

Et quia num. proxime præcedenti dixi,
quod uxor poſt mortem mariti non poteſt
dotem repetere ab eius hæredibus infra an-
num, ideo diffuſius oportune eſt uidendum
de alimentis interim dum labitur annus. in
quo ex mente glo.Barto.& Doct. in d. l. 1.§.
exactio.C.de rei vxo.acti. talis formatur cõ-
10 cluſio.Alimenta † mulieri uiduæ ab hæredi-
bus mariti debentur, ſi ea pauper ſit, intra
annum uiduitatis, quo mariti hæredes cogi
non poſſunt pecuniam dotalem ipſi reſtitue
re,eſtque communis Docto. opinio in l. di-
uortio.in prin.ſol.matr.& fuit ſententia Spe
cul.in tit.qui fil.ſunt legit. §. ſed nunquid pe-
tet uxor. uerſ. ſed dic quod ſic, ſi non habet
aliunde unde alatur, ut ff. de bon. auth. iud.
poſſid.l.quamuis.ff.ut in poſſeſ.lega. l.pen.&
de uent.in poſſeſ.mit.l. 1.§.ſi mulier. cum in-
tra illud tempus non poſſit repetere dotem,
d.§.exactio.ubi gl.in fine , tenet hoc,& ante
eum fuit opinio Alber.Galeo.in tract. de ali
men.qui eſt inſertus in ſua margarita , ſub c.
38.ubi ipſe num.6. uerſ. ſed nunquid poteſt
ab hæredibus.dicit, quod intra annum po-
teſt petere alimenta ab hæredibus mariti, ſi
aliunde non habet , ut ff. de ſponſal.l.quam-
uis.

uis.&allegat d.§.ſi mulier. & d.glo.in §.exa. ctio.ut ibi per eum.

Limitatur tamen iſta concluſio, habere locum in bonis mobilibus datis in dotem,

11 † non autem in immobilibus,nam in immobilibus, ſtatim mortuo viro mulier rehabebit fundum & fructus, & ſic non occurret quo d alatur, cum ipſa eo caſu poterit ſe de fructibus alere.& ita firmant Bald. Iaſ. & alij in d.l.diuortio.in mobilibus uero, quia datur annua dilatio hæredibus ad reſtituendã dotem in ipſis conſtitutã,interim igitur mulier ab eis ali debet.id vult glo. in d.l. diuortio.in uer.facto.ad fi. quam, ut ſupra dictum eſt,communiter ſequuntur,Bart.& alij, & in d. §.exactio. & eam communiter approbatam dicit Paul.de Caſt.in ipſa.immo Alberi. de Roſ. dicit, quod eam ſemper in practica uidit obſeruari.

Contra iſtam concluſionem inſurgit Iaſ. in d.l.diuortio.col.5.uerſi.tu autem aduerte, & conatur ponere contrariam tanquam veriorem,tandem col.6.uerſ.Tenendo tamen communem,reſidet cum communi, & tollit obiecta,ut ibi per eum, quia ad longum ponit,& eſſet aliorum ſcripta tranſcribere,ideo ipſam firmiter teneas, quod ſcilicet alimenta debeantur. Quod adeo uerum eſt, ut mu-

12 lieri dicta alimenta debeantur † & conſtituã tur etiam ſine uitio uſuræ, ut dicit Abb.in c. ſalubriter.de uſur. nam per eam nõ ſtat quin ſibi reddatur dos. donec ergo redditur ali debet,& ipſi certa alimenta aſſignanda ſunt, ſecundum Pet.de Ancha.in c.peccati uenia, quæſt.4.de reg.iur.in ſex.Caſtren.conſ.429. incip.viſo caſu ſupraſcripto. colu. 2.uerſi.de alimentis uerò.uol.2.ſequuntur Imo. & Alexand.in d.l.diuortio.nume. 24. & conſuluit Alex.conſ.63.incip. ſtantib. his. col.2.nu.3. uerſ.quo etiam ad alimenta.uol.4.& in conſilio 31.incip.uiſo themate.col.2.nu.5. uerſ. & dixit dominus Abbas.& in conſ. 200. incip.perſpectis narartis.col.2.nu.7.uerſi.accedit ad confirmationem.uol. 6. & antea clarius conſ. 141. incip. viſo themate.col.2.nu. 6.uerſ.accedit etiam ad confirmationem.uolum.5.& ſequitur Craue.conſ.189.colu.2.& pen.par.1.& ſecundum hãc in foro Neapolitano iudicatum eſſe refert Affli. deciſ.248. quæ incipit,an ſoluto matrimonio. uer.Domini de conſilio uotauerunt ſecundum opinionem Pet.de Anchar. quod uendicat ſibi

13 locum † etiam ſi mulier ſit diues,per ea quæ in ſuprad.locis notantur.

Tranſacto uero anno, ſi mulier non petat dotem,uel per eam ſtat quominus cõſequa-

14 tur,† non debentur ſibi alimenta, ſicut nec vſuræ,ut not.in l.inſulam.§.vſuras. ff. ſol.matrim.Innoc.in d. c. ſalubriter.de uſur. Anch. conſ.150.incip.in quæſtione, quæ uertitur. col.2.poſt med.Si uerò ſtaret per hæredem, quia eſſet in mora reſtituendi dotem,& ipſa mulier non haberet unde poſſet ſe alere, eodem modo ei eſſent aſſignanda alimenta interim, ne melioris eſſet conditionis hæres moroſus poſt annum, quàm non moroſus infra annum: non enim interim debet mori fame mulier,ut firmat Anch.in d.conſ. 150. col.2.num.4. uerſ. Contrarium tamen dico. & Caſtr.d.conſ.429.uerſ. tranſacto uno anno.& Alex.dicto conſ.141.col.2.nu.6.uerſ. accedit etiam.

Et ſic remanet ſolida,& firma concluſio, quod mulieri infra annum debentur alimen

15 ta,† & etiam poſt annum,ſi hæredes fuerint moroſi in reſtituendo dotem illi,& ea petere poteſt etiam ſine uitio uſuræ, ſicut etiam maritus cui dos eſt promiſſa poteſt petere intereſſe donec illa ſibi ſoluat, ut a pari procedant. Verum quia iſti paſſus ſunt a Doct. multum controuerſi ratione uſurarum, ideo pro intelligentia ipſorum, uiſum eſt ponere infraſcriptas concluſiones remiſſiue, ut ſtudioſus lector in occurrenti caſu ſciat quo recurrere debeat.

Prima igitur ſit concluſio talis. Cõtractus,

16 † quod gener non computet in ſortem fructus perceptos ex fundo ſibi obligato donec ſoluatur ſibi dos,eſt licitus, & non ſapit vſuram.c.ſalubriter.de uſur.& Doct. ibi ſecũ dum Bar.in l.in inſulam.§.uſuras.ſolu. matri. Bologn. conſ. 19.& omnes tam Summiſtæ quam Theologi in Tracta.de uſur.& eſt cõis opinio ſecundnm Ioan.a Medi.de contract. c.de acquis.per uſur.§.ad c.ſalubriter.& fatetur communem Bald.Nouel.de dote. par.7. priuil.3.& Pariſ.conſ.64.uol. 4.

Secunda ſit cõcluſio præmiſſę ſimilis.Inte

17 reſſe † ab initio cõtractus in pactũ deductũ certum,etiam in cauſa dotali, donec differatur eius ſolutio,eſt illicitum, & facit contractum uſurarium,ſecundum Doct. in cap. ſalubriter. de uſur. Alex.conſ. 27. uolum.4.& conſ.74.& 141.uol.5. & conſ.31.uolu.6.& eſt

eſt communis opinio, ſecundum Soc. conſ. 88.num.18.& conſ.130.num.10. volum.4. Alexan.conſ.263. & fuit dictum Cardin. in d.c. ſalubriter.

18 Contrariam tamen ſententiam † in terminis dicti cap. ſalubriter. & in terminis l. curabit.C. de actio. emp. dicit communem Deci.conſ.119. & in cap. cum venerabilis. de except.& ante id tenuerunt Cald. & Anchar.& Abb.in d.c.ſalubriter. Bal.Nouel.de dote.par.3.priuil.3.Alexã. d. conſ.31.lib.6. Rube. conſil. 108. & communem dicunt Moderni Galli in tracta.de contract. quæſt. 74.num.523.& iſta ſeruatur in praxi, ut diffuſe ponit & conſiderat Nauar.in ſuo com. reſol. vſur.cap.20.

19 Tertia erit concluſio. Mulier † recipiens aliquid vltra ſortem ſoluto matrimonio eſt uſuraria, nec iuuatur diſpoſitione capit. ſalubriter. de uſur. ratio eſt, quia tunc ceſſat fauor conſiderabilis reſpectu onerum matrimonij. eſt communis opinio cum Im. ſecundum Abb.in d.cap.ſalubriter.&dicit cõmunem Affli.deciſ.284.&Craue.late conſi. 189.num.7. ad fin. non poteſt igitur ſoluto matrimonio aliquid petere ab hæredib. mariti pro alimentis donec ſibi ſoluatur dos,
20 nam diſpoſitio † d. ca.ſalubriter,non habet locum ſoluto matrimonio, ut dicit ibi Inn. communiter receptus, & Corn..conſil. 77. & 222.lib.3.

Contrariam ſententiam, quod immo ratione intereſſe damni emergentis aut lucri
21 ceſſantis poſſit uidua † paciſci, & interim dum ſoluitur dos certam annuam quantitatem percipiat abſque macula vſuræ, tenet Alexan. conſ.200. lib.6.conſil.141.lib.5.& dicit communem Iaſ.conſil. 92. uolum.1.& hoc ex eadem ratione,qua maritus intereſſe petere poteſt donec ſibi ſoluatur dos. nã ſicut is qui promiſit dotem, in dubio uidetur ſe obligare ad fructus donec eam ſoluat, ſic recipiens uidetur ſe tacite obligare ad ſoluẽdum donec reſtituat dotem, certum quid pro alimentis: hoc enim non recipitur per modum vſuræ, & mutui palliati, ſed uia promiſſionis cuſtodiæ ipſiuſmet dotis, quæ tacite reſultat ex natura illius,&ex fine ob quẽ datur, & accipitur, & conſeruari debet donec definit eſſe dos, arg.l.cum quid. ff.ſi cert. pet.cum ibi no.& ita concludit Nauar.in citat.loco.num.75. ubi infert ad diuerſa ſtatuta de hoc loquentia, quod ſalua conſcientia
22 valeant, † ut eſt Venetum ſtatutum,lib. 1.ca. 60.incip. Cum ſecundum conſuetudinẽ.ubi ordinatur quantum tempus viuere debeat de bonis uiri vxor poſt mortem mariti, & ita teneas, quicquid in cõtrarium ſcribatur.

QVAESTIO XLVII.

Bona fideicommiſsi,an poſsint alienari pro redemptione carcerati.

SVMMARIVM.

1 *Statutum imponens pęnam pecuniariam pro homicidio uel enormi delicto non ualet.ſi imponit paruam,ſecus ſi magnam.nu.2.*
3 *Tranſactio ſeu compoſitio licita eſt in delictis.*
4 *Sanguinem ſuum redimere unicuique licet.*
5 *Filius ex delicto condemnatus, an poſſit bona fideicommiſſi alienare pro ſui redemptione. & nu.7.*
6 *Delinquens debet perdere priuilegium ſibi a lege indultum.*
8 *Exequutores deputati ad diſtribuẽdũ bona in pios uſus, poſſunt diſtribuere pro redemptione condemnatorum ex delicto.*
9 *Bona fideicommiſſi non poteſt condemnatus ex delicto pro ſui redemptione alienare, quando ex hoc tertio fieret præiudicium. ſecus ſi ſibi ſoli.nu. 11.*
10 *Expendenti pro pia redemptione alicuius malefactoris competit repetitio.*
12 *Alienare prohibitus fauore certæ perſonæ expreſſæ non poteſt contrauenire, ſecus ſi ſui ipſius.*
13 *Bona delinquentis fideicommiſſo ſubiecta, an ueniant in confiſcatione de eius bonis facta. & nu. 18. 20.*
14 *Fiſcus loco hæredis extranei habetur.*
15 *Alienare qui non poteſt, non etiam facere poteſt quòd ex ſuo delicto ſequatur alienatio.*
16 *Feuda in præiudicium agnatorum nõ confiſcantur etiam in crimine læſæ Maieſtatis,in quibus feudis id intelligatur. nu.17.*
19 *Teſtatoris præceptum ſolius prohibiti fauorem reſpiciens habet uim conſilij, & prohibitum non aſtringit.*
21 *Confiſcari non poſſunt bona delinquentis, quando id teſtator expreſſe prohibuit.*
22 *Donatio propter nuptias, quando ſit interdicta prohibito diſponere de rebus ſuis.*
23 *Alienari prohibita,an tranſeant in fiſcum durante uita prohibiti.*
24 *Delinquentis alienare prohibiti bona confiſcantur quando apparet prohibitionem in fraudem fiſci factam fuiſſe.*

QVAERO quadrageſimo ſeptimo. Occurrit ſæpe, quod delinquentes carcerati alternatiue pœna pecuniaria aut corporali condemnantur, uel paciſcuntur cum curia

pro

pro ſui redemptione, & aliquando etiam delictum committunt, pro quo ueniunt eorum bona confiſcanda. ſi daretur aliquis caſuum præmiſſorum, & delinquens non haberet niſi bona fideicõmiſſo ſubiecta, quæritur quid iuris. & quia ſępe occurrunt, ideo circa primum & ſecundum, quia in idem reincidunt, pręmittenda prius ſunt infraſcri
1 pta, videlicet. Statutum † pro homicidio uel enormi delicto pęnam pecuniariam vel leuem imponens non ualet. eſt communis opinio ſecundum Felyn. in rub. ext. de homici. ratio, quia præbet audaciam delinquentibus, & repugnat legi diuinæ per quam imponitur pœna mortis. Geneſ. cap. 9. Exo. cap. 21. ſecundum Hoſtië. in cap. fin. de conſuet. Archi. Lap. & Gemi. in cap. fin. ne cler. vel mona. Abb. in d. capit. fin. de conſuetu. verſic. & per hoc poteſt ſaluari. colum. 3. & ibi Zachar. in lit. fi. ubi multa allegat. & Ant. Franc. in addit. ibi, ubi multa pulchra dicit. Aret. in tracta. maleſic. in ver. ex interuallo mortuus. Bologn. in rubr. quod quiſque iu.
2 num. 20. intellige ſi imponit paruam, † ſecus ſi magnam, vt in §. pœna. Inſtit. de iniur. quẽ notat Alberi. in 2. par. ſtatut. q. 122. Roma. ſing. 714. Rochus de Cur. in d. cap. fi. de conſuet. colu. 21. Hippo. in l. 1. nu. 19. de ſiccar. Pet. Rebuf. in ſua pract. canon. ſub reg. de diſpen. in grad. prohib. gl. 5. num. 15.

Secundo præmittendum eſt, quod in de-
3 lictis eſt licita compoſitio † ſeu tranſactio, ut notat Iaſ. & alij in l. tranſigere. C. de tranſac. Iacob. Nouel. in pract. cauſ. crimin. ſub titu. inquiſitio quid ſit. nu. 89. fol. mihi. 50. & in tract. ad defenſam. ſub ti. An indicia pro reo danda ſint. num. 117. fol. mihi. 96. Silueſ. in ſum. in uerſic. Accuſatio. §. 11. ex ea ratione,
4 quia † vnicuique licet ſanguinem ſuum redimere, ut dicit gloſ. in d. l. tranſigere. in ver. prohibitum, quam rationem omnes probant, ut dicit Purpur. in d. l. tranſigere. num. 17. & ibi Curt. iun. nu. 4. Clar. lib. 5. ſent. §. fi. q. 58. uerſ. ſucceſſiue uideamus, & hoc paſſim ſeruatur præſertim in vrbe Romana, & in omnibus terris eccleſię ex inueterata conſuetudine, ut notorium eſt, & etiam patet ex bulla Pij Quarti reformationis tribunal. tit. de procur. fiſ. uerſ. Procurator præfatus.

Quibus ſic præſuppoſitis, dato caſu, Quęritur an aliquis, puta filius, ex ſuo delicto
5 condemnatus † poſſit pro redemptione ſuæ perſonæ alienare bona ſubiecta fideicommiſſo. in quo Barto. in authen. res quæ. C. commu. de lega. in ult. quæſt. relinquit cogitandum. Salyc. autem ibi determinat quod non, ea ductus ratione, quia cum iſtud ſua culpa prouenerit, non debet alij grauamen afferre. l. ſiue hęreditaria. ff. de neg. geſt. idem tenent Ang. & Paul. Caſtr. in d. authen. res quæ, circa finem. quia eum culpa uel dolus filij delictum præceſſerit, eum pœna tenere debet, non autem illum cui reſtituenda eſſet hæreditas, quod fieret ſi dicta bona alienare poſſet. idem tenet Bald. in authen. contra cum rogatus. C. ad Trebel. ſuper uer. captiuorum. & in uer. Trebel. & eſt communis opinio Doct. in d. auth. res quæ. ut ibi teſtatur Iaſ. colum. 6. in princ. uerſ. Sextò & vltimò, ex ea ratione, quia delinquens † debet
6 pdere priuilegiũ ſibi a lege indultũ, l. ſed etſi ex parte. §. quamquam. ff. quod cum eo. l. relegatorum. in fine. ff. de interd. & releg.

7 Contrariam autem opinionem, quod ſcilicet talis alienatio † fieri poſſit & teneat, tenet Fulg. in d. auth. res quæ. quia conſiderata ueriſimili mente patrum, & communi eorum uoto, eſt præſumendum quod non ſit prohibita alienatio in hunc caſum. l. iſti quidem. in fi. ff. quod met. cau. & hanc opinionem tanquam humaniorem, iuxta. l. utilitatem. & l. in confirmando. ff. de confirm. tut. in puncto iuris tenet & reputat ueriorem Alex. in l. quamuis. ff. ſol. matrim. & in d. lege Marcellus. §. res quæ, motus per not. dictum Bal. & Imo. in d. l. quamuis. per illum text. cum l. ſequen. ubi dicunt, quod exequuto-
8 res † deputati ad diſtribuendũ bona in pios uſus, poſſunt diſtribuere pro redemptione condemnatorum ex ſuo delicto, & iſtud adnotauit gloſ. in capit. ſacrorum. 12. q. 2. quæ vult quod diſpoſitio illius cap. & l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccle. quæ permittunt res eccleſiæ alienari pro redemptione captiuorum, habeant locum etiam quando quis eſſet captus ex ſuo delicto, & allegat concor. ut ibi in uer. repetitionis. uerſ. ſed nunquid de capto in maleficijs, quam gloſ. ſequitur Bald. in l. illud. in prin. C. de ſacroſan. eccleſ. & Ioan. de Anan. in capit. ſignificauerunt. in 4. colum. ext. de iud.

Pro ſolutione diſtinguendum eſt. Aut per iſtam alienationem infertur tertio præiudicium, aut de ſolo alienantis præiudicio tractatur,

9 ctatur. Primo caſu † talis alienatio non valet, puta ſi a teſtatore prouiſum ſit, quod poſt mortem filij bona in alium deueniant, & ſic ſit inductum fideicommiſſum: iſto enim caſu cum tractetur de præiudicio fideicommiſſarij, & delinquens ſimplex uſufructuarius ſit, non poterit ex quacunque cauſa bona alienare, ut dicit Iaſ. in d. authen. res quæ. d. uerſi. ſexto & ultimo. circa medium. & late Dec. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitut. a num. 137. uſque ad nu. 139. incluſiue. iunc. addit. Aldobran. quæ in contrarium adducta ſunt non obſtant, nam loquuntur in his, quæ pendent a uoluntate libera, & humanitate redimere uolentis, quod ſentit glo. in uer. repetitionis. in d. c. ſacrorum Canonū.
10 dum ait, quod expendenti † pro pia redemptione alicuius malefactoris, competit repetitio.

Secundò caſu, quando ſcilicet tractatur de ſolo alienantis præiudicio, fieri poteſt, &
11 ualet alienatio, † puta, ſi pater filiū inſtituat, ipſumque prohibeat alienare vſque ad certum tempus ſimpliciter, & generaliter nullo alio adiecto reſpectu, ratione uel cauſa, hoc caſu poterit filius pro ſui redemptione bona alienare, & ita procedunt, quæ contra * propoſitum thema adduci poſſent. nam cōiter receptum eſt, prohibitum alienare uerbis quibuſcunque generalibus non extra certum genus perſonarum, ſed generaliter, & ſimpliciter, poſſe libere de ipſis bonis diſponere. Bar. in l. ſi ita quis. §. ea lege. de uerbor. oblig. & Doct. omnes poſt eum. Ruyn. in l. filiusfamilias. §. Diui. colu. 46. de leg. 1. & conſ. 89. num. 16. uol. 2. Aret. conſ. 19. Hier. Gabriel. conſ. 132. incip. Tiberius Narius. q. 1. num. 3. uol. 1.

Conclude igitur in caſu propoſito, quod quando fauore alterius eſt prohibita aliena-
12 tio † expreſſe, non poterunt ipſa bona alienari ulla ratione uel cauſa, ſecus uero ſi facta ſit prohibitio fauore ipſius prohibiti tantum. ita Barto. declarat in l. ſi quis in tantam. columna tertia, uerſi. quæro an dominus. C. unde ui. & in l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus. columna fina. uerſi. & per ea. ff. de dam. inf. Dec. in l. furioſi. columna ſecunda, uerſi. ſupradicta habent locum. ff. de reg. iur. Alexand. conſilio uigeſimotertio. columna tertia, uerſi. quarto pro hoc facit. uolu. primo, & conſilio 88. columna ſecunda, in fine. uer. quarto pro hoc facit. uolumine tertio, Aret. conſilio 14. colum. 5. uerſi. pro quibus facit. Socin. conſilio 121. num. 22. uerſi. ſed regula eſt. uol. 4. Gram. deciſ. 105. nume. 39. uerſi. & ſic ſequitur.

Quo ad ſecundum quæſtionis caput, an ſcilicet bona delinquentis fideicommiſſo ſu-
13 biecta ueniant † in confiſcatione de eius bonis facta? Communis omnium ferè Docto. proponitur concluſio, quod bona alienari prohibita per teſtatorem non poſſunt confiſcari, per l. Imperator. in prin. ff. de fideicō. miſ. libert. in primis uerbis. quem text. ibi ad hoc pōderat Bar. qui ex illo tex. notat, quod res prohibita alienari non poteſt deuenire in fiſcum per publicationem bonorum. & loquitur ille tex. proprie in prohibitione teſtatoris, ut dicit Alexan. conſ. 23. incip. oportunc conſideratis. ubi colu. 1. uerſi. ſed præmiſſis non obſtantibus. dicit hanc opinionem eſſe de iure probabiliorem. & eam diſcurrit per totum conſilium, uolum. primo, quod conſilium citat, & late perpendit in materia, Hieron. Gabr. conſ. 123. num. 5. & ſucceſſiue. uol. 1.

Huius ſententiæ potiſſima ratio eſt, quia cum bona non poſſint ex diſpoſitione teſtatoris tranſire in hæredes extraneos, nec etiam in fiſcum tranſire poſſunt. & huius ra-
14 tionis ratio eſt, quia fiſcus † loco extranei hæredis habetur, ut per Bartol. in l. iura libertorum. ff. de iure patron. in l. prima. C. de bon. libert. in lege, eum qui, in prin. ff. de interd. & relega. Ang. in l. eorum. ff. ad legem Iul. maieſt. & ſecundum iſtam regulam communem arguit Roman. conſilio 93. inci. Viſis. columna ſecunda, & ante in conſilio 73. incip. circa primum. in prin. & Alexand. dicto conſilio 23. in uerſi. ſecundo probatur. Socin. ſen. conſilio 121. incip. præmittenda eſt diſputatio. columna tertia, in fi. uolu. 4. & ſequitur Dec. conſ. 442. inci. in cauſa in qua. col. 5. nu. 27. uol. 3.

Ex alia etiam ratione probatur iſta ſentē-
15 tia, nam qui non poteſt alienare, † non pōt etiam delinquendo facere ut ſequatur alienatio. ita arguit Cæp. in conſ. 58. inter conſ. ciuil. incip. caſus qui oritur. in 2. dubio. ubi ampliat, etiam ſi uaſallus commiſerit crimen læſæ maieſtatis, quia nec tunc confiſcantur
16 feuda † in præiudicium agnatorum, ut ibi per eū, poſt Bar. in d. §. ſi de uectigalib. nu. 3.

T ubi

vbi etiam Alex.nu.30.Aug.ad Ang.in tract.
malef.in uer.præſente Caio.nu.40.Ruy.cõſ.
23.nu.32.uol.5.Curt.iun.qui hanc dicit ma-
* gis communem;conſ.4.nu.20.& idem dicit
Rub.Alex.conſ.154.nu.3.Boer.deciſ.264.
nu.3.ad tamen intellige in feudo nobili, nõ
17 autem in feudo † trãſmiſſibili ad extraneos,
nam tunc tranſiret etiam in fiſcum cum con
fiſcatione bonorum.ita Cur.iun.d. num.20.
& Boer.d.deciſ.nu.8.aliud eſt in caſu noſtro,
in quo delinquenti ſunt ex alienationis pro-
hibitione ligatæ manus, tunc non poteſt fi-
ſcus accipere ex confiſcatione,ſed bona de-
bentur vocatis.

Et licet Roma.in l.ſi conſtante.§.fi.col.3.
uerſi.in tex.ibi,quod ſi.ff.ſol.mat. & Rube.d.
conſ.154.colu.2.uerſ.circa aliud dubium. &
Ruy.in d.l.filiusfamilias.§.Diui.de lega.1.a
col.19.uſque ad 22.&Paul.Caſtren. ante eũ
ibi.col.fina.in uerſi. in textu. ibi, neque fiſco
facile reſpondetur, contrarium tenuerint,
18 quod ſcilicet res prohibitę † alienari ueniũt
quoties confiſcantur bona prohibiti,& ipſo
rum opinio uideatur pulchra in diſputatio-
ne,quorũ argumenta non refero,quia apud
ipſos copioſe uideri poſſunt.

Tamen primam ſententiam tenuerunt cõ
muniſſime omnes Doct. in d. §.Diui.ubi Iaſ.
in 6.not.in 2.Lectu.& Marian. Socin.iun.ibi
in octauo not.ubi teſtatur de iſta communiſ
* ſima opinione,& ita communiter teneri paſ
ſim teſtatur.Curt.iun. conſ.120.incip.præ-
ſupponitur in facto.columna 4.uerſi.aggre-
dior igitur ubi ſe remittit ad ſua dicta in d.§.
Diui.& Socin.iun.conſilio 49.incip.in cauſa
nobilium. columna ſecunda, uerſ. ſed licet
iſta opinio.uolum.3.Pariſ.conſ.101.incip.
Bona de quibus.colum.5.uerſi.prout etiam,
uolum.1.Ang.in tract. malef. in uer.& eius
bona publicamus.uerſi. & nota quod facta
dicta publicatione.&.iſtam dicit commu-
nem opinionem, & ab ea non eſſe receden-
dum Hippol.de Marſi.ſing.314.Goz.conſ.
163.col.pen.uerſi.nono ſtatutum. Grat.cõſ.
21.col.6.uerſi.His non obſtantibus.uol.2.&
alij quàmplures,quos longum eſſet recen-
ſere,ut per Gabr. in ſuis communib. concl.
tit.de malef.concl.24. & Meno. qui multos
refert,conſ.75.nu.32.par.3.

Omiſſa diſtinctione de qua ſupra num.9.
quæ tamen & materiam huius ſecundi capi-
19 tis decidit; nam præceptum † teſtatoris ſo-
lius prohibiti fauorem reſpiciens habet vim
conſilij,& prohibitum non aſtringit,uel bre
uius, nudum præceptum conſulens honora
to eum non obligat.l.2.in fi.ff. mand.l.cum
pater.§.mando.ff.de leg.2.l.Lucius.ff. de leg.
3.l.Titio.in prin.ff.de cond.& demonſt.Vn-
de nimirum ſi bona ex delicto in fiſcum tran
ſire poſſunt,quia tunc non habetur conſide-
ratio alterius quàm prohibiti. ſecus, ut iam
dixi,ſi de alterius præiudicio tractaretur. cir
ca hoc dubium conſiderandi ſunt tres caſus.

Primus,quando fit de aliquibus reb. ſim-
plex fideicommiſſum, poſt mortẽ hæredis,
ex quo reſultat quædam prohibitio alienã-
tionis,iuxta terminos d.authen.res quæ. C.
20 commu.de lega.& hoc caſu † ſi bona hære-
dis grauati publicantur,compræhenduntur
etiam bona fideicommiſſo ſubiecta, & pro-
hibita alienari,cum hoc tamen ut ad fiſcum
perueniant, & apud eum maneant vſque ad
mortem naturalem hæredis delinquentis,
& prohibiti,reſtituẽda poſtea fideicommiſ-
ſario,ut l.Statius.§.Cornelio.ff. de iure fiſci.
ubi tex.clarus,& ultima gl.ibi facit tria mem
bra,& in tertio dicit.cum ergo erit naturali-
ter mortua; petet ſcilicet a fiſco fideicõmiſ-
ſum.& allegat l.dicitur.eo.tit. & l.ex facto.§.
ex facto.ff.ad ſenatuſcõ. Trebel. qui tex.ſunt
clari. & hic caſus nullam habet difficultatẽ,
& a Doct.communiter tenetur, ut per Ang.
in l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de inof.teſta.
Alex.d.conſ.23.Curt.iun.d.conſ.120. & vi.
Menoch.conſ.223.nu.16.lib.3.

Secundus caſus eſt, quando non ſit ex-
preſſum fideicommiſſum,ſed tantum prohi
bitio alienationis, cum illa expreſſione, ne
poſſint bona alienari prohibita uenire etiã
in fiſcum propter delictum prohibiti, &
21 hoc caſu † nulla eſt difficultas, nam non poſ
ſunt confiſcari,quia teſtator ſe declarauit,&
ita particulariter diſpoſuit, cuius uoluntas
ſeruanda eſt.§.diſponat.In Authen.de nupt.
& ita firmat Ruin.in dicto §. Diui.in quarto,
22 not.& ita omnes tenent. nam quando † om
nis prohibito aufertur facultas de rebus di-
ſponendi tam cauſa mortis, quàm inter ui-
uos, tam per teſtamentum quàm per codi-
cillos, nec etiam tunc poterit donare cauſa
mortis,ut not.Doct.in capit.quamquam.de
uſur.Bal.in l.1.C.de ſacroſanct.eccleſ.q.3.in
fine.& conſilio 62.uol.1.Caſtren.conſ.311.
in fine.

Tertius caſus eſt, quando fideicommiſſo
expreſſe non facto, teſtator ſimpliciter pro-
hibuit certorum bonorum alienationẽ, ita
tamen quod nõ fuerit nuda prohibitio, ſed
ualuerit, & ex ea dicatur inductum tacitum
fideicommiſſum, ſaltem in caſum contrauẽ-
tionis, iuxta tradita per Docto. maxime per
Bart. Socin. in l. qui Romæ, §. cohæredes. ff.
23 de uerb. obl. & hoc † caſu ſi prohibitus alie-
nare damnetur, cum confiſcatione bonorũ,
videtur poſſe dubitari: nam quod prohibita
alienari tranſeant in confiſcationem duran-
te uita prohibiti, tenuerunt Caſtr. & Ruy. in
d. §. Diui. Contrarium autem, & melius ſen-
ſit Rip. ibi. num. 47. uerſi. item expreſſa. Dic
tamen idem quod in primo caſu, nam & in
iſto non cenſetur prohibita bonorum con-
fiſcatio, ut concludit Gra. deciſ. 105. nu. 39.
uerſi. item in caſu præſenti. intellige in bonis
non prohibitis, & non ſubiectis fideicom-
miſſo. Omnes tñ pręmiſſos caſus intellige ni
ſi apparere uel præſumi poſſit prohibitionẽ
24 factam eſſe in fraudem fiſci, nam tunc † de-
linquentis bona uenient in fiſcum, non ob-
ſtante prohibitione. ita Bar. in l. poſt contra-
ctum. col. 1. ff. de donat. Hinc eſt, quod in ali-
quibus locis, pręſertim in ſtatu eccleſiaſtico,
per conſtitutiones Egidianas prouiſum eſt,
non valere contractus à delinquentibus fa-
ctos per ſex menſes ante delictum, tanquam
in fraudem fiſci factos. & pro tota materia
uide Gabriel. conſ. 184. per totum. & Meno.
conſ. 226. nu. 90. par. 3. & 95.

QVAESTIO XLVIII.

Materia patet in principio.

SVMMARIVM.

1 *Vxor relicta a marito domina, & vſufructuaria, filijs in-
ſtitutis, quid ex tali relicto conſequatur, & quid in hoc
ſeruet conſuetudo. num. 2. & quid ſi filijs ſint ſubſtituti
extranei. nu. 3*

4 *Teſtator non poteſt alteri relinquere uſumfructum in le
gitima iure naturæ debita.*

5 *Vxor relicta a marito domina, & uſufructuaria, filio in-
ſtituto, quid eo uiuo, & quid eo mortuo habebit.*

6 *Legitimæ nullum grauamen apponi poteſt, & appoſitum
reijcitur da iure.*

7 *Authentica, quod locum. C. de ſecund. nup. loquens in fi-
lijs, non habet locum quando hereditas ad tranſuerſales
uadit.*

8 *Verbum, domina &c. quod filio inſtituto reſtringatur
tantum ad alimenta, eſt ex interpretatione, & conſue-
tudine, quod, ut exorbitans, non extenditur ad perſonas
quæ non ſint de deſcendentibus.*

9 *Deſcendentium, & tranſuerſalium diuerſa eſt ratio in
ſucceſſionibus.*

10 *Vxor relicta a marito domina, & adminiſtratrix, non
adiecto, uſufructuaria, quid conſequatur. & quod in hoc
attendatur uoluntas teſtatoris. nu. 11*

12 *Verba, domina & uſufructuaria, quod fauore filiorum
extendantur tantum ad alimenta.*

13 *Præſumptio una tollit aliam.*

14 *Vxori relictæ domina, & uſufructuaria a marito, filijs in-
ſtitutis, debentur tantum alimenta; niſi aliud expreſſe
uel tacite appareat de uoluntate teſtatoris.*

15 *Conſuetudo eſt ſtricti iuris, & non extenditur.*

16 *Alimentorum nomine, quid ueniat.*

17 *Vxor quando non relinquitur a marito uſufructuaria,
ſed ſolum donna, madonna, gubernatrix, ſeu adminiſtra
trix bonorum, etiam extraneis hæredibus inſtitutis, non
habebit uſumfructum, ſed tantum alimenta, & præemi-
nentiam in domo, quam habebat uiuente marito.*

18 *Vxori relictæ, domina, adiuncto uerbo, vſufructuaria,
nedum alimenta, ſed etiam fructus bonorum mariti de-
bentur.*

19 *Extraneis uel filijs inſtitutis, qui poſteà mortui ſunt, uxor
debet habere uſumfructum integrum.*

QVAERO Quadrageſimo octa-
uo. Quidam ſuo teſtamento reli-
quit vxorem ſuam dominam, &
vſufructuariam, inſtitutis filijs,
1 quæritur quid ex hoc relicto † conſequatur.
& Bart. in lege, Titia cum teſtamento. §. Ti-
tia. de lega. ſecundo, concludit, quod non
debet conſequi niſi tantummodo præemi-
nentiam quam habebat uiuente marito, &
alimenta tantum, non autem etiam vſum-
fructum, quod & idem Barto. conſulendo
dixit in conſilio nono, inci. ſuper eo. & con-
ſilio quinquageſimoſexto, incip. Barto. co-
lumna tertia. Alexan. ſequitur, conſil. quin-
quageſimoſexto, uolum. tertio, Ruyn. con-
ſilio trigeſimoquinto, & trigeſimo octauo,
libro tertio, Aug. Aret. in tract. de teſtam. in
gl. 44. quæ incipit, Quando teſtator reliquit
uxorem, & Corn. conſilio 178. uolum. ter-
tio, Ioan. Bapt. de Sanc. Seueri. in lege fina.
C. de ind. uidui. tollen. Deci. in capit. cauſam
quæ. columna ſecunda, uerſi. & hoc etiam
exemplificari poteſt in legato. extra de of-
* fic. delega. & eſt communis opinio cum ip-
ſo Bart. in authen. quod locum. C. de ſecun.
nupt. quam pro non habente contradicto-
rem ponit Iaſ. in l. de alimentis. in prin. C. de
tranſact. & alibi idem Iaſ. in l. cum hi. §. ſi in
ſingulos annos. ff. eod. de tranſact. uer. vnum

volo.ex mente Bal. ibi. dicit. quod quando
2 † vxor relinquitur maſſaria,& uſufructuaria,
conſuetudo ubique eſt interpretata, quod ſi
habet filios legitimos ex eo marito, debet
habere tantum alimenta,aliàs plenum vſum
fructum,per glo.in d. authen. quod locum.
ex mente Bartol. in d. l. Titia. ubi ſupra, &
hanc eſſe communem opinionem teſtatur
Alexand. conſilio 57. incip. Ponderatis.in
prin.uolum.tertio,& conſilio 29.incip. viſo
themate.in prin.uolum.4.& Dec.conſ.454.
incip.iuridicas eſſe arbitror. in prin. & poſt
omnes Pariſ. conſilio 21. incip. Viſo teſta-
mento. per totum conſilium, & præſertim
num. 5. uolum. 2. quæ ſententia declaratur
ut per eum ibi,num.6.7.17.& 18. poſt Aret.
conſi.40. incip. præſupponitur in facto. &
Corne.conſilio quinto,uolum.1.& Paul.Pi-
cum in repetit.d.§.Titia.car.3.col.3.uerſi.ſe-
3 cunda concluſio eſt,ſcilicet † non habere lo
cum quando extranei ſucceſſere filijs inſti-
tutis defunctis,nam eo caſu vxor relicta do-
mina, & vſufructuaria habebit uſumfructũ,
ſi tamen adſint illa verba, donec vidualiter
vixerit.quæ declaratio reſtringitur, & limi-
tatur habere locum excepta legitima filio-
rum eis debita iure naturæ,ut dicit Barto. in
dicto §.Titia.columna ſecunda, & Alexan.
4 in d.conſ.29. Ratio eſt, † quia teſtator non
poteſt alteri relinquere vſumfructum in le-
gitima iure naturæ debita,ut not. per glo.&
Doct.in l.uxori meæ.ff.de vſufruc.lega.& in
authen. nouiſſima.C.de inoffi.teſtam.Spec.
in titu.qui fil.ſint legit. uerſi. quid ſi quis ita.
Hoſtien.in Sum.de pignor.uerſi.qualiter cõ
ſtituatur.ibi,quid ſi quis ita dicat.Lap.in cap.
ſi pater.in prin.de teſtamen.in ſexto,& pro-
batur in §.prohibemus.in Authen. de trien.
& ſemiſ. & hoc tenuit Barto. in l. ſi ita ſcri-
ptum fuerit. ff. de iniuſt. teſta. per illam le-
gem,in fine.& idem tenent Bart.Bal.& Imo.
in l.ſi quando.de vulg.& pupil. per id quod
not.glo.ibi.& alibi Bal. in l. fina. C.de indic.
uidui.tol.colu. 1. & ult. ubi concludit, quod
5 ſi filius uiuat uno anno,† pro illo anno vxor
non habebit niſi alimenta, ſed eo mortuo
poterit petere uſumfructum de iure com-
muni,iux.l.ſi Titio.ff.de vſufruc.leg. & idem
in effectu tenuit Angel. in d. authen. quod
locum.& conſ.107.incip.in dicto teſtamen-
to continetur.huius rationis ratio eſt, quia
in legitima nullum poteſt apponi grauamẽ,
6 † & appoſitum reijcitur,de iure.l. quoniam
in prioribus.C. de inof.teſta. l. ſi arrogator.
ff.de adop.l.cohæredi.§.cum filiæ. de vulga.
& pup.Manti.de coniect.ult.uolu.tit.3.nu.1.

Quod dictum eſt ſupra,numero 5.amplia
etiam ſi poſt mortem pupilli ſeu filij inſtitu-
ti,extarent etiam fratres teſtatoris ſucceden
tes pupillo,quia hoc non obſtante uxor cõ-
ſequitur uſumfructum.nam diſpoſitio dictæ
7 authen.quod locum, † loquens in filijs,non
habet locum quando hæreditas uadit ad
tranſuerſales,ut not.Bal.in d.l.Titia cum te-
ſtamento.§.fina.arg.l.3.§.1.ff.de lega. præ-
ſtan.& firmat expreſſe Ang.in conſ.260.ra-
tio eſt,quia concluſio ſuprapoſita, quod fi-
lio inſtituto,illa uerba, domina &c. reſtrin-
8 gatur tantum ad alimenta, † eſt ex interpre-
tatione, & conſuetudine, ut not. per glo.&
Doct.in d. authen.quod locum. & ſic exor-
bitans a propria ſignificatione uerborum,
ideo non debet extendi ad alias perſonas,
quæ non ſint de deſcendentibus.arg.l.quod
uero. & l. ius ſingulare.ff. de legi.& not. per
Cyn.in l.1.C. quæ ſit longa conſuet. Et alia
9 eſt ratio in deſcendentibus † quàm in tranſ-
uerſalibus, nam in primis hæreditas tranſit
ex uoto aſcendentium, l. ſcripto,vnde lib.l.
nam etſi parentibus. ff. de inoffic. teſtamen.
ideo nimirum ſi uſusfructus apud eos rema
nere debet,demptis alimentis uxori debitis,
in ſecundis autem non eſt ita debita ſucceſ-
ſio,l.fratres.C.de inoff.teſtam. l. 1. C.de im-
pon.lucrat.deſcrip.Angel.conſi.306. incip.
Maritus filium naſciturum inſtituit, & in cõ
ſilio 250.incip.ſer Simon de Regio. & ſequi
tur Alex.d.conſi.57.colu.1.uolu.3.& in hac
ſententia fuerunt,Anch.conſ.185.& conſi.
237.Auffr.deciſ.462.Alex.alibi conſ.40.uo-
lum.1.conſ.43.uol.2.cõſ.29.uol.4.Curt.ſen.
conſ.14.& 15.Caſtr.conſ.416.p.2.Cor.cõſ.
257.li.1.conſ.129.& 173.li.3.Rom.cõſ.516
Iaſ.conſ.44.conſ.65.& conſ. 90.uol.1. Dec.
conſ.418.Goz.conſ.99.Tiraq.in l. ſi unquã.
C.de reu.do.in uer.ſuſceperit.liberos.n.139.

Secus eſſet,qñ uxor non eſſet relicta a ma
rito uſufructuaria, ſed tm̃ domina ſeu madõ
na, gubernatrix uel adminiſtratrix bonorũ
10 teſtatoris.nã hoc caſu † ẽt extraneis hæredi
bus inſtitutis,nõ poterit hr̃e vſumfructũ,ſed
tm̃ præeminentiã,& alimenta,ſicut habebat
uiuente marito,& hoc eſt ꝙ diſponit ſtatutũ
Venetũ,li.4.c.15.dũ ait. Sãcimus ut ſi aliquis

reliquit

reliquit vxorē ſuam dōnam,& dñam in domo ſua, quod per hæc verba habeat de bonis defuncti ea tantum,quæ ſibi ſunt neceſſaria ad comeſtionem,& potum,ſecundum facultatem bonorum defuncti, & ſit domina in domo.& iſta fuit ſententia Bar.in d.§.Titia.col.1.uer.quæro,quid ſi teſtator.& tenet Specul.in d.uerſi.quid ſi quis ita.& ibi Ioan. And.in addit.Bal. in d.l.fina. C. de indic. uiduit.tollen.col. 2. uerſi.quid ſi teſtator dixit. Bartol.hoc vult expreſſe in conſilio 9.incip. ſuper eodem.& in conſilio 56.Ange. conſi. 144.columna prima,Bald.in conſi.459. incip.quidam inſtituto.uolum.1.& 291.incip. Dominus Bartolus.uolum.tertio,Abb.conſilio quarto, incip.in quæſtione quæ vertitur.in 2.dubio.uolumine 2.& eſt communis conclusio,ut teſtatur Paul.Picus in repet. dicti §. Titia. car. 3. & 4. ubi firmat hanc eſſe communem concluſionem:ſequitur, & refert Pariſ.d.conſi.21.col.2.in fi. uerſi. quando autem vxor a marito.

Aliud item eſſet, ſi ex teſtamento conſtet de alia voluntate teſtatoris, quod ſcilicet vo
11 luerit uxorem habere vſumfructum, † nam tunc illa attendetur, non obſtante quod filij fuiſſent inſtituti,vt in terminis conſuluit Caſtren.conſi.388.incip.quod vxor quondam Riſtori.in prin. ſecūdum quam deciſionem in ſimili caſu conſuluit Alexan.conſi.56 incip.perlectis uerbis teſtamenti. volum. 3.& conſi.213.incip. ponderatis uerbis. in fine. uolum.ſexto, & cum iſta ſententia concordat Marian.Socin.ſen.in conſilio primo, in vlt.lib.conſi.Bartholo.quod incipit, Franciſcus Donati de Aretio.uolum.quarto,Et ratio eſt, nam factum eſt fauore filiorum ex coniectura ta mente teſtatoris, quod illa ver
12 ba,† Domina & vſufructuaria, reſtringātur tantum ad alimenta, ut not.Saly. in d.auth. hoc locum.C.ſi ſecun.nupt. ſed ſi aliud conſtet de uoluntate teſtatoris, fauor ille ceſſat. l.ex facto.la grande.§.rerum autem.ff.de hæred.inſtitu.l. in conditionibus primum locum.in prin.ff.de cond.&demonſt.nam vna
13 † præſumptio tollit aliam.l. Diuus. ubi Bart. in 2.not.de in integ.reſtit.cap.literas.de præſump.c.accedens.de crim.falſi. cap. tuam.& ibi glo. de ſponſal. ut copioſe dixi in conſi. meo crim. quod in hoc volumine inſertum erit per modum quæſt.nu. 64.& 67. & multo magis, quando non præſumptiue apparet ex teſtamento, ſed clare conſtat ex eius uerbis mariti intentio, quod vxor habeat vſumfructum, etiā ſi ſint inſtituti filij, ut pulchre dicit Deci. conſi.454.incip.iuridicas. col.1.

Sit ergo ex præmiſſis ſolida concluſio,
14 Vxori † relictæ dominæ, & vſufructuariæ a marito,filijs inſtitutis, debentur tantum alimenta,niſi aliud expreſſe uel tacite appareat de uoluntate teſtatoris, ut ex præmiſſis, firmatis etiam a Curt.iun.conſ.6.col.2.in fine. ubi not. dicit ex Bald.in d. auth. hoc locum.
15 in fine.quod licet † conſuetudo ſit ſtricti iuris,& non extendatur,ut notat Bar. per glo. ibi in l. 3.§. ſi quis hoc interdicto. ff. de itin. actuq. priua. tamen conſuetudo vulgi quæ loquitur in marito relinquente vxorem dominam,& vſufructuariam, & maſſariam bonorum ſuorum,exiſtentibus filijs, intelligitur tantum vt habeat alimenta, & nil aliud. & in materia vide Gabriel. conſi.127.vol.1. & conſ.97.& 128.uol.2. Quid autem veniat
16 † nomine alimentorum, uide Rolan. conſi. 22.uolu.1. Tiraquel.in l.ſi unquam.de reuocan.donat.num.165.& in leg.connub. l.10. num.7.& demum pro complemento facias tres concluſiones, quæ propoſitam materiā reſolutiue declarant.

Prima igitur ſit concluſio, Quando vxor
17 à marito † non relinquitur vſufructuaria,ſed ſolum donna, madona,gubernatrix,ſeu adminiſtratrix bonorum teſtatoris, etiam extraneis hæredibus inſtitutis,non poterit habere vſumfructum, ſed tantum gubernationem, præeminentiam,& alimenta,ſicut habebat viuente marito. eſt communis opinio cum Bar.in l.Titia.§.Titia.de leg.2.col.j.uer. quæro quid ſi teſtator.& dicit communem Pariſ.poſt alios in conſ.21.incip.viſo.col.2. num.18.uol.2.& hic eſt caſus ſtatuti Veneti, lib.4.c.15.

Secunda ſit concluſio, Quando teſtator uxori relictæ dominæ adijcit uerbū, uſufru-
18 ctuaria:tunc ei nedum † alimenta,ſed etiam fructus bonorum mariti debentur.iſta eſt cōmunis opinio Doc.iun.declaratione Cornei conſ.3.inci.ſuper dicto c.themate. col.pe.in prin.& uerſi.ſuadetur.& uer.niſi forte.vol.2. & Pariſ.d.conſ.21.num.21.cum trib.ſeq. & Curt.iun.d.conſ.6.col.2.in fi.

Tertia & ultima erit concluſio. inſtitutis extraneis vel filijs,qui poſtea mortui ſūt, cū

19 hæredibus extraneis † uxor debet habere
* vſumfructum integrum, iſta eſt communis concluſio, ſecundum Pariſ.d.conſi.21.uerſi. nam procedit.pro qua uide Alex. conſ.57. uol.3.& uide ſup.nu.7.vide Gabr.conſ.184. incip.in ſpecie.nu.4.uol.1. & in alijs eius cō-ſilijs ſupra citatis.

QVAESTIO XLIX.

Materia patet in principio.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutoria lata in petitorio defectu probationum quod poſſeſſorio retinendæ non præiudicet.cōtra nu.7.& 18*
2 *Abſolutoria lata actore non probante,non cenſetur diffinitiua,ſed interloquutoria ab obſeruatione iudicij. & num.29.declara ut ibi.& uide.nu.30*
3 *Argumentum de ſententia ad iuramentum, & econtra ualet.& ui.nu.31*
4 *Diſpoſitum in uno ex correllatiuis, cenſetur diſpoſitum & in alio.ui.nu.34*
5 *Cumulatio non admittitur in iudicijs, quæ ad inuicem ſibi ipſis præiudicant.*
6 *Exceptio iudicati ut obſtet agenti,quæ requirantur.*
7 *Poßeſſorium eſt quoddam præambulum ſeu præparatorium ordinatum ad petitorium.*
8 *Eligenti uiam difficiliorem imputandum eſt.*
9 *Iudicijs ſubalternatis ſeu ſubordinatis,& electiuis,facta ſemel deciſiua electione non eſt amplius licitum uariare.*
10 *Petitorio ex ui actionis etiam de poſſeſſorio tractatur, licet executio officio iudicis fiat.*
11 *Rei uendicatio non competit niſi contra poſſidentem vel detinentem, qui quouiſmodo facultatem habet reſtituendi.*
12 *Reus non debet pro eadem re duplici iudicio inquietari ſucceßiue.*
13 *Cauſa maior, & principalior regulariter minori cauſæ, & contingenti præiudicat.*
14 *Cauſarum effectus cum inter ſe pugnant, maior & principalior alium abſorbet.*
15 *Abſolutoria ſimplex in petitorio lata etiam poſſeſſorio mixto præiudicat.*
16 *Abſolutoria ſimplex reſpectu dominij actori præiudicat.*
17 *Fine excluſo,omnia remedia,& præparatoria finis denegantur.*
18 *Poſſeßorij principalis effectus in petitorio, ſaltem implicite,continetur,non econtra.*
19 *Poßeſſio ſimplex eſt pars dominij.*
20 *Agens petitorio omne ius ſuum conſequens,& cohærens, qualecunque ſit, & undecunque in iudicium deduxiße videtur.*
21 *Abſolutoria ſimplex conſtare facit de non iure actoris, & oritur præſumptio de iure rei.*
22 *Sententia inter partes notorium facit.*
23 *Petitorium,& poßeſſorium per diuerſas cauſas, & media ad eundem finem tendunt, reſpectu ſcilicet poſſeſſionis.*
24 *Remedia duo quando ex diuerſis cauſis ad eundemmet finem deriguntur, ſententia lata in uno alteri præiudicat.*
25 *Poßeſſor ſimplex tamdiu in ſua poſſeſſione conſeruatur, quamdiu de iure dominij non apparet.*
26 *Petitorio pendente ſi res ad actorem perueniat, abſoluitur reus, & finitur inſtantia.*
27 *Duplicitatis ratio parit exceptionem iudicati.*
28 *Sententia lata in petitorio indiſtincte, ſiue ſuper non iure actoris,ſiue ſuper iure rei, poſſeßorio ſimplici præiudicat.*
32 *Tex.in §.nihil commune.l.naturaliter.ff. de acquir. poſſ. declaratur.*
33 *Poſſeſſio ſimplex non tangit cauſam proprietatis, nec ei præiudicat.*
35 *Regula.l.fundum.ff.de except.declaratur.*
36 *Lex,cum quæritur.ff.de excep.rei iud. declaratur.*

QVAERO quadrageſimonono, Vtrum abſolutoria lata in petitorio defectu probationū poſſeſſorio retinendæ præiudicet. Iſta quæſtio eſt famoſa,& a Doct. cōtrouerſa.in l.naturaliter.§.nihil commune. ff.de acq.poſſ.in qua Bar.& Docto. communiter partem negatiuam tenent, quod ſcilicet nō
1 præiudicet. † ſecundum primum intellectū glo.ibi,quem dicunt in ſe uerum,licet diuinatiuum.pro qua ſententia facit. Quoniam ab
2 ſolutoria † lata actore non probante non cēſetur diffinitiua,ſed potius ſapit uim interloquutoriæ ab obſeruatione iudicij; ſecundū Rom.in l.admonendi.colu.15.ff. de iureiur. Iaſ.in l. qui accuſare.in fi. C. de eden. ita eſt iſta,ideo non præiudicat,ut dicunt Barto. &
* Doct.in d. l.admonendi. Secundo pro hac opinione facit tex.in l.ſi inter me,& te, ff.de except.rei iudi.& l.ſed etſi poſſeſſori.in prin. de iureiur.ubi iuſiurandum præſtitum a poſſidente rem actoris non eſse,non actionem, ſed exceptionem parit:ſi uero reus iurauerit rem ſuam eſse,tunc ex iuramento actio ei in factum datur.ſic in caſu noſtro, ualet enim
3 argumentum † de ſententia ad iuramentum, & econtra.l.1.ff.de iureiur.immo iuramentū
* maiorem habet authoritatem quàm res iudicata ꝑ religionem, & iō ab eo non appellatur,l.2.ff.de iureiur.iō abſolutoria lata defectu probationū non eſt proprie diffinitiua, nec poſseſsorio eiuſdem rei ꝓiudicat.Tertio adducitur text. in d. §. nihil cōe. cum ſua ratione generali,dum dicit, nihil eſse cōmune

proprie-

proprictati cum poſſeſſione,& ideo poſt pe
titorium poſſe etiam poſſeſſorium intentari.
facit tex.in l.1.§.1.ff.uti poſſide. Quarto ad-
ducitur text.in l.& an eandem. §. fin. ff.de re
iudi.ubi caſus, quod ſententia lata in poſſeſ-
ſorio non præiudicat petitorio,quoniam in
uno iudicio de poſſeſſione, in altero de pro-
prietate tractatur.eadem ratio militat in ca-
ſu oppoſito,ſcilicet quando ſententia eſt la-
ta in petitorio , ut poſſeſſorio præiudicium
non afferat, ſecundum Docto. diſpoſitum
4 enim in uno,cenſetur† diſpoſitum & in alio.
ita Barto.in l.fin.C.de ind.vid.tol.Curt. iun.
conſ.6.colum.1.in princ.Quinto,quia in iu-
dicijs quæ ſibi inuicem præiudicãt non ad-
5 mittitur cumulatio,† l.fundum. & l. fundi.ff.
de except.& ibi per Bart.ſed petitorij & poſ
ſeſſorij cumulatio toleratur. d. §.nihil com-
mune. ſecundum communem intellectum.
ergo ſententia in uno lata,alteri non præiu-
dicat. Vltimo pro hac ſententia facit iſta ra-
6 tio.quoniã ad hoc ut exceptio † iudicati ob-
ſtet agenti, tria neceſſario requiruntur. Pri-
mo quod idem petatur : Secundò,quod in-
ter eaſdem perſonas : Tertiò, quod ex ea-
dem cauſa.l. cum quæritur. cum duabus ſe-
quen.ff.de except.rei iudic. Sed petitorium
& poſſeſſorium tendunt ad diuerſa, non ad
idem, ſcilicet petitorium ad dominij decla-
rationem, poſſeſſorium ad conſequendam
poſſeſſionem. igitur exceptio non obſtat,
prout communiter tenent omnes cum Bar.
in d.§.nihil commune.ſecundum Alex.con
ſil.45.inci.uiſa facti narratione.in fi.uolum.
3.& conſil.83.incip.omne datum.colum.3.
uolum.5.Corn.conſi.227.incip.uiſo, uol.3.

Contra hanc ſententiam ab omnibus ſic
approbatam multa adduci poſſunt, & pri-
mò, poſſeſſorium eſt quoddam præambu-
lum ſeu præparatorium ordinatum ad peti-
7 torium,† igitur prius diſcutiendum eſt, ali-
ter conuerſio ordinis illi præiudicat. l.1.§.fi.
de aqua quot. & æſti. l. 1.§. inter litigatores.
vti poſſid.l. is qui deſtinauit. de rei uendicat.
l.ordinarij.C.eo.l.ſi de vi.de iudi.l.exitus.de
acquir.poſſeſ.l.incerti.C.de interdi. nec talis
ordo peruerti dẽt. quia ſi de petitorio prius
cognoſcatur, omne poſſeſſorium euaneſcit.
cap.cum dilectus.de cau. poſſe.& propr.gl.
ſing.in l.2.in §.quædam.in uer.de liberis. de
interdic. l. ſi coloni. C. de agric.& cenſi.lib.
11.Bal.in d.l.incerti.colum.4.uerſ.iuxta præ
dicta. Secundo adducitur iſta ratio. Iuriſ-
conſ.& Imper.ordinem poſſeſſorij & petito
rij fruſtra tot legibus inculcaſſent ſi ex uno
ad alterum indifferenter tranſire liceret. iur.
8 præd.& imputandum eſt actori,† qui ſpreto
Iuriſconſulti iudicio, conſilio, & legis ordi-
ne peruerſo difficiliorem ſibi uiam elegit. l.
is qui deſtinauit.de rei uendic. l. 1.§.inter liti
gatores.uti poſſid.l.fin.§. cum enim gemini.
ff.de iure deliberan. l. Licinius. in fine. quib.
ad libert.proclam.non lic.cap. paſtoralis.in
prin.de cau.poſ.& ꝓpriet.Tertiò facit,in iu-
9 dicijs † ſubordinatis & electiuis facta ſemel
deciſiua electione, non eſt amplius licitũ ua-
riare.l.quod in hærede.§.eligere.ff.de tribut.
l.fin.C.de codicil.l. plura. de action. & obli.
l.nemo ex his.§.quoties.de reg.iur.l.in deli-
ctis.§. ſi detracta. de noxal. igitur actor qui
electo petitorio onus probandi dominij ſi-
bi aſſumpſit,ad poſſeſſorium amplius redire
non poteſt,per quod aduerſarium faciat pe-
titorem.d.l.is qui deſtinauit.& l. 1. §.inter li-
tigatores.& l.1.§.1.de ſuperfici.Quarto pro
10 hac ſententia facit, quia † in petitorio ex vi
actionis etiam de poſſeſſione tractatur, licet
officio iudicis executio fiat.l. officium. & l.
qui reſtituere.ff.de rei vendica. l.& non tan-
tum.in princ.ff.de petit.hæred.Iaſ.in l.edita.
nume.12.C. de eden. nam & rei uendicatio
11 appellatur, & non competit † niſi contra
poſſidentem,vel detinentẽ, qui quouis mo-
do facultatẽ habeat reſtituendi.d.l.officium.
& d.l.is qui deſtinauit. cum duabus ſequen.
de rei vendicat.l.1.C.de alien.iudi. mut.cau.
fac.l.1.§.actio.vti poſſide.§.æquè.Inſtitut.de
action.cap.examinata.de iud.Bar. in d.l.na-
turaliter.§.nihil commune.colum.3.Hoſtië.
in cap.inter dilectos.colum.2. de fid.inſtru.
12 vbi Felyn. igitur pro eadem re non debet
reus † duplici iudicio inquietari ſucceſſiue.
l.ſi cum teſtamento.§.ſi fundum. ff. de exce.
rei iudic.l.in delictis.§.ſi detracta. de noxal.l.
de eadem.ff.de except.rei iudic. Quinto pro
hac parte adducitur iſta ratio. Cauſa maior
13 †& principalior regulariter minori cauſæ &
contingenti præiudicat, ſed petitorium eſt
maius & principalius poſſeſſorio,igitur ipſi
præiudicat. Maior probatur in l.per mino-
rem.de iudi.in l.nulli.in fi. C. eo.in l.rei ma-
ioris.ff.de except.l.cum dotem. ubi Bald.in
prin.C.de iure dot.Aret.in l. centurio.num.
7.iuxta princ.ff.de vulga.& pupil. & in l.Sti-

chum qui meus erit.num.1.ff.de lega.1. Mi-
nor probatur in d.cap.cum dilectus.de cau-
ſa poſſeſ.& propr.& in cap. 1. de reſtit. ſpo-
liat.gloſ.ordin.in d.l.2.§.quædam. de inter-
dic.ubi petitorium tanquam maius & prin-
cipalius omnem poſſeſſoriam cauſam abſor
bet.& hoc maxime, cum cauſarum effectus
14 † inter ſe pugnant. ex ſententia Barto. in l.
qui habet.nu.2.ff.de tutel.Soc.ſen.conſ.116.
nume.8.lib.4.Ruin.conſ.59.nume.11.lib.3.
Alciat.lib.3.de verb.ſign.num. 32. Neuiz.li.
1.ſiluæ nuptial.nume.202.Tiraquel.de retr.
conſang.§.30.glo.1.num.26.Menoch. con-
ſil.1.num.16.lib.1.ut hic,horum enim reme
diorum,vt iam dixi,effectus diuerſi ſunt.Sex
15 to facit. Simplex abſolutoria † in petito-
rio lata etiam poſſeſſorio mixto præiudicat.
l.1.in fi.ff.de aqua quot.& æſti.Doct.cōmu-
niter in d.§.nihil commune, ergo multo ma
gis ſimplici poſſeſſorio, quod debilius eſt
præiudicabit.l.2.in fi.cum ibi no.C. de edic.
16 Diui Adri.tollen. & ſimplex abſolutoria † re
ſpectu dominij actori victo præiudicat. l. ſi
quis rem.ff.de excep.rei iudi.ergo longe ma
gis reſpectu poſſeſſionis præiudicabit, per
quam ad ipſum dominium peruenitur. l.tra-
ditionibus.C.de pact.l.3.& l.fine.de uſucap.
d.l.1.§.fin.ff.de aqua quot.& æſti.nam exclu
17 ſo fine,† omnia remedia & præparatoria fi-
nis denegantur.l.oratio.de ſponſal.l. ſed etſi
lege.§.item ſi rem.il ſecondo.de petit. hære.
l.cum lex.de fideiuſ.

Quid dicendum? iſta materia, ut omnes
ſciunt, principaliſſima eſt in hac materia,
quam Docto. fuſiſſime tractant in d. §. nihil
cōmune, & hinc inde magna eſt altercatio.
mihi tamen in præſenti caſu pars affirmati-
ua probabilior uidetur; quæ, vltra proxime
dicta,ſic comprobari poteſt. Principalis effe
18 ctus † poſſeſſorij in petitorio ſaltem impli-
cite continetur,ſed nō econtra.d.l.officium.
l.1.C.de alien.iud.mut.cau.fac.d.cap.paſto-
ralis.in prin.Sed abſolutoria ſimplex lata ſu-
per continenti, etiam implicite cōtenta præ
iudicat, l. ſi cum teſtamento. §. ſi fundum. ff.
de except.rei iudic. ubi petitor fundi qui ſuc
cubuit non probādo ſe dominum, ſi poſtea
vſumfructum cauſalem petere eiuſdem fun
di uelit, iudicati exceptione repellitur,quo-
niam in prima petitione ſaltē implicite con
19 tinebatur. Accedit,quia poſſeſſio † ſimplex
eſt pars dominij,ſecundum glo.in d. cap.Pa
ſtoralis.in ver. cauſa. l. bona fides. ff. depoſ.
ſed ſententia lata ſuper toto,omni eius parti
& ſequelæ præiudicat. l. ſi quis cum totum.
in prin.de except.rei iudi. l. rei maioris. ff.de
20 except. Præterea, agens † petitorio omne
ius ſuum conſequens & cohærens, quale-
cunque ſit, & undecunque in iudicium de-
duxiſſe uidetur.l.ſi mater.§.eandem.ff.de ex-
cept.rei iudic.igitur qui petitorium intenta-
uit,etiam poſſeſſorium incluſiſſe uidetur.d.l.
officium, & d.l. 1. & conſequenter eligens
uiam petitorij, cum præiudicio poſſeſſorij
eidem cohærentis elegiſſe uidetur. argu. l. ſi
mulier.§.pen.ff.quod met.cau.& l.fin.§.cum
enim gemini. C. de iure deliberan.regulari-
ter enim poſſeſſorium a petitorio abſorbe-
tur.d.cap.cum dilectus.extra de cau. poſ.&
propr.& c.1.de reſtit. ſpoliat. Vlterius, per
21 ſimplicem abſolutoriam † conſtat de non
iure actoris,& oritur præſumptio de iure rei
non poſſidentis.l.2.C.de proba.l.fin. in fine.
C.ſi lib.ingen.eſſe dicat.c. ordinarij.§. quod
ſi forte,ubi Gemin.notat.de offic.ordin. igi-
tur reus abſolutus, de cuius iure pręſumitur,
ipſi actori,quem notorie conſtat nullum ius
habere,omnino in poſſeſſione pręferendus
eſt.l.iuſta,& l.ſi duo.uti poſſide. & faciunt ea
quæ notat Bar.in d.§.nihil commune, in ſua
theorica de titulata poſſeſſione, & per ſim-
plicem abſolutoriam notorie conſtat de de-
22 fectu iuris agentis, quia ſententia † inter ſpar
tes notorium facit. c. ueſtra. de cohab. cler.
& mulier. ſed notorius iuris defectus etiam
ſpoliatum ab interdicto recuperandæ repel
* lit,ut dicunt Doct.communiter in d. §. nihil
commune,per tex.in cap.ad decimas. de re-
ſtit.ſpol.in ſex.Inno.Butri.& alij in cap.cum
dilectus,& in cap.literis.de reſtit. ſpoliat.ubi
concludunt illum tex.de prędonis reſtitutio
ne loquentem,in prædone notorio non ob
tinere.igitur talis notorius iuris defectus lō-
ge magis agenti interdicto retinēdæ obſta-
bit tanquam minus fauorabili.d.l.iuſta.& l.ſi
duo.vti poſſid. Facit etiam:nam petitorium,
23 & poſſeſſorium per diuerſas cauſas, & me-
dia ad eundem finem tendunt, reſpectu ſcili-
cet poſſeſſionis, nam petitorio quis poſſeſ-
ſionem uēdicat,quia dominus. d.l.officium.
poſſeſſorio,quia poſſeſſor.d.l.1.§.1.vti poſſi.
igitur ſuccumbens in petitorio, excluditur
etiam a poſſeſſorio per exceptionem iudica-
24 ti.quando enim duo remedia † ex diuerſis
cauſis

cauſis ad eundemmet finem diriguntur, ſen
tētia lata in vno, alteri præiudicat. l. de eadē.
iunc. l. & an eandem. §. actiones. ff. de excep.
rei iudic. Doct. cōmuniter in l. edicta. in tract.
cumulationum. reprobata ibi glo. C. de edē.
Addo etiam pro huius ſententiæ corrobo-
25 ratione, quod tam diu ſimplex poſſeſſor † in
ſua poſſeſſione conſeruatur, quam diu de iu-
re domini non apparet, l. qui accuſare. C. de
eden. l. ſi. C. de rei vendic. l. iuſta. uti poſſ. igi-
tur, qui in poſſeſſorio ſuccumbens ius pro-
prietatis amiſit, poſſeſſionem ab eo qui deti-
net ſine cauſa extorquere non debet. nam
eo ipſo quod poſſeſſor abſolutus rē habet,
plus iuris in ea re habere præſumitur quàm
actor, qui petendo ſuccubuit. d. l. iuſta. & l. ſi
duo. uti poſſid. l. 2. C. de probat. ius enim do-
minij ipſam poſſeſſionem qualificat. nam in-
iuſte, & mala fide poſſidere dicitur, qui rem
alienam ſcienter poſſidet. l. quare. ff. de vſu-
cap. ſcire enim ſuum non eſſe unuſquiſque
præſumitur, & modis omnib. ad alium per-
tinere, quod ſuum eſſe probare non potuit.
* Suffragatur huic ſententiæ, cōmunis Doct.
opinio cum Bar. in d. §. nihil commune. in 4.
26 Lectu. dū dicunt, ſi pendente petitorio † res
ad actorem perueniat, reum abſoluendum
eſſe, & ſic inſtantiam finiri, §. fina. Inſtitut. de
perpet. action. l. quoties. ff. de ſolut. l. ſi nautē.
§. 1. ff. de rei uendic. igitur non alia ratione
regulariter petitorium inſtitui uidetur, quàm
ut per ipſum rei contentioſæ poſſeſſio acqui
ratur, & conſequenter, qui in petitorio ſuc-
cubuit, eodem reſpectu ad poſſeſſorium ad-
mitti nō debet, obſtāte ratione duplicitatis,
27 † quæ parit exceptionē iudicati. l. cum quæ-
ritur. cum duabus ſequen. ff. de except. rei iu-
dic. nam poſſeſſio ipſa petitorium, & poſſeſ-
ſorium parit. l. 1. C. de alien. iud. mut. cau. fac.
d. l. 1. uti poſſid. Quibus omnibus, ultra mul-
ta alia quæ in hanc ſententiam adduci poſ-
ſent, ſatis uidetur hæc opinio comprobata,
28 & concludendum, Quod ſententia † lata in
petitorio indiſtincte, ſiue ſuper nō iure acto-
ris, ſiue ſuper iure rei, poſſeſſorio ſimplici
præiudicat.
Reſtat modo diluere argumenta pro pri-
ma opinione negatiua adducta, quibus ta-
men non erit difficilis reſpōſio. Ad primum
igitur, dum dicebatur, quod ſimplex abſolu-
29 toria † nō eſt diffinitiua, reſpondetur negan
do aſſumptum, nam eſt verior ſentētia, quod
ſit diffinitiua, per glo. in auth. qui ſemel. ver.
locum habent. C. quom. & quan. iud. & hāc
poſt Bar. communiter tenent Doct. in l. ad-
monendi. ff. de iureiur. Ioan. de Amicis con-
ſilio 37. in prima regula. Mantua conſ. 251.
l. b. 1. Clar. lib. 5. ſent. §. fina. queſt. 57. in prin.
& in uerſi. & hæc quidem. ubi hanc ſenten-
tiam dicit ueram, ſiue iudicium fuerit inten-
tatum criminaliter, ſiue ciuiliter, vt in preſen
ti caſu. Et hoc licet fuerit lata ex eo, quod
actor non probauit, ut in argumento contra
rio, ex ſententia Bar. in l. Titia. num. 4. ff. de ac
cuſat. & Abb. in c. examinata. col. ult. de iud.
& licet Rom. ſenſerit ut in argumento, tamē
eum reprehendit Ripa in d. l. admonendi. nu
mero 76. uerſi. circa tertium. & num. 77. &
Paul. Caſtr. in l. qui accuſare. C. de eden. uo-
cat ignorantes eos, qui dicunt hanc eſſe in-
terloquutoriam, & ad hoc fuſius uide ſup.
30 q. 17. nu. 2. 3. & talis ſententia † parit exce-
ptionem iudicati, l. qui accuſare. C. de eden.
l. ſi quis rem. ubi text. formalis, & per tot. tit.
ff. de excep. rei iudic.
Non obſtat ſecundum argumentum de l.
ſi inter. ff. de exceptio. rei iudic. & de l. ſed &
31 ſi poſſeſſori. in prin. ff. de iureiuran. † quia il-
la iura retorquentur in oppoſitum. nam ibi
dicitur, quod iuramentum, & ſentētia ſuper
non iure actoris, licèt actionem reo abſolu-
to non pariant ad agendum, tamē exceptio-
nem iuriſiurandi, uel iudicati pariūt ad acto-
rem denuo agentem repellendum. & ſic ex
illis iuribus comprobatur ſententia noſtra,
quæ ſolam exceptionem, non actionem re-
quirit.
32 Ad tertium reſpondetur, quod tex. † in d.
§. nihil commune. loquitur de poſſeſsione le
gitima, & a dominio rei ſeparata, veluti cre-
ditoris in pignore, uſufructuarij, vſuarij,
emphyteutæ, & ſimilium, qui iuſtè poſſeſ-
ſionem ſuam tueri poſſunt citra ullam domi
nij controuerſiam, ut in l. 1. §. 1. uti poſsid.
nos autē de ſimplici poſſeſsione loquimur,
quę ipſi dominio accedere debet. d. l. officiū.
l. 1. C. de alien. iud. mut. cau. fac. Vel ſecundò
reſpondetur, rationem tex. d. §. nihil commu
ne, cōſiderari ex parte poſſeſsionis, quia poſ-
33 ſeſsio † ſimplex non tangit cauſam proprie
tatis, nec ei præiudicat. & ideo nihil commu
ne habet cum ea. ſecus ecōtra, quia proprie-
tatis cauſa poſſeſsioni præiudicat, & ad hoc
eſt bonus tex. in l. ſed ſi ante. ff. de excep. vbi

ſequens

ſequens remedium uel iudicium dicitur diuerſum a primo, quia ei non præiudicat, & cum eo cumulari poteſt.

Ad quartum de l.& an eadem.§. fin. ff. de
34 iudic.reſpondetur,† eam rationem militare
reſpectu poſſeſſorij ad petitorium, vt ibi tex. expreſſe innuit. nam ideo ſententia lata in poſſeſsorio nō præiudicat in petitorio, quia in illo de ſola poſseſsione tractatur, non autem de proprietate,&ita ratio ordinarie adaptatur caſui definito, non autem caſui conuerſo vel oppoſito,de petitorio ad poſseſsorium, quia tali caſu petitorium poſseſsorio præiudicat, ut ſatis ex iam dictis patet. & facit tex.in d.l. ſed ſi ante. & ſolutio in præcedenti obiecto declarata.

Non obſtat quinta regula l. fundum.ff.de
35 except.† quia reſpondetur, quod prædicta
regula intelligi debet ſane,& diſtincte, ſcilicet, ſequens iudicium, quod priori non præiudicat cum eodem cumulari poſse, non econtra, & ideo poſseſsorium cum petitorio prius intentato, quia per illud præiudicium fieret poſseſsorio, ut uoluit glo.in d.l. incerti.in uer.quæſtionem.C.de interd.licet a Bar.& Bald.reprobetur,& male.& ita procedit d.l.fundum.cum duabus ſeq.

Vltimo non obſtat regula l. cum quæri-
36 tur.ff.de excep.rei iudic.ubi requiritur iden-
titas cauſæ, rei, & perſonarum ad exceptionem iudicati producendam.quia reſpondetur,quod in petitorio reſpectu poſseſsionis omnia concurrunt,nam agitur de eadem re contentioſa inter eaſdem perſonas,& ex eadem cauſa dominij ueri uel præſumpti. qua mediante poſseſsio debet uel uero domino reſtitui, vel apud præſumptum dominum remanere,l.2.C.de probat.l.iuſta. uti poſſid. cum ſimil.ex quibus expedita, & declarata remanet iſta quæſtio.

QVAESTIO L.

Conſuetudo liberans patrem ab obligatione alendi filios,an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo, quod pater non teneatur alere filium,non valet,contrarium nu.11. & 34*
2 *Iura ſanguinis tolli non poſſunt.*
3 *Pater iure naturali filium alere tenetur,Fallit nu. 31.*
4 *Naturalia ſunt immutabilia.*
5 *Statutum non ualet, quod pater non teneatur alere filium.*
6 *Pactum non valet,quod pater non teneatur alere filium cui dedit partem ſuam, ſi poſtmodum ad neceſſitatem peruenerit.*
7 *Pactum de alimentis non petendis,non ualet.*
8 *Pater compelli poteſt per iudicem ad alimentandum filios.*
9 *Filius ſi propter defectum alimentorum periret,pater puniri poteſt ac ſi illum proprijs manibus occidiſſet.*
10 *Aequitas ſcripta neceſſitatem importat.*
12 *Pater,licet non habeat unde commode uiuere poſſit, filium alere tenetur.contra num. 13. Declara num. 15.*
14 *Pater fame oppreſſus poteſt filios etiam inuitos pignori dare pro ſe alende,& nu.33*
16 *Pater plus filium,quàm ſe ipſum diligit.*
17 *Filio illegitimo, & naturali tantum alimenta debentur a patre,eiuſque vxori & filijs nu.18. contra nu.19.*
20 *Nobilitas patris uel aui non conſeruatur per filios illegitimos & naturales.*
21 *Naturales a teſtimonio repelluntur, & aſſignatur ratio.*
22 *Iuramentum ſuppletorium non defertur habenti unum teſtem adulterinum.*
23 *Diſpoſitio l.cum acutiſſimi. C.de fideicom. non habet locum in ſpurijs.*
24 *Frater quo caſu poterit fraternum teſtamentum, querelare.*
25 *Pater inſpecta pietate naturali tenetur filios illegitimos alimentare,*
26 *Alimentandi ius deriuatur a iure naturali.*
27 *Filio,licet legitimam abſque tamen dolo,& culpa ſua cōſumpſerit,alimenta debentur a patre.*
28 *Pater non tenetur alere filium habentem artem uel exercitium,ex quo poſſet ſe alere,Fallit nu.29*
30 *Alimenta unde quis aliunde habere dicatur.*
32 *Filius per promotionem ad clericatum,eximitur a patria poteſtate.*
35 *Cauſatum a iure ciuili poteſt a conſuetudine,lege, uel ſtatuto tolli.*

QVAERO Quinquageſimo.Poſito quod alicubi extet conſuetudo, quod pater non teneatur alere filium,quæritur an talis cō-
1 ſuetudo † ualeat?In qua quæſtione procedā
per concluſiones,ampliationes, & declarationes.ſit igitur concluſio, non ualere conſuetudinem, quod pater non teneatur alere filium, quæ communis eſt Canoniſt. a qua nullus diſcrepat,ut dicit Roc.de Cur.in repetit.c.quanto.de conſuet.col. 34. Cuius ſentē-
2 tiæ ea eſt ratio, quia iura † ſanguinis tolli nō
poſsunt, l. iura ſanguinis.ff.de reg.iur.Pater
3 † enim iure naturali filium alere tenetur. l. 1.
§.ius naturale. ff. de iuſt. & iure. & naturalia
4 † ſunt immutabilia.§.fi.Inſtit. de iure natur.l.
2.ff.de uſufr.ear.rer.quæ uſu conſum.ergo

talis

talis conſuetudo quaſi abrogatiua iuris naturalis non valet,vt & ſuprà dixi in quæſtio. 25.uerſ.circa ſecundum,quæ hic non repeto. in qua ſententia fu t Ioan. Bologn. in l. omnes populi.num.99.uerſi. Quærit tertio. ff.de iuſt.& iure. Et hoc infert ad ſtatutum Alberi.de Roſa.in prima parte ſtatut. quæſt. 40.uerſi.item quæro, non valere ſcilicet ſta-
5 tutum,† quod pater non teneatur filium alere,& ad hoc allegat Iac.de Arena in l.ſi quis a liberis.ff.de liber.agnoſcen. & Albert. Galeo.in tract.de alimen.in uerſi.Pone quæſtionem de facto,Pater emancipauit filium. qui tractatus eſt inſertus in ſua Margarita nouiter impreſſa,cap.38.& Specul. in tit. qui filij ſint legit.uerſi. ſed pone, quidam emancipauit filium. ubi per multa fundamenta tenet,
6 non valere pactum,† quod pater non teneatur alere filium,cui dedit partem ſuã,ſi poſtmodum ad neceſſitatem peruenerit,cum tale pactum ſit contra ius naturale.& ibi Ioan. And.in addit.ſuper uer.reſpondi ſic,ex mente Alber. Galeo. & Guid. de Suz.& idem in pacto,& ſtatuto tenet Alberi.in l.1.§.ius naturale.col.fina.uerſi.ſed quæro. ff. de pact.& Feder.de Sen.conſ.60. & conſ.141. ubi con
7 cludit non ualere pactum† de alimentis nõ petendis. & in terminis quæſtionis in conſuetudine tenet Curt. in tract. de conſuetud. ſuper cap.fina.fol.22.col.4.uerſi.ex hac concluſione.de conſuet. ubi concludit non valere conſuetudinem, quod filij a parentibus non alantur. Alimenta enim in tantum ſunt
8 debita filio a patre,quod pater † poteſt compelli per iudicem ad alimentandum filios.l. nec filium.C.de patr.poteſt.ubi glo.not.dicit,quod ſi pater denegat filio alimenta,perdit patriam poteſtatem. vnde alibi dicit lex, quod necare eſt, alimenta filijs denegare.l. uel necare. ff. de liber.agnoſc. ubi dicit gloſ. quod ſi filius moreretur propter defectum
9 alimentorum, poteſt pater † puniri ac ſi illũ proprijs manibus necaſſet.quod eſſe notandum dicit Abb.in c.ex literis.de conuerſ.infid.col.2.uerſi.& ſcias, quod in tantum alimenta,de quo etiam per Salyc. in l. alimenta.C.de nego. geſt. & ita dictat charitas, &
10 ęquitas † ſcripta, quæ neceſſitatem importat.& ita argumentatur in alimentis a patre filio debitis, & econtra,Bal.in cap. conquerente.de offi.ordin.in fi.per l.poſtliminium. §.filius.ff.de capti.& poſtlim. reuer. refert & ſequitur Remigius de Gonny. in tracta. de charita.ſubſi.q.3.in fi.

Et licet iſta quæſtio nõ ita ſimpliciter trãſeat, ſed aliquas difficultates patiatur ex his, quæ ponit Dec. in d.l.iura ſanguinis.num.3. uerſi.ſed tamen contrarium, vbi dicit contrarium uideri de iure uerius, quod ſcilicet
11 naleat conſuetudo † ſeu pactum, quod pater non teneatur alere filium; tamen omiſſa via diſputatiua,procedendo vt in principio dixi,ex ampliationibus primò, & poſtea ex reſtrictionibus, contraria uirtualiter patebunt,& quæſtio declarata remanebit.

Primò igitur ampliari poſſe uidetur iſtud dictum, quod ſcilicet non valeat talis con-
12 ſuetudo,& quod ea non obſtante pater † filium alere teneatur, ut procedat etiam ſi pater non habet vnde cõmode viuere poſſit. & ita dixit Bal.in l.ubi adhuc.quæſt.10.uerſi. iſta quæſtio.C.de iure dot. quod uerum eſſe dicit Ang.in Aut.ut liceat mat.& auię.§.illud. uerſi.ſi uerò per cauſas.etiam ſi ſeorſum a patre,defectu tamen nouercę, habitet.

Ampliatio iſta non uidetur tuta, immo contrarium uerius eſſe dici poteſt, quia nec
13 mater,† nec pater teneritur alere filios de eo quod ipſis nõ ſupereſt. arg. l.ſi quis à liberis. §.de alimentis.ubi not.omnes. de lib. agnõſcen.& id pariter not. omnes in l. 11. ff. ſolu. matr. Abb. in capit. cum haberet. de eo qui dux.in matr.quam pol.per adult.& ita argumentatur.Hieron.Gabriel.conſ.25.num.17. cui potes tu addere, quod iura ita patri fauent ut nullo modo ipſum egere permittãt:
14 immo ſi fuerit fame oppreſſus † poteſt filios etiam inuitos pignori dare pro ſe alendo,eſt communis opinio cum glo.in l.2.C.de patr. qui fil.diſtrax.ut per Bal.in l.in ſuis.ff.de libe. & poſthu.Menoch.conſi.31.numero decimo,par.1.

Saluari tamen poſſet vtrumque dictum, vt ſcilicet ampliatio non loquatur in caſu
15 quo pater fame opprimeretur, † ſed in caſu quo pater filium alendo viuere poſſet, licet non ita commode, & hoc ut ſeruetur ordo
16 naturæ, cum pater plus filium † quàm ſeipſum diligat.l.iſti quidem. quod met. cau.cuique filij vita chara, eſt ac ſua,cũ naturalis ſtimulus parentes ad charitatem liberorum impellat.l.unde §.ſilent.de rei uxo: act. l.1.§.ius naturale.de iuſt. & iu. l.amiciſſimos. in fi. de excuſ. tut. vnde eſt, quòd nullus affectus vin-

cit

cit paternum.l.ult.C.de curat.furi. & qui naturalem erga filios charitatem non curat, videtur habere morbum cerebri, & defectum rationis, dicit Manti.Aud.Rotæ Rom. de cō iect.ultim.uol.lib.4.tit.12.num.41. Idque ex multorum exemplis ante cōprobat Tiraq. in l.ſi unquam, in præfat. num. 7. & 8. C. de reuocan.donat.quem refert & ſequitur Menoc.conſ.1.nu.277.par. 1. & Hier.Cabriel. loquitur in caſu, de quo infra in prima limitatione.

Secundò extenditur iſtud dictum, habere locum etiam ſi filius ſit illegitimus, & naturalis tantum, nam & huic deberi à pa-
17 tre alimenta † dicit tex.in c. cum haberet.in fine, de eo qui dux.in matrim. quam pollu. per adult.ubi clare hoc firmat Abb.quem ſequitur Aret.Inſt.de iure natur. gent. & ciu. in prin.& Deci.conſ.312.num.4. qui plures in hanc ſententiam citant, & affirmant hoc locum habere nō modo de iure canonico, ſed etiam de iure ciuili Cęſaris, & hoc probarunt, Ruin.conſi.102.num.9. lib.1.& conſi. 95.num.4.lib.3.Socin.iun. conſi. 130.nu.3. lib.2.Pariſ.conſi.14.num.27.lib.2.Iaſ.conſi. 26.num.4.lib.1.Rolan.conſ.74.nu.47.lib.1. refert Menoch.conſ.60.num.6.par.1.ubi & alios in hanc ſententiam citat. Immo Bal.in d.l.adhuc.C.de iure dot.ſcribit, quod pater
18 † tenetur nedum talem filium alere, ſed etiā uxorem, & filios eius.quod & Bart. placuit in §.non tātum. l.ſi quis à liberis.ff. de liberis agnoſ.ſequitur Deci.in conſ.576.col. 1.

Contra iſtud dictum multi multa ſcripſerunt, nedum legendo, & conſulendo, ſed & ſtatuendo, ut in §.fina.Inſtit. quib. mod.nat. effi.ſui. & in authen. ex complexu. C. de in-
19 ceſ.nup.ubi ſcriptum eſt, ſpurios † indignos eſſe omni ſubſtantia, ita quod & nil eis donari poſſit, nec in teſtamento a patre relinqui, & particularius ius ciuile ſtatuit hos non eſſe alendos a patre, vt in §.ultra, ſi quidem ibi, nec alendus a parentibus. n Auth.quib.mo. natur. effic. ſui. non enim hos nominandos pro filijs, quia reputantur infames infamia facti, dixit Azo in ſum. C. ex quib.cauſ.inf.
20 irrog.nobilitas † enim patris vel aui per eos non conſeruatur, ut dicitur in l. lex naturæ. ff.de ſtatu hom. & ideo eos a dignitatibus repellit l. ſpurius. ff. de decuri. & adeo ſunt legibus odioſi, ut etiam a teſtimonio ferendo
21 repellantur, cum teſtimonium † ferre digni tatis eſſe dicat c.præceptum.32. q.5. & gl.in c.teſtimonium.de teſti.præſertim in quo caſu requiruntur teſtes omni exceptione maiores, ut dicit Rom.in l.admonendi.ff.de iureiur.poſt quem Nicol. de Vbal. in tract. de ſucceſ.ab inteſt.uerſ.ſequitur quarta ſpecies. dicit, quod habenti unum teſtem adulterinum uel ſimilem non defertur iuramentum
22 † in ſupplementum probationis. Hinc dixit Bal.in conſi.456.columna ſecunda, uolu.5. & in l.cum acutiſſimi.colu.2.C.de fideicom.
23 quod diſpoſitio † d. l. cum acutiſſimi. non habet locum in ſpurijs, immo Iaſ.in l.fratres C.de inof.teſtam.per illam legem dixit, ꝙ licet frater non poſſit querelare teſtamentum fratris, niſi turpi perſona inſtituta, ſi tamen frater inſtituat adulterinum uel ſimilem, po-
24 terit † frater querelare teſtamentum. Quib. omnib.adducti talē filiū ab alimētis excluſerunt, ultra iam citatos, Bal.in l.1.col.3. C.de ijs quæ pœnæ nom.per capit. ſi gens Anglorum.56.diſt. Azo in Sum. C. de natur. liber. Paul.Caſtr.in l.ſeruus teſtamento.C.de lega. poſt glo.fina.in cap.cum haberet. de eo qui dux.in matrimo. quam pol. per adult. Aret. conſi.48.col.1.& 2. Alex.conſi.202.colu.1. in fi.uol.6 conſi.54.in prin.uolu.7. & conſi. 172.col.fina.eo uol.Guid.Pap.conſ.17.col. 2.& conſ.146.in prin.& col.2. & deciſ.280. ubi dicit uidiſſe iudicari in curia parlamenti Delphinatus, quod ſpurijs nihil donari poteſt, nec in teſtamento a patre relinqui, Cur. iun.conſ.37.col.1.conſ.81.nu.9.Marſi.ſing. 272.col.1, Capic.deciſ.32.nu, 7. Felyn.in c. nonnulli.§.ſunt & alij. nu. 58. de reſcr. & eſt tex.in auth.ex complexu. C. de inceſ. nupt.

Quibus tamen non refragantibus non eſt a prima ſententia recedendum, utpote communi, & reiecto rigore in æquitate fundata: inſpecta enim pietate naturali, pater tenetur
25 eos alimentare, † & ipſis alimenta relinquere poteſt, ex ſententia Bar.in l.fi.col. 2. uerſi. Quæro utrum, ibi, quis ergo erit modus, ff. de ijs quib.ut indign.per tex.in d.c. cum haberet.& alibi idem Bart. in d. auth. ex complexu.Alex.conſ.74.col.fi.uolu.2.& conſ. 158. col.2.uolu.7.Socin.conſi.161.colu.1.uol.1. Pariſ.conſi.9.in prin.uol.2. & hanc Canonici iuris æquitatem, etiam in terris Imperij ſeruandam, recenſet Gabriel.concl.lib. 6.de alim.concl.1.in princ. ubi quæſitum ponit, negatiuam tenentes, & cum affirmantibus concludit

concludit eſſe communem, nullam tamen more ſuo rationem aſſignat. Unde dicas cũ Bal.in d.conſi.456.col.fin.uol.5. quod cum
26 ius alimentandi † deriuetur a iure naturali.l. 1.in fine.ff.de iuſt.& iu.& natura communis ſit omnibus filijs tam legitimis quàm non.l. hos accuſare.§.omnibus.ff.de accuſat. ideo omnes filij a parentibus ſunt alendi,& hanc cõſiderationem habuit æquitas canonica, quę fecit reſurgere ius naturale quantum ad hanc ſpeciem pietatis alimentãdi filios.quo iure naturali omnes legitimi naſcebantur.§. licet.in Auth.quib.mo.nat.eff.ſui.& clypens caſtitatis, quo lex ciuilis tuetur ſuam opinionem, tamquam deſtructiuus pietatis paternæ,naturalis,& æquitatis canonicæ,abijciẽdus eſt,ut Deci.dicit in conſ. 711. ubi loquitur de natis ex quocunque coitu illicito. & ita teneas,quo ad alimenta tantum ad vitam neceſſaria,vt infra.

Ampliatur ulterius iſtud dictum procedere, etiam ſi filius legitimam ſibi datam a patre forſan conſumpſiſſet, abſque dolo tamẽ
27 & culpa ſua.nam & eo caſu ei alimenta† deberentur,ut per Specul.in ti.qui fil.ſint legit. §.1.uerſi.ſed pone tertio.Bal.in l.2.§.1.ff.ſol. matrim.& in auth.ſi captiui.C.de epiſcop.& cler.Alex.in d.§.1.& ita ſentit Gabr.d. concluſ.1.de alim. in fin. ſi tamen dolo,& culpa ſua conſumpſiſſet, ſecus uideretur dicendũ, ex mente Bal. in auth. contra rogatus.C.ad Treb.num.135.Inſt.de actio. Tamen & in hoc uerior eſt ampliatio, & magis tenenda, prout eam tenuit idem Bal.in l.1.§.ius naturale.num.7.ff.de iure nat.gen.& ciu. & in d. auth.ſi captiui.in fi.quem Caſtr.refert,& approbat in l.ſi cum dotem.§.ſi poſt,nu.7.ſol. mat.& ibi Ang.col.1.Iaſ.in auth.quod locũ. num.8.C.de collat.Gui.Pap.ſing.568.incip. nota pactum.uerſi.circa hac quæro.

Concluſio tamẽ iſta multas patitur reſtrictiones;Et primo non habere locum, vbi filius eſſet artifex, uel haberet alium modum
28 ſe alimentandi ſaluo honore,quia pater † nõ teneretur eum alere, ſi poſſet ipſe ſe alere ex ſuo artificio vel lucro,ut per Bart. in l. ſi quis a liberis.§.quod ſi filius. ff. de liber. agnoſcẽ. & in auth.res quæ.C.commun. de lega.poſt glo.in d.§.1.l.2.ſol.matrim.Dixi ſaluo honore:quia ſi dedecus eſſet filium operari, non teneretur laborare cum dedecore ſuo,& pa-
29 tris † officium eſſet illum alere, non obſtante quod calleret aliquam artem.d.l.ſi quis a liberis.cum ibi not.& de hoc habetur in gl. in d.c.cum haberet. & ita mirabiliter declarat Abbas in c.ex literis.de conuerſ.inſid. columna ſecunda,uerſi.& intellige quod pater tenetur.& ſequitur Deci.licet nõ alleget Abbatem,in c.Epiſcopus.de pręben.col. 2.uer. Hoc tamen putarem limitandum. ubi Deci. pulcherrime dicit,& eius uerba non duxi ſuperfluum hic inſerere,quæ ſunt. Hoc tamen putarem limitandum ut procedat quando pater tenebatur filio alimenta præſtare,quia non poterat filius manibus proprijs ſibi uictum quærere, forte propter dignitatem,& allegat Bar.in d.l.ſi quis a liberis.§.2.uerſ.ſed ſi filius.& ibi glo. in uer. ut operis. ſecus ſi filius proprio exercitio victum ſibi quærere poſſet,nam tunc pater non tenetur eum alere.hæc Decius,cui addo Rol. cõſ. 54. nu.48. par.2.conſ.5.nu.30.conſ.14.num.16.& 51. par.3. qui multos in hanc ſententiam citat. Vel ſaluo honore aliter intelligas, & forte melius, quãdo ſcilicet filius haberet propria bona,& redditus, nam pater non tenetur ei præſtare alimenta, ſecundum Bald. in conſ. 30.lib.2.qui dicit,quod tunc quis dicitur ha-
30 bere † aliunde alimenta, cum propria bona & redditus habet, non autem cum propria induſtria illa neceſſario quærit.Bal.ſequutus eſt Craue.conſ.199.nu.6.uerſ. quarto adduco.& ita etiam in ſpecie reſpondit Soci.ſen. conſ.64.in fi.lib.4. quem refert,& ſequitur Menoch.conſ.8.nume.22.par.2.& ita ſenſit Gabr.d.concluſ.1.de alimen.dum multos in hãc ſententiam citando dicit,nu.27. Limita quando filius ſpurius haberet unde aliunde viuere poſſet, uel ex alijs bonis, uel ex propria induſtria: intelligendo tamen nu. 30.illud ex propria induſtria,ut ſupra dictum eſt, quando ſine iniuria ſuæ conditionis artificium exercere poſſet, innuens quod in caſu contrario pater teneretur.& allegat Crau. d.conſ.199.ultra Abb.Calc.Tiraq.& alios.

Reſtringitur etiam ex mente Dec. conſ. 576.col.1.uerſi.quibus tamen non obſtantibus, quando filius uiuere poſſet ex reditibus beneficiorum,& clarius hoc tenet idemmet Deci.in d.c.Epiſcopus.uerſ.nam ſi efficiatur clericus.ubi reſtringit concluſionẽ non procedere in filio clerico, nam eo caſu,etiam ſi non poſſet artem exercere propter dignitatem clericatus,iuxta c.Ioãnes.de cleri.cõiug

31 tenet Deci, quod pater † non obligaretur
ipſi prouidere,ea ductus ratione, quia factũ
Epiſcopi non debet nocere patri. reg. non
debet.ff.de reg.iur. ſenſus Decij in hoc dicto
eſt,quia per promotionem ad clericatum fi-
32 lius † eximitur a patria poteſtate, ſub qua
manẽs laicus facilius exerceret artem unde
aleretur,uel niſi honeſte exercere poſſet, pa-
ter ipſum laicum aleret,& ſi ipſe inopia labo
raret, a filio aleretur, ut correlatiuorum re-
gula ſeruetur,iux.l.fina.C.de ind.uiduit.tol.l.
Iulianus.§.ſi procurator.ff.de act.emp. vide-
33 mus enim, quod pater † fame oppreſſus po
teſt filios etiam inuitos pignori dare pro ſe
* alendo,ut eſt gl. cum qua eſt communis opi
nio in l.2.C.de patri.qui fil.diſtra.ut per Bal.
in l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.& Menoch. cõſ.
31.num.10.par.3. ſed ſi filius ſit clericus, id
de eo patri facere non eſt permiſſum.c.inde
* corum.& ibi communiter Docto. de æta.&
qualit.ordinan.ut per Hippol.ſingul.101.&
Gerar.ſingult.

Vltimo non habet locum concluſio in
caſibus,in quibus filius poteſt exheredari,de
quibus in §.aliud quoque capitulum.in Aut.
ut cum de appel.cognoſ.nam etiam in ijs va
34 leret conſuetudo, † quod pater non tenere-
tur filium alere,ut not.Bar.in d.l.ſi quis a libe
ris.§.ſi quis ex ijs.& in l.ſi patrem.C.de alen.
liber.& ratio eſt, quia licet educatio libero-
rum ſit de iure naturæ, quantum ad inclina-
tionem naturæ.l.1.§.ius naturale.ff.de iuſt.&
iu. & c. ius naturale. 1. diſt.tamen neceſſitas
alendi cauſata eſt a iure ciuili. d.l. ſi quis a li-
35 beris.in prin.& iſtud cauſatum † a iure ciui-
li poteſt a conſuetudine,lege,uel ſtatuto tol-
li,iux.not. in d.auth.ex complexu. C. de in-
ceſ.nup.& §.fi.Inſt. de iu.natur.& hanc con-
ſideratione͂ facit Dec. in d.l. iura ſanguinis,
num.3.uerſi.quia licet. & ita etiam conſide-
rarunt Claud.Aquen.in d.l.1.§.ius naturale.
& Cagnol.qui ipſum refert, & ſequitur in d.
l.iura ſanguinis.num.3. & 4. & hoc introdu-
ctum eſt in odium ipſorum filiorum ingra-
torum,quos ſicut a patre poſſe priuari hære-
ditate, ita etiam alimentis,dicit gloſ.in d.l.ſi
quis a liberis.§.idem iudex.in uerſ. detulerat.
& in l.fi.in uer.promerueris.C.de alen.liber.
& Iaſ.in l.ius ciuile.col.pen.ff.de iuſt. & iure.
& ita, omiſſis multis alijs a præcitatis Doct.
dictis,& a Gabr.ubi ſup.collectis,firma & re
ſoluta manet ſententia, Quod non ualet con
ſuetudo, quod pater non teneatur alere fi-
lium,cuiuſcunque qualitatis ſit,ampliata, &
declarata, ut ſupra. & hæc dicta ſint quo ad
alimenta,ſecus tamen eſſet, quo ad ſucceſſio
nem in hæreditate,ſiue ab inteſtato, ſiue ex
teſtamento,maxime ſtatibus legitimis. Sed
quia intentio noſtra non fuit tractare niſi de
alimentis, eam igitur ſuo loco dimitto. Pro
qua materia alimentorum, pro dictis hic &
ſup.q.25.circa alimenta præterita,an & quã
do debeantur,uide Franc.Sarmen.in trac.de
redditi.eccleſiaſt.par.3.c.4.nu. 7. & c. 5.nu.
5.in uol.15.tract.nouiſ.impreſ. in 2.par.

SVMMARIVM.

1 *Querela ſola,quo caſu ſufficiat ad procedendum abſque alia inueſtigatione delicti.*
2 *Nobilis habet præſumptionem pro ſe, ut nil turpe audeat attentare.*
3 *Præſumptiones inducere poſſunt iudicẽ ad procedendum ad torturam.*
4 *Pallor & trepidatio faciunt indicium ad torturam.*
5 *Variatio Rei in ſuis reſponſionibus facit indicium ad torturam.*
6 *Singula quæ non proſunt, multa collecta iuuant.*
7 *Probationes, in re difficilis probationis, admittuntur, Et quod in genere ſuo ſint imperfecta.*
8 *Iudici in criminibus enormibus licitum eſt iura tranſgredi.*
9 *Teſtes inhabiles quo caſu admittantur.*
10 *Confeſſione habita à Reo nil vlterius quæri ſolet, & ibi multa de hoc.*
11 *Ratificatio ſpontanea uidetur purgare, & tollere metum torturæ.*
12 *Veritas eſt mater iuſtitiæ, & quale ſit iudicis officium.*
13 *Iudex non poteſt procedere ad torturam, & ad capturam, niſi ut ibi.*
14 *Diligentia in paruis infert maiorem diligentiam in magnis, & præſumitur diligentia in priuato in rebus proprijs.*
15 *Diligens non præſumitur errare.*
16 *Timor non arguitur ex inuerisimilibus, ſed ex uerisimilibus.*
17 *Periculum ubi maius eſt, ibi cautius agendum.*
18 *Argumentum a uerisimili, ualet.*
19 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione, ualidum eſt.*
20 *Dictio, ſemper, importat continuitatem temporis, & omne tempus, omneſque caſus complectitur.*
21 *Carceratus pro crimine capitali non poteſt examinari in materia alteri præiudiciali.*
22 *Inimici qui dicantur quo ad repellendum a teſtimonio.*
23 *Inſtigator & ſubornator, qui dicantur.*
24 *Mendax in vno, præſumitur mendax in omnibus, niſi probet uerum.*
25 *Verisimilitudo maior tollit minorem.*
26 *Excuſatio friuola, uana, & fucata reijcitur.*
27 *Metus inanis non excuſat,*

Metus

28 Metus iuſtus dicitur ubi eſt iuſta ſuſpicio.
29 Depoſitarius tenetur de dolo, & lata culpa.
30 Depoſitionibus duabus magis uel minus ſolennibus exiſtentibus, cui ſtandum ſit.
31 Diuerſitas deponentium detegit calumniam, & arguit falſitatem.
32 Iudex non debet mittere cognitionem qualitatum neceſſariarum.
33 Argumentum a communiter accidentibus ualet.
34 Ratio naturalis allegata ſufficit pro lege.
35 Præſumptio minor cedit maiori.
36 Verba debent accipi in proprio ſignificatu, nec ab eis recedendum eſt.
37 Mendacium arguit dolum.
38 Henricus Rex Angliæ, quo tempore deuiauerit ab eccleſia Romana.
39 Hæreticus quis ſit, ex Beato Auguſtino, & Doctoribus.
40 Accedens ad conciones hæreticorum conuincitur de hæreſi. & ſub nu. 42.
41 Religionis cauſæ coram quibus iudicibus tractandæ ſint.
42 Hæreticorum fautores, defenſores, & receptatores habētur pro hæreticis.
43 Error non præſumitur in actu uel dicto gemina to.
44 Notitiam alicuius habere quando quis proprie dicatur.
45 Mandatum Principis conſtare debet, ubi agitur de præiudicio tertij.
46 Papa non poteſt, de poteſtate ordinaria, facere, quod credatur uni parti in præiudicium alterius, idem & in Imperatore.
47 Statutum, quod credatur uni parti in præiudicium alterius, non ualet.
48 Cardinali quantumcunque legato de latere, uel alij excelſæ perſonæ non creditur in præiudicium alterius, niſi oſtēdat facultates, etiam ſi Papa ſit præſens in loco.
49 Gubernatori Vrbis atteſtanti de mandato ſibi facto a Papa, quando non credatur.
50 Delictum qualiter conſtare debeat, ut procedi poſſit contra aliquem, & ſupra nu. 13.
51 Confeſſioni inquiſiti non eſt ſtandum, quando aliter non apparet delictum fuiſſe commiſſum.
52 Furtum eſſe commiſſum, qualiter probetur.
53 Eſſe hoc non probat, quod ab hoc contingit abeſſe.
54 Baldi dictum in l. nemo, C. de epiſcop. audien. reprobatum oſtenditur.
55 Delictum ut conſtet, quæ requirantur.
56 Extenſio non fit de caſu ad caſum in odioſis.
57 Teſtis qui ſuper aliqua re depoſuit ſemel, non debet amplius ſuper eadem, ſine cauſa, interrogari.
58 Teſtis reddens cauſam ſcientiæ incredibilem efficitur ſuſpectus.
59 Teſtis deponens præter, & ultra interrogata, efficitur ſuſpectus, & non probans.
60 Notarij depoſitioni fides datur, maxime in ijs quæ corā eo geſta ſunt.
61 Præſumptio eſt minus, quam indicium, quod requiritur ad torturam.
62 Præſumptio quæ poteſt trahi ad bonum, & ad malum, trahitur ad bonum, in dubio.
63 Bonum in dubio præſumitur, & non malum.
64 Præſumptio una tollit aliam, & ibi multa de hoc. & numero 67.
65 Actus indifferens, licet ſonet in delictum, tamen præſumendus eſt potius bonus, & in bonam partem, quam in malam.
66 Innocentia homines ſecuros, & nihil mali aduertentes facit.
67 Præſumptiones ſi pro reo exiſtant, actor cadit a cauſa, niſi pleniſſime, clariſſime, ac apertiſſime quod intendit confirmet.
68 Doli & fraudis probatio incumbit alleganti ipſam.
69 Geminiani dictum in conſ. 112. in fine declaratur in materia præſumendi delictum
70 Delictum in foro iudicij non præſumitur, etiam ſi agatur ad imponendā pœnitentiam, quod probatur ex S. Auguſt. & alijs. ſecus in foro conſcientiæ.
71 Contractus qui poteſt cenſeri licitus, & uſurarius, in foro iudiciali præſumitur licitus, non uſurarius, ſecus in foro conſcientiæ, fauore animæ.
72 Delictum præſumi, quod intelligatur in actore, non in reo.
73 Dolor excluditur ex allegatione cuiuſlibet cauſæ, etiam fatuæ.
74 Variationem non nocere Reo, multis comprobatur.
75 Variatio, uacillatio, pallor, & ſimilia non faciunt indiciū de per ſe, & quare.
76 Declaratio l. unius. §. teſtes, de quæſt.
77 Temporis modicitas non habetur in conſideratione.
78 Argumentum de primo ad ultimum, ualet.
79 Probationum coniunctio quod non fiat in criminalib. contra accuſatum.
80 Probationum plures ſpecies, quando coniungantur.
81 Probatio uniuſcuiuſque duo ſaltem requirit.
82 Indicia in criminalibus qualia eſſe debeant.
83 Probationum ſpecies ut coniungantur, quæ ſint neceſſaria.
84 Demonſtratio eſt adiectio, per quam res uel perſona redditur certa.
85 Probationes non coniunguntur, quando repugnant in modo, licet concordent in fine.
86 Singula quæ non proſunt, nec ſimul iuncta iuuant.
87 Solemnitates omnes in procedendo in enormibus ſeruari debent, quę & in alijs ſeruantur, ſecus in condemnādo.
88 Torqueri ut quis poſſit quæ requirantur.
89 Veritatem aliter haberi non poſſe, quomodo cognoſcatur.
90 Teſtes minus idonei, quando non admittantur.
91 Probatio negatiuæ incumbit fundanti ſe in ea.
92 Teſtis quando ratione defectuum repellatur.
93 Teſtis ad torturam qualis eſſe debeat. & nu. 94. & rationem uide num. 95. & 97.
96 Teſtis unus in ciuilibus, qualis eſſe debeat ad faciendam ſemiplenam probationem.
98 Teſtes ratione intereſſe non ſunt idonei.
99 Teſtimonium illius qui propriam turpitudinem conatur tegere, uel iniuriam abſtergere, redditur ſuſpectum.
100 Indicia ſolemniter recepta debent præcedere torturam.
101 Teſtes non repetiti ſuper interrogatorijs inquiſiti non probant.
102 Teſtis non rite examinatus non facit indicium, & quomodo dicatur non rite examinatus.
103 Iudicis officium in criminalibus, quale debeat eſſe.
104 Iudex pro reperiendo maleficio uel innocentia, quid facere debeat.

Teſtis

105 Teſtis in camera examinatus, vt faciat indicium ad torturam, quæ requirantur. & num. 106.
107 Teſtis deponens non uериſimilia, eſt multum ſuſpectus de falſo.
108 Probatio ſemiplena non uеriſimilis excludit iuramentū in ſupplementum probationis.
109 Teſtis incognitus & alienigena non admittitur in criminalibus, niſi approbetur.
110 Actus quilibet requirit duos teſtes adminus.
111 Teſtes ad torturam unus uel plures, quando eſſe poſſint, & quales eſſe debeant.
112 Declaratur lex prima. ff. de quæſtionibus. & quod iudex non poteſt quem torquere niſi probetur delictum eßе commiſſum.
113 Proceſſus ceßat non apparente delinquente certo.
114 Teſtes uiles, infames, & ſimiles non admittuntur ſine tortura.
115 Reo licitum eſt contraria ponere, & dicere propter ſui ſalutem.
116 Vacillationis, & uariationis materia conſiderabilis, quomodo ſit.
117 Iudex habens arbitrium in procedendo, debet iudicium ſuum ferre cum conſilio peritorum.
118 Appellatio datur a iudice non procedente ſecundum iuris regulas, ſed ex cernice ſua.
119 Iudex non poteſt torquere ſine indicijs aliquem ad mandatum ſuperioris.
120 Iudex habens arbitrium, quantumcunque præeminentiæ ſit, non poteſt negare defenſiones.
121 Iudex nedum parte petente, ſed etiam ex officio, debet quærere innocentiam rei.
122 Iudex debet recipere teſtes ad defenſam, etiam ſi adſit uera, & ſpontanea rei confeſſio.
123 Confeſſus uerè, probata innocentia, non punietur.
124 Banna, & edicta proponi pro inueniendis delictis, & delinquentibus ſecundum ſtylum curiæ Romanæ, probatur.
125 Stylus iudiciorum ſeruari debet.
126 Iudex allegans ignorantiam ſtyli non excuſatur.
127 Indicia quando non ſint arbitraria.
128 Indicium remotum uel immediatum, quot, & qualibus teſtibus probari debeat. & nu. 129.
130 Iudicis arbitrium circa indicia, quomodo debeat regulari.
131 Pariſius fuit auditor Cameræ Apoſtolicæ, & expertiſſimus in iudicijs.
132 Conſcientia communis, non propria, eſt ſequenda ab eo qui habet poteſtatem diſponendi ſecundum conſcientiam.
133 Iudex licet habeat a ſuperiore latum, & liberum arbitrium in criminalibus, non poteſt nedum torquere, ſed nec reum interrogare, niſi præcedant legitima indicia. Quod ampliatur etiam in crimi. læſæ maieſt. nu. 134
135 Indicia ad torturam, qualia eſſe debeant. & num. 137.
136 Ratio eadem debet eſſe de parte quo ad partem, quæ eſt de toto quo ad totum.
138 Teſtes, licet probent delictum, non præiudicant non diffamato de ipſo delicto.
139 Iudex nullus poteſt procedere non præcedente infamia contra delatum.
140 Iudex qualiſcunque ſit, non poteſt aliquem torquere niſi præcedant indicia legitima.
141 Princeps, in dubio, ſemper cenſetur uti poteſtate ordinaria, non autem abſoluta.
142 Principalis incertitudo infert impotentiam procedendi in acceßorio.
143 Iudex ut poſſit procedere ſuper delicto, requiritur quod fama ſit contra certam perſonam, & in indiuiduo.
144 Papæ aßertioni, quam facit propter narratiuam partis, non ſtatur.
145 Papæ uolenti priuare aliquem feudo uel bonis ſuis, non ſtatur, ſi atteſtaretur quod ſibi conſtat de delicto.
146 Proceßus factus ſuper inquiſitione formata non præcedente infamia, non ualet, etiam ſi per teſtes probaretur delictum.
147 Doctores non poßunt torqueri niſi prius degradentur.
148 Indicia, & diffamatio tolluntur probata bona fama inquiſiti.
149 Perſona torquendi conſideranda eſt, & qualis eſſe debeat.
150 Qualitas præcedentis uitæ elidit indicium malæ famæ.
151 Fama bona legitime, & plene probata impedit iudicem deuenire ad torturam non obſtante aliquo indicio. & num. 152.
153 Fama bona etiam in genere probata tollit omnem ſuſpitionem ſi qua eſſet contra inculpatum, & omne indicium criminis, & malæ famæ purgat. & nu. 155.
154 Inquiſitio corruit probata bona fama inquiſiti.
156 Proceſſus nullus, & ineptus non iuuatur a confeſſione, carcere, metu & tormentis extorta.
157 Confeßioni etiam ſponte facta non ſtatur, quando indicia uеriſimilia, probabilia, uel ipſa innocentiæ ſubſtantia in contrarium appareret.
158 Confeſſio inualida de iure nullum operatur effectum.
159 Confeſſio inualida non comprehenditur ſub ſtatuto facientе mentionem de confeſſione.
160 Confeſſio non præcedentibus indicijs ad torturā facta nō ualet, etiam ſi ſit ratificata ad bancum.
161 Confeſſio non acceptata a parte uel a iudice non præiudicat confitenti. Amplia etiam quando eſt ſolum diſſimulata. nu. 162.
163 Confeſſio metu torturæ facta æquiparatur confeſſioni factæ in tormentis.
164 Confeſſus quando quis dicatur metu tormentorum.
165 Paraliſim patiens, & debilis, non poßunt torqueri.
166 Auguſtini Sancti ſententia in materia torturæ.
167 Tortura debet differri, ſi allegatur talis defenſio qua probata ceſſare debet tortura. & 170.
168 Proceſſus quando non tenet, non ualet confeſſio ſuper eo emanata.
169 Dilationes quot dandæ ſint reo in criminalibus.
171 Appellatio datur a decreto de torquendo.
172 Appellatio datur ab interloquutoria, ſecundum canones, & in terris eccleſiæ.
173 Confeſſio emanata pendente appellatione a decreto de torquendo, eſt ipſo iure nulla.
174 Iudicis præeminentia non habet locum, quando eßet interpoſita appellatio a futura tortura, expreſſa aliqua iuſta cauſa, ratio ut ibi.
175 Confeſſio non ueriſicata non nocet.
176 Confeſſioni nudæ aſſerentis ſe commiſiſſe delictum, non eſt ſtandum, ad effectum ut ex ea damnari poſſit, niſi

aliter

aliter de delicto ipſo conſtiterit.

177 *Iudex inquantum poteſt debet uerificare delictum confeſſatum.*

178 *Verificatio delicti eſt totum fundamentum cauſę.*

179 *Proceſſus illegitimus ad torturam non ualidatur a confeſſ. etiam uerificata.*

180 *Doctores, de iure, non poſſunt torqueri.*

181 *Conſuetudo torquendi Doctores, dicitur corruptela introducta a iudicibus inhumanis, & non tenet de iure, nec de obſeruantia recte procedentium, quod multis cõprobatur.*

182 *Ratificatio pendens a confeſſione inualida eſt etiam ipſa inualida.*

183 *Metus non tollitur per ratificationem, ſubſiſtente iuſta cauſa metus.*

184 *Ratificatio ſponte facta per reum ad bancum iuris de omnibus, quæ confeſſus fuit in tormentis, uel metu tormentorum, non ualet, ratione ut ibi.*

185 *Tormenta ubi habita ſunt non præcedentibus legitimis indicijs, etiam ſi reus confiteatur, & in confeſſione perſeueret, non tamen eſt ſtandum ſuæ confeſſioni.*

186 *Tortura non infertur ad liquidationem delicti: ſed perſonæ, quia prius eſt habenda ueritas delicti, & poſtea ad torturam ſeruatis ſeruandis deueniendum.*

187 *Confeſſio in tortura non ualet, etiam ſi poſt torturam & confeſſionem ſuperueniant legitima indicia, quando ante torturam non præceſſerunt legitima. & numero 189.*

188 *Confeſſio perſeuerata non ualet, quando quis tortus in ipſa perſeuerat, ne iterum torqueatur.*

190 *Iudex condemnans ad mortem, & ſententiam exequens antequam ſibi plene conſtaret, an excuſetur ſi poſtea ſibi conſtet.*

191 *Potentia in habitu quo caſu idem operetur quod potentia in actu.*

192 *Conſenſus non inducitur, etiam ex longa patientia, & ſcientia, etiam in ijs quæ ſunt magni præiudicij.*

193 *Promiſſio facta metu alicuius potentis, etiam ſi ſequatur ſolutio ex interuallo, per talem ratificationem ſeu ſolutionem non ratificatur. rat. ut ibi.*

194 *Metus in promiſſione accedens præſumitur repetitus in ſolutione uel exequutione ex interuallo etiam ſponte facta, quando ſubeſt cauſa metus omni tempore.*

195 *Proceſſu exiſtente nullo omnia inde ſequuta ſunt nulla.*

196 *Tranſactio ſuper quibus delictis licita ſit.*

197 *Compoſitio ſuper delictis licita eſt in terris eccleſię, ex conſuetudine.*

198 *Tranſigens ſuper crimine an fateatur delictum.*

199 *Confeſſionem haberi pro iudicato, quomodo intelligatur.*

200 *Condemnari ut quis poſſit ex confeſſione, quæ requirantur. & multa de confeſſione.*

201 *Iudex debet inquirere de ueritate confeſſionis, ratione ut ibi.*

202 *Condemnari ut quis poſſit, requiritur quod ſit ſponte confeſſus, uel legitime conuictus.*

203 *Cuſtos poſitus ad cuſtodiam territorij ne committantur furta & robariæ, ſi diſrobauit, dominus qui eum poſuit tenetur, licet fecerit contra mandatum.*

204 *Appellatio de iure communi ſemper admittitur, niſi ſpecialiter ſit a iure prohibita.*

205 *Appellatio admittitur etiam in crimine læſæ maieſtatis quod etiam ex ſacris literis probatur.*

206 *Appellatio in criminalibus licita eſt de iure canonico.*

207 *Appellatio eſt defenſio, quę non poteſt tolli, attenta eius ſubſtantia, quia eſt de iure naturali.*

208 *Sententia ſeu decretum iniquum non infamat eum contra quem latum eſt, quod ponitur remiſſiue.*

QVAESTIO LI.

IN anno 1563. vij. Decembris. De mandato Gubernatoris vrbis Romæ, ſubſcripto a procuratore fiſcali, ad delationem Ioannis Vincentij Neapolitani, Roberti, & Didaci Hibernorum exploratorũ, circa tertiam horam noctis a Flaminio Corſo probaricello Vrbis cum multis alijs biruarijs, capti, & carcerati fuerunt pro crimine hæreſis, quidam Thomas Sachfil Anglus, Ioannes Treuer Anglus, & Iacobus Bardent Gallus, in hoſpitio Catherinæ Flandræ locandariæ camerarum, vbi tunc hoſpitabantur, & in eorum bonis confectum fuit inuentarium à notario iuxta ſtilum, & de mandato ut ſupra, cum aſſiſtentia, & interuẽtu Profiſcalis. Qui Angli a die ſupradicta vſque ad 19. eiuſdem menſis carcerati, diuerſis uicib. examinati fuerunt, qua die 19. Profiſcalis ſuprad. ſequeſtratus fuit, ſub prętextu, quod de bonis prædictis deficeret crumena cum quingentis coronis gallicis, quam dictus Thomas dicebat repoſuiſſe in quadam ſua valiſia, inter quoſdam libros muſicales. Pro qua cauſa ipſe Prof. poſt multa, fuit tortus, per torturam confeſſus, & ratificata per ipſum confeſſione, dimiſſus è carceribus cum decreto, de quo in proceſſu. Ad quæ omnia cum ex parte ipſius dicatur contra ius, & iuſtitiam deuentum, exhibito proceſſu, quæritur quid iuris.

In hac quæſtione quę fuit terribilis, & ardua, viſo ipſo proceſſu, uideretur prima facie ipſum Profiſc. non habere cauſam conquerendi, cum omnia contra ipſum legitime, & ſeruatis ſeruandis facta uideantur, ex infraſcriptis. Primo, quia conſtat de delicto, eum ex dicto ipſius Thomæ, tum ex aliis, & ex confeſſione ipſius met Profiſc. Ex Thoma, nã ipſe Thomas exiſtens in ſecretis car-

carceribus cum D.R.B. ipſum D. R. requiſi-
uit, quare iudex interrogauerat illum ſuper
pecūnijs, & audiens eſſe de more, dicens ſe
non reuelaſſe quingentas coronas quas in
valiſia reliquerat, hortatus ut reuelaret iudi-
ci, poſt multos dies reuelauit, ut folio 75. in
eius. 3. conſt. cui aſtipulatur, d.D.R. ut in pro
ceſſu, fol. 79. quod ẽt ex eo augetur, nã è Lon
dino portauit Venetias multas pecunias, ex
quibus quingẽta ſcuta Gallica Venetijs repo
ſuit in quadam crumena rubea, quam Romã
vſq; portauit ſub ala ſiniſtra brachij alliga-
tam duploidi, fol. 70. pro quo facit, nam Ioã
nes Treuer, fo. 81. dicit quod Thomas Venẽ
tijs emit duas crumenas rubeas, & quod è Ve
netijs ad Vrbẽ ipſe Thomas ſemper dormi-
uit cum duploide, neſciens quare, niſi forte
quia hr̃et pecunias, & nollet quod ſciretur,
& quod ipſe Londini dedit Thomæ ducẽtas
libras illius monetæ, quas credit Thomam
Antuerpiæ permutaſſe, quia Antuerpiæ ui-
dit ipſum numerantem quingentas & nona
gintas coronas de cuneo ſolis, in duab. uici-
bus. Accedit præmiſſis, nam Thomas prima
die qua intrauit hoſpitiũ Catherinæ Flãdræ,
in quo captus fuit, clauſus in ſua camera nu-
merauit illas coronas quingẽtas ſuper tabu-
la ante prãdium, & in illa crumena proprio
ſigillo ſigillata poſuit in ualiſia inter quoſdã
libros muſicales, clauſit ualiſiam, & appen-
dit clauem muro, & ſui thalami clauem ſem
per ſecum portabat; vt ex eius depoſitione
in proceſ. fol. 75. & quod pecunias numera-
uerit probat̃ ex dicto Ioã. Treuer, qui in pro
ceſ. fol. 82. dicit, audiuiſſe illo mane Thomã
clauſum in ſuo thalamo numerantem pecu-
niam per octauam horæ.

Et validant̃ præmiſſa, nam ipſe Thomas
prima die requiſiuit dñam domus ut ſibi in-
ueniret fortem capſam, ut in eius. 3. conſt. in
proceſ. fol. 70. & dña domus fatet̃ ſe requiſi-
tam eſſe, ſed illa die non inueniſſe, quia erat
dies feſtiua, & in alium diem diſtuliſſe, ut in
proceſ. fol. 164. Quib. oĩb. accedente nobili-
tate ipſius Thomæ, ut pote filij cõſiliarij Re-
ginæ Angliæ, ipſius Reginæ nepotis, & mul-
tũ diuitis, ut ex dicto ipſiuſmet, fo. 8. ex depo
ſitione Io. Treuer, fol. 82. & ex depoſitione
quatuor teſtium examinatorũ ſuper notitia
ipſius, fol. 160. conſtat de delicto, ipſumque
ſufficienter probatum apparet, nedum ad ef
fectum procedendi, ſed etiam ad effectum

torquendi, & condemnandi. De pri-
1 mo liquet. Nam † ſumus in furto ſine fractu-
ra, quod eſt de ijs, quæ licet facto cõmittant̃,
facti tñ nulla remanent ueſtigia, in quib. non
requiritur ad procedendũ alia inueſtigatio
delicti, ſed ſufficit porrecta querela, ut dicit
Iul. Cla. li. 5. ſenten. §. fin. q. 4. uerſ. ſcias tñ. De
ſecũdo patet, nam ſumus in delicto occulto,
cuius difficilis eſt ꝓbatio, in quo procliuior
debet eſſe aĩus iudicis ad torturã inferendã,
ſecun. Bal. in l. nemo. C. de epiſco. aud. Alex.
cõſ. 77. uol. 1. Carrer. in pract. in prin. n. 165.
& nu. 183. De tertio ẽt cõſtat. nam ſumus in
delicto facti tranſeuntis, cuius nulla remanẽt
ueſtigia, quo caſu, ubi cum querela partis cõ-
currat confeſſio inculpati, ſufficit ad condẽ-
nandum, teſte Boſ. tit. de confeſ. per tortur.
& uerius in tit. de delicto, nu. 19. ubi ẽt nu. 21.
dicit quod in furto practica eſt, ꝙ ſufficiat
querela partis, quem ſequitur Iul. Clar. ſent.
li. 5. §. fi. q. 55. uerſ. qũo aũt dicatur conſtare.
imò ſumus in caſu in quo non eſt neceſſe vt
conſtet de corpore delicti: nã dicit Bal. in l.
3. in addit. col. 3. uer. item nota. ff. de teſt. ꝙ in
crimine falſi, furti, & adulterij non procedit
reg. l. 1. §. item illud. ad Syllani. cuius dictũ
refert, & ſequitur Ruin. conſ. 80. col. 2. uerſi.
nec obſtat. uol. 4. Arguẽdo igitur a fortiori,
cũ apparentia delicti nõ ſit neceſſaria, & con
ſtet mõ pręmiſſo, non habet Profiſcalis locũ
querelæ contra proceſſum, attẽta maxime,
ut iã dixi, nobilitate ipſius Thomæ, quẽ non
eſt præſumendum conqueſtum fuiſſe niſi in
2 rei ueritate res ita ſe hr̃et. nobilis † enim ha-
bet præſumptionẽ pro ſe, vt nil turpe audeat
attentare. gl. in c. illud. 40. diſt. unde dicit Io.
And. in addit. Spec. ti. de loc. ſuper Rub. in fi.
quod fuit excuſatus quidam caſtellanus qui
ex cã conſtituit loco ſui quendã nobilẽ, qui
tradidit arcẽ inimicis, nã non erat p̃ſumẽdũ,
ꝙ nobilis proditionẽ faceret, ut dicit Pet. Ge
rar. ſing. 30. incip. Pro nobilib. Quod fundũ
credentiæ rõne nobilitatis auget mandatum
Pontificis, qđ aſſerit̃ præceſſiſſe, ut procedat̃
in cã, furtũ inueniat̃, & Anglo credat̃ ſe paſ-
ſum fuiſſe furtũ, quia nobilis eſt, & nepos Re-
ginæ. cuius Põt. mãdato & aſſertioni credit̃,
& ſtat̃, ut p Rui. cõſ. 41. col. 1. 3. 6. & 7. & cõſ.
277. col. 2. uol. 1. & cõſ. 103. col. 3. uol. 5. pro
quib. ẽt facit no. d. Hipp. in §. Principiũ. in ſua
pract. cri. ubi ex illius ſcholaris exẽplo arguit
bono uiro credẽdũ eſſe đ furto ſibi cõmiſſo.

Secundo

Secũdo facit, nam Profiſcalis multis præ
ſumptionib. ex proceſſu reſultantib. urgetur,
nã ipſe ſciebat dictos Anglos capiẽdos ha-
bere magnam ſcutorum quãtitatem ex eiuſ-
met dicto, fol. 37. ex dicto Flaminij, fol. 47.
Ioa. Vincen. Neap. & Didaci, fol. 91. &, vt in
themate præſupponitur, ad hoc miſſus fue-
rat a ꝓcuratore fiſcali ne in ipſis fieret fraus,
ex quo præſumitur, quod iuerit animo ſurri
piendi. Eo magis, quia cum expeditus & bre
uibus pannis ueſtitus iuerit, præſumitur ille,
quem Thomas ſic deſcribit fol. 76. in ſuo ter
tio cõſt. (quando intrauit thalamum meum
pro palio accipiendo, uidi in meo thalamo
quendam qui perluſtrabat res meas, & erat
nigris, & breuib. pãnis ueſtitus, & ſine armis,
quem non noui, ſed curia uidit, cognoſcere
potuit, & cognouit.) Accedit, quia ipſe Pro
fiſc. recedẽtib. Anglis è ſuis thalamis sũptis
palijs cum curia, ſtetit ſuper oſtio thalami,
& dixit (*qui dentro non ci ha da entrar ninno*) vt
deponũt Io. Vinc. Neap. fo. 89. & Io. Celſus
biruarius, fol. 94. ex quib. uerbis prçſumitur,
quod prohibuerit aditum ut ſuo modo per-
quireret. Fortius urget, quia egreſſis omnib.
de primo thalamo, ipſe Profiſc. intrauit ſecũ
dum thalamum cum quodã famulo domus,
& uno alio, ibi ſumpſit de terra ualiſiam, quã
poſuit ſuper menſa, & cum eſſet clauſa, inue-
nit clauem, ipſam aperuit, manum in ea po-
ſuit, & rugauit, poſtea clauſit, & exiuit in pri
mum thalamum, ut dicunt Gulielmus famu-
lus, fol. 96. quo ad aperturam, & Ioan. Celſus
quo ad introitum, & exitum. Vlterius urgẽt
pallor & tremor manus in ipſo Profiſc. quã-
do appoſuit manum ualiſiæ, quæ qualitates
obſeruatæ, & depoſitç a Ioan. Celſo, fol. 93.
arguunt delictum ab ipſo cõmiſſum. Et tan-
to magis, quia ſæpius requiſitus à notario vt
iret ad finiẽdum inuentarium d. bonorum,
ſemper diſtulit de die in diem, ut dicit Bene-
dictus notarius, fol. 69. quæ dilatio præſumit
3 delictum prçcedens, quæ † omnes præſum-
ptiones merito inducere potuerũt iudicem
ad ita procedendum, ex ijs quç ſcribit Gem.
conſ. 112. in fi. ubi ex Guiel. de monte Laud.
dicit, quod in dubio præſumendum eſt deli-
ctum, & loquitur in cõtractu uſurario, quod
crimen eſt de occultis, ut ibi. & cum non ap
pareat cã ꝑꝑ quam ipſe Profiſcalis poſſit ſe
a prædictis excuſare, & actus ſonet in deli-
ctum, igitur ipſum deliquiſſe præſumitur, ſe-
cundum Bar. in l. ſi quis ex argentarijs. §. an
uero hæred. ff. de eden. uerſ. breuiter quidẽ.
& ibi Ang. in §. Prætor. uerſ. conclude quod
aut. Alex. conſ. 74. nu. 2. uol. 6. Cor. conſ. 28.
4 col. fi. uer. nec obſtat. uol. 3. Circa † pallorem
& trepidationẽ eſt apud Doct. paſſim vulga-
tum quod faciunt indicium ad torturã. Bart.
in l. de minore. §. plurium. de quæſt. Ang. de
malef. in uerſ. fama. nu. 105. Marſ. in pract. §.
diligenter. nu. 74. & 98. & §. qm̃. nu. 27. Blan.
in l. fi. nu. 259. 263. ff. de quæſt. Carrer. in ſua
pract. nu. 119. & Marſ. ſing. 103. & quatenus
noluit ire ad finiendum inuentarium, liquet
de eius negligẽtia, quæ ipſum doloſũ reddit:
nam cũ ad id teneret̃ ex ſuo officio, & negle
xerit facere, in dolo vr̃, ut per Anch. cõſ. 158.
Soc. cõſ. 2. col. 2. volu. 1. Crau. cõſ. 132. nu. 4.
uol. 1. ¶ Tertio urget fortiſſimè, nã ipſe. Pro-
fiſc. in ſuis cõſtitutis uariauit, tã ante torturã,
quam in tortura. ante torturam patet, nã in
materia aperturæ ualiſiæ. interrogatus an il-
lam aperuerit ante aduentũ notarij uel poſt,
primo dixit ante aduẽtum notarij, & in alio
conſtituto dixit poſt eius aduẽtum, poſt tor
turam liquet ex proceſſu torturæ in 2. 3. & 4.
conſtit. in quib. confitens diuerſimode uaria
5 uit qualitates facti. clarum † eſt aũt, quod va
riatio Rei in ſuis reſponſionib. facit indiciũ
ad torturã, ut per Marſ. conſ. 15. nu. 15. conſ.
130. nu. 45. & l. unius. §. teſtes. de quæſt. Fel.
in c. literas. de prçſump. Rom. conſ. 8. Gram.
conſ. 17. nu. 9. & uoto 30. nu. 3. Alex. cõſ. 62.
vol. 3. eo maxime, quia variatio fuit circa tp̃s
cõmiſſi delicti, quæ quantum noceat, tradit
Blan. in l. fi. de quæſt. fol. 70. in paru. nu. 263.
uerſ. intellige ſecundo. poſt Bar. ibi, & in l. de
minore. §. plurium. eo. ti. Marſ. late ſing. 123.
& Cacher. decis. 79. nu. 5. ubi ponẽdo caſum
in inculpato de tractatu contra principẽ nõ
reuelato, dicit. Secundum indicium vr̃ reſul-
tare ex uariatione ipſius inquiſiti, in eo ꝙ in
prima depoſitione negauit filiũ aliqua ſibi
contuliſſe de negotio ꝑter ea quæ depoſue-
rat, deinde in ſcđa depoſitione confitet̃ ali-
qua ſibi dixiſſe de proditione, igitur &c. ad
late tradita in materia per Iul. Clar. li. 5. ſent.
q. 21. uerſ. mendacium, & uerſ. Cæterum.

Quarto ultra præmiſſa facit vulgatum il-
6 lud dictum, ſingula † quæ nõ proſunt multa
collecta iuuant, ſecundum Bar. in l. 2. §. ætas
aũt, de excuſ. tut. & eſt glo. fi. in l. inſtrã. C. de
prob. & gl. 1. in l. ſtipulatus. ff. de uſur. tradunt

Doc.in c.cum cām.de probat. itā ēt id quod per ſe non operatū præſtat cæteris adminiculum,ut eſt gl.in uer.ex cauſis.in c.accedens.il 2.ut li. non conteſt. quam ibi ſequuntū Doc. & Soc.iun.conſ.3.nu.16.uol.4. conſ.26.nu. 14.eo.uol.conſ.112.in fi.uol.1.conſ.8.in fi. uol.2.conſ.34.nu.6.uol.4. cōſ.38. nu. 26.eo. uol.conſ.3.nu.15.uol.2.conſ.79.nu.24.uol. 4.poſt Pariſ.conſ.3.Videtur dominum Diogenem,nu.54.uol.3.& conſi.17.incip.de bono iure.in fi.uol.4.cum multis ſimil.concor, de quib.late per Ant.Gabr.Rom.concl.li.1. concl.1.in prin. ubi multa ad hoc congerit. ſed contra Profiſcalem multa concurrunt, quæ ſimul collecta ipſum optime indiciatū reddūt,de quib.in proceſſu paſſim,& præſertim in primo conſt.ad tort.folio 4.ubi iudex oīa capitulatim recenſet , & ſupra deducta ſunt.ergo ſuccedit illud, quod quatenus iam dicta,ut ſingula non facerent,ut pote imperfecta,ſimul tā iuncta faciunt unum perfectū. l. non tamen.de procurat. l. cum ſcimus. C. de agric.& cenſ.li.11.l.2.C.quor.appe. non recip.l. ſancimus.C.de teſtam.& in Auth.de fi.inſtru.§. ſi uero adminiſtrator.& §. ſi uero nullus.cōiunctiones aūt fieri plurium imperfectorum ad effectum torquendi,& inquirēdi,abſolutum habent,Cæpol.conſ.32.col.7. Soc.conſ.54.col.1.uolu.3.Alex.conſ.65. in fi.uol.1.& conſ.41.in fi.uol.2.Bru.in trac.de indici.colu.2.Iaſ.in repetit.l.admonendi.nu. 96.de iureiur.Fel.in c.ueniens.col.5. de teſti.

7 Eo magis, cum , ut ēt dictum eſt, ſimus in re difficilis probationis,nam in ijs admittuntur probationes, ēt quod in genere ſuo ſint imperfectæ.Ant.de But.in c.ueniens.il 1.col.fi. de teſti.Rom.conſ.7.col.2.in prin.& nedum coniunguntur plures imperfectæ probationes,ſed ēt plures præſumptiones,ut per glo. in l.inſtrumenta.iunc.tex. C. de probat.& in l.2.§.1.in uer.legitimis.ff.de excuſat.tut.gl.in c.accedens.il 2.in uer.oriūdis.ut li. non conteſ.Soc.conſ.89.col.6.& ult.uerſ. nam ſimul quoq;.uolu.1.Dec.conſ.146.col.6.uerſ.6.& ultimò.Calc.conſ.76.col.1.& 2.Io. de Ana. conſ.49.colu.1.uerſ.ex quib.pōt dici. Crau. conſ.35.nu.6.conſ.73.num.20.& conſ.158. nu.9.cum igitur nedum hic extent præſumptiones,ſed etiam probationes , nimirum ſi iudex eas coniunxit, quia potuit , ut etiam latius proſequitur Ant.Gabr.ubi ſup.col.pe. & fi.& hoc eſt ualidum argumentum.

8 Quinto ēt † facit,& fortiter ſtringit, nam crimen de quo agiū eſt enorme,ut pote commiſſum in officio,ſub ueſte publica,quo caſu licitum fuit iudici iura tranſgredi , & ipſum Profiſcalem tormētis ſubijcere pro ueritate comperienda, iuxta tradita per Inn. & alios in Rub.de conſt.Bal.in l.quid ergo. §. pœna grauior.de ijs qui not.infam.col.2.& in c.1. col.6.qui feu.da.poſ. & in l.& ſi ſeuerior.col. 2.C.ex quib.cauſ.inf.irrog.& in l.1.col.5.C. qui accuſ.non poſ. Hipp. late in repet. l.fi.C. de prob.car.73.& 74. in parti.in l.1. in prin. col.9.de quæſt.& in l.unius.§.cogniturū.col. 14.eo.tit.& ut inquit Paris de Put.in tract.de ſind.car.par.fi.col.2.in fi.pp enormitatē delicti pōt procedi contra reū ordine iuris non ſeruato,ut ēt dicunt Carrer. in pract. crim.§. circa.a nu.8.uſq; ad nu.34. & poſt eū Gabr. lib.6.ſuar.concl.crim.concl.1.per totā.quatenus igitur minus legitime proceſſum eſſet, ex hoc apparet licuiſſe iudici in hoc caſu ita

9 procedere.Eo maxime , † quia ueritas aliter hri non poterat , & ſumus in caſu probandi facta in domo , quo caſu teſtes alias inhabiles admittuntur.eſt.n.regula,quod qn̄ ex natura facti alij teſtes haberi non poſſunt , admittuntur teſtes,qui alias prohibentur.l.con ſenſu. C. de repudi. & ita cōiter teneri dicit Dec.conſ.342.nu.8.Ex quib. oīb. clare conſtat deuentum eſſe ad torturam contra ipſū Profiſcalem licitè,& ordine iuris ſeruato.Tāto magis,quia ēt in quocunq; iudice indicia ſunt ad torturā arbitraria, authoritate Hipp. in pract.crim.§. diligenter.nu.24.& in l.fina. nu.2.de quæſt.Bal.conſ.95.nu.6.uol. 1.& in l.obſeruare.C. quan. appellat. non recip. & Gram.conſ.14.nu.6.& late Menoch.de arb. iud.lib.2.cent.3.caſu.270.

10 Sextò facit † illud,quo habito nil ulterius quæri ſolet,ſcilicet confeſſio,nam iſte dom. confeſſus eſt,quo caſu ceſſat omnis quæſtio. l.proinde.ad leg.Aquil.confeſſio enim plus operatur quàm aliqua ſpecies probationis. Bal.in l.cum mulier.colum.13.uerſi. deinde quæro.ff.ſol.matr.Marſi.conſi.94. num.8.& illud uere dicitur apparere quod conſtat per confeſſionem.Inn.in capit. cum contingat. uerſ.indigeat.de offic. deleg. Et illud dicitur ſciri pro certo quod ſcitur per confeſſionē. glo.1. iunc.tex.in c.ſi Sacerdos. de offi. ord. & confeſſio æquipollet inſtrumento. Bald. in l.fina.col.3.uerſ.tertio quæro. C. de edic.

Diui

Diui Adr.tollen.Et confeſſio nedum dicitur probatio, ſed etiam dicitur legitima probatio,glo.in cap.ad abolendam.in uer. depræhenſi.de hære. Et nedum cōfeſſio facit probationem, ſed etiam inducit notorium.tex. & Doct.in c.fina.de cohabit.cler. & mulier. Fran.in c.cum ſpeciali.§. porrò, de appel.in prin.& nedum quod de ipſa confeſſione dicunt Doct.ualet,ſi fiat in iudicio, ſed etiam ſi extra iudicium, quia tunc dicitur etiam probata probatio, ſecundum Aret.in §.omniū. colu.7.Inſtit.de act.latius Hippol. in repetit. Rubr.C.de probat.col.16.& 17.Et eſt tantæ potentiæ confeſſio, ut etiam ſuper proceſſu nullo,& inordinato poſſit ex tali confeſſione damnari,ſecundum Inn.quem omnes ſequuntur in c.qualiter, & quando. il 2. de accuſat.Bar.in l.ſi confeſſus. ff. de cuſt. reor. & Marſil.conſ.46.nu.17.& 19.& conſ.48. nu. 3.nam confeſſio non requirit tellam,nec ordinem iudicij.Bal. in l.properādum, in prin. ad finē.C.de iudic.quem ſequitur Angel. in tract.malef. in uer.cōparuerūt dicti inquiſiti & confitentur totū.uer. quæro an confeſſio.

11 Septimo, † nedum iſte D. confeſſus eſt, ſed etiam ratificauit extra tormenta, ut in proceſ.tort.conſt.5.cum alijs ſeq. & ſic ſpōte,non in tormentis. quæ ratificatio ſpontanea uidetur purgare, & tollere metum torturæ, arg.eorum quæ habentur in l.2.C.quod met.cau.ubi dicitur quod ſolutio ſpontanea purgat uitium uiolentiæ adhibitæ tempore promiſſionis.igitur licet iſte D.poſſet allegare violentiam in tortura, tamen ratificatio illam tollit: nam ratificatio tollit nullitatem actus præcedentis.l.fi.C.ad Macedon.l.licet. ff.de iudic.Afflic.deciſ.220.in fi.uerſ. quinta & ultima.Cacher.deciſ. 142.nu. 15. & facit quod reus puniatur etiam ſi confeſſio facta fuerit præcedentibus indicijs,uel non,ut ex ſententia Doct.dicit Iul.Clarus lib.5.ſenten. §.fi.q.64.uerſ. cæterum ſi reus. ergo bene cō tra ipſum ad decretū proceſſum eſt. Eo magis,quia nedum ratificauit uerbo, ſed ēt facto,nam mandauit reſtitui quingentas coronas Anglo,ut in proceſſu torturæ. fol. 29.& alius ſuo noīe reſtituit, ut in eo. proceſ.f.31. ergo ſua confeſſio validatur,nam nō præſumitur quis uelle iactare ſuum; Et inſuper ſe compoſuit cū camera, & ſic tranſegit ſuper delicto,quæ tranſactio facit indiciū,&habet vim tacitæ cōfeſſionis,l.1.uerſ.qui furti.ff.de ijs qui not.infa.præſertim, quia ſumus in cā fiſcali,in qua qui aduerſarium ſuum corrumpit pecunia data,habetur pro cōuicto.l.eius qui delatorem.ff.de iure fiſci.& l.fi.ff.de præuaricat.ergo &c.

12 Præmiſſis † tñ non obſtantib.ſequendo veritatem quæ eſt mater iuſtitiæ,ut per Bal.in l. libertini.ff. de ſta.hom.& quæ amāda, & colenda eſt,ut tradit idem Bal.in tract. ſciſm.in 1.col.& in l.cum ita.ff.de cond.& demonſt. cum oporteat iudicem cuncta rimari,&ordinem rerum plœna inquiſitione diſcutere. c. iudicantem.30.q.5.& ſcriptum ſit iudicibus lib.2.Paralipom.c. 19. Videte quid faciatis, non tm̄ hominis exercetis iudicium,ſed dñi, & quodcunq; iudicaueritis in uos redundabit,dicendum intrepide eſt,in caſu pręſenti, oīa non ſolum non iuridice facta fuiſſe, ſed nec ēt iuris fundamentum habere, & nihil actum eſſe quod bono iudici conuenire poſſe uideatur. & pro hoc aſſumo illud axioma in iure clarum, & apud omnes paſſim rece-

13 ptum,quod † iudex nunquam pōt procedere nedum ad torturam, ſed etiam ad detentionem contra aliquem,niſi ante omnia ſibi conſtiterit delictum eſſe commiſſum,de quo aliquis eſt inculpatus, aliàs ſunt ſibi ligatæ manus ad procedendum,l.1.§.item illud.ad Syllani.Item illud ſciendum eſt, niſi conſtet aliquem eſſe occiſum,non haberi de familia qōnem,& nedum conſtare debet, ſed ēt, q dolus interuenerit,ut ibi ſubdit Vlpia. Liquere igitur debet ſcelere interemptum,ut ſenatuſconſ.locus ſit. per quem tex. ita determinant Tancr.in ſua compen.q.17.& Bar.in l. fi.col.1.ff.de quæſt.&in l.1.§.qui qōnem.eo. tit. Aret.in tract.malef.in uer.fama.num.12. ubi dicit,quod ſi aliter fiat, iudex tenetur in ſindicatu.cui Aret.eſt multum deferendum, quia expertiſſimus fuit, & ex cā officiorum carceratus Nurſiæ cum periculo capitis uitā amiſiſſet,niſi uniuerſa collegia Italiæ pro ipſo conſuluiſſent.& Aug.de Arim.in addi.ad ipſum in d.uer.nu.108.uerſi.Tu aūt.Bertran. conſ.257.col.1.uerſi.adde prædictis. uol. 3. in antiq.Ruin.conſ.80.col.2.uer.nec obſtat. uol.4.Iul.Clar.lib.5.ſenten.§.fi.q.4.in prin.& cæteri paſſim, quos ēt nouiſſime allegat Anton.Gabr.Rom.aduoc.conciſt.& maximus pract.in vrbe Rom.concl.li.7.tit. de crimin. concl.17.num.4. Validatur hoc axioma ex hoc,quia quoties diſputatur de aliquo,ſem-

per habilitas debet præſupponi, videlicet ꝙ
conſtet id, de quo diſputatur, ut dicit Crau.
conſ.307.nu.2.incip. ſtatutum Foſſani.& ita
arguit in damno dato, Dec. conſ.410.nu.7.
nam licet in materia damni dati ſtandum ſit
iuramento damnum paſſi, prius tñ debet cõ-
ſtare damnum datũ. ſequitur Marſ.ſing.335.
& nouiſſime in materia ſua, Moron. in tract.
de treu.& pace.q.113.nu.11.in ult. impreſ.
Qua generali propoſitione firmata, ut breui
tati ſtudeã, uenio ad obiecta, in quorũ diſcuſ
ſione magis apparebit de oppreſſa innocẽ-
tia ipſius Profiſcalis.igit̃ ordinate rñdendo.

Primum non obſtat, confunditur.n.tã in
facto quàm in iure, cum ex dictis ipſiuſmet
Thomæ, tum ex depoſitionib. aliorum: & vt
hoc clarius innoteſcat, quædam præmitten
da ſunt in facto ex proceſſu reſultantia, quæ
clarã adeo materiam reddunt, ut clariſſime
conſtet nedum Profiſcalem non deliquiſſe,
ſed ẽt Thomã ipſum calumnioſe egiſſe. Notã
dum igitur, quod dicti Angli ſumptis palijs,
antequàm abducerentur a biruarijs, egreſſi è
ſecunda camera in primam, claui quam ſecũ
portabant aperuerunt quoddam forcerium
exiſtẽs in prima camera, indeq; extraxerũt
pilcum quem poſuerunt ſuper tabula primæ
cameræ, dicentes, Cuſtodiatis iſtas pecunias,
quæ in eorum præſentia fuerunt numeratæ,
& erãt ſcuta 14. Iulij.3.& ſcutum unum auri.
& ipſi Profiſcali admiranti quõ haberent tã
paucas pecunias, fuit reſponſum, quod non
habebant plures, quia expenderant in iti-
nere Neapolitano, & alijs neceſſarijs, ut ĩ pri
mo conſt. ipſius Profiſcalis, fol. 40. quod &
alij dixiſſent ſi fuiſſent requiſiti. quod ſi plu-
14 res habuiſſent, utique propalaſſent; Nam † di
ligentia in paruis infert maiorem diligentiã
in magnis. præſumit̃.n. diligentia in priuato
in reb. proprijs, iux. l. ſi cõſtante. §. ſi maritus.
ſol. matrim. quem tex. in hãc ſñiam citat Me-
noc. de arbitr. iud. li.2. cent.1. caſu 40. nu.10.
& eſt tex. in c. ſuper. de renun. & in l. cum de
indebito. ff. de prob. ubi probat̃ quod quili-
bet præſumitur diligens in facto ſuo. Crau.
conſ.129.nu.6. Simon de Pret. cõſ.8.nu.16.
uolu.1. & diligens in uno, præſumit̃ diligens
in alio. Bar. in l. fi. C. de ijs qui a non dom. ma
num. ſunt. apparet.n. quod illas numeratas
conſignauerunt timore amiſſionis, prout de
prædictis, & de numeratione patet in pro-
ceſ. fol.1. in inuent. & fol.52.

Vlterius ipſe Thomas requiſitus, ex qui-
bus ſuſpicetur ſuam capturam, illam tribuit
cuidam Roberto Anglo, penes quem depo
ſitauit centum coronas de cuneo ſolis, qua-
ſi quod Robertus ipſum incuſauerit de hæ-
reſi ob ſuſpectam Angliæ infidelitatem, pro
vſurpando illas centum coronas. & fol.3. in
primo conſt. reddens rõnem illius depoſiti,
dicit, (Ego depoſitaui, quia non habebã cap
ſam ſeu ciſtam, vbi ipſas tuto tenere poſſem)
& ſibi erat conſultum de fide dicti Rober. ꝑ
lr̃as cuiuſdam Angli ſibi datas Patauij ad d.
Rober. quas ipſe procurauit habere ad ali-
quẽ practicum Vrbis, qui ſibi in oĩb. conſu-
lere poſſet, ut in primo eius conſt. fol.4. quæ
oĩa arguunt ipſum diligentiſſimum, & ſic ſi
plures habuiſſet, plures depoſitaſſet, nec in
15 eo præſumitur error. Nam † non eſt ueriſimi
le diligentem errare, l. cum de indebito. §. ſi
uero ab initio. uerſ. qui.n. ſoluit. C. de prob.
Cæph. conſ.108.nu.11.1.par.

Quod ẽt ualidatur ex eo, quia ſæpius repe
titus ſuper pecunijs, & ſuſpitione ſuæ captu-
ræ, ſemper, tam in primo, quàm in ſecundo
conſtituto dixit de illis centum coronis tñ,
& ſuſpicatur de dicto Robe. depoſitario. quæ
gemina depoſitio uniformis excludit ab ip-
ſo errorem. l. ſi mulier. C. ad Velleian. Fel. c. ſi
cautio, nu.31. de fi. inſtr. Dec. conſ.15. col.1.
conſi.181. col.3. in princ. & conſ.599. nu.5.

Vlterius ipſe Thomas, fo.8. in 1. conſt. in-
ter alia dicit, (Robertus hoc fecit, ſciens for-
te me eſſe diuitẽ in Anglia, & ut hoc mõ aſſe
rens neceſſe eſſe expendere, ſibi lucraret̃ iſtas
centum, & diceret alijs opus eſſe pro mea re-
demptione.) in quo loco, ſi plures habuiſſet,
utiq; dixiſſet: nam ſicut dixit, ſciens forte me
eſſe diuitẽ in Anglia, poterat dixiſſe, ſciẽs vel
ſuſpicans forte me hic in Vrbe hr̃e plures
pecunias, & ſic aliàs expreſſiſſet, ſed nõ dixit,
quia non habebat, quæ ſuſpitio poterat eſſe
in Roberto rõnabilis, qui iudicaſſet ipſũ nõ
depoſitaſſe illas, abſque eo ꝙ alias retineret.

Accedit, qđ cũ toties repetitus circa pecu
nias, ſemper loquutus fuerit, & ſuſpicatus de
illis 100. coronis tñ depoſitatis Roberto, de
quib. tñ tutus eſſe poterat ob probatam fidẽ
ipſius Roberti, rectius ſuſpicari debebat, ꝙ
aliquis ipſum capi procurauerit pro ſurripiẽ
dis quingentis, quæ poſtea in 3. conſtit. fol.
75. aſſeruit in ualiſia reliquiſſe, quia de illis
nullo modo ſibi conſultum erat.

Vlterius

Vlterius,vt ipſe dicit fol.14.conſt.1.conſignauit Roberto illas centum coronas antequam iret Neapolim, timore amiſſionis. quæ ſola ratio urgentiſſime concludit ipſum non habuiſſe plures:nam ſi timebat amittere centum, maior timor erat in quingentis.
16 Timor † enim non arguitur ex in uerisimilibus,ſed ex uerisimilibus,ut per Ioan.And.in c.bonæ.de appel.Bal.conſi.364.col.1.uol.3. Crau.conſ.49.nu.6.uol.1.Aut ergo illa 500. ſcuta Romæ reliquit, aut ſecum Neapolim portaui: ſi Romæ, aut depoſitata, aut non. Si depoſitata,aut Roberto,aut alteri: ſi Roberto, ſicut dixit de centum, dixiſſet & de alijs quingentis:ſi alteri, ſicut in ſua captura ſuſpicatus eſt de Roberto pro centum, multo magis ſuſpicatus eſſet de altero pro quingentis. ad not.in auth. multo magis,C.de ſacroſ.eccleſ. Euerar. in cent.leg. in loco ſumpto a maiori,& in loco a minori, & vtroque caſu expreſſiſſet.ſi non depoſitatas, ridiculum eſt: quia cum depoſitauerit centum antequam iret Neapolim timore amiſſionis, vtique non reliquiſſet quingentas arbitrio
17 fortunæ, ſed illas depoſitaſſet. Nam † cum maius periculum circa maiorem ſummam uerteretur,ideo cautius ei agendum erat.42. diſt.c.quieſcamus.c.Matthæus. de ſimon.5. q.1.ſi quis neque.Specul.de act.in fine. & de except.§.pen.& c.ubi periculum. de elect. in 6. Et eadem ratio excludit quod portauerit Neapolim, nam cum Neapolim portauerit literas cambij,ſi,ut dicit, portauit quingentas coronas,& illas non timuit amittere, potuiſſet etiam portaſſe cētum plures, ſed cum ob timorem amiſſionis noluerit portare cētum, nulli dubium quod non habebat nec portauit quingentas. Attenta maxime conſuetudine Regni, cum è ciuitate Neapolis non poſſint extrahi niſi 25.ſcuta pro quolibet homine equeſtri, & in itinere ſtant cuſtodes ad hoc deputati,qui uiatores diligenter perluſtrant, & plures 25. auferunt, nec amplius reſtituunt, & nemini parent, & ita ſeruatur tam in portantibus, & redeuntibus quàm in ſimpliciter extrahere uolentibus: nullo enim modo extrahi poſſunt,quod omnibus tam uiatoribus quàm mercatoribus notorium eſt, ut etiam de hac prohibita extractione pecuniarum habetur in ca. Regni 250.incip.perpenſa deliberatione.& ibi per Ioan.Ant.de Nigris.Et eſt præſumendum ꝙ antequàm iret Neapolim,fuerit ſuper hoc informatus:quia,vt ipſe dicit,fol.28.in 2.cōſti.in Ciuitate Tridēti ſermonem habuit de Ciuitate Neapolitana cum quodam Epiſcopo,quod ſi de ea alibi ſermonem habuit,veriſimilius eſt quod etiam in Vrbe,antequàm iret, loquutus fuerit cum aliquo circa eam,
18 ſumpto † arg.a veriſimili. clem. exiui, & ibi Card.§.rurſus.de verbo.ſignifi.cap.quia veriſimile.de præſumpt.l.non eſt veriſimile.ff. quod met.cau.Socin.conſ.86.incip. in cauſa communitatis.verſ.quinta concluſio.vol. 1.Pariſ.conſ.8.nu.29. vol.1. conſ.8.num.7. vol.4.& alibi paſſim.ex hoc præſumitur illa cētum ſcuta depoſitaſſe antequam iret Neapolim: ſi illa enim portaſſet,ablata fuiſſent à cuſtodibus; ſed attentis prędictis nullo modo habebat, arguendo à ſufficienti partium
19 enumeratione,quod † argumentum ualidū eſt.l.obligationum ferè. §. placet.de act. & oblig.l,filius.§.filius.de leg.1.Inſt.de act.§.in bonæ fidei.Bal.in l.conuenticula.col.2.in fi. uerſi.item eſt argumentum ab enumeratione.C.de epiſc.& cler. & in c. cum uenerabilis. de except.Firm. in uer. Argumentum a ſufficienti partium.ſed cum literis cambij ſibi conſulebat,& cum alijs centum coronis, quas dicit retinuiſſe penes ſe,ultra depoſitatas,pro expędendo, vt in primo eius conſt. folio 4. ubi inter alia dicit. & iſtas coronas ego traduxi ex Anuerſa, a qua ciuitate habui ſexcentas coronas, & antequàm peruenirem ad Vrbem, expenderam quadringētas, ita quod ducentæ coronæ mihi remanſerant,quarum ducentarum,centum retinui penes me, alias uero centum tradidi cuſtodiendas præfato Roberto, & iſtas coronas mecum tranſtuli ad effectum illas expendendi.quæ uerba ita clara ſunt, ut omnino deprehendatur non habuiſſe illas quingentas.

Item alia urgentiſſima ratione excluditur ipſum Thomam plures habuiſſe quàm prędictas centum depoſitatas, & centum alias pro expendendo retentas: nam ut ipſemet dicit in conſt.2.in proceſ.fol. 20. antequàm recederet è Londino pro ueniendo in Italiam, procurauit habere literas ad aliquem mercatorem Italum,ut in Italia ſibi prouidere poſſet de pecunijs,prout illas habuit cum literis etiam cambij ad quendam mercatorem Raguſinum Venetijs commorantem, & in utroque conſtituto, nunquā dicit portaſſe

taſſe ex Anglia pecunias, ſed tantum literas prædictas: ergo præſumendum eſt ipſum vere non portaſſe, quia hoc dixiſſet, ſicut dixit de literis, & de ſexcentis coronis, quas Anuerſæ, ut ipſe dicit, accepit. folio 4. in primo eius conſt. Immo ratio iſta clariſſima eſt, cũ ipſe dicat, fol. 23. in 2. conſt. quod pro ſumma in literis contenta quas accepit in Anglia, totidem ex ſuis reditibus conſignauit ei qui ſibi dedit literas. & ſic excluditur omnino, quod portauerit pecunias ex Anglia, & eius uerba ibi ſunt clara. Et licèt in 3. conſtit. dicat, fol. 75. quod non depoſitauit Roberto niſi centum, ne cæteri Angli ſcirent illum habere plures pecunias, tamen iſta eſt uana ratio: tum quia, ut ipſe dicit, fol. 6. in primo conſt. nõ cognoſcebat niſi quatuor Anglos, quorum mores ita probatos habet, & facultuoſos dicit, ut de ipſis nullo modo dubitare potuiſſet: tum quia retinendo penes ſe quingentas, imò & alias centum pro expendendo, de quibus, fol. 4. & ſic ſexcentas in totum, poterat etiam retinere centum plures, abſque tali propalatione, & ipſum in omnem euentum excuſare poterant literæ cambij quas habebat, abſque eo quod in tanto periculo retineret quingentas. Tum etiam & fortius excluditur iſta ratio, quia ſi depoſitaſſet iſta centum ad effectum, quod cæteri Angli imaginarentur ipſum non habere plures, vtique illas conſignaſſet Roberto palam, præſentibus alijs Anglis: ſed ut ipſemet dicit in 20. conſt. fol. 14. illas conſignauit ipſi Roberto, in occulto, nullis prӕſentibus, in crumena rubea ſigillata ſuo ſigillo, & ſic hæc ratio retorquetur contra ipſum, quod non haberet plures quàm illas centum ex iſto tam ſecreto depoſito. immo ex ſuis uerbis ibi clare liquet de calumnia, & quod non habebat illas ſomniatas quingentas, dicit enim. Nemo erat præſens quando ego dedi dictas cẽtum coronas de ſole præfato Roberto. eſt bene uerum, quod quando dedi ſibi dictam crumenam cum dictis pecunijs, ipſe illas numerauit, quas dixit eſſe numero centum, & dum illas numerabat, quidam Angli per illã aulam tranſgrediebantur, quos non cognoui, & ego credo quod dictus Robertus non negabit. Ecce quomodo ſolicitus eſt de iſtis centum quas ſolas ſæpe recenſet, & de quingentis nihil, tam in primo, quàm in ſecundo conſtituto.

Vlterius, præſuppoſitis omnibus prædictis, conuincitur non habuiſſe aſſertas quingentas coronas: quia cum tam diligens fuerit in centum, non poſuiſſet quingentas in ualiſia, quæ tam facile aperiebatur, ut ipſemet dicit, & cuius clauem muro appenſam tenebat, ut fol. 75. ubi ait. Stabat appenſa clauis dictæ ualiſiæ ad murũ thalami, quia ego nõ deferebam mecum dictam clauem, quia ualiſia facile poterat ſine claue aperiri. & ſic dũ eſſet appenſa muro, prout dicit etiã, Bartholomæus teſtis curiæ, fol. 60. & Benedictus notarius teſtis curiæ, folio 67. ſtabat in poſſe aliorum, prout etiam apparet ex proceſſu quod data fuit Profiſcali, a domina domus, ut d. folio 60. & 67. & ut teſtatur etiam Apollonius alius teſtis curiæ, fol. 64. Nec releuat quod ipſe Thomas, ut ipſe dicit, folio 76. in 3. cõſt. ſemper portaret ſecum clauem oſtij cubiculi, quia immo conuincitur etiã in hoc de mendacio: nam ſicut illam tradidit famulo ea nocte qua captus eſt, ut ipſe dicit, eo. fol. 76. ijs uerbis. Ego dedi clauem cubiculi mei poſt cęnam famulo meo ut pararet cubile meum, præſumendum eſt, quod etiam alijs uicibus illam ipſi famulo dederit, qui etiam in eius camera ſub ſuo cubilli dormiebat. & ſic nõ ſemper illam portabat. Nã
20 †talis dictio importat continuitatem temporis. l. 1. & ibi Bar. col. 5. in fi. uerſ. item in quæſtione. Ang. & Doct. ſol. matr. & omne tempus omneſque caſus complectitur. Iaſ. conſ. 115. col. 7. uerſ. Tertio adeſt dictio. vol. 3. immo ſi habuiſſet ſomniatas quingentas coronas, dubitaſſet etiam de famulo, & illi non confidiſſet clauem thalami, nec ipſum in eius camera dormire permiſiſſet, attenta qualitate ualiſiæ facile aperibilis, claui muro appenſa, duploide cum quo aſſerit dormiuiſſe in itinere, e Venetijs Romam vſque, de quo, cum in Vrbe cum ipſo non dormiret famulus, qui cũ eo ad Vrbem uenit facile ſuſpicari potuiſſet, & ideo homo in omnibus ſagax, vt cognoſcitur ex proceſſu, ad tollendum omne periculum clauem ualiſiæ ſecum portaſſet, & famulũ in eius camera dormire non permiſiſſet, nec illi clauem Hoſtij confidiſſet.

Quibus ſic præmiſſis, modò ad obiectum reſpondendo, dico illud non obſtare, cum ex perſona ipſius Thomæ, tum ex perſona D. R. circa ſermonem habitum de pecunijs, in

in carceribus,& reuelationem, nam ipſe D. R. ante depoſitioně, in depoſitione, & poſt, detinebatur in carceribus pro cauſa criminali capitali, quia ſine proceſſu, calumnioſe, & cauſa non cognita ſuſpendi fecerit quendam ſuum ſubditum, & eius bona ſibi adſciuerit, prout confeſſus, & teſtibus, & publicis ſcripturis conuictus eſt, ſuper quo ſe compoſuit cum camera apoſtolica, ut in actis Gu-
21 bernatoris Vrbis, & ideo † non poterat examinari contra alium, & in materia quæ poſſet alij præiudicare, c.fi.de teſti.& ibi Doct. Specul.tit.de teſt.§.1.uerſi.item pendente.& ibi Ioan.And.& Bal.in addit.Ratio eſt, nam expendentia huiuſmodi cauſæ grauatur opinio carcerati, ut non dicatur integri ſtatus, unde non debet ad teſtimonium admitti,d. c.fina.& c.teſtimonium.eo.tit.per rationem glo.in d.c.fi. maxime quando delictum pro quo detinetur infamat.4.q.3.§.item lege Iulia.iunc.glo.ſuper ver.in vinculis,ut per Barbat.in tract.de teſt. in 1.par. num.23.quem refert Clar.lib.5.ſenten.§.fina.uerſi. Quæro nunquid.q.24. Item fuit informiter examinatus, nec fuit repetitus ſuper interrogatorijs, prout eſt ſtilus, & dicam in materia indiciorum inferius.

Item erat inimicus ipſius Profiſcalis, æſtimans ſe offenſum ab eo in ſuis cauſis, in quibus ipſum ſemper allegauit ſuſpectum, ut fecit quando ipſe D. R. erat carceratus pro ſupradicta cauſa, in qua ipſe Profiſcalis erat ſpecialiter pro fiſco deputatus, quo caſu ei non creditur contra ipſum in aliquo crimine, ut not.dicit Inn.in cap.cum I.& A. de re iudic.
22 in fi.ubi dicit, quod † inimici non ſolum dicuntur, qno ad repellendum a teſtimonio, qui odium in mente habent, ſed etiam qui inimicitiæ cauſas habent, uel habere præſumuntur, etiam ſine mentis odio, arg.3.q.5.c. 2.& 3.cuius Innoc.dictum pro ſingul. refert Bal.in l.2.num.36.C.ſi cont.ius uel util.pub. & Rom.ſing.319.incip. Innoc.in c. cum I.& A.& idem Inn.in c.cum P. de accuſat.Fel.in c.quoties, uerſi.nota quarto. de teſti. & alij antiqui, & Moder. quos in hanc ſententiam citat Franc.Burſ. conſ.69. num.31. par.1.& Menoch.conſ.199.nu.10.par.3.& hoc adeo conſiderant Doct.ut nolint etiam admitti in teſtem contra aliquem illum, qui eſt reconciliatus, Abb.in c.cum oporteat.nu.6. de accuſat.Felin.in c.cam te, uerſi.inſidelitas, limit.2. de reſcr.Alex. conſi.99.in cauſa.col.1.uol.1. quod cum alijs ad hoc citat Ioan. Roia. de hæret.par.2.num.231.Dec.in c.1.in prima Lect.col.3.& ibi Rip.nu.17.de iudic.Hippo. in l.1.§.præterea.de queſt.num.4.& in ſing. 178.inimicus. Alci. de præſum. reg.2.præſump.11.Socin.iun.conſi.77.licet.num.42. uolum.1.& alij quamplures relati a Menoc. conſ.iam cit.nu.13.& licet.d.D.R. non habuerit cauſam legitimam inimicandi ſe Profiſcali: tamen, quia ad inimicitiam contrahědam non attenditur, an iuſta cauſa uel iniuſta præceſſerit, ſed an habuit mouere animũ alterius ad odium.c.non eſt crudelis.23.q.5. ideo repellitur de iure a teſtimonio.Ioan.de Ana.conſi.17.col.2.Crau.conſ.73.num.13. uol.1.& conſ.9.nu.6.eo. nol.

23 Item † præſumendus eſt inſtigator, nam inſtigator proprie eſt perſuaſor, & hortator, Bar.in l.non ſolum. §. ſi mandato. de iniur. Alex.conſi.106.uol.4.& ipſe ſuaſit Thomæ, & ipſum hortatus eſt ut de aſſertis quingentis ſcutis conquereretur, ergo eſt inſtigator, & ſubornator, ſumpta occaſione vindictæ. ſubornator enim eſt ille, qui teſtem informat ad falſum exprimendum, uel uerum tacendum.3.q.9.pura.Card. in clem. teſtibus. in prin.in 3.nor.de teſti.prout de inſtigatione, & ſubornatione ipſius apparet in Thoma Anglo, & in Ioanne Celſo biruario teſte curiæ, cum iſte ſolus omnium teſtium fuerit a iudice repetitus, & prima uice qua fuit examinatus, in qua depoſuit fauorabilia Profiſcali ſtetit in uno carcere ſeparato, ſecunda uero uice erat in carcere cum dom. R. quæ mutatio carceris, & ſequens ipſius repetitio, ſapit ſubornationem.

Quod autem res inter Thomam & D.R. compoſita fuerit, patet. nam ex dictis per ipſum Thomam, fol.73.& 74.in conſt.3.clare apparet, quod ſermo de pecunijs cum D. R. fuit poſt primum examen, nam magis in primo quàm in ſecundo fuit in materia pecuniarum interrogatus, & eſt uerisimile, attěta etiam natura ipſius D.R. notiſſima curię, qui ſemper quærit ſecreta carceratorum.& licet D.R.dicat poſt ſecundum, aduertendum, ꝙ ſi Thom. fuiſſet examinatus decies, D.R. deponeret iſtum ſermoně habitum fuiſſe poſt decimam uicem, ut tela ab ipſo ordinatã procederet. Et no. quod dum vult inferre quod hic ſermo fuit poſt ſecundam uicem,

fol.

ſpitio cadere in ipſo poterat ex pręmiſſis factis in inuentario, in eius carceratione, in replicatis tot interrogationibus ſuper pecunijs, & non cecidit, igitur vanus fuit eius timor & imaginarius. & eo magis, quia præſumitur quod ipſe optime ſciret formam iudiciorum; & conficiendorum inuentariorum, quũ, fol. 11. dicat (poſt biennium nauatum ſtudio logicæ & philoſophiæ, poſtea per quatuor annos incubui legibus & conſuetudinibus Angliæ, quibus legibus & conſuetudinibus in cubui ſub publicis præceptoribus.) & quũ in legibus deijs fiat mẽtio, vt habetur in prouinciali ſeu conſtit. Angliæ, lib. 3. tit. de teſtam. verſ. itemque locorum. §. ſtatuimus. & ibi glo. in ver. inuentarium, quæ declarat quid ſit inuentarium, & quotuplex. & eo. tit. c. ſtatutũ. §. inhibemus. cum glo. in ver. prius, & in alijs locis paſſim in ipſis conſtit. & etiam de cõſuetudine Angliæ inuentarientur bona carceratorum, vt ibi, ideo optime poterat cogitare quod curia eſſet confectura inuentarium in eius bonis, ideo de quingentis coronis dixiſſet ſi illas habuiſſet, quia de illis magis dubitare debuiſſet, quàm de centum datis Roberto, de fide cuius & cæt. vt ſup.

Validantur pręmiſſa, nam ipſe Thom. folio 73. in 3. conſt. dicit quod D. R. ſibi dixit, (Volo tibi hoc ſignificare, quod deinde fecit me pręſente, quum vna nocte fuiſſem in dictis carceribus, a quo deinde intellexi dictas pecunias in dicta ualiſia non reperiri, ſed ſubtractas fuiſſe.) Quæ verba, quum vna nocte, arguunt aſſertum ſermonem de pecunijs fuiſſe ante primum examen. nam ipſe Thomas fuit carceratus die. 7. Decembris, & die nona eiuſdem fuit prima vice examinatus, & ſic non tantum vna, ſed & ſtetit duabus noctibus cũ do. R. carceratus antequàm inciperet examinari: nam dictio, vna, non admittit aliam ante ſe, quia vnus eſt principium numeri. glo. in l. ſi quis ante. de acquir. poſ. Bal. in l. 1. col. 1. verſ. oppo. iſta conditio. C. de cond. inſert. l. fi. ad Trebe. Ang. cõſ. 56. ante fin. Tiraq. de retract. lignag. glo. 21. nu. 1. & 7. & ſic ante primum examen. Alia verba indicant, quod ipſe D. R. hoc vel cogitauit ex ſe, vel aliunde ab alio extra carceres intellexit, quo caſu curia tenebatur ſuper hoc examinare D. R. & ab eo perquirere hanc ſuam ſcientiam, & quo modo hoc intellexerit: nam cum valiſia fuerit relicta clauata & ſigillata, & ſigillum fuerit aſportatũ per notarium, valiſia vero remanſerit in manibus depoſitarij, vt in inuentario, fol. 1. in proceſ. & a curia nõ præſumatur aperta niſi illa nocte qua Profiſcalis ſequeſtratus fuit, ſi quid in ipſa valiſia fuit & defuit, pręſumptio
29 erat validiſſima contra depoſitarium, † qui tenetur de dolo & lata culpa, vt per Bart. Alex. & alios in l. quod Nerua. ff. depoſ. Dec. & Cagn. in l. contractus. de reg. iur. imo ſi quid mali in hoc actum eſt, ad omnia ipſe depoſitarius tenebatur, caſus eſt clarus in l. 1. §. ſi conſtat. ff. depoſi. cui nulla competebat excuſatio, vt dicit ibi tex. verſ. quid ergo. quẽ tamen curia non examinauit, & ſic nec ipſum, nec D. R. ſuper præmiſsis, quũ ex verificatione ſupradictorum dependeret veritas vel falſitas depoſitionis ipſius Tho.

Coadiuuantur præmiſſa, nam circa prædictum ſermonem de pecunijs habitum in carceribus interfuerunt quidam medicus, & D. P. R. vt dicit ipſe Thom. fol. 74. in 3. conſt. qui, vt ipſe dicit, in eodem carcere particulariter interrogauerũt ipſum ſuper iſtis quingentis coronis, & de circumſtantiis omnibus, & tamen non fuerunt examinati iſti, ſed ſolus D. R. cuius mendacium etiam in hoc ex eo colligitur, dũ dicit quod D. Thomas cum ipſo ſolo loqutus eſt. & hoc quia ne ſciebat loqui niſi latine: ſic enim vult inferre, quod medicus neſciret loqui latine, quod vanisſimum eſt, & cõtradicit ipſi Thomæ, & in hoc prædicti nominati a Thoma debebant diligenter examinari, & non ſolus inſtigator & ſubornator. Nec obſtat quod obiicitur de pecuniis e Londino Venetias portatis eo, modo quo in obiectu. nã præſuppoſitis iis quæ ſupra deducta ſunt ad euidentiam: Reſpondetur argumentum eſſe falſisſimum & calumnioſisſimum, nam non eſt veriſimile quod in tam longo itinere ex Anglia ad Vrbem, & præſertim è Venetiis ad Vrbẽ nullus ex quinque, quos aſſerit habuiſſe ſecum, ſenſerit iſtas pecunias, præſertim quando ſe ſpoliabat & veſtiebat, quum homines ſibi notos ſecum duxerit.

Et quo ad crumenam rubeam, ex iis quæ ipſe dicit, fol. 13. de crumena rubea ſuo ſigillo ſigillata, præſumendum eſt eſſe illam met quam conſignauit Roberto cum centum coronis, & non habuiſſe aliam, cum ad excluden-

30 dendum delictum, tum quia † iſta vltima depoſitio eſt minus ſolemnis, immo nulla, vt pote facta coram notario & Profiſcali tantū, Profiſcali interrogante contra formam bullæ Pii Papæ Quarti, ſub data Bald. Ianuarii, M.D.LXII. ſub tit. de procurat. fiſcali. c. 4. dum ait. (Reos non interroget & teſtes non examinet, niſi cum præſentia iudicis.) cum decreto actum irritāte, vt in bulla in qua ineſt dictio niſi, ſui natura excluſiua, vt ſcribunt omnes in l. actione. vbi Iaſ. nu. 3. C. de tranſa. Alber. in l. eum qui. §. qui iniuriarum. num. 16. ſi quis caut. & Menoch. in conſ. 3. nu. 16. vol. 1. Primæ vero duæ depoſitiones magis ſolemnes & factæ coram iudice, aſsiſtente Profiſcali, & notario ſcribēte iuxta formam bullæ prædictæ. vnde ipſis, non iſti vltimæ ſtandum eſt: quia vt dixi, non fuit ſeruata forma bullæ, & in iure clarum eſt, quod, forma legis vel ſtatuti non ſeruata, actus eſt ipſo iure nullus: quod, vltra decretum irritans in bulla poſitum, probatur in l. cum hi. §. prætor. ff. de tranſact. l. Mæuius. & l. qui hæredi. ff. de cond. & dem. Bal. in l. ordo. col. 2. C. de execut. rei iudic. & in l. omnes populi. colu. pen. de iuſt. & iure. Ang. in l. ius publicum. ff. de pact. Card. in clem. 1. in 9. quæſt. de iure patro. Hip. de Marſi. conſ. 14. num. 8. & alii paſsim. quin ex pręmiſsis contrauentionibus bullæ proceſſus eſt nullus, nam clauſula in prouiſione negatiue poſita, vt in hac bulla pontificia, denotat neceſsitatem præciſam, & priuat omni potentia. l. nemo poteſt. de leg. 1. l. non poterit. de fur. Bald. in l. quæſtionem. col. vlt. C. de fideicom. vbi dicit expreſſe, quod actus factus cōtra dictam prohibitionem eſt irritus, ſequitur Marſ. multa in hoc citans, conſ. 24. nu. 25.

Vlterius ex iſta forma ſeruata in hoc proceſſu præſumitur, immo cognoſcitur ſubornatio. Bal. conſ. 486. licet aſſeſſores. vol. 3. & conſ. 171. Punctus quæritur. vol. 5. Alex. cōſ. 74. col. 3. verſ. poteſt etiam reſponderi. vol. 1. & conſ. 222. col. 4. verſ. & dicti teſtes. vol. 2. Corn. conſ. 58. col. fi. vol. 4. Soc. conſ. 153. col. 1, vol. 2. Crau. conſ. 6. col. 2. vol. 1. & col. 4. num. 14. verſ. ideo licet. & vtraque illarum eſt veriſimilior quàm iſta tertia. vnde cū iſta non ſit veriſimilis, & per conſequēs habeat imaginem falſitatis, ſecundum Bal. in l. 1. C. de ſeru. fugit. cum in dictis in ipſa, curia fundaret ſuam intentionem contra D. B. requirebantur probationes, & non quælibet, ſed efficaciores. Dec. c. conſ. 177. col. 1. poſt prin. eo magis quum ipſe Thomas non diuerſificet crumenas, ſed ſimpliciter crumenam nominet. & quum iſtud ſuum dictum de quo, fol. 70. in 3. conſti. repugnet dictis, fol. 23. & 26. in 2. conſti. dum dicit, quod e Londino portauit literas pro habendis pecuniis in Italia, & in Antuerpia accepit ſcuta ſexcenta, vt fol. 3. conſt. 1. apparet, quod ex Anglia non portauit pecunias. nam aut illas libras centum viginti, vt in 3. conſt. dicit, quæ reductæ ad monetam Italicam important ſcuta 480. aut plures: ſi plures, quare etiam nunc tacuit. ſi illas tātum, quomodo Ioannes Treuer eius famulus, folio 81. dicit dediſſe ipſi Thomæ ante diſceſſum e Londino libras 200. pro ferendo in Italiam, quæ reducta vt ſupra, important ſcuta octingēta, & ſic ſunt diuerſi inuicem tam ſuper quantitate quàm

31 ſuper qualitate monetarum, quæ † diuerſitas detegit calumniam, & arguit falſitatem. c. cum olim. de priuil. Bal. in l. noſtram. col. 2. C. de teſti. nam clare cognoſcitur, intentionem illorum eſſe oſtendere & ſuadere quod Thomas haberet pecunias, nec conſiderant ſi magis dicāt vno modo quàm alio, & quo ad qualitatem duploidis & crumenarum, de quibus per Ioannem Treuer dicitur, mirum eſt quod ipſas Thomas non dixerit, & præſertim de duploide in dormiendo, nec ſuper illis ſaltem fuerit repetitus, quū ſint duæ importantiſſimæ qualitates, quia validiora fuiſſent iura curiæ, ſed id omiſſum eſt, quia facilius detectum eſſet mendacium ipſius Io. Treu. qui eſt falſior ipſa falſitate. quod etiam ex eo apparet, dum in fi. dicit, (*che credo lui haueſse danari & non voleua che ſi ſapeſse,*) in quo patet quod in Thoma pręſupponit diffidentiam de ſe teſte, qui tamē, vt aſſerit, illi in Anglia dedit libras. 200. Addito etiam quod, vt ipſe dicit, fol. 81 in Antuerpia vidit Thomam numerantem multas coronas Gallicas ad num. 490. in duabus uicibus. ex quo patet quod Thomas non ſibi cauebat ab iſto, ideo mirum eſt quod in itinere & Romæ ita cauerit ab ipſo, a quo, vt aſſeritur, habuerat tot pecunias in Anglia, vt noluerit, eum ſaltem, ſcire pecunias quas portabat.

Et eo magis augetur ſuſpitio falſi in iſto Ioan. Treuer, quia deponit per verbum, credo, & ob id non eſt conſiderabile eius dictū,

nam

nam teſt's deponens de credul tate nõ pro-
bat.l. teſtium.C. de teſti.c. quoties. extra cõi
& ibi Feli.col.2.in prin. Corn.conſ.101.in-
cip.videtur;in lit.o.p. 1. cum alijs concord.
adduc.per appoſtil. ad Soc.in rub.de iureiu.
in lit.F. ubi ampliat Soc. etiam ſi teſtis dicat
ſe pro certo credere,ex Bal.in l. ſiue poſſide
tis. C. de probat. iunc. quâmplurimis con-
cordan.citatis adhoc per Menoch.ĩ apoſtil.
ad Socin.in d.rubric.in lit.G.quem conſulto
omitto,quia communiter habetur. immo ſu
biungit ibi Soc. quod teſtis de credulitate
deponens non dicitur verus & proprius te-
ſtis, ex glo. in l. 2. §. antepen.de aqu. pluuiæ
arcen.& ex But.in c. quoties.de teſtib.vt per
eum.Et licet ipſe Treuer,fol. 60. dicat quod
Thomas uendidit ſeptem equos,quos ſecũ,
ut aſſerit, duxerat ex Anglia, ex quibus ex-
traxerat circa ducenta ſcuta,hoc non eſt ue-
riſimile, & repugnat toti proceſſui, & præ-
ſertim omnibus conſtitutis Thomę,qui nun
quam de ijs facit mentionem,unde debebat
ſaltem interrogari,ubi,quãdo,cui,& quare
ipſos equos uendiderit,& quanti pro quoli
bet, quam monetam habuerit & quid de ea
fecerit, & ſuper ijſdem etiam ipſe Thomas
erat examinandus. nam non eſt uериſimile
quod ipſe Thomas,qui, ut aſſerit, portabat
ſecum tot ſcuta,& literas cambij mille ſcuto
rum & ultra, & qui uolebat morar: in Italia
quatuor menſes tantum,ut ipſe dicit,fol.70.
ſi habebat equos,uoluerit illos uendere,qui
bus egebat in reditu.Vnde ſi habuit, & uen-
didit,præſumendum eſt quod uendiderit ob
indigentiam pecuniarũ, ut clarum eſt quod
indigebat, nam Venetijs uigore literarum
cambij accepit ſcuta centum, ut ex parte ip-
ſius Profiſcalis probabitur data facultate, &
ipſam partitam banchi non accepiſſet,ſi ha
buiſſet pecunias quas ſupra dicunt ipſe &
Ioan. Treuer. ſumma enim quam Venetias
tam ex Anglia quàm ex Antuerpia ipſum
portaſſe uterque recenſet,aſcendit ſummam
ſcutorum duorum mille trecentorum, ultra
contenta in literis cambij. Tamen harum
32 † omnium qualitatum cognitio neceſſaria a
iudice ommiſſa eſt,quæ tamen nedum erant
perquirendę,ſed etiam probandæ, quia erãt
fundamentum intentionis curiæ pro pro-
bando quod ipſe Thomas potuerit habere
& habuerit tot pecunias.l.1.§.ait prætor.ubi
Bar.ff.ne quid in flum.publ.Iaſ.conſ.164.nu.
3.uol.2.nec mirum, nam apparet quod iſta
contra Profiſcalem fuit cœna facta cum dia
bolo, ut oſtendet quando opus erit.

Quod autem uterque, ſcilicet Thomas &
Ioan.Treuer,mentiantur circa pecunias edu
ctas e Londino,patet ex urgenti conſidera-
tione: nam aut eduxit cum mandato Regi-
næ,aut ſine mandato,cum mandato non eſt
credendum,quia quum nunquam uel in ge
nere uel in ſpecie uere uel præſumptiue pro
bare potuerit ſe aliquam notabilem pecunia
rum ſummam in urbem portaſſe, ſi tale mãn
datum habuiſſet, illud ad ſua iura ualidanda
allegaſſet, uel in iudicio exhibuiſſet, uel ex-
tra aliquo modo oſtendiſſet. Sine mandato
non eſt præſumendum, nam quũ Angli &
alij recedentes è Londino & Anglia pro ue
niendo in alienas prouincias non poſſint ſi-
ne mãdato Reginæ in ſcriptis habito extra-
here niſi octo ducatos pro quolibet,ſub pœ
na priuationis bonorum, & indignationis
ipſius Reginę,non eſt præſumendum,quod
ipſe qui,ut dicit, cum licentia ipſius Reginæ
diſceſſit,uoluerit extrahere pecunias,& tot,
ſine tali mandato & licentia conſtituendo
ſe in tanto periculo confiſcationis & indi-
gnationis. ergo uterque calumnioſum dicit
mendacium,quod pecunias ex Anglia por-
33 tauerit,argum. ſumpto † a communiter ac-
cidentibus,quod ualet.glo.& Bal. in l. ſi do-
tem.circa med.uerſ. ſecundo dicit glo.C.de
iure dot.Alex.conſi.80.uol.4. & conſi. 132.
col.4.uol.5. & eſt optimum in materia pro-
bationum & præſumptionum,ſecundũ Bal.
& Imo.in l.ſi.de hær.inſtit.glo.& Bal.in l.ne-
que natales.C.de proba.Cur.ſen.conſ.4.in-
cip.ſæpe.col.1.& Hip.ſing.1.

Et illud quod ipſe dicit de numeratione
per ſe in camera clauſum facta,non eſt uериſi
mile, cum quia non eſt rationi conſonum,
quod ipſe portauerit è Venetijs ad Vrbem
tot aſſertas pecunias,tamdiu moratus fuerit
in urbe,Neapolim acceſſerit,& dictas coro-
nas non numerauerit,niſi quando ingreſſus
eſt domum in qua captus fuit; tum etiam,
quia ipſemet Thomas, folio 72.excludit in
ſuis quamuis ſcientiam pecuniarum, licet in
illis de domo non excludat poſſibilem audi
tum numerationis, dum dicit. (Ego credo
quod nemo ſciret me habere dictas pecu-
nias, quia nunquam alicui id dixi, ni forte
aliquis ex domo audiuiſſet me numerantem
eas.

eas in die Dominico ante prandium, quo ſtabam ad dicta ſcuta quingenta numeranda in thalamo ſuper tabula, ubi ſtabam ſolus hoſtio ſerrato.) Et ſic non poteſt ſubſiſtere dictum Ioan. Treuer, dum deponit audiuiſſe Thomam numerantem. Et quatenus etiam audiuit (quod negatur,) non infertur ex hoc ad aliquam quantitatem notabilem, quia nō poſuiſſet in dicta ualiſia aperibili, nec clauem muro appendiſſet, ex dictis ſupra. Tum etiā ex temporis modicitate, nam quingentæ coronæ nōn potuiſſent numerari in una octaua horæ. Nec etiam infertur ad aliquam monetæ qualitatem; imo præſumitur, quod ſi aliquid numerauit, numerauerit pecunias in inuentario deſcriptas.

Nec obſtat illud de forti capſa, nam ex tali aſſerta requiſitione, non infertur quod ipſam requiſierit pro conſeruandis pecunijs, ſed ſimpliciter ad effectum in tuto collocandi libros, annulos, archibuſium, & alia bona inuentariata, cum naturalis ratio dictet ut omnes rem quamuis minimam tutius quàm
34 poſſunt cuſtodire curent. quæ † ratio allegata ſufficit pro lege. l. ſcire. §. ſufficit. de excuſ. tut. not. in l. cum ratio. de bon. damnat. Ioan. And. in c. ex eo. de elect. in 6. Et quatenus ſibi de capſa inſeruire uoluerit pro cuſtodiendis pecunijs, & illas centum coronas depoſitauerit Roberto, quia non habebat fortem capſam, ut dicit, fol. 3. conſt. 1. præſumēdum eſt quod uoluerit rehabere ab ipſo Roberto illas centum coronas, & ad hunc effectum petierit fortem capſam, magis quàm quod habuerit plures: nam ſi plures habuiſſet, donec eſſet ſibi conſignata capſa fortis, illas clauſiſſet in forcerio, quem habebat in thalamo, & qui non erat aperibilis nec portatilis ut ualiſia, & in quo tenebat alias pecunias & bona, abſque eo quod relinqueret in ualiſia inter libros muſicales, quæ erat aperibilis & aperta, camera aperta, clauis muro appenſa,
35 & in poſſe familiarium, Et ſic † præſumptio ni maiori minor cedit. l. Diuus. de in integ. reſtit. Alci. conſi. 269. nu. 2. & Cur. iun. conſ. 35. nu. 6. & conſ. 163. num. 22. ideo ex diligentia ſua in omnibus & negligentia in ualiſia quis ſanæ mentis vult præſumere quod capſam fortem requireret pro conſeruādo pecunias. immò conſiderata depoſitione Thomæ & Catharinæ, iſta qualitas de forti capſa non eſt uera, nam, ipſe folio 164. in 3. conſt. dicit quod requiſiuit dominā domus ſuper forti capſa in die Dominico, & ipſa dicit quod fuit requiſita in die qua captus fuit, ſed captus fuit die martis, ergo &c.

Sed ſi diceretur, poteſt eſſe quod utraque uice, dico non poſſe ſtare, nam Thomas ſciuiſſet exprimere plures: unde ſi curia uolebat prætendere quod fuerit utraque uice, debebat ipſos repetere, ut concordes eſſent, alias non poteſt aliter interpretari: Nam
36 † uerba debent accipi in proprio ſignificatu, nec ab ipſis recedendum eſt, l. 1. §. ſi is qui nauem. uerſ. in re igitur. ff. de exercit. l. nō aliter. de leg. 3. & uerba ſimpliciter prolata intelliguntur prima uice. l. cum pater. §. patri centum. de leg. 2. l. boues. §. hoc ſermone. de uerb. ſignif. Alex. conſ. 15. uol. 4. & cum ſint clara non patiuntur interpretationem, l. cōtinuus. §. cum ita. de uerb. oblig. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. de leg. 3. nam uerbis claris non eſt addendum uel minuendum. Bal. in l. maximum uitium. colu. 11. uerſ. item facit ad aliam quæſt. C. de liber. præter. l. 1. C. de nouo Cod. confirm. c. Rainutius. de teſtam.

Nec etiam obſtat conſideratio nobilitatis ipſius Thomæ, quia ipſe eſt offenſus per capturam, Anglus, inimicus curię Romanę, periurus, de hæreſi inquiſitus, tractauit de lucro captando, de uindicta, & mendax ut ſupra uiſum eſt nedū in uno, ſed etiam in multis, cum tamen mendax in uno præſumatur mendax in omnibus, ut etiam ſupra notaui. quibus adde Ioan. Roias in tract. de heret. par. 1. nu. 208. ubi loquitur de iſtis Anglis. & Fran. Zoan. in tract. de empt. & vend. nu. 64. To. 6. tract. ſecundum nouiſ. impreſ. fol. 71. par. 1. ubi ex. l. quod ſi nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. edic. dicit, iudicabo contractum ſimulatum ob infamatam naionem. præſumptū enim eſt, dicit textus, quoſdam malos uideri, quia in ea natione ſunt qua magis
37 infamis eſt. Maxime quando tractatur de alterius præiudicio reſultante ex mendacio ut hic, quo caſu dolus ipſius ratione mendacij arguitur. l. ſi quis affirmauerit. ff. de dolo. Bar. in l. procurator qui pro euictione. ff. de procurat. Imo. conſ. 78. in prin. Crau. conſi. 2. num. 13. uol. 1. & ſic ipſi mendaci nō erat credendum, Specul. tit. de fruct. & interes. §. 4. uerſ. Quid ſi Reus. nam aduerſarij facile mentiuntur. Specul. tit. de citat. §. 4. uerſ. per unum. ipſum autem eſſe mendacem etiam

ex hoc

ex hoc patet,nam ad euitandos carceres facit ſe minorem,licet ſit maior.fol.enim.8.dicit ſe eſſe ætatis annorum circiter 24. quum tamen excedat triginta annos: nam , vt ipſe dicit,fol.12.habuit in ſacris literis præceptorem Martinum Collinum tempore Regis Henrici,quando catholica fides uigebat:Ta
38 men † Henricus deuiauit,&deuiare fecit Angliam ab eccleſia Romana , tempore Clem. 7.Pont.max.anno 1534.ut teſtatur Ioannes Nauclerus in ſuis chronicis, tomo ſecundo. car. 629.& Platina in Paulo III. de quo Domin.Bannes in 2.2.S.Thom.q.1.artic.10.de quin.propr.eccl. propr.1.in prin.A.ubi hæreſes dicti Henrici recenſet. & ita de neceſſitate tranſcendit 29. annum. ideoque quum etiam ætatem malitioſe neget,omne malum de ipſo præſumendum eſt.quod autem fuerit nedum de hæreſi inquiſitus,ſed etiam hæreticus,apparet ex ſpreta ab ipſo religione ob obliuionem documentorũ fidei alias apprehenſorum, vt fo.12.in eius.2.conſt.dum dicit.(fuit etiam meus præceptor Petrus Rogerius,& Doctor Triſanus , a quibus habui aliqua documenta fidei catholicæ,de quib. nunc non recordor.) quæ obliuio in homine docto,qualis ipſe eſt,præſumitur ex malitia , quum hæreticus etiam cenſendus ſit qui leui argumẽto a fide catholica deuiat. quinetiam ipſemet neſcit negare quin ſit natus ex hæreticis & hæreticus,dum fol.9. in primo conſt. dicit. (Pater meus , & mater mea non vadunt ad miſſam,quia non uolunt periclitari cum euntibus ad miſſam, quum in Regno Angliæ ſit impoſita pœna pro prima uice ducentarum coronarum, pro ſecunda quadringentarum coronarum,& carceris per ſpatium trium menſium,& pro tertia eſt impoſita pœna priuationis omnium bonorum , & condemnationis ad perpetuos carceres.)ſic ergo hæreticus,& cum hæreticis participans. in ijs enim nulla admittitur excuſatio. liquet enim quod non accedunt ad miſſam ne cadant a dignitatibus,& facul-
39 tate.Et hos † appellat hæreticos Beatus Auguſt.in libro de vtilit. cred. ad Honor. dum dicit in prin.quod hæreticus eſt,qui alicuius temporalis cõmodi,& maxime gloriæ principatuſque ſui confirmandi gratia falſas ac nouas opiniones , uel gignit uel ſequitur, vt 24.q.3. hæreticus.refert magiſter ſent. in 4. diſtin.13.in fine.Oldr.conſ.210.nu.1. Squilacen.in tract.de fide cath.c.14. quem refert Clar.lib.5.ſenten.§.Hæreſis.in prin.

Et eius malitia etiam in hoc deprehenditur , nam quum ſacris literis incubuerit per longum tempus,tam tempore Henrici, quã Odoardi , ut in d.fol. 12. aut incubuit malis aut bonis:ſi bonis,obliuiſci non debebat : ſi malis,eſt hæreticus, prout non poteſt negare:nam,dum fo. 10.in primo conſt.recenſet abrogationem miſſæ in Anglia, & fieri conciones populo,fol.11.dicit. (Ego credo in totum ad huiuſmodi conciones bis acceſſiſſe aut ter,& illi qui concionabantur profitebantur ſe eſſe Vgonotos, & antea appellabãtur hæretici,)& ſic eſt hæreticus: nam,ut dixi,hæreticus is cenſendus eſt, qui leui argumento a fide catholica deuiat, l.2.C. de hæret.Oldrad.conſ.210.incip. Regularis. circa
40 princ. Ex hoc † enim acceſſu ad conciones Vgonotorum,conuincitur de hæreſi , ut dicit Archid.c. 2. de hæret. in 6. ubi ponens, quis dicatur credens , receptans , uel defendens hæreticos,dicit,quod frequentãs prædicationes hæreticorum dicitur eis credere, cuius dictum ſequitur Calder.in tract.de heret.c.3.nu.4.ubi ad literam dicit. Pone quod aliquis uadit ſcienter ad audiendum prædicationem uel dogma hereticorum, nunquid erit cenſendus credens?dic quod ſic,ſi iuerit ultra quàm ſemel.& ſequitur Fel.in c.excommunicamus.il 1.de hæret.col.3. uerſ. ultimo circa iſtum. frequenter autem quid fieri dicitur quod bis fit,ut in Authẽ.de defenſ. ciuit. ad fi.&ibi not.collat.3.& in ca. Monaſteria. de uita & honeſt.cler.Cæp.cap.1.colu. 8.de cog.feu.& Abb.in d.c.monaſteria.nu.5. no. gloſ. ibi ad ſtatuta facientia mentionem de frequentatione,ut ex duabus uicibus inducatur frequentatio, per dictum Archid. in c.illud.12. diſt. ubi dicit quod ex duabus vicibus inducitur conſuetudo ad maleficium , quod ample ponit Firm.in repert.in uer. frequentare. & hoc alibi firmat idem Abb. in ca.ſua nobis.in glo. 1. de appel.ubi not. illam glo. pro ſtatutis permittentibus aliquid iterari, uel punientibus facientem aliquid iterum, vt habeat locum tale ſtatutum in geminante actum.

Et quod,ultra præmiſſa , tam ipſe quã alij ſecum carcerati eſſent hæretici, patet in proceſſu,fol.86.& 87.in dicto Ioan.Vinc.Neap. qui recenſendo uerba habita a Roberto , &

Didaco cum Procuratore fiſcali ſuper Anglis capiendis,dicit (*& il fiſcale diſse,che coſa hanno fatto queſti tre? & Roberto riſpoſe che haueuano certi libri lutherani contra il Papa,& la fede,& il ſignor fiſcale ſi uoltò poi uerſo Diego, & diſse,& tu che ſai? & lui diſse,ho viſto con li occhi mei che quando ſi alza* il Corpus Domini *loro uoltano le ſpalle,& il fiſcale replico,l'hai uiſto con.li occhi tuoi, & Diego riſpoſe de ſi,& all'hora il fiſcale ſcriſse il mandato di fargli pigliare,*) nec tamen iſti ſunt examinati in cauſa hæreſis,nec alij detenti, excepto Thoma, & hoc,quia Gubernator ſentiēs ſe appoſuiſſe temerarie manum officio ſanctiſſimæ Inquiſitionis,cuius cognitio ad ipſum non per-
41 tinebat, cum ſit iudex laicus, & cauſæ † religionis tractandæ ſint coram iudicibus eccleſiaſticis,non autem corā ſecularibus, in quacunque parte iudicij,etiam ſecularis, ea quæſtio inciderit, c. ut inquiſitionis.§. prohibemus.de hæret.in 6. omnes in c.cum ſit generale.de foro compet. Manſuer. in pract.Foren.titu.de remiſ.circa fin.Hermas lib. 7. de inſtau.relig.c.16.Hoſi.lib.2.contra prologomena Brentij.Siman.in enchir.iudic.uiol.relig.tit.6.& titu.66.& Iul.Clar.lib.5.ſenten.§. Hæreſis.uerſi.hoc crimen. ab hoc ſuo temerario auſu ſe alia ratione explicare neſciuit niſi cum iſta falſiſſima inuentione, placando iram alienam cum innocentiſſimo ſanguine ipſius Profiſcalis fouendo hæreticum qui non erat audiendus etiam in fauorabilibus,multo minus in odioſis ut hic, ubi tractat de lucro, & de ſe eximendo e manibus iuſtitiæ,quum tamen debuiſſet procurare,vt traderetur officio ſanctiſſimæ Inquiſitionis, ad hoc ut nedum ut ſuſpectus abiuraret errores,ut dicit Siman.in d.ench.ti.53. ſed etiam alijs pœnis plecteretur, quia credens,rece-
42 ptans,& cætera ut ſupra, cum † hæreticorū fautores,defenſores,& receptatores habeātur pro eodem cum ipſis hæreticis. c.2. & c. accuſatus.de hære.in 6.Card.in clem.1.§. verum.eo.tit. Vt de iſtis qui audiunt ſermones hæreticorum dicit not.Epiſc.Pact.in tracta. de agnoſc.aſſert.cathol. ab hæret. q.28.nu.14.ubi ait, quod ſi ſemel tantum audierint, & nunquam poſtea redire uoluerint, nō debent iudicari credentes: non enim uidentur approbare quod poſtea uitauerunt, ſi uero pluries audierint,non carent ſuſpitione maxima, & poſſet illis indici purgatio,imò debet,per tex.in ca.excōmunicamus.il 1. §.qui autem.de hære.qui tex.eſt clariſſimus,quod & alibi docuit idem Pacten.in eo.tract.q.32. num.18.ubi dicit,quod actus geminatus demonſtrat maiorem animi affectum, & facit præſumi maiorem deliberationem,ex Bald. in d.conſi.ſciſm.col.antep. præſertim in perſona ſuſpecta,uel de regno, & prouincia in qua uigent hæreſes, ut in Anglia. l. quod ſi nolit.§.qui mancipia.de ædil.edic.c.excommunicamus.il 1.§.qui autem.ibi,ſuſpicionis, & qualitatem perſonæ,de hæret.cap.ſi gens Anglorum.56.diſt.Ioan.Royas late in tract. de hæret.par.1.num.619.qui aſſeuerat hoc, & pluribus comprobat. & iſta ſententia conuincit iſtum iudicē, quod fauerit iſti Anglo hæretico, cum ipſum dimiſerit, & dimitti procurauerit contra formam Canonis.

Ex alio etiam non eſt credendum iſti aſſerto nobili,quia ut dixi,eſt periurus, quum in duobus primis conſtitutis iuratis ſæpius repetitus ſuper pecunijs ſemper dixerit ſe non habuiſſe niſi centum depoſitatas Roberto,& alias centum reſeruatas pro expendendo, quæ duplex depoſitio iurata in iudicio facta eſt tantæ potentiæ, ut ſuperet omnem probationem,&ad eam tollendam opus eſt habere pleniſſimas probationes.l. Baliſta.ff. ad Treb.l.1.C.de emend. C.Iuſtin.l.1.C.de plus petit.Bar.in l.cum ſcimus. C. de agr. & cenſ.lib.11.Oldra.conſi.253.Caſt. conſ.115. uol.1,Crau.conſi.201.num.42.uol.1.Bal.in
43 c.eam te.col.2.de reſcrip.Nam † in actu uel dicto geminato non præſumitur error.l. ſi mulier.C.ad Velleian. Felyn. c.ſi cautio.nu. 31.de fi.inſtrum.Dec. conſ.15. col. 1.conſi. 181.col.3.in prin.conſi.599.nu.5.immo nō poteſt quicquam opponi cōtra id quod bis factum aut dictum eſt,Bald.in Tractat.ſciſm. quem refert,& ſequitur Felin.in d.ca. ſi cautio.num.31.& c.fi.num.1.de off.deleg.Goz. conſ.1.num.37.& conſ.70.num.7. maxime cum id quod in 3.conſt. dicit de quingentis coronis tendat in eius commodum, & alterius prejudicium, attento etiam quod non probat ſe talem, qualē ſe probare nixus eſt, & qualem probare ſe debebat,cum nobilitatem alleganti incumbat onus eam probandi, cum quilibet præſumatur magis popularis quàm nobilis,ut dicit Bal. in l. non ignorat.qui accuſa. non poſ. quem cum alijs ad hoc citat dom.Fran.Burſ.conſilio 62. numero 24.par.1.

Quod

Quod autem ſe talem non probauerit, patet: nam teſtes pro ipſo examinati ipſum nō cognoſcunt niſi ad uiſum tantum, & à breui tēpore citra, & non habent notos mores ipſius. Et clarum eſt, † quod non dicitur habere notitiam alicuius, qui non cognoſcit quoſcunque effectus, & proprietates ipſius. But. in capit. nam concupiſcentiam. colum. 2. de conſtit. Felin. poſt multos quos citat, in cap. cum contingat. de reſcri. numero 15. & omnes deponunt per uerbum, credo, quod pro latum in atteſtationibus nō affirmat, l. ege, teſtium. & ibi glo. & Doct. C. de teſti. Innoc. in cap. ad hæc. eod. tit. Alexand. conſilio 56. volumine ſecundo, conſilio 69. & 95. uolum. 4. & conſilio 109. & 132. uolum. 1. & non probat, etiam ſi ſtatutum uel conſuetudo ſit in contrarium. Hoſtien. ſing. & Butr. in capit. 1. de appel. & tale dictum in depoſitione prolatum facit non dici propriè teſtē, nec talis ſic deponēs uenit appellatione teſtis. gl. in l. 2. §. penul. de aqua plu. arcen. Butr. in capit. quoties. in fine, de teſti. & Alexand. in Rubr. de iureiurat. Vlterius dicunt plus quàm ipſe dicat, nam Robertus primus teſtis dicit cognoſcere Thomam a quatuor menſibus, & ultra, tam Venetijs quàm in urbe, cum eoq; toto illo tempore conuerſationem habuiſſe; folio 162. tamen Thomas, folio tertio, in primo conſt. dicit quod ipſum Robertum antea non cognouerat niſi in Vrbe Roma. immo plus, quomodo dictu: Robertus poteſt dicere, ſe cognoſcere Thomam à quatuor menſibus, & vltra tam Venetijs quàm Romæ, quum a die qua Thomas Venetias applicuit, uſque ad diem qua dictus Robertus fuit examinatus, non intercedant niſi mē ſes tres, & dies 18. vt colligitur ex itinerario ipſius Thomæ è Londino ad vrbem Romā. folio 25. Et ſic attenti tot præmiſſis coniecturis, & ueris rationibus ex proceſſu reſultantibus, nec eius aſſerta nobilitas nec aſſerta adminicula ſunt conſiderabilia.

45 Nec in hoc † obſtat aſſertum mandatum Papæ, nam nullibi conſtat de dicto mandato, quod deberet eſſe in hoc caſu in quo agitur de præiudicio tertij, ut eſt gloſ. in terminis, in capit. ſicut nobis. in glo. fin. de ſenten. excommun. per quam ibi infert Abb. quod ſi Cardinalis etiam de latere diceret Papam ſibi aliquid commiſiſſe, quod reſpiciat damnum uel præiudicium tertij, ſibi non creditur, niſi bullas Apoſtolicas commiſſionis oſtendat. Quod manifeſte cōprobat Proſp. Carau. ſuper ritu. 54. qui incipit, item, quod nulla alia, nu. 3. in nouiſſ. addit. ubi corrigendo cap. Regni, in accuſatiſſ. dicit quod hodie ex noua prouiſione audientiæ regiæ prouinciarum non poſſunt Iudices uigore præeminentiæ torquere ex proceſſu informatiuo niſi habita in ſcriptis licentia à Viceregé, vt in pragm. ſin. de offi. magis. iuſtit. quod & alibi ipſe dicit in Ritu 259. in ſecundo not. & ut latius dicam infra in materia torturæ. quum igitur de hoc mandato non appareat in actis nec in ſcriptis, non obſtat. Nec

46 † etiam Papa poteſt facere, de poteſtate ordinaria, quod credatur uni parti in præiudicium alterius, ut pulchre dicit Felin. in capit. veniens. il primo. in fine. de teſti. & Roman. ſing. 715. incip. An Papa. ubi dicit quod Papa nec Imperator poſſunt facere quod uni parti credatur in præiudicium alterius, per c. indicas Hermanum. 3. quæſt. 9. Fely. in cap. conſtitutus. uerſic. limita quadrupliciter, & uerſiſ. ſecundo limita. de reſcr. in capitu. cum olim. colum. 10. in fin. de re iud. in cap. ſicut, circa princ. uerſi. & hoc eſt adeo uerum. de ſenten. excommun. etiam quod faceret ex iuſta cauſa, ſecundum Bero. in cap. ſicut. numero 46. de probat. & Alcia. lib. 1. §. fina. nu-

47 mero 22. de verb. oblig. Et † Hippol. conſi. 33. numero 35. dicit hoc adeo uerum eſſe, vt non valeat etiam ſtatutū quo cauetur, quod credatur uni parti in præiudicium alterius. & tamen ſtatutum eſt ius ſcriptum municipale, habēs fomentum a Principe, & eſt lex iurata ſeruanda. l. omnes populi, ubi Docto. ff. de iuſt. & iu. & l. de quibus. de legi. & quum habeamus expreſſam deciſionem iuris, æqui tati conformem in dicto ca. indicas Hermanum, non uidetur ulterius circa hoc dubitandum, ſed ita tenendum, & decidendum, arg. l. ancillæ. C. de fur. l. quod Labeo. ff. de ſupel. leg. attenta maxime perſona ipſius Thomæ ex defectibus, quos patitur, ut ſupra. eo magis quia nullibi apparet, quod ipſe de aſſerto furto ſibi facto porrexerit querelam, nec aliquem incuſauerit, ſed tantum tertia vice examinatus quas pecunias portauerit ad Vrbē, dicit de iſtis quingentis coronis quas aſſerit poſuiſſe in ualiſia, non tamen conqueritur, quod fuerint ſubtractæ, ergo non militat fundamentum etiam ex hoc capite, nā

ſi Papa mandat credi alicui, præſupponit querelam legitime inſtitutam, & quod om-
48 nia ſiant ſeruatis ſeruandis. Pro † quibus facit conſ. Ang. 182. incip. Mandatum Principis. ubi concludit quod Cardinali quantum cunque legato de latere uel alij excelſæ perſonæ nullo modo creditur in præiudicium alterius, ut etiam refert Iaſ. in repet. l. Admonendi. de iureiur. num. 189. uerſ. ita in ſpecie tenet dominus Ang. ubi etiam in uer. limita. dicit, hoc verum etiam ſi Papa ſit præſens in loco, ut ibi per eum late. quod dixit etiam Roman. conſi. 59. num. 6. uerſ. Quarto uidendum eſt. ubi ponit caſum in Poteſtate Fani, vt ibi per eum, iunc. bonis concordan. per Mandoſ. in lit. K. quæ doctrina tollit illud
49 quod dicitur, ſcilicet † credi Gubernatori in Vrbe atteſtāti de mandato Principis ſibi iniuncto ob præſentiam ipſius Principis, nam fallit ubi tractatur de præiudicio tertij, ſecūdum Paul. de Caſtr. conſi. 46. columna fina. uolum. 2. Ancha. conſilio 398. columna fin. Aret. conſi. 365. colum. 3. Gozad. conſi. 5. columna 4. Dec. in cap. quæ in eccleſiarum. columna 12. de conſtit. conſi. 357. colu. 3. conſilio 576. in fine. & conſi. 606. ubi concludūt non ſtari Papæ atteſtanti quando agitur de alterius graui præiudicio, ſequitur Gramm. conſi. 65. num. 9. & 10. deciſ. 103. num. 227. & deciſ. 105. num. 2. cum plur. ſequen. Curt. conſi. 142. col. 4. Pariſ. conſi. 15. columna finali, & conſi. 67. colum. 3. uolum. 4. Crauet. conſi. 48. & conſ. 171. colum. 3. & in Tracta. de antiq. temp. fol. 7. & fol. 27. num. 44. in 1. par. Ruin. conſi. 175. colum. 2. & columna 4. uolum. 1. Staphil. de liter. grat. & iuſt. fo. 155 quem refert Ant. de Gabriel. Roman. lib. 1. concl. tit. de probat. concl. 2. numero 28. Et ad præmiſſa faciunt etiam ea, quæ late ſcribit Barbat. in tract. de præſtan. Cardin. uerſi. circa ſecundum membrum. num. 1. cum ſeq. in uol. tract. mihi. 8. fol. 72. de quo etiam inferius dicam, ubi etiam tractabo de huiuſmodi mandato Papæ.

Exemplum nobilis ex Petro Gerar. ultra quod non habet locum in præiudicantibus tertio, non eſt etiam uerum, nec excuſat cōmittentem ratione nobilitatis eius cui commiſit, ut per multa ſcribit Old. conſ. 92. Rex habebat, per totum conſi. Exēplum de ſcholari reſoluitur ex lectura ipſiuſmet Hippol. in loco ex ipſo citato, nam ibi tam ex parte delicti, quàm ex parte conquerentis concurrebant multa, quorum nec ullum quidem conſiderari poteſt in hoc caſu, qui, ut ex ſupradictis patet, eſt longe diuerſus ab illo, vnde non fit illatio. l. fina. ff. de calumnia. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. uer. ſed hæc diſſimilia. ff. uerb. obl. cum vulg. ut per Soci. iun. conſi. 23. num. 5. uol. 4.

50 Nec obſtant † allegatæ doctrinæ ex Doc. nam immo propoſitio firmata in uerſi. Præmiſ. tamē nō obſtan. adeo procedit, & uera eſt, ut non ſufficiat etiam, quod de ipſo delicto conſtet per carcerati confeſſionem, ſecūdum Bal. cui in iudicijs maxima adhibetur fides, in addit. Specul. tit. de ſenten. colum. 18. in fine. ubi ponit exemplum in eo, qui confeſſus eſt hominē occidiſſe, & occiſum proieciſſe in mare, aſſerens iudicem non debere ſtare tali confeſſioni, niſi de corpore ad aſpectum conſtet, uel ſaltem per famam probatam legitime, quod procedit etiam ſi confitens proieciſſe occiſum in mare moraretur iuxta litus maris, & etiam eſſet aliàs malę conditionis, non tamen poteſt ſuper hoc fieri fundamentum, vt not. dicit Ange. in l. 1. & in l. certum. C. de confeſ. de quibus legib. infra latius dicam.

51 Et quod † non ſit ſtandum confeſſioni inquiſiti, quando aliter non apparet delictū fuiſſe commiſſum, ponunt Bart. in l. Diuus. de milit. teſtam. Bald. in l. unica. C. de confeſ. quem refert, & ſequitur Bart. Socin. in l. non utique. de except. & preſcr. circa fi. uer. Caue tamen. ubi not. dicit, quod nunquam eſt ſtandum confeſſioni niſi conſtet maleficium eſſe factū, per tex. in l. 1. §. ſi quis ultro. ff. de queſt. id ēt uoluit Dec. in c. conſuluit. de app. Blan. in pract. crim. in princ. nu. 2. & 3. & fol. 157. nu. 4. Bertr. conſ. 257. lib. 3. Marſi. l. 1. nu. 5. de quæſt. Rimin. conſ. 6. nu. 11. ubi loquitur in materia falſæ monetæ, & alibi Bal. in authe. ſed nouo iure. columna 2. C. de ſeru. fugit. quem refert, & ſequitur Rolan. conſilio 51. incip. iudicantem. nume. 12. cum ſequen. & Aret. in d. tract. malef. in uer. & ueſtem cœleſtem. uerſi. quid ſi quis cōfiteatur. & ibi Ari. in addit. ubi loquunt̄ in eo, qui confeſſus eſt plura furta, & dicūt quod iudex nō debet tali confeſſioni ſtare, ſed uel debet confeſſata uerificare, uel cum cōfeſſione debet habere famā concurrentem, aliàs nō poſſet punire, quia ut dicit Hip. cōſ. 8. nu. 2. & cōſ. 14. n. 19.

niſi

niſi iudex hoc faceret ſępe innocentes puniret, qui metu tormentorum multa non vera confitentur, cōtra.l. abſentem.ff.de pœn. in quibus conſilijs Marſil. proprie loquitur
52 in furto. Quod furtum † eſſe commiſſum probatur, ſi probetur quod res quæ dicitur ſubtracta erat in domo, in qua dicitur furtū fuiſſe commiſſum, & in eo loco a quo aſſeritur ſubtracta, & quod fuit ſtatim auditus ſtrepitus, ſeu rumor, uel acclamatio, vel quod dominus ſtatim conqueſtus eſt, ſecundum Marſi.ubi ſupra, numero quinto, & Specul. in tit.de furt.§.fina.uerſi.in ſumma, cum qualitatibus de quibus in caſu de ſcholari furtū paſſo in caſu ſupracitato ex Marſil. in prin. pract.crimin.quæ, ut iam dixi, non interuenerunt, nec conſiderari potuerunt in hoc caſu.

Et quod ante omnia conſtare debet de delicto, etiam in materia furti, tenet Bartol. in l.ſi is qui.x.ſufficit.ff.de fur.vbi dicit, quod ſi procedatur contra aliquem, quia præſtitit opem uel auxilium delicto, non ualet proceſſus niſi ante omnia conſtet de delicto.qđ multum not.Bald.in l.iuris.in fine.C.quibus res iud.non noc.& Salic.in l.unica.C. de raptu uirg.refert, & ſequitur Felyn.in cap.ſicut tuis. de ſimon.colum.1.uerſ. ſeptimo nota. &.poſt alios Marſil.conſi.12.num. 34.conſ. 14.num.14.in ea.mat.conſ.48.num.7. conſ. 18.num.4.& alibi paſſim.Blan.in l.fina. ff.de quæſtio.num.15.Nouel.in praxi.in materia furti.car.37.nume.1.& 2.& car. 79. in prin. ubi dicit ita ſeruare conſuetudinem.Et adeo verum eſt in materia furti requiri probationem rei furatæ, & eius identitatem, ut non ſufficiat dicere, probatum eſt bona quæ dicuntur furto ſubtracta fuiſſe in illo loco ex quo dicuntur ſubtracta: nam non ſequitur, talia bona erant in tali loco, nunc non ſunt,
53 ergo fuerunt furto ſubtracta. Ex ea † ratione, quia non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe; l.neque natales. C. de probat.l. non hoc. C. un.legit. l. non nudis.& l. non epiſtolis.C.eod.de probat.Bar.in tract. inter Dem.& Virg.num.11. circa fine.uerſi. Tu falſe concludis.& ſic in cauſa furti loquitur, & arguit pulchre Marſi.conſ.92.per tot. & præcipue num.2.& 3.& ſic ex eius doctrina habetur, quod in materia furti requiritur probari rem de qua quæritur, tunc fuiſſe in loco unde dicitur ſubtracta tempore aſſerti commiſſi furti. & idem pulcherrime conſuluit Rolan.a Val. in conſ.51.incip. Iudicantem.in quo inter alia, nu.18.not. dicit, quod tunc dicitur probatum furtum, quando uerificatur, quod res quæ dicitur furto ſubtracta erat in domo, in loco ubi fertur furtum fuiſſe commiſſum, nec aliter probatur, etiam quod adeſſet fractura capſæ, & loci. nam nō ſequit̄, talis capſa eſt fracta, ergo intus erāt bona, & res quæ aſſeruntur ſubtractæ, per dictum Barto.& aliorum, in l.ſi quando.C.vnde vi.in fine, in illa quæſt. de ſtatuto diſponente quod ſi ſit factum furtum ſcholari, qđ de damno ſtetur iuramento ſuo, vt non habeat locum ſtatutum niſi conſtet de furto. quem, alios allegando, refert & ſequitur Iaſ. ibi.nume. 36. cum plur.ſequen. ubi multa in hanc ſententiam citat.& ibi Plot.§.39.in fin. dicit, quod debet ſemper conſtare liquido, & probari de delicto.& Alexand. conſi. 53. incip. Viſo themate. col.2.num. 3.uol.2.ubi tradit requiſita neceſſaria ad probationem furti, quæ non interuenerunt in hoc caſu.& in hoc pulcherrime inſiſtit Ioan. Bologn.in l.in actionibus. de in lit. iuran. ſub num. 89. uerſ.ſed tamen quia furtum.ubi ponit requiſita in materia, & decidunt eius dicta caſum iſtum contra curiam.

Quum igitur in caſu poſito per Marſ. Rolan. & cæteros res ſit citra dubium in fauorem Profiſcalis, multo magis erit in prę ſenti caſu, in quo nihil de præmiſſis conſtat in actis curiæ, ſed nedum iſtud requiſitum ſuppoſitum non eſt probatum, videlicet, crumenam fuiſſe in ualiſia, nō ſolum tempore quo aſſeritur commiſſum furtum, ſed nec ullo ēt unquam tempore: imo, ut ſupra dixi, omnes coniecturæ, & præſumptiones repugnant, quod nedum ipſe Thomas ipſam in ualiſia habuerit, ſed quod etiam ipſam nunquam ullibi habuerit, prout etiam ex verbis ipſiuſmet clare conſtat, dum in 3. conſt.dicit, (quingentæ autem coronæ meæ remanſerunt, ut puto, in ualiſia, quia eas non tetigi niſi in die dominico.) & ipſe captus fuit die martis de nocte, ut ſupra dixi.& in eodem caſum materia furti idem firmat Hippo. conſi. 26.incip.ſummi Dei clementia.nu.15. in l.ſi quis ne quæſtio. ff. de quæſt. & alibi paſſim. Socin.iun.conſ.37. incip. præſens conſultatio, uolum.2. Mil. in pract.Crim.car.7.num. 54.Lud.Cat.conſi. incip. Deo gratias. quod

eſt 99.poſt nume.7.uerſic. ſecundo etiam.in primo uolu.conſi.Crim.diuerſ. quem etiam citat,& ſequitur Iul.Clar.lib.5.ſenten.§.fina. q.4.in prin, & poſt Arct. & Arim.ubi ſupra po.iit Boſ. in pract.Cri. tit. de del.ct.in prin. Loci citati ex Claro,& alijs,ſi cōſiderantur, faciunt pro profiſcali :ſed quia de materijs ad quas allegantur occurret inferius, ideo ibi dicetur,dum tractabitur materia indicio-
54 rum,& confeſſionis.Et dictum † Bal. ſupra citatum,& à Ruino in d.conſil. 80.relatum, communiter non tenetur,ut per Arim.in ad dit.ad Ang.in dicto tract.maleſ.in uer.fama. num.108.uerſi.Tu autem in hac materia, & Brun.in Tract.de indic.col.mihi 24.uer.Adhoc quod dicit.quibus accedit Bertran. conſilio 257. uerſi.& quamuis. uolu.3.in antiq. conſ.124.col.1.uerſi.& primo quidem. uol. ſecundo.Parſ.conſi.153.colu.2.uerſi. antequam.uolum.4. ubi concludunt quod in furto eſt neceſſarium conſtare de corpore delicti.

Et ſic ex præmiſſis clariſſime liquet de nō delicto, & proceſſum ex iſto capite corruere:Nam Doct. in hoc axiomate duo requirunt;Vnum,quod conſtet de delicto, alterū quod detentus ſit de eo inculpatus,iur.& authorit.alleg. neutrum conſtat in proceſſu ex præd.ergo &c.& licet daretur primum, qđ negatur,non tamen conſtat ſecundum,nam in actis curiæ nullibi apparet,quod ipſe Profiſcalis unquam fuerit de tali aſſerto delicto inculpatus,immo neſcitur a quo, & an fuerit commiſſum,ut & inferius dicam in mate-
55 ria diffamationis.Vnde † ſuccedit illud,quod notabil.dicit Afflic.in primo lib.conſtitut. Regni,Rubr.27.conſt.incip.ſi damna clandeſtina.num.55.uerſi.11.nota.ubi dicit ex illa conſtit. quod non dicitur de delicto conſtare, etiam quod conſtet delictum eſſe factum,niſi conſtet de perſona delinquentis, ut per eum ib. pro quo facit, quia quando duo requiruntur ad commiſſionem alicuius criminis,altero non exiſtente,crimen nō eſt. l.inter omne.§.recte.de furt.l.ſi hæredi plures.ff.de condit.inſt.l.cum ij.§.ſi pretor. ff.de tranſact.Oldr.conſi.291.colum.2.ſub nu.5. circa finē. & latius etiam dicam inferius. ergo &c.

Ad ſecundum de præſumptionibus patet reſponſio tam ex proceſſu,quam ex legibus & Doct. nam cognitionem quam aſſeritur Profiſcalem habuiſſe de pecunijs, habuit in genere, per ea quæ circa pecunias dixerunt delatores pro cur.fiſcali, & per ea quæ dicit Flaminius,ut in eorum depoſitionibus a curia receptis, & demum quidquid ipſe Profiſcalis ſciuit de pecunijs, habuit ex commiſſione ſibi iniuncta ab ipſo fiſcali ad delationem prædictorū. Et illatio nullo modo ſubſiſtit:hoc enim præſumi vix debet in homine uili,turpi,diffamato, & ſimilia delicta cōmittere ſolito,& qui haberet notitiā domus, & thalami, & omnium particularium, non autē in Doctore & publico officiali pro quo eſt præſumptio, quod ſuum officium recte exerceat,ut ſemper fuit, & probatus per teſtes eſt ipſe Profiſcalis,ut inferius dicam latius in iure.

Et fundamentum de perluſtrāte res Thomæ non poteſt habere locum contra Profiſcalem. nam ut liquet ex proceſſu, quamprimum ipſe Profiſcalis ingreſſus eſt cum familia Gubernatoris domum in qua fuerunt detenti Angli,iuit cum ipſa familia in aulam dictæ domus in qua erant Angli, ut dicunt Flaminius teſtis curiæ,fol.48.ijs uerbis.(*& coſi io andai inſieme con ſette,o otto,& il S.F. & nella ſala di eſſa caſa trouainmo li detti Ingleſi, con circa quattro altre perſone, & ſernitori.* & Ioan. Celſ. fol. 58. ijs uerbis. *& entrati ſu alto,che ci è un certo ſcoperto,Flaminio mi laſcioli,con dirmi,che non doueſſe partirmi de li,& il S F. Flaminio & delli altri compagni entrorno in una ſala,& ſtato io li un poco, andai poi li in quella ſala,doue ſtauano il S.F.con li eſſequtori, & quelli gentilhuomini ingleſi.* & ibi ipſe Profiſcalis ſtetit quouſque Angli iuerunt pro palijs in eorum cameras, & non prius, ut dicunt omnes teſtes curiæ,Flamin.folio 48. *& coſi io diedi il mandato in mano del S. F. ilquale cominciò à dimandar per lettera come ſi dimandauano,& dicendo loro, furono preſi quelli che erano ſcritti nel mandato, che io haueuo, & andando loro in una prima camera aperſero un forciero, & ne cauorno fuora le cappe,& uenero uia con me.* 56
& Ioannes Celſus,folio quinquageſimoquinto,& Ioannes Vincen. Neapolitanus, folio 88. ambo teſtes curiæ, dum Ioan.Vincen.dicit, *l'altra parte delli sbirri col ſuſtituto fiſcale ſali di ſopra, che ci andai anchora io,& come ſummo di ſopra andammo in una ſala,doue ce ſtauano quelli gentilhomeni, che haueuano mangiato, & il ſuſtituto fiſcale ſi fece dare il mandato al locotenente, & domando loro come ſi chiamauano à uno à uno;& loro li riſpoſero, & fatto queſto,*

diße

diſſe al locotenente, piglia queſto, & queſto, & fatto queſto, diſſe il ſuſtituto a quelli ſignori che erano ſtati preſi, & alla patrona di caſa, doue è la camera uoſtra? & quella donna diſſe, ue la moſtrero la camera ſua, & ſenti dire, che uoleuano andar à pigliar le cappe, & coſi il ſuſtituto fiſcale inſieme con detti gentilhuomeni, & quelli di caſa, quattro o cinque sbirri, entrorno nella camera, & preſero le cappe, & pigliato che hebbero le cappe uſcirno fuora. quæ depoſitio ita clare & particulariter factum narrat, ut particularius deſiderari nil poſſit. Et quoniam ille quem Thomas dicit vidiſſe perluſtrantem ſuas res in thalamo, ut dicit ipſe, erat ſolus, excluditur omnino, quod fuerit Profiſcalis: cum, quia, ut dicunt omnes teſtes curiæ, ipſe Profiſcalis intrauit ipſam cameram, eodem tempore quo Angli: tum, quia nũquam ſolus ingreſſus eſt, vt ex proceſſu, & quatenus aliquem uiderit, talis de neceſſitate non erat ipſe Profiſcalis ex ſuprad. & ex eo prſertim, nam quum poſt cœnam ipſe Thomas dederit clauem thalami ſui famulo, ut ſibi pararet cubile, ut dicit in 3. conſtitu. fol. 76. & famulus ueniens è thalamo in coquinam pro accendenda candela, curia iam exiſtente in aula, reliquerit oſtium thalami apertum animo redeundi ſtatim, ut dicit, fol. 77. & in thalamo, quando ipſe exiuit, nullus extabat, ut ipſe dicit, fol. eo. & detentus fuerit in coquina, in aulam ductus, & Profiſcalis poſt hæc omnia iuerit cum Anglis in eorũ cameras, de primo ad vltimum, quod argumentum validum eſt in iure, ad late cõgeſta per Euerar. in ſua centuria legali, in loco, a primo ad ultimum. non potuit eſſe ille quem ipſe Thomas aſſerit uidiſſe: ſed ſi ipſe vidit iſtum talem perluſtrantem res ſuas, quare nõ ſtatim ſuſpicatus eſt de ſuis coronis ſi habebat, & quare ſaltem non monuit dominam domus ſeu aliquẽ alium ut curaret res ſuas; Et hoc maxime ſtringit ad oſtendendum, quod ipſe non habebat aſſertas coronas quingentas. quod nemini hoc dixerit, patet, quia nullus ſuper hoc examinatus eſt. & licet ipſe dicat, quod curia illum cognoſcere potuit, & cognouit, tamen ſuper iſta cognitione nullus nedum depoſuit, ſed nec etiam fuit requiſitus, & ſic remanet ſolus deficiens in probatione eius, quod proponit. quo caſu ſumus in materia l. qui accuſare. C. de eden. & l. actor. C. de probat.

Nec obſtat obiectum de illis uerbis, *qui dentro non ci ha da intrar niuno*: quia cum Profiſcalis tranſmiſſus eſſet pro obuiando fraudib. & in illa domo eſſent multi penſionarij, & aliæ gentes ipſi ignotæ, dubitans ne aliqua fieret fraus, nimirum ſi prohibuit ne gentibus cameræ implerentur, nunquam tamen excluſit domeſticos, ut in proceſſu patet, & ſi recte conſideretur, ſi quid in hoc dixit, nõ dixit eo modo nec in locis de quibus teſtes deponunt, nam Ioan. Celſus teſtis curiæ, fol. 94. dicit, quod Profiſcalis ſtans ſuper oſtio ſecundæ cameræ dixit, *qui non ha da entrar niuno*, & Ioan. Vinc. alius teſtis curię dicit, quod Profiſcalis ſtans in oſtio primæ cameræ in receſſu Flaminij dixit, *che non uoleua che alcuno entraſſe*, & ſic ſunt diuerſi tam ſuper loco, quã ſuper qualitate uerborum: quæ, ſi prolata ſunt, non prædictis modis dicta ſunt, ſed eo modo, quo ipſe dicit in ſuis conſtitutis, *chi non ha da far quì eſca fuora*, & iſtud ex ſupradict. eſt ueriſimilius, & ex infra dicendis, ergo magis attendendum, ſecundum Bal. in l. ſiue. ad fin. uerſ. item nota. C. de probat.

Nec officit obiectum de introitu, nã quando Guielmus famulus teſtis curiæ dicit, *& aperſe detto ualiſione con la chiaue che non ſo oue ſi la trouaſſe*: Aut vult inferre quod Profiſcalis portauerit ſecum aliquam clauem, quod eſt ridiculum dicere; aut quod aperuerit cum propria claue ualiſiæ, & tunc cum omnes teſtes curiæ dicant, quod clauis erat appenſa muro, & quod fuit tradita Profiſ. per illos de domo, ſi Profiſ. illam de muro leuaſſet, & in muro repoſuiſſet, vtique iſte teſtis vidiſſet, & dixiſſet. non dixit, ergo falſum eſt, quod aſſerit *che non ſo oue ſi la trouaſſe*. Quod autem clauis eſſet ſolita ſtare, & tunc ſtaret appenſa muro, patet præcipue ex dicto Benedicti teſtis curiæ, fol. 67. & ex tertio conſt. ipſiuſmet Thomæ, fol. 75. dum dicit, ſtabat appenſa clauis dictæ ualiſiæ ad murum thalami, quia ego non deferebam mecum dictam clauem. Et ultra, quod id quod deponit iſte teſtis, quod Profiſcalis rugauit, eſt falſum, nõ tamen ob id ſequitur, quod aliquid extiterit. Nam

56 † extenſio non fit de caſu ad caſum in odioſis. Bartol. in l. illud. C. de ſacroſanct. eccleſ. & dicit Barb. in conſilio 64. incip. Scribitur. colu. octaua, uerſi. circa quod. uolumine primo, quod extenſio de ſimili ad ſimile non admittitur in pœnalibus. & eſt glo. in clemen. ſecũda, de hæret. in clemen. prima, de rebus eccl.

non alienan.& in l.fina. de in ius uocan. So-
cin.conſilio 275.num. 12.in princ.uerſi.non
omitto.uolumine 2.Alci.poſt alios, de præ-
ſump.reg.3.præſump.45. nume.5. Cæphal.
conſilio 226.num.19.& extenſiones ceſſare
in pœnalibus ſcribit poſt Crauet.Menoc.de
arbitr.iud.libro ſecundo,centu. 3. caſu. 275.
num.22.addito maxime, quia ſi Profiſcalis
extraxiſſet,utiq; ipſe teſtis uidiſſet,quia ſem-
per ipſi aſtitit cum candela accenſa in ma-
nu.& certe doloſe deponit, nam dicit alium
interfuiſſe,& ſic dat conteſtem, & tamen ip-
ſum non nominat, nec deſcribit, quo caſu
eius dictum non afficit.Bald.in capit.cauſam
quæ,de teſti.Alexand. conſi. 90.columna 4.
uolum.4.conſi.34.colum.ult.uolum.3.conſ.
43.circa med. uolum. 4.Feder.de Sen.conſi.
142.Corn.conſi.160. litera G. ſecundo uol.
ſtante maxime depoſitione Bened. not. te-
ſtis curiæ,qui folio 67.dicit. *Et il S.F. dette un
ſquaſſo cō la mano in quelli libri,che li buttò dall'altra
banda doue era uota la ualiſia, & ne cauo ancho parte
fuora,& uiſto che non ci erano ſcritture minute,fu ri-
meſſo ogni coſa dentro da eſſo,* S.Fiſ. *& me.* Quæ uer
ba notarij ſola ſufficiunt ad tollendum obie-
ctum ipſius famuli:qui, ſi Profiſca. feciſſet ea
quæ ipſe dicit, reuelaſſet hunc actum alicui,
& ſaltem domino, & dominæ ſuæ, quia
actus erat notabilis, & ipſe ſemper interue-
nit uſque in finem confectionis inuentarij,
& omnibus teſti adhibitus, fuit ut patet in
inuētario,fo.2. nec tamen unquam alicui re
uelauit,ut dicit,fol.97.

Nec etiam afficit dictum de pallore, &c.
nam repetitio Ioan.Celſi,folio 92.præſumi-
tur affectata,ex ijs quæ ſuperius dixi, & cum
non appareat, nec ſubeſſet cauſa iterum re-
petēdi ipſum,apparet clare rem appoſtatam
fuiſſe poſt exitum Thomæ,& iudex non de-
57 bebat ipſum repetere,quia † teſtis qui ſuper
aliqua re ſemel depoſuit,non debet amplius
ſuper eadem ſine cauſa interrogari; l. pro-
duci.de teſti.l.ſina.C.eod.titulo. Dec. in ter-
minis conſilio 175.columna penultima,uer
ſiculo, tertio reſponderi poteſt, & conſilio
189.columna ſexta,uerſi.quarto, & ultimo.
immo eſt falſus ex multis; nam folio 98. di-
cit Profiſcalē intraſſe ſecundam Cameram
cum uno famulo domus, non nominat,
nec deſcribit illum famulum, non interro-
gatur quomodo ſciret illum eſſe famulum,
tamen curia examinauit Guielmum, & ab-
ſque mutua illorum recognitione, & con
frontatione præſuppoſuit eſſe illum, qui no
minatur ab iſto. Et ſuum dictum circa tre-
morem manuum, & pallorem cognoſcitur
ſubornatum,& incredibile ex ijs, quæ dicit
in confrontatione cum Profiſc. folio 183.
quia in repetitione adſcribit has qualitates
Profiſcali in ſecunda camera, in confronta-
tione autem fatetur ſe nunquam ingreſſum
ſecundam cameram, & hunc actum fuiſſe in
prima camera:nec mirum eſt,quod Profiſca
li tremuerint manus; nam patitur talem in
diſpoſitionem, ut notum eſt omnibus illum
cognoſcentibus,& ex parte ſua articulatum
& probatum eſt,nec ipſe Profiſcalis eſt talis
coloris, ut noſtis tempore poſſit in eius vul-
58 tu mutatio conſiderari; quare † cum reddat
cauſam ſuæ ſcientiæ incredibilem, reſultat
contra ipſum ſuſpicio.Bald. in lege, actor.co
lumna tertia,uerſi: ex prædictis enim appa-
ret. C. de probat. & nedum ex redditione
cauſæ incredibilis,ſed etiam cauſæ ſuſpectæ.
Bald.in lege, ſolam.ad fin.uerſ. ultimo ſcias.
C.de teſti.Firm.in uer. Suſpicio.uerſi. 24.in-
cip.ſuſpicio contra teſtem. & contra ipſum
augetur ſuſpicio, quia in confrontatione
cum profiſ. requiſitus in multis, quę facile
oculis ſubijciuntur, & de quibus recorda-
ri poterat vel debebat, & particulariter an
communicauerit alicui has qualitates tre-
moris & palloris, ſemper reſpondit per uer-
bum, non recordor, & per relationem ad
alia dicta, in quibus nihil circa hoc depo-
ſuit,nec fuit interrogatus, unde ſuccedit il-
lud quod dicunt Doct. quod in criminali-
bus debent teſtes ſpecifice deponere, non
autem ſe referre ad alias depoſitiones. Cor.
conſilio quinquageſimoſexto, columna fi-
nali,poſt med.uerſi.item teſtis qui ſe refert.
uolumine primo,quem ſequitur Craue con
ſilio 115. incip. Nobilis Guielmus. numero
octauo, parte prima. Cacher. deciſio. 128.
numero nono,& per tot.nouiſ.Burſat. con-
ſilio uigeſimo, numero ſexageſimoquarto,
in fine,uolumine primo. Et eo magis ſuſpe-
ctus eſt, quia in repetitione non expectato
interrogatorio dicit; *io ſpero Signor,in Dio che
queſta coſa ſi trouera, il S. F. quando fu uenuto il no-
taro, & che miſſe mano al ualiſcione grande li tre-
mauano le mani; & tutto in faccia s'era ſmarito.*
59 quæ depoſitio † vltra, & preter interroga-
ta facta, quod faciat teſtem ſuſpectum,

& non

& non probantem.tenet Inn.in c.inquiſitio nis.in gl.ſua.in ver.id facere.de accuſat. Bar. in l.ſi quis legatum.q.2.col.ult.de falſ.& in l. 1.§.Diuus.il 2.de quæſt.& in l.ſi duo.§.idem Iulianus.col.2.in uerſi.pro cuius declaratione.ff.de iureiuran.ex eo,quia ex ijs verbis iudicat contra Profiſcalem, quo caſu non admittitur in criminali contra inquiſitum. Alex. conſi.42.uol.4.conſ.84.uol.6.cõſ. 73.uol.1. Campeg.de teſti.reg.214. & nouiſſime do. Fran.Burſ.conſ.116.num.30.Doct.in c.cum cauſam.de teſti.Bal.& alij in l.ſolam.C.de teſti.Oldr.conſi.210.col.fi.nec etiam in crimine hæreſis.Albertin.in tract. de hæret. q.34. num.47.Hier.Gabriel.conſ.178.incip. ut facilius.nu. 10. & ſic minus obſtat iſta repetitio quam cæteræ aliæ depoſitiones, ut pote falſa,ſubornata,& facta ſine cauſa, ut ſupra.

Nec obſtat quod requiſitus a notario diſtulerit ire ad finiendum inuentarium, quia vltra rationem quam ipſe Profiſcalis allegat in ſuo.4.conſt.in fine,non erat opus vlteriori confectione inuentarij, quia in ipſo conficiendo fuerunt adhibitæ ſolemnitates omnes ſolitæ,cum ſigillis,& depoſito,ut fieri ſolet,ut patet,fol.1.in inuent.& in depoſit.notarij teſtis curiæ,fol.65.ubi notarius teſtatur, quod omnia geſta ſunt circa inuentarium, prout mandauit Gubernator, immo in hoc cognoſcitur diligentia profiſc. & ab eo remouetur omnis ſuſpicio:nam, ut dicit ibi notarius,Profiſ.uolebat quod omnia bona portarētur ad officium Gubernatoris iuxta ſtylum:ſed,reclamantibus domeſticis, Gubernator mandauit fieri quod factum eſt;ut patet,fol. 68. dum dicit. *Et contraſtandoſi quel che ſi haueа à far di detta robba; o laßarla la, ò portarla all'officio il.S.F.uolea che la ſi portaße, & quelli di caſa non uoleuano,finalmente s'acquietorno, perche il S. F.diße ch'io ueneße da Monſignor Reuerendiſs.Gouernatore,accio ſi riſolueße di quello ſi haurße à far de dette robbe,& eßendo io venuto da ſua Signoria Reuerendiſſima,ella mi diße che s'inuentariaſse ogni coſa, & che ſi deße in depoſito a,qualche uno, & ſi ſigillaße la valiſcia,& la caßa, & che li danari, & anelli, & le ſcritture minute ſi portaßero all'officio,come fu fatto.*

60 cuius notarij † depoſitioni fides datur, maxime in ijs quæ coram eó geſta ſunt, ut hic. Inn.& alij in c. quoniam contra. de probat. Bart.in auth.ſi quis in aliquo. col. pen. & ibi alij.C.de eden.in l.ſciendum.de uerb. oblig. Craue.conſi.88.nu.20.uol.1.Et ſi bona tunc portata fuiſſent ad officium,'uel nihil defuiſſet,uel honeſtiori colore potuiſſet inquiri, ſi aliquid defuiſſet:uel ſaltem, ſi curia uolebat intentare contra profiſ.factum ualiſiæ, cum ipſe in quarto conſtit.dicat, *perche dall'hora in poi non ho piu uiſto ne ualiſe ne altre robbe*, debebat,quando ipſum ſequeſtrauit, aperire ualiſiam coram ipſo, illamque ſibi oſtendere, ut potuiſſet uidere an fuiſſet clauſa,& ſigillata,& in terminis in quibus eam reliquit, ſed de hac recognitione,& deſcriptione in actis redacta,ut in ſimilibus fieri ſolet, nullibi apparet in actis, ergo & in hoc male proceſſum eſt. Et ſic liquet nullas extare præſumptiones.

Quatenus tamen aliquis adhuc obſtinate inſiſteret ſuper ijs aſſertis præſumptionibus,
61 adhuc etiam reſpondeo, Quod † cum præſumptio ſit minus quàm indicium, quod requiritur ad torturam,ſecundum Bald.in l.ea quidem.C. de accuſat. Iaſ.in l.1. ff. de eo per quem fac.erit.Bal.in l.1.de excuſat. tut. gl.in c.literas,de præſump. Alex.conſ.89.uiſo thémate.col.1.uerſi.reſtat ergo.uol. 3. quem refert,& probat Mar.Ant.Nat.conſi. 499.col. 3.num.7.in fi.uol.3.nam ex præſumptione oritur argumentum, ſed ex indicio prouenit quaſi ſemiplena probatio.l.fi.& ibi Bar. ff.de in lit.iuran.l.2.§.ſi abſens.ſi ex nox.cau.agat. & indicia in hoc caſu non obſtent,quia non ſunt,ut latius etiam infra patebit, minus obſtare debent præſumptiones, ſi quæ eſſent, quæ negantur ut ſupra.

62 Et amplius,† datis ſed non conceſſis præſumptionibus, quando præſumptio poteſt trahi ad bonum,& ad malum,trahitur ad bonum in dubio;nam, in dubio, nemo præſumitur fraudem,& dolum committere.l.quoties.§.qui dolo.ff.de probat. & hoc eſt veriſſimum : quum enim extant præſumptiones una uel plures,quarum aliquæ ſint incluſiuæ doli uel fraudis, aliquæ excluſiuæ, attendimus excluſiuam,nõ autem incluſiuam, l.merito.ff.pro ſocio,C.ad leg.Corn.de ſicar.l.1. C.de petit.hæred.l.2.iunc.gl. pulchre Rom. conſ.68.incip.viſis propoſitis.col.fi. ſub nu. 8.uerſi.quum enim duæ ſint. Gram. conſ. 7. incip.Bellus terribilis.in fi. conſ. 59.in cauſa Maſilij.num.31.conſi.13.incip.in cauſa Miloniana,num.8.& 9.cõſ.31. in cauſa magnifici,num. 12. Voto. 10.cæleſtis curiæ. nu. 30. deciſ.18.in cauſa magnifici.num.5.Mandoſ.

poſt alios in addit.ad d.conſ.Rom.68. in lit.
D.ſuper ver.Attendimus.& ad conſ. 113. in
lit.A.ſuper uer.licitæ.poſt Alci.de præſump.
reg.3.lib.3.præſumpt.1. Et non probat hoc
eſſe quod ab hoc facile, & frequenter con-
tingit abeſſe.l.neque natales.C. de probat.l.
non hoc.C.un.legit.

63 Et in dubio,† ut dixi,bonum, & non ma-
lum præſumitur.l.omnimodo.C. de inoffic.
teſta.l.meritò.ff.pro ſocio.Ex quibus conclu
ditur,quod illa uerba, quæ curia aſſerit Pro-
fiſcalem dixiſſe (*qui dentro non ci ha da intrar niu-
no*) debent eius diligentiæ, & non dolo ad-
ſcribi: nam officialis publicus quæcunque
agit,bona mente agere exiſtimatur.l.2.uerſi.
quod non arbitramur. C. de offic.ciu.iudic.
Bal.conſ.494.uol.1.& Iaſ.conſi.226.colu.2.
uol.2.& ſemper eſt capienda uia ut excluda-
tur delictum,ut dicit Barto.in l.non ſolum.§.
ſed ut probari.ff. de noui oper. nunt.Abb.in
c.in præſentia.de probat.Inno. in c. dudum.
il 1.de elect.Redoan.de ſent.par.1.c.25. nu-
mero 17.& hoc ob notabilem præſumptio-
nem quæ eſt,ut nemo delinquere præſuma-
tur.l.meritò.ff.pro ſocio.capitulo dudum.de
præſumptio. capitulo primo, de ſcrut. fac.
quod uoluit Inn.in ca. Dudum. ut eccleſ.be-
nef.ſequitur clare Gra. in præcit. locis, poſt
Alex.in conſi.15.uolu.3.& conſi.3.eo. uolu.
quum rei fauorabiliores ſint,Reg. fauorabi-
liores.de reg.iur.c.ex literis.de probat.l.Ar-
rianus.de act.& obligat.Cæp.conſ. crim.21.
num.17.Bal.in l. precibus. col.5.uerſi. excu-
ſat ergo.C.de impub.Hipp.conſi.2.col.1.&
2.& in Rubr.de fideiuſ.colu.10.uerſi.& ubi
poteſt capi.Barb.conſi.77.in prin. uolum.4.
Alci.de præſump.reg.3.præſump.1.Crauet.
conſi.18.col.fi.uerſi.& ſi dicas.late Boer.de-
ciſ.215.nu.22.cum infinitis ſim.a Doct. paſ-
ſim relatis.& præſertim ab Ant.Gabr.Rom.
concl.lib.7.titu.de crimin.concluſ. ſecunda,
in prin.

64 Et notum eſt,† quod una præſumptio tol
lit aliam,glo.in l.Diuus.de in integ. reſtitu.in
uer æſtimatur.l.non ſolum.circa prin.de ritu
nupt.c. accedens.de crim.falſi.c.tuam.& ibi
glo.de ſponſal.Bal. in l. Pacumæuius. de he-
red.inſtit.Ioan.de Anan.conſi.19.incip. Vi-
ſis inſtrumentis.col.3.Alex.conſi. 103. inci.
uidetur.col.7.uol.1.conſ.54.num.11.uol.7.
conſi.15.uiſo proceſſu.col.2.uol.3. & conſi.
17.eo.uol.& conſi.30.ex allegatis,col.2. uo-
lum.7.Rom.conſi.113.pro deciſione.nu. 1.
conſ.88.Viſis.num.8.conſi.320. Hęc iſtorũ
in fi.& conſ.353.num.2.uerſi.ijs tamen non
refragantibus.Alcia.conſi.2.num.17. conſi.
316.num.5.conſi.719.num.4.Pet.Io.Anch.
q.7.num.6.& q.38.num.6. Cy. ante omnes
in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur. ff. ſolu.
matrim.Specul.in titu.de expenſ.§.4.uerſi.in
hoc.circa med.Doc.in l.ſiue poſſidetis.C.de
probat.Marſ.in praxi cri. §. diligenter.num.
192.cum trib.ſequen.& in l.1.C.ad l. Corn.
de ſicar.num.50.cum ſeq.& num.68. ubi, ꝙ
vnum indicium tollit aliud,& una coniectu-
ra tollit aliam, & conſi. 8. in cauſa magiſtri.
num.6.uerſi.Dico quod iſtud indicium.& in
repet.Rubr.de fideiuſ.num. 47. cum alijs ſe-
quen.ubi ſing.dicit,quod quando poteſt ca
pi duplex intellectus, & capiẽdo unum quis
dicitur delinquere, & capiendo alium non
dicitur delinquere, tunc ſemper in dubio ſu-
mitur intellectus per quem quis non dicatur
delinquere,& allegat multa exempla, vt ibi
per eum late,& per Guiel.de Ludo,ſing. 42.
65 incip.gloſſa eſt. cum ſimi. Et dicit † fortius
Curt.ſen.conſi.20.Dominus labia.columna
17.quod actus indifferens,licet ſonet in deli
ctum, tamen præſumẽdus eſt potius bonus,
& in bonam partem quàm in malam,& idẽ
ipſe repetit,conſ.50. in nomine Sanctę. col.
9.ubi allegat concor. & dicunt Barb. conſi.
77.col.1.uerſi.& adduco.uol.4.Hipp. conſi.
2.in prin.num. 1.& 5.Abb.conſ.68.colu.2.
uerſi.tertio probo.uol.1.& Rom.conſ. 353.
in fine. uerſi. Quod uerba quę poſſunt trahi
ad caſum licitum & illicitum, magis ad lici-
tum trahi debent.ſequitur Ant. Gabriel. vbi
ſup.num.25.& Natta conſ. 549.nu. 2.par.3.
Quot aũt præſumptiones ſint ꝓ Profiſcali,
patet ex ſupra deductis, & ex infraſcriptis
ueris in facto, & ex proceſſu reſultantibus.

Nam cum ipſe profiſcalis die 6. Decem-
bris,1563.habuit litteras parentes a Guber-
natore Vrbis in exequutionem breuis Apo-
ſtolici pro redeundo in terram Fiani ad ex-
pediendam cauſam prius ab ipſo cœptam
uigore cõmiſſionis Apoſtolicæ ſuper mor-
te Gelij de Interamne occiſi ab hominibus
de Liprignano,& alijs: ſed in eundo ſuperſe-
dit,cum quia nolebat ire ſuis expenſis, tum
quia agentes pro Abbatia S. Pauli de Vrbe
nolebant quod homines de Liprignano cõ-
ducerentur in terram Fiani ſubiectam illu-
luſtriſſ.

ſtriſs. Dominis Vrſinis, & in hoc prouideri volebant antequàm ipſe accederet, ipſique, quo ad primum prouiſum erat, ut monaſterium S. Pauli ſibi daret ſcuta uigintiquinque, ad bonum computum, reſiduum vero reſeruabatur in pectore Ill. Dom. Card. Cicadæ, Viceprotectoris cõgregationis Caſſinenſis prout omnia prædicta nota ſunt ipſi Illu. D. Car. & Do. Petro de Galeſio agenti. d. Abbatiæ, in quo negotio multi dies conſumpti ſunt. quod ſi ipſe Profiſc. aliquod delictum commiſiſſet, cum mandatum, & captura Anglorum fuerit die ſeptima, & ſic poſt literas expeditas, potuiſſet abſque ulla ſuſpitione ſe ab Vrbe abſentare, & cum hac occaſione recedere a ſtatu eccleſiaſtico, ſed nil tale cogitans diſtulit, & non curauit Vrbem exire niſi poſt feſta Natalitia, licet procurator fiſcalis eum ſollicitaret, ut iret ad expediendum cauſam prædictam.

Vlterius, die 19. Decembris, qua circa ſecundam horam noctis Profiſ. per famulum procuratoris fiſcalis accerſitus fuit ut iret ad Gubernatorem, eo tunc erat in carceribus turris Nonæ, & pro fiſco interueniebat examini in cauſa Recanatenſi, quod ſi aliquod delictum commiſiſſet, hoc cogitaſſet, & ſe retraxiſſet, quod cõmode facere poterat: purgatur autem omnis ſuſpicio ſi carceratus potuit aufugere, & non aufugit, ut dixit Alciat. reſp. 453. num. 5. uerſi. quarta quia. relatus a Menoc. conſ. 248. nu. 14. par. 3. nihil autem

66 tale cogitans, aut ſuſpicans, quia † innocentia homines ſecuros, & nihil mali aduertentes facit. l. ſi non conuicij. C. de iniur. l. cũ fratrem. C. de ijs quib. ut indign. & maxima datur ſecuritas ab alacri conſcientia, Bal. conſi. 176. Cæciliæ. in prin. conſi. 353. examinanda ſunt. col. 2. uol. 1. Crauet. conſ. 6. num. 38. vol. 1. libere iuit. & ſequeſtratus in palatio Gubernatoris, poſtquàm in quadam camera ſuperiori fuit a ſatellitibus die noctuque cuſtoditus per octo dies, ſtetit in libertate vndecim diebus, & noctibus ſine cuſtodibus, ita ꝙ libere abire poterat, ut notum eſt, ſed innocentem ubique tutum æſtimans, ut dicit Rolan. conſ. 54. uol. 1. in fi. noluit cum fuga reddere ſe culpabilem de culpa non commiſſa. Immo cum d. D. S. locumtenens, & examinator in cauſa, pomum manu oſtendens, & gladium abſconditum tenens, ipſum inuitauerit mediante famulo ut iret ſecum ad miſſam ad eccleſiam Pacis in die Natali Domini, reſpondit, non conuenire homini carcerato exire non expedita cauſa, ut ipſe, & eius famulus ſciunt, & ſic ſua ſponte dicitur comparuiſſe, & paſſus eſt ſe in carcerem conijcere. ita in ſpecie reſpondit Ioan. Iac. Leonar. inter conſi. Socini iun. conſ. 39. num. 35. li. 2. Cæpol. conſi. 31. nu. 8. in criminal. Marſil. in pract. crim. §. diligenter. num. 204. Gramma. conſ. 29. num. 32. in criminal.

Vlterius, conſtat ex proceſſu, ꝙ fiſcalis nõ habebat notitiam valiſiæ ante aductum notarij, ut innuunt Barto. teſtis curiæ, fol. 60. & Apolon. fol. 63. item nunquam intrauit ſolus ſecundam cameram, ut dicit Ioan. Celſ. teſtis curiæ, fol. 50. ijs uerbis. (*io non uidi alcuno che entraſſe ſolo in detta camera.*) ſed quando ingreſſus eſt illam, ſecum erant domina domus & alij, ut idem Ioan. dicit, folio 55. Item petiuit clauem ualiſiæ pro ipſa aperienda, vt dicunt teſtes curiæ, Bar. fol. 60. & Apol. fol. 64. & clauis ualiſiæ erat appenſa muro, vt teſtantur ſuprad. ubi ſupra, & Bened. nō. talius teſtis curiæ, f. 67. quæ ſibi fuit tradita aliena manu, ut deponunt ijdem tres, ubi ſup.

Accedat, quod ipſe Profiſc. nihil uolebat facere ſine notario. ut dicit Apol. teſtis curię. fol. 63. immo ſi non duxit notarium ſecum a principio, non eſt ob id arguendus, quia commiſſio procuratoris fiſcalis circa notarium erat, quod uocaretur abductis Anglis ad carceres, ut dicit Flamin. teſtis curiæ, fol. 47. ijs uerbis. (*il fiſcale fece chiamar il ſuo S. & li commiſſe che doueſſe uenir con me, & fatta ch'io haueſſe la cattura, che haueuo a fare, mandaſſe per un notaro del Gouernatore, & che faceſſe far l'inuentario.*) Tamen etiam hoc non obſtante ipſe Profiſcal. nolebat ingredi domum Anglorum ſine notario, ut dicit Ioan. Vinc. Neapol. teſtis cur. fol. 89. Item omnia ſemper fecit cum teſtibus, ut dicit notarius, fol. 67. & requiſiuit Flamin. prima uice qua diſceſſit, ut ſibi relinqueret plures biruarios, ut dicũt Flamin. fol. 49. & Ioan. Vincen. Neapol. fol. 89. qui dicit, *il S. F. quando noi ſi partimo con Flaminio diſſe à Flaminio che li laſſaſſe quattro ouer cinque sbirri, & che ſubito mandaſſe per il notaro.* & ſic nolebat ibi ſtare ſine notario, & teſtibus qui non eſſent de domo.

67 Quæ præſumptiones, † ultra etiam multas ſupra aſſignatas, & infra notãdas, ſunt adeo validæ, & contrarijs maiores, ut ipſas omnino

no

no enerueruent.l.Diuus.de in integ.reſt.Alciat. conſ.269.num.2.Curt.iun.conſ.35. num.6. & conſ.163.nu.22.Vnde ex ipſis ceſſat omnis præſumptio fraudis,ut dicit Saly c.in l.ſi mater.C.de contrah.empt.Bar. in l.etiam.§. 1.ff.de manumiſ.vind.Bal.in l.iubemus. la 2. C.de ſacroſan.eccl. ubi concludunt,præſumptionem fraudis ceſſare ſi aliæ in cõtrarium præſumptiones ſint. & ſequuntur Alexand. Corn.& Dec.in l.ſi donatione. C. de collat. But.Abb.& alij in c.quamuis. de re iud.Ale. conſ.18.uol.1.Dec.conſi.202.Alci.conſilio 584.uol.1.nu.5.Vnde habemus,quod quando ſunt præſumptiones pro reo, actor cauſa cadit,niſi pleniſſime,clariſſime, ac apertiſſime,quod intendit confirmet.glo. in l.ſi.in prin.ff.de eo quod met.cau.& c. quia uериſimile.de præſumpt.Rom.ſing.197.& Alciat. conſ.624.ideo,ſi curia uolebat ipſum Proſiſcal.de dolo,& fraude arguere,dolũ & fraudem probare debebat.ad not.in l. qui accuſare.C.de eden.quem locum cum multis cõcor.Doct.in ſimili propoſito caſui noſtro citat Menoch. in conſ.73. num.14. cum plur. ſequen. quum præſumatur ipſum omnia legitime feciſſe,cum ratione officij, (præſumptio enim eſt,quod quis ſuum officium ſumma cum diligentia exerceat.l.1. ff. de offi.pf. prætor.Menoch.de arbitr.iud.lib. 2. cent.1. caſu.40.num.10.& in conſ.72.nu.21.lib.1.) tum etiam ratione mandati, cum quo ad domum Anglorum miſſus fuit à procuratore fiſcali.

68 Et quod † probatio doli, & fraudis ipſi curiæ incumberet,patet.ff.de probat.l.quoties.§.qui dolo.C.de dolo.l.dolum.Roman. conſ.68.ſub num.8.uerſ.qui ergo dolum. nã præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium. l. ſiue poſſidetis. C. de probat. & ibi Bal.in prin.in ſecunda no.& in 3. colum. uerſ.ſed quæro.Specul.in tit.de probat. §. 1. uerſ.ſecundo.ubi plene. & §. 3. uerſi.quinto per præſumptionem.cap.1.ut eccl.benef.& debet tunc fieri probatio euidentiſſima in contrarium.l.ſi extraneus.de cond. ob cauſ. l.1.quod met.cau.Socin.conſ.159.colu.3.& conſ.190.col.3.Dec.conſi.100.col.fi.& Rolan.conſ.9.num.56.uol. 1. Quum igitur ipſa curia non probauerit prædicta,ergo aſſertæ eius præſumptiones ceſſant.

69 Nec obſtat † conſi.Gemin.de quo in obiecto,nec doctrina allegata ex Bart.& alijs, ꝙ præſumatur delictum, quia Geminianus loquitur in foro conſcientiæ ſeu in foro poli, vbi tractatur de anima, ut licet uidere apud eum, quia eius doctrina clara eſt, nam hoc caſu ad imponendam pęnitentiam melius eſt præſumere delictum, quàm non delictũ, in foro conſcientiæ,ut concludit Anch.conſilio 179.prima facie.quia in tali foro timenda eſt culpa,ubi culpa non eſt, c. conſilium. de obſeruat.ieiun.Felyn.in cap.dudum. col. 5.de præſumpt.unde dicit Inn.in c. ad audiẽtiam.de homici. quod in foro animæ debet quis in dubio ſe præſumere irregularẽ, quia in hoc foro durior ſententia eſt ſecurior. c. iuuenis.de ſponſal.& dicit Imo.in clemen.1. col.ſi.de hæret.quod pro pœnitentia iniungenda in dubio præſumendum eſt pro hæreſi.

70 ſecus † autem eſt in foro exteriori ſeu in foro fori iudicij,ut in caſu præſenti, nam tunc non eſt delictum præſumendum,etiam ſi ageretur ad pœnitentiam imponendam, nam tunc pure agitur ad pœnam, & tunc in dubio potius pro reo, quàm contra reum eſt iudicandum,ut dicit Abb.in d.cap.ad audientiam.col.1. pro quo facit quod dicit S. Doct. Auguſt. in lib. de concor.Euangeliſt. exponens illud ex.c.7.Mat. Nolite iudicare, & non iudicabimini, ubi ait.in hoc loco nihil aliud præcipi exiſtimo,niſi ut ea, de quibus dubium eſt,quo animo fiant,in meliorẽ partem interpretemur.ſequitur Beda in glo. ad ca.6.Lucæ, ſuper illis uer.nolite iudicare, quod ab Auguſt.dictum eſt de ijs quæ fiunt, ad propoſitum noſtrum applicantes,intelligamus de ijs,quæ facta, & dicta præſumuntur à Profiſ.ut dicta, & facta pręſumantur ſine dolo, & fraude cum excluſione delicti. quod,licet Auguſt.non citet,concludit poſt longam diſputationem Bal.cõſi.105.ad euidentiam.lib.1.Dec.conſ.415.uiſo.col. 1. qđ firmo ex not.dict.S.Thomę,ſecunda ſecundæ.q.60.art.4.ad tertium.ubi dicit, quod in iudicio perſonarum definiendo debemus in melius interpretari.quem ibi ſequitur Gaiet.

71 Hinc † infertur, ut contractus qui poteſt cenſeri licitus & vſurarius, in foro iudiciali præſumatur licitus, non vſurarius, vt dicit Bal.in l.rogaſti.§.ſi ſibi.col.fi.uerſi.extra noto.ff.ſi cert.pet.Alex.cõſi.221.col.2. in prin. uerſ.accedit etiam,uolu.2.refert, & ſequitur Iaſ.in l.ſeruum fugitiuum.col.5.uerſ. hic etiã dicimus,C.de ſeru.fugit.Alexan.conſi. 200. col.

col.1.in fi.uerſ.accedit etiam.uolu.6. Socin.
iun.conſ.83,colum.1.uerſi. ſtantibus itaque
præd ctis.uol.2.Marſi.conſi.2.num.11.uerſ.
& adduci poteſt. in foro uero conſcientiæ
præſumatur illicitus,& uſurarius fauore ani-
mæ,ut dicit Gem.in d.conſi.112.in fi.& iſta
diſtin.ſumitur ex uerbis glo.in ca. nauiganti.
de uſur.in uer.dubitatur.& ibi Ioa.And. Ho-
ſtien.& Abb.col.1.uerſi.in eadem gloſſa. &
ibi Anton.de Butr.in fine.& Card.colum.1.
uerſ.oppono in eo qui propter dubium,vbi
omnes diſtinguunt clare in materia fori.

72 Ad illud † autem, quod præſumatur deli-
ctum, ultra præmiſſa, reſpondeo illud non
habere locum in reo,ſed in actore, gloſ.fi.in
fi.l.qui iuraſſe. §. ſi pater. de iureiuran. quam
ad hoc cum multis aliis citat Anton. Gabr.
Roman.lib.7.concl.tit.de criminal.concl.2.
num.56.ubi etiam ex Roman.& Felin. quos
ibi citat,num.57.dicit,quod præſumitur de-
lictum quando intereſt rei pro abſolutione,
quod præſumatur. Et ad id quod dicebatur,
quod Profiſc.non poteſt ſe à prędictis excu
ſare,reſpondetur ex præmiſſis, non dari ex-
cuſationem ubi non datur delictum,uel ubi
non cadit præſumptio,quod inculpatus cõ-
miſerit delictum, nec quod in ipſo dolus uel
fraus præſumatur, ut in hoc D.

Et non ſolum præmiſſæ ualidiſſimę præ-
ſumptiones, immo uerius probationes ip-
ſum innocentiſſimum indicant, ſed etiam
73 † ſi quamlibet cauſam etiam fatuam, & in-
iuſtam adduxiſſet,dolum ab ipſo excluſiſſet.
l.plagii.la 2.C.de plagiar.gl. in l. ſatis pœnę.
de in ius uocan.& in l.nõ poteſt dolo, de re-
gul.iur.Deci.conſi.170.uiſo.col.fin.Ioan.de
Amic.conſi.84.num.5.Boer.deciſ. 168.nu-
mero 11.Socin.iun.conſi.45.nu.16.uolu.1.
* & eſſe communem regulã,quod a dolo quæ
libet cauſa etiam fatua,& iniuſta excuſat,di-
cit poſt Dec.Grat.conſ. 37.nume. 21.lib.2.
Iaſ.in l.ſi quis id quod.nume.35.ff.de iuriſd.
omn.iud.Blan.in pract.crim. nu.6, fol. 138.
& late poſt omnes Iul.Clar.lib.5.ſenten.§.fi.
q.60.uerſ.& generaliter ſciaſ.ex quo,iunctis
prę̨miſſis, tollitur obiectum de dolo ob aſ-
ſertam negligentiam in non eundo ad per-
ficiendum inuentarium. De qualitatib. pal-
loris,& tremoris non eſt facienda uis, ex di
ctis ſuperius,& ex dicendis infra in ſequenti
reſponſione ad obiectum de variatione.

74 Ad tertium † de variatione, reſpondeo,
variationem ante torturam non fuiſſe, nec
obeſſe,vt per Blan.in l.fi.in uer.Mendacium.
per tot.fol.71. de quæſt. nam uarietas tem-
poris, & actuum non diuerſificat id de quo
principaliter quæritur, ſecundum Hippol.
conſ.1.num.55.poſt Inn.in cap.licet ex qua-
dam.de teſti.& ibi Fel.col.5.ergo illa aſſerta
uarietas non nocet, nam factum principale
in quæſtionem deductum nõ fuit circa aper
turam ualiſiæ, ſed an aſſerta crumena in ea
fuerit,& fuerit inde ſubtracta,& hoc proba-
ri debebat aliquo modo, ſed nullo mõ pro-
batur,nec probari attentatum eſt,immo om
nes coniecturæ,& pręſumptiones ſunt in cõ
trarium,ut ſupra dixi,ergo&c.per reg.quod
actore non probãte reus debet abſolui.l.qui
accuſare.C.de eden.Rolan.conſi.51.nu.39.
uol.1.quę Regula procedit etiam ſi ipſe reus
nihil præſtiterit.l. actor. C. de probat.Rolã.
conſ.60.num.13.eo. uol. Variatio autem in
tortura non nocet:quia,ut infra patebit, le-
gitima indicia non præceſſerunt torturam,
nam Doctores dicentes,reum variantẽ poſ-
ſe torqueri,dicunt,ſi præcedant legitima in-
dicia, ſecus autem eſt quando iniuſte iudex
torquet reum ſine legitimis indicijs,ut in ca-
ſu iſto:nam tunc licet reus milies variaret,&
vacillaret,non eſſet talis variatio ſeu vacilla-
tio ſufficiens ad torturam,vel ad eius repeti-
tionem,vt per Ang.conſ.275.incip.Thema
ſuper quo.col.pen.num.7.uerſi.nunc uenio.
& eſt glo.ſing.in l.pen. ff. de quæſt.Arim.in
addit.ad Ang.in Tractat.malef.in uer.fama.
uerſi.nono quæro.& Hippol.conſ.15.uerſi.
quia reſpondeo.uol. 1. At uel ante,uel poſt,
75 nec etiam facit indicium. Nam † variatio,
vacillatio,pallor,timor,& ſimilia, tanquam
a maleficio remota, non faciunt indicium
de per ſe,ſecundum Blan. in d.l.fi. de quæſt.
in 6.præmiſ.poſt Bart.ibi.& in ea.l.char.60.
in paru.uerſ.confeſſio.ubi diſcurrit quando
confeſſio in tortura præiudicet, & Plot.in l.
ſi quando.C.und.vi.§.53.uerſ.ſexto quæro.
num.11.ubi dicit, quod uariatio ſola non fa
cit indicium ad torturam, & dicit eſſe com-
* munem opinionem,& allegat Carrer.in pra
xi crimin.num.119.uerſi.quintum.Barto.&
Doct.in l.de minore.§.plurium.& in l.fi.ff.de
quæſt.Quouis ergo modo capiatur variatio
non nocet,ſaltem ad torturam inferendam,
& proprie loquitur ibi in indicijs furti.Data
tamen,ſed non conceſſa uariatione, vt infra
dicam,

dicam,nec etiam ex proceſſu conſtat, quod Profiſc.in tortura uariauerit, nam non fuit interrogatus ſuper præſuppoſito curiæ,imò in prima tortura conſtans ſtetit, nec poterat curia de iure ipſum repetere in tormẽtis, ut eſt uera opinio Odof.de qua per Gand.in Tract.malef.ſub tit.de quæſt. & tormen.nu. 20.uer.item quæro.ſi modo in alijs circa cõfeſſata uariauit diuerſificãdo factum & qualitates,talis uariatio ex ſupradictis, & ex inf. dicendis,non nocet.

76 Et † tex.in L. Vnius. §. teſtes.in quo ſe fundant omnes Doct.circa uariationem,non facit contra Profiſc.nam dicit,Teſtes torquendi non ſunt,conuincendi mendacij aut ueritatis gratia,niſi cum facto interueniſſe dicantur.& ſic text.loquitur in teſte, qui arguebat de mendacio,quod ſcilicet interuenerit cuidam facto cui interueniſſe negabat, non autem loquitur in perſona quæ habeatur pro principali,prout curia habuit Profiſc. Vlterius ad hoc vt contra aliquem poſſit deueniri ad torturam pro mendacio uel variatione,tex.præſupponit duo;vnum,quod appareat factum de quo quæritur factum fuiſſe, Alterum,quod torquendus ipſi facto interuenerit.& niſi iſta duo concurrant, non poteſt habere locum caſus illius legis.quod clare dicit glo.ibi.in uer.facto.dum ait,facto, id eſt negotio ſuper quo teſtificatur.& ſic præſupponit,quod conſtet factum. Quum ergo hic non conſtet de ipſo facto, ut late ſupra dixi,ergo nõ attenditur uariatio, dato quod extaret,quod negatur, & etiam extenſis terminis legis in principali,etiam quod in ſolo teſte loquatur,ut per Gram. uoto 30. nu. 16. & 17.ubi de materia,& latiſſime Proſper Carau.ſuper Ritu.79.num. 14.ubi poſt multos quos citat,concludit ex illo ritu, quod principalis ex uariatione, & periurio non torquetur,ſed quod.ll. loquentes de tortura inferenda ratione uarietatis, & periurij habẽt locum in teſte tantum,ut ibi per eum. Bal.in l.præsbyteri.C.de epiſc.& cler.Clar.§.fin.q. 21.uer.Mendacium.quem ſequitur nouiſ.D. Franc.Burſ.conſ.79.nu.15.par. 1. ubi loquitur in materia hæreſis.

Quod autem in dictis Profiſcalis etiam ante torturam nulla cadat uariatio, patet: nam variatio dicitur, quum, nulla cauſa aſſignata,dicitur contrarium eius, quod prius dictũ fuerat,ut per Firm.in repert.in uer.Variatio, uerſ.7.& quando diuerſificãtur actus,& perſonæ,puta,ſi prima uice dictum fuiſſet,Valiſia erat clauſa;ſecunda uero,erat aperta. & ſi diuerſificantur teſtes. Sed actus hic non uariatur,nec diuerſificantur perſonæ,ſed tantũ tempus momentaneum aduentus notarij, quum prima vice Profiſ.dixerit,*Et ſubito uenne il notaro*:ſecunda uero dixerit,*Et cio fu ſubito*
77 *uenuto il notaro*. quæ modicitas † temporis cum facile labatur de memoria hominis,ſecundum Bal.in l.cum te.in ult.col.uerſi.quæro,an iſta minor ætas.C. de prob. poſt Innocent. quem citat,in c.qualiter. de accuſat. a Doct. non conſideratur, maxime, quia aſſignatur ratio melioris reminiſcentiæ, quum quis de facili obliuiſci poſſit de præterito.Specul.de loca.§.ſexto.uerſi. 65. etiam ea,quæ ipſe fecit,propter multitudinem negotiorum,quæ facit præſumi obliuionem in offiaiali,qualis erat Profiſca.Firm.in repert.in uer.Obliuio. uerſi.5.poſt Alexa. quem citat in conſ. 214. uolum.2.ualidatur iſta reſponſio,nam quando dictio,ante, & poſt, apponuntur termino momẽtaneo ; ſignificatur tempus totum quod præcedit uel ſequitur, ut declarat Bar. in l.2.§.creditum.ſi cert.pet.cuius doctr.omnes in hoc propoſito obſeruant, ut per Pet. de Baiſ.in ſuo direct.elect.par.2. c. 26.ubi in hanc ſententiam Pau.& Felyn.citat, & dicit glo.in l.Pomponius.§.ratihabitionis;in uer. conteſtationem.ff.de procura.quod ſatis dicitur fieri ante, etiam ſi poſt incõtinenti fiat, uel etiam tunc;& ad hoc allegat concor. accedit Rom.conſi.45.qui dicit, quod illud, quod fit incontinenti,nõ eſt diuerſum a facto. quod dictum refert, & ſequitur Boer. in addit.ad Manlag.par.1.cap.31.uerſi. Adde quod iſta collatio.& ante eos Bal.in l.petẽs.C.de pac. ſub nu.54.uerſi.dicunt glo.quod dicitur fieri incontinenti,quod fit immediate ante,vel immediate poſt. & dicit glo. in l. antiqui. ſi pars hær.pet.ſuper uer.eodem tempore,fieri eodem tempore quod ſucceſſiue fit,uel ſtatim.& not.Socin.ſen.in l. ſed & in illo. §.ſed & circa.per illum tex.de reb.dub.num.6.Eo magis, quia factum aliter conſiderari non poteſt niſi eo modo quo Profiſc. ipſum deponit in quarto conſt. Videlicet quod illud fuerit quamprimum uenit notarius, ratione perſonarum quas dicit interfuiſſe,quũ prius nõ interfuerint,ut etiam præſupponit curia. Sed ut Profiſc.dicit in d.4. conſt.in quo talis

variatio

variatio prætēditur,ſiue fuerit ante,ſiue poſt
ſufficit quod ab eo tempore quo fecit pone-
re valiſiam ſuper menſa, non fuit amplius
amota, niſi quando exportata fuit in pri-
mam Cameram, pro ipſam portari facien-
do ad officium Gubernatoris. Et quum in
aduentu notarij ipſa ualiſia eſſet in terra, vt
78 omnes teſtes curię deponunt;Ergo de † pri
mo ad vltimum,quod eſt ualidum argumen
tum,ut per Euerar.in ſua cent.leg.in loco,A
primo ad ultimū, actus verificatur poſt ad-
uentum notarij, & ſic non cadit uariatio,&
ex ſuprad.curia non poteſt ſe fundare in di-
ctis Guielmi,& Ioa. Celſi,teſtium falſorum,
euidenter ſubornatorum,& ſingularium;Et
demum dicta variatio non eſt circa factum
de quo principaliter quæritur,nec circa eius
circumſtantias principales, & eſſentiales, &
immediate ipſum factum tangentes, ut uo-
lunt practici paſſim,de quo per Iul.Clar.li.5.
ſenten.§.fi.q.21.uerſ.Mendacium. ideo non
eſt cōſiderabilis.ex quibus ſublatum eſt hoc
fundamentum,quia Doct.in contrarium ad
ducti loquuntur in terminis præmiſſis, Ca-
cher.in caſu propoſito in obiecto tenet con
trarium in ead.deciſ.num.17.& 18. ubi con-
cludit cum opinione communi, quod men-
dacium ſeu variatio circa circumſtantias, &
qualitates delicti, nullo modo faciunt indi-
cium ad torturā: ſi uero ſint circa ipſum deli
ctum, etiam non faciunt indicium niſi iūctis
alijs indicijs,poſt Carrer.& alios quos ibi ci
tat. & ibi tenet in caſu ſuo in obiectu poſito;
quod licuit inquiſito ita dicere, poſt Roma.
& alios quos adducit.quia in ſecunda depo-
ſitione melius reductus ad memoriam ita de
ponit.& cum iſta correctio eſſet circa circū-
ſtantias,& qualitates, ergo ex huiuſmodi va
riatione non poteſt ſumi indicium ad tortu-
ram,quo nil clarius adduci poteſt, & loqui-
tur in crimine læſæ maieſtatis, ex quo clare
liquet quanto minus ad torturam deueniri
debebat in caſu iſto,in quo nulla eſt uariatio
vel cōſiderabilis, ut infra etiam dicam alibi.
& in ſimili caſu in Vrbe Romana ita conſul
uit Gabriel.in conſ.183.incip.ut percipiātur
indicia.per tot.conſi.ubi particulariter loqui
tur in reo uariante.& Meno.in conſilio 221.
par.3. nu.55. ubi conſuluit in ſimili materia
variationis.
79 Ad quartum † reſpondeo, quod minus
obſtat quam cætera argumenta,nam primo
dico, quod deducta in contrarium habent
locum in fauorabilibus, prout patet in præ-
cit.locis,quos diſcutere longum eſſet, & ibi
videri poſſunt, & præſertim in d. glo. ſuper
d.c. accedens.in uer.ex præmiſſis cauſis.Vl-
terius obiectum habet locum in ciuilib.cau-
ſis,& parui præiudicij,ſecus in criminalibus
ubi ag.tur de vita hominis, & de pœna ulti-
mi ſupplicij,ut in caſu noſtro.in quibus non
iunguntur probationes,nec fit earum colle-
ctio,ut per Marſ.in conſi. 20. nume. 48.cum
plur.ſequen.Ant.Gabr.in loco citato in con
trario.num.12.verſ.Tertio limita. ubi etiam
hoc ampliat ſi de crimine agatur ciuiliter.ibi
num.13.num.23. & 24. & licet ſub eo num.
24.& num.25.referat multos contrarium te
nentes;quod ſcilicet idem etiam ſit in crimi-
nalibus,tamen num.27.dicit cōmunem opi-
nionem eſſe quod non coniungantur, ex al-
80 leg. per eum ibi. Præterea † probationum
plures ſpecies nunquam iunguntur, niſi quā
do unaquæque ſpecies de per ſe in ſuo ge-
nere eſt perfecta.ſecūdum Bal.in l. ſi quis ex
argentarijs.poſt princ.ff.de eden.ubi dicit,q.
ſi ſpecies probationum ſunt in ſua ſpecie im
perfectæ, puta, unus teſtis probat de uerita-
te,unus de fama,unus de indicio,hæc proba-
tio non valet, quia in ſua ſpecie eſt imperfe-
cta, nam ſinguli teſtes non probant prædi-
81 cta,quia † ad unumquodque probandum re-
quiruntur duo ſaltem.l.fina.C.fam.erciſcun.
Inn.in c.ſicut.de ſimo.& Bal.ubi ſupra, ſequi-
tur Alex.conſ.355.incip.Sentio in dubium.
col.2.in fin.& conſ.292.incip. viſo proceſſu
inquiſitionis.col.3.& alibi conſ.181.incip.
in cauſa Angelorum. col.2.uerſi. rurſus.uol.
2.ubi dicit,quod ubicunque contingat indi-
cium probari, ſi unum indicium probetur
per unum teſtem,& aliud per alium,tales nō
iunguntur ad faciendum vnum indiciū per-
fectum,quia unumquodque de per ſe eſt im-
perfectum, Abb.& Felin.in ca. cum cauſam.
de probat.ubi materiam iſtam habes latiſſi-
me,incip.a uerſ.gl.fina.ibi;multa iuuant. nu.
10.& inde nume.11. per tot.iunc. adnot.ibi
in noua impreſſione Veneta. & Marſ. con-
ſilio 88.nume.22.ſi tamen unum ſeparatorū
eſſet perfectum in genere ſuo; tunc integra
unius fides bene poſſet ſupplere defectum al-
terius,ſed hoc non eſt in caſu iſto, quia nul-
lus teſtium examinatorum pro curia eſt inte-
græ fidei,nec perfectus in genere ſuo,immo
ſinguli

ſinguli imperfectiſſimi, ut ſupra dixi, & latius infra proſequar. ergo licet ſimul iungantur nihil operari debent. ita pulchre dicit Marſi. conſ. 20. nume. 50. Et quatenus etiam probarent diuerſa indicia, quod negatur, non tamen iunguntur ad faciendum unum indiciū perfectum, quia ſunt ſingulares, & de per ſe
82 unuſquiſque imperfectus. Quia, † ut ſupradictum eſt, requiritur quod indicia ſint certa, probabilia, & ueriſimilia, ut C. de quæſt. l. milites. §. oportet. non leuia, nec perfunctoria, nec quæ poſſint pluribus modis interpretari, quoniam de ſalute hominis agitur, ut utar uerbis Bal. in conſi. 259. uolu. 1. Anch. conſi. 277. inci. Viſa diligenter. & Marſ. poſt alios, conſ. 18. nu. 12. & conſ. 51. nu. 6.
83 Vlterius † ad hoc ut probationes imperfectæ iungātur, oportet quod quælibet probatio, quæ iungi debet, ſit ſaltem ſemiplena probatio, Bal. in l. ſpadonem. §. qui iura. ff. de excuſat. tut. Anch. conſ. 276. col. 1. in fi. Aret. conſi. 65. colu. 2. verſ. ſecundo quod quartus teſtis. Butr. in c. fi. col. 5. uerſ. quod ſi recepti ſunt. de iureiuran. Sali. in l. in bonæ fidei. col. nona, uer. uiſis quæ ſemiplenam. C. ſi cer. petat. Pau. de Caſt. conſ. 92. in fi. uerſ. in caſu vero noſtro. col. 2. Alex. conſi. 10. colu. 1. uerſi. finaliter. uol. 4. hoc non eſt in caſu præſenti, ergo ceſſat coniunctio, nam, ut inferius dicetur, omnes teſtes ſunt ſingulares, prout etiā de eorum ſingularitate patet ex ſupra deductis reſultantibus ex proceſſu. & opinio Bar. de qua in contrario, ultra quod non loquitur in criminalibus, procedit quando plura ueniunt ad perfectionē unius totius, ut in caſu illius. l. dum dicit, AEtas autem probatur aut natiuitatis ſcriptura, aut alijs demonſtrationibus legitimis, immo facit pro, ob illud uerbum, demonſtrationibus legitimis, quaſi ſi non ſint legitimæ, nō probetur, ſumpto argumento a contrario, quod ualidiſſimum eſt, ut per Euerar. in cent. leg. in loco, a contrario ſenſu. addito quod utitur uerbo, demonſtrationibus, quod eſt ac ſi dixiſſet, probationibus, ut interpretatur gloſ. ibi ex Azone ſuper uer. demonſtrationib. Demon
84 ſtratio † enim eſt adiectio, per quam res vel perſona redditur certa, Bal. in rub. C. de inſt. & ſubſt. & facit etiam pro, ex ijs quæ dicit ibi glo. in uer. legitimis, quæ clara eſt, quod ſi in caſu mere ciuili, ut ibi, non habet locum contrarium, multo minus in hoc, in quo tractatur cauſa maioris momenti, quod argumentum ualidiſſimum eſt, ut per Euerar. ubi ſupra in loco A maiori. Si ergo concurrerēt requiſita a lege, & glo. ſuprad. poſſet verificari regula, quando uero ſunt aliqua quæ ueniunt ad perfectionem diuerſorum totorū, tunc quæ non proſunt ſingula, nec multa iuuant, ut idem Bar. ibi dicit, & in l. ſpadonem. §. qui auitam. eod. tit. & hoc late proſequitur Anton. Gabriel. in præcit. loco. nu. 43. & 44. cum ſequen. ubi habes materiam ad ſaturita
85 tem. immo dicit † Abb. in c. tranſmiſſæ. qui filij ſint legit. colu. 2. uerſi. in eadem glo. ibi. num. 8. quod probationes non coniunguntur quando repugnant in modo, licet concordent in fine, per l. ubi repugnantia. ff. de reg. iur. & in cap. ſollicitudinem. in fi. de app. & cum Ant. de Butr. ibi, dicit hoc dictum notandum, quia facit ad multa. & ipſum refert, & ſequitur Felin. in c. cum cauſam. de proba. nume. 11. uerſ. Limita iſta. ergo cum in caſu iſto depoſitiones teſtium in ſe ſint imperfectiſſimæ, & ueniant ad diuerſa indicia, non coniunguntur, quia datis uno vel plurib. indicijs, quæ negantur extare, quodlibet indicium requirit duos teſtes, ut per Innoc. in c. ſicut. de ſimon. glo. & Bar. in l. fin. C. fam. erciſc. Bald. in c. licet. col. 6. de probat. & in l. 1. C. ſi unus ex plurib. & alibi etiam idem Bal. in d. l. ſpadonem. §. qui iura. & in hac materia pulchre diſtinguit Blan. in d. l. fi. fol. 97. in paru. ff. de quæſt. ex cuius dictis clare apparet obiectum non procedere in caſu præſenti, in quo nec ulla extant indicia, nec illa quę curia habet pro indicijs ullo modo probantur, uel ſaltem eo modo quo probari debēt,
86 ut latius infra dicam. immò † contrarium firmandum eſt, ſcilicet, quæ ſingula nō proſunt, nec ſimul iuncta iuuāt, ut dicit Bologne. in repet. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebel. ubi exemplificat in multis teſtibus ſingularibus, & concludit quod non magis probant quam unus. nu. 151. in fi. per not. in l. admonendi. ff. de iureiuran. & ſic non obſtat hoc contrarium: quia, ut dixi, omnes doctrinæ in contrarium citatæ loquuntur in actib. fauorabilibus, nihil uel parum præiudicialib. & mere ciuilibus, & in eorum terminis, ſecus in præiudicialibus, & mere criminalibus, ut dicit Collect. in c. ex par. de cleri. non reſidē. ubi dicit, in pœnis non fieri coniunctionem imperfectorum. ſequitur Rebuf. quamplura

alia

alia in hanc ſententiam citans, in tract. nominato, q. 1 1. nu. 9. vt hic, & latius inferius dicam.

87 Ad quintum, † quod continet plura capita, particulariter ſingulis reſpondetur. ad id igitur de enormitate delicti, reſpondeo aſſumptum procedere, & habere locum in puniendo, quando conſtat reum eſſe verè delinquentem, vt ex lectura Inno. Bal. & aliorũ in obiecto citatorum clariſſime patet, ſecus autem in procedendo, nam in proceſſu ſeruandæ ſunt omnes ſolemnitates in enormibus, quæ & in alijs criminibus ſeruari ſolẽt, vt late poſt multos quos citat concludit Caccher. deciſ. 79. quoniam in hac cauſa. nu. 13. & 14. ubi loquitur in crimine læſæ Maieſtatis, poſt Hier. Giga. in trac. crim. læſę maieſt. in rubr. quomodo, & per quos crim. læſ. ma. ieſt. probet. nu. 23. cum ſequen. & in d. tract. c. 26. ubi reprehendit iudices torquentes in hoc crimine non præcedentibus legitimis indicijs. & hoc, ultra prædictos, ex ea ratione, quia in proceſſu nondum ſcitur, an accuſatus, detentus, uel inquiſitus ſit uere delinquens nec ne, nam, ſi ſciretur, non eſſet opus ulteriori proceſſu. quum ergo fiat proceſſus ad hoc ſciendum, igitur ordo iuris ſeruandus eſt. Nam non ſequitur, Talis eſt accuſatus uel inquiſitus de tali crimine, ergo eſt reus ipſius criminis. l. fina. C. de accuſat. ibi, nõ ſtatim reus exiſtimetur, &c. l. furti. in prin. ff. de ijs qui not. infam. ibi, pendente iudicio nõdum inter famoſos habetur, &c. & quod hoc dictum non habeat locum in procedendo, ſed ſolum in puniendo, late ponit Marſi. in praxi crim. §. diligenter, numero 157. vſque ad num. 177. vbi firmat hanc concluſionem, & ſub num. 175. dicit ita allegaſſe in voce, & in ſcriptis in cauſa falſæ monetæ coram capitaneo iuſtitiæ Mediolani, & eius Vicario, & obtinuiſſe, ut patet in eius conſ. 74. incip. in cauſa Hier. pellizarij. per tot. & præſertim ſub num. 34. uerſi. Reſtat reſpondere. quam Hipp. ſententiam eius tamen conſilio non citato, refert & ſequitur Gram. in uoto 34. incip. in cauſa nobilis mulieris. col. fi. ubi loquitur in cauſa aſſaſſinij cum homicidio, & relata opinione Marſilij, cum ampliatione etiam in crimine læſæ Maieſtatis, prout & ampliat Marſi. concludit quod in crimine quantumcunque enormi in procedendo debent ſeruari omnes ſolemnitates, quæ in cæteris criminibus non enormibus ſeruantur, & ita concludit, quod dum eſſet iudex magnæ curiæ Vicariæ uotum dedit, & quod in illud concurerunt omnes iudices ipſius magnæ curiæ. hoc idem ipſum referendo tenet & concludit Rol. à Val. conſ. 7. num. 43. uol. 1. ubi loquitur in enormiſſimo crimine cuiuſdam accuſati, quod habuiſſet rẽ cum vna aſina, nihilominus reiectis teſtib. in illa cauſa examinatis concludit ut ſupra cum pręd. Doct. & ita etiam in cauſa aſſaſſinij conſulendo argumentatur, & concludit dom. Franc. Burſ. Mant. conſi. 20. num. 27. uol. 1. igitur & iſtud obiectum, quo ad hoc, corruit.

Nec ex omnibus prædictis poterat deueniri contra ipſum Profiſc. nedum ad torturam, cum † ad eam, ut latius infra dicam, nõ

88 poſſit deueniri niſi præcedentibus legitimis indicijs, & leuitate vitæ inquiſiti ſeu accuſati, ut in c. Regni Regis Caroli ſecundi, quod incipit, Tormenta. & in alio capitulo, quod incipit, ſi iuſte. & vtrobique Doct. & And. de Iſern. in conſtit. ſi damna clandeſtina. poſt glo. ibi. & Afflic. in lib. 1. conſtit. Rubr. 21. ſuper conſt. in quæſtionibus. num. 12. & Cara uita in cõment. ad rit. mag. cur. vicar. ſuper ri tu 41. ſed nec etiam ad detentionem. quum, ut ſupra dictum eſt, non conſtet de delicto ipſe Profiſc. non ſit diffamatus, nil contra ipſum releuans deductum ſit, & nihil legi. ime a iudice factũ fuerit, ut late proſequitur Anib. Troiſi. in comment. ſuper pragmat. Regni, prag. 45. quæ incip. Inoleuit ut fida relatione. & Carraui. ſuper d. ritu. 41. nu. 1. & per tot. nec ulla precesſerint informatio, & indicia contra ipſum, ut per Ioan. Ant. de Nigr. ſuper cap. Regni. c. 6. incip. ſubdit. num. 127. ubi dicit ita ſeruate magnam curiam vicarię. de quo inferius in materia torturæ, & confeſſionis. & pro hoc facit ritus magnæ cur. Vicar. incip. Item ſi accuſetur aliquis. quo cauetur, quod qui non poteſt torqueri, nõ poteſt etiam detineri, & ibi omnes ſcribentes concorditer inſtruunt iudicem, qui iuridice procedere vult. & hoc etiam firmat Auguſt. in addit. ad Ang. in tract. malef. ſuper uerſi. fama. car. 6. uerſ. adde, & intellige præfata. & iſta ſi uoluiſſet iudex ſcire potuiſſet, quia impreſſa ſunt, & iuxta tramites iuris procedendo Profiſc. nec detinuiſſet, nec torſiſſet, quia nulla ſuberat cauſa quæ ipſum mouere poſſet ad hoc faciendum, quum Profiſc. nõ delique-

deliquerit, nec ullum illi crimen obijci legiti
me poſſit.
89. Ad illud autem † quòd hoc fieri potuit,
quia ueritas aliter haberi non poterat, &c.
prout in obiecto: Reſpondeo hoc poſſe pro
cedere, quādo alij teſtes ex natura illius actus
adeſſe non poterant actu, & potentia, ut di-
cit Anto.de Butr.in cap.tertio loco, de pro-
bat.& Campan.ad cap.Regni, ſuper ca. fre-
quens.num.77.nam quando actu, & habitu
adeſſe poterāt, & non adfuerunt, tales non
admittuntur. Alex.cōſ.68.viſo. col.2. uol. 2.
& Marſ.ſing.73.incip.plures ſunt.ubi multas
concor.ponit, & dicit eſſe menti tenendum,
quia pluries occurrit de facto, & dicit quòd
ipſe alias fecit reprobare multos teſtes mi-
nus idoneos.& allegat ſe ipſum in repetit.l.
fina.C.de probat.in 5.car. circa princ.& la-
tius idem Hipp.in l.infanſ.ff. ad l. Cornel.de
fica.nu.38.ubi hanc concl.ponit, & ex Doc.
ſenten.ita concludit, & ſequitur Gra. conſil.
58.quod incipit, Redemptoris gentium, nu-
mero 4.& conſil. 45. incip. in cauſa Santilli.
90 num.11.Quod procedit, † licet etiam caſua-
liter non interfuerunt, nam tunc minus ido-
nei non admittuntur, etiam ſi ueritas aliter
haberi non poteſt, ut dicit Ant.de But, in d.
c.tertio loco. & in conſi. 24. incip. quæſtio
hæc dubia.circa finē.idem dixit Dec. conſi.
133.incip.viſo.colu.ult.& conſi. 310.incip.
uiſis.col.2.Iaſ.in l.1.col.fina.in fine.num.72.
C.de ſum.trinit.& in l.fina.col.fina.C. de ijs
quibus ut indig.Hipp.in §.diligenter. in pra-
xi crim.num.84.Card.in prax.poſt nu.165.
uerſi.limita præfata.in fi.ibi, quod tamen in-
tellige.Alex.conſi.64.Viſo.uolum.1.& con-
ſilio 152.incip.Repetitus.col.2.uerſi. nec ad
hoc obſtat.& conſ.152.uiſo.col.4.num.11.
uerſi.non obſtat etiam.uol.5.Dec.conſ.363.
incip.in cauſa.col.fin.& conſi.342.incip. in
cauſa partus.num.3.Lanfran.in c. quoniam
contra.de probat.uer.teſtium depoſitiones.
Ant.de But.& alij in cap.Veniens.il 2. de te-
ſti.Crot.in tract.de teſti.num.71.Blan.in d.l.
fina.num. 354. ff. de quæſt. & hoc validatur
ea ratione; nam ſi admitterentur teſtes inha
biles, pars ſemper poſſet allegare ſe non ha-
bere alias probationes, & ſic paſſim tales ad
mitterentur, quod reijciunt Doctores, Alex.con
ſilio 65.col.2.uol.1.& conſi.150.col. 2. uol.
5.Dec.conſi.133.col.fin.& conſ.310. col.2.
Pariſ.conſ.15.col.4.uol.2.& conſi.57.col.5.
uol.4.Hippol.ad l.infanſ.ad l.Corn.de ſicar.
& ſequitur Rolan.à Valle in conſi.24.nu.67.
uol. 1. quod autem hic alij teſtes potuerint
adeſſe, & adfuerint, patet ex inuentario, &
ex toto proceſſu, nam multi familiares ſem-
per omnibus interfuerunt, ut dicit Guiel.te-
ſtis curiæ in ſua depoſit, tamen ipſe ſolus fuit
91 examinatus. cum ergo † curia fundet ſe ſu-
per hoc, quod veritas aliter haberi non po-
terat, debebat hoc fundamentum ſuæ inten
tionis probare.l.qui accuſare.ubi omnes.C.
de eden.l.in exceptionibus.ff. de exceptio.l.
actor. C. de proba.Alex.conſi. 18. in princ.
uolum.1.Dec.conſi.424.colu.1.Pariſ.conſi.
1.colum.2.uol.4.Socin.iun.conſ.47. colu.2.
uol.2.latiſſime poſt multos quos citat, Fran.
Herc.in tract.quis teneatur prob. neg.nu.3.
non fecit hoc, ergo de iure nec de conſuetu
dine non poterat admitti Guielmus quem
ipſa curia admiſit, ut docet Proſp. Carau.
poſt, concor. quas adducit ſuper ritu mag.
Cur.vicar.144.nu.6.

Immo fortius, licet etiam aliqui ob indi-
gentiam probationum forent admittendi,
non tamen admitti debebant Guielmus, &
alii examinati.nam dictum ipſius non eſt ue
riſimile: ad hoc enim ut teſtis indicium faci-
at in materia furti, ultra multa requiſita, re-
quiritur, quod imputatus uiſus fuerit expen-
dere multam pecuniam eiuſdem formæ cu-
ius dicebatur eſſe ſubtracta, quod cōſtet de
pecunia ſubtracta, & quod tempore ſubtra-
ctionis, præſuppoſita ſubtractione, ipſe ſo-
lus inquiſitus intrauerit locum unde dicun-
tur extractæ pecuniæ, ſi iſta concurrant, ad-
iuncta mala fama inquiſiti, poteſt deueniri
ad torturam, niſi doceat ubi habuerit, alias
non, ſecundum Ang.in l.milites.ff.de quæſt.
Brun.in tract.de indici.col.2.nu.6.& 7.Aug.
de Arim.in addit.ad Ange.in tract.malefi.in
uer. fama. nu. 12. ſed horum nullum unquā
fuit, eſt, nec erit, nec eſt probatum, uel proba
bitur in hac cauſa, immo omnia in contra-
rium ex iam dictis, & ex dicendis patent, er-
go &c. Vltra quæ omnia dicitur, quod iſte
Guielmus patitur mille oppoſitiones, ut ſu-
pra in reſponſ. ad 2. & 3. & infra alibi. quo
92 caſu ſuccedit † illud quod dicit Marſi. in cō-
ſilio 102.num.12. quod licet teſtis qui labo-
rat aliquo defectu ex toto non repellatur, ta
men ſi plura contra eum laborant, in totum
repellitur, allegat Socin.& Barb. idem tenē-
tes.

tes. & id etiam voluit idem Marſil. in ſing.
385. quem ſequitur Rolan. à Val. conſi. 24.
num.66.uolum. 1.ubi loquitur in materia aſ-
ſaſſinij.
93 Teſtis † autem ad hoc vt faciat indicium
ad torturam debet eſſe omni exceptione ma
ior,concurrente fama contra carceratum,ſe
cundum Iac. Nouel. poſt alios, in praxi cri.
car.7.num.8.Iaſ.conſ.22.uol.1.Gra.conſilio
26.num.48.Bart.in l.1.§. idem Cornelio.&
in l.maritus.ff.de quæſt. Bald. in l.milites.C.
eo.Alex.conſi.238.incip.viſo proceſſu.Dec.
conſ.37.incip.In cauſa rigoroſæ.col.4.& ali
bi dicit Bald.in c.1.§.ſacramentum. de con-
ſuetu.recti feu.quod ad hoc ut unus teſtis fa-
ciat indicium ad torturam, debet eſſe talis,
quod non poſſit haberi ſuſpectus familiari-
tate uel fama mala, uel alia cauſa, quod di-
ctum refert,& ſequitur Ale.conſ.180.col.2.
uol.2. nam ille dicitur teſtis omni exceptio-
ne maior, cõtra quem nulla exceptio oppo-
ni poteſt.gloſ.in §. item uerborum.Inſtit. de
inutil.ſtipul.gloſ.in cap.1.in uer. maiores.de
conſanguin.& affinit.Alexa.conſ. 64. col.2.
uol.1.& conſ.72.col.pen.uolum.2.Dec.in l.
2.ff.de reg.iur.Crau.conſi.99.col.pen. Rolã.
a Val.conſi.7.col.3.num.13.uol.1.Campan.
ſuper capit.Regni,cap.vbi.num.48.Et † ne-
94 dũ debet eſſet omni exceptione maior, ſed
debet etiam deponere de viſu ſuper actu de
quo quæritur, eſt communis Doct. opinio
cum glo.in l.ſi quis.C.ad leg.Iul.maieſt.Bar.
& cæteri, in l.maritus.ff.de quæſt.Cardin. &
Imo. in clem.1.de hæret. gloſ. communiter
approbata in l.in bonæ fidei.C.de reb.cred.
& in l.admonendi.ff. de iureiurã. Squilacen.
de fi.catho.capit.31. & Iac. Siman. in praxi
hæres.tit.52.num.13.ubi tractat de tormen.
& Carrer.in pract.crimin.num.110.uerſ.pri
mum fallit, ubi teſtis nõ eſſet omni exceptio
ne maior, quia omnis minima qualitas, &
defectus impedit ut non faciat indicium ad
torturam.& eſſe communem ſententiam di-
cit Plot.in l.ſi quando.C.unde ui.§.53.uerſi.
ſexto quæro,num.2.ubi proprie loquitur in
materia furti. Et hoc patet clara ratione,
95 Quia ea † quæ faciunt ſemiplenam proba-
tionem in cauſis ciuilibus,faciunt indicium
in cauſis criminalibus,ſecundum Bar. in l.fi.
de in lit.iura.in fi.Aret.in tract.malef.in uer.
fama.num.25.in uer.iuramentum. ſed unus
96 † teſtis in ciuilibus facit ſemiplenam proba-
tionem,prout eſt communis opinio in l. ad-
monendi.de iureiur.& in l.in bonæ fidei.C.
eo.ſi tamẽ talis teſtis patiatur quemlibet mi-
nimum defectum,non facit ſemiplenã pro-
bationem in ciuilibus,ſecundum Bal. in d.c.
1.§.ſacramentum.col.2.de conſue. recti feu.
ergo non facit indicium in criminali ad tor-
turam,& ita ſentit Auguſt. in addit. ad Ang.
ſuper.d.uer.iuramẽtum.dum dicit,quod vbi
ex dicto vnius quis torqueri poteſt,& debet,
opus eſt, quòd ille ſit omni exceptione ma-
ior. Ratio, nam tortura eſt quædam proba-
tio ſuppletoria,non autem per ſe ſtans, l. de
minore. §. tormenta.l.vnius.§. cogniturum.
l. edictum Diui.ff.de quæſt.ad quam non de
uenitur non ſeruatis ſupradictis, & infra la-
tius dicendis.In hoc autem caſu nedũ Guiel-
mus, ſed & omnes teſtes curiæ non ſunt ta-
les,quales ius illos requirit ad ſubijciendum
97 quem torturæ, ergo &c. Immo † plus, licèt
teſtis eſſet omni exceptione maior. & depo-
neret de viſu, tamen non facit indicium ad
torturam, niſi & alia cum ipſo concurrant,
vt pulchre in materia dicit Hipp. conſ.101.
num.37.38.& 39. Cyn. in l. fin.C.de quæſt.
& Blan.late in l.fina.ff.de quæſt.fol.83.84.&
85.in paruis.uerſi.teſtis de uiſu.ubi hanc ma-
teriam optime diſcurrit, a nu.317.vſque ad
num.326.
98 Accedat † quod tam iſte Guielmus, quàm
omnes alij teſtes à curia recepti, ultra quod
ſunt viles,& infames,ut puta,ſatellites, & ex-
ploratores,ſunt in eadẽ cauſa,& ideo repel-
luntur a teſtimonio, ſecundum Feder.de Se-
nis conſi.64.incip.pridie quum procurator.
& eſt tex.in capit.perſonas.de teſti.ibi,nolu-
mus quod aliqui conſimili morbo laboran-
tes,&c.& ibi Ioan.And.Sicul. Imo. & Fel.&
hoc tenuit Rota Romana, ut patet in tit.de
appel.in nou.deciſ.52.quæ incip.fuit dubita
tum.ubi allegat d.c. perſonas. & Spec.in tit.
de teſt.§.1.uer.item quod habet conſimilem
cauſam.& Federic.in conſilio ſuprad.loqui-
tur in eo, qui aliàs accepit ad uſuram ab eo,
qui,puta,nunc inquiritur de vſura, non ta-
men in ſuo,ſed in alieno caſu,quæ tamẽ ma-
teria vſurarum eſt de occultis, & difficilibus
ad probandum, nihilominus iſte talis teſtis
repellitur a teſtimonio ratione intereſſe, vt
ibi,& prout dicit Hippol.conſilio 29. num.
27.nam ſi vſurarius conuinceretur, ille teſtis
poſſet repetere uſuras aliàs ſolutas,unde præ-

ſumitur, quòd contra ipſum deponat non pro veritate,ſed ratione intereſſe, quæ ratio habet locum,ſiue iſtud intereſſe ueniat principaliter.l.omnibus.C.de teſti.ſiue in conſequentiam.gloſ.& Doćto,in l.1.§.propria.ff. quan.appella.ſit,ibi,propriam eſſe cauſam.l. nullius,ff.de teſtibus. & ſecundum Alexand. conſilio 172.incip.viſis,columna tertia, numero 6, uolumine ſecundo. Roman, ſingul. 370.incip. Volo probare. poſt Bald. in l.dićtantibus,C.de teſtamen.Ang.in diſputatio, incip. Aſtenſis miles.Bal. alibi, in l.1.colu.6, C.eod.de teſtamen.Roman.alibi, ſing.156, Alexan.alibi, conſi. 72. inſpećtis diligenter. colum.7.uolu.1.conſilio 100.ſuper primo. colum.9.& conſi. 107, in cauſa, & lite.eod. uolu.Crauet.conſilio 6.plura.uerſi.ſed quicquid.par.1.Matth.Affli. poſt Iſern. in conſt. Regni,uſurariorum.colum. 6.in fi.cum ſeq. Ioan.Anton. de Nigr. ſuper capit. Regni,ad capit.270. incip. Nouiter noſtræ maieſtati. numero 3.& Felyn.ex mente Feder.Abbat. & aliorum,in d.cap.perſonas.dicit, quod ſimilitudo cauſæ, intelligitur omnis illa quæ arguit affećtionem,hoc idem ſing. dicit Bar. Socin.in l.ſi quis ita.ff. de rebus dub. ſub numero ſexto,uerſi.& ex communi opinione. ubi ponit,quod regula, quæ habet,inhabilitatem unius teſtis ſuppleri ex habilitate alterius,non uendicat ſibi locum,quando inhabilitas cauſatur ex eo quia deponit ad proprium commodum, Menoch. de arbit.iud. caſu 99.numero undecimo, libro ſecundo, & conſilio 92.numero 48.uolumine primo. Quòd autem ſint in eadem cauſa, & omnes deponant ad proprium commodum,patet: nam quum omnes illa nocte interuenerint omnibus circa capturam Anglorum, & inuentarij confećtionem,ut ex proceſſu patet, quatenus delićtum aliquod poſſet prætendi, omnes ut rei ueniebant examinandi, non autem ut teſtes,nam nulli dubium,quod pro ſe exonerando præſumitur, quòd ſtudeant alium onerare;Vnde ſi eorum dićtis adhibeatur fides contra profiſcalem, ut curia adhibuit, & male, ipſi remanent liberi, & hoc emolumentum nedum in conſequentiam, ſed principaliter reportant, ut ex dićta cauſa non moleſtentur: nam cui dubium, quin dićti omnes examinati eodem periculo grauati pro crimine,in quo eos iudex, & ſubfiſcalis examinabant contra profiſcal.crimen aut ſint negaturi, aut leuiaturi, ut dicit Felin. in dićto capit.perſonas.in prin. uerſi. in glo. unica,& Socin. ubi ſuprà, ubi dicit,quod ſimilitudo cauſę colligitur penes affećtionem ipſius teſtis, ut dicunt communiter Doct. in dićto cap.perſonas.ut per eum ibi,& nouiſſime Dom.Franc.Burſ.conſilio 69. numero 36. par. 1, ubi reijcit teſtis cuiuſdam dićtum ratione ſimili ſupra adducta,in uerſi. Vnde ſi eorum dićtis.

99 Et ad hoc † propoſitum dicunt Doćto. quod ſuſpećtum redditur teſtimonium illius,qui propriam turpitudinem conatur tegere,uel iniuriam abſtergere,ut Alci.de præſump.reg.ſecunda, numero quarto,uerſi.& ex hac.Dec.conſilio 311.numero primo,in fine:uel etiam ſi de ſimili iniuria uindicanda ageretur,ut per Socin.ſen.conſilio 17.colu. tertia,uerſi.Item ex alio.uolum.1.ſic in alijs caſibus ratione honoris ſenſit Felyn. in cap. ſuper eo. il ſecondo. de teſti. numero ſexto, in fine.& num.7.& in facto,Curt.iun. conſi. 27.numero quarto,in fine,ubi egregiæ dantur concor.in addit.ſuper uer.non debet recipi,attentis maximè ſuſpitionibus, coniećturis, & uehementibus præſumptionibus, quæ ex proceſſu inſurgunt contra unumquęque examinatorum,ex quarum ſingulis,prę ſuppoſito delićto,poterant,& debebant torqueri,quas omnes,breuitati ſtudendo,nunc omitto: ſed quando negarentur, manifeſtabuntur;ſufficit nunc, quòd ſiue adſit delićtum,ſiue non, cum ad hoc curia finem ſuũ direxerit, non poterant iſti examinari ut teſtes, ob intereſſe uerum, vel præſumptum, principaliter,uel in conſequentiam.l. deferre.§.idem decreuerũt.de iure fiſci.& ibi Bar. in prin.Inn.in c.non ſine.in gloſ. ſua. in uer. clerici.de arbitr.Bal.in marg.uer. Teſtis.col. 3.Fulg.conſi.174.Alex.conſ.19.col.6. uolu. 4.Cæpha.conſi.170.num.4.uolu.2. & ita in ſpecie tenet in ſimili caſu Roderic. Suarez. alleg.18.incip.in cauſa quæ uertitur.num.1. per gloſ.in l.quoniam liberi.C.de teſti.ut ibi per eum.Cacher.deci.79.numero 40.quam cum alijs multis ad hoc citat Burſat.conſilio 59.numero 24. uolumine primo. & D. Menoch.in conſ.98.num.15.par. 1.& ante, nu. 14.ubi ſe ipſum,& alios concor.in hanc ſententiam adducit. Et ſic ſublato iſto fundamento de inhabilitate, uel habilitate teſtium,ſequitur,cõcluſionẽ curiæ eſſe falſam,

quod

quod licite potuerit venire ad tormenta cõtra Profiſcalem, nam non poterat, nec debebat, & quicquid fecit, contra omnia iura mũdi, & contra omnes pragmaticas fecit.

100 Quia † antequam iudex deueniat ad torturam, debet recipere indicia ſolemniter, nã indicia ſolemniter recepta debent præcedere torturam, eſt communis omnium opinio in l. 1. in prin. per illum tex. ff. de quæſt. Alexand. conſi. 65. incip. habita ſuper contentis. uolum. 1. Marſil. in l. 1. colu. 2. ff. de quæſt. ubi a num. 5. uſque ad num. 24. ponit omnia requiſita antequàm iudex ad torturam deuenire poſſit de iure. Cauenſ. ſuper pragm. Regni, ad pragm. 45. quæ incipit, Innoleuit ut fida relatione. num. 24. cum plur. ſeq. & alibi Marſ. in ſing. 117. incip. ad torturam. Quòd autem indicia, ſi quæ extent, quod negatur,

101 nõ ſint ſolemniter recepta, patet. Nam † teſtes ſuper quibus ſe fundat curia, non fuerũt repetiti ſuper interrogatorijs ipſius Profiſc. licèt ea exhibuerit, & inſteterit pro repetitione, ut fol. 3. in primo conſt. ante tort. cum proteſtatione ut ibi, & productione folij interrogatoriorum in manib. notarij recipientis, & productionem notantis, ut ibi. quo caſu teſtes ſic ut ſupra non repetiti non probãt nec ullam penitus præſumptionem inducũt. l. ſi quando. C. de teſti. ut dicunt omnes communiter in cap. per tuas. de teſti. Alex. conſi. 385. incip. viſo. col. 3. & conſi. 172. incip. viſis, col. 3. num. 7. uolu. 2. Bart. in auth. at qui ſemel. colu. ult. C. de probat. Gram. uoto. 11. num. 16. Celſus Hugo, conſi. 110. num. 13. & alij, quos in hanc ſententiam copioſe citat nouiſ. Burſ. conſ. 20. num. 65. qui multa pulchra dicit. & Hiero. de Monte in ſuis quæſt. nouiſ. editio. q. 31. num. 3. ubi loquitur in crimine hæreſis. & dicit talium teſtium ſic receptorum examen eſſe nullum. Idem in eo. hæres. crim. poſt multos, quos in hanc ſenten. citat, tenet Ioan. Royas in tracta. de hæret. par. 2. nume. 108. Immo Barb. in conſi. 115. incip. illud referam. colu. pen. uolum. 5. dicit,

102 Quod teſtis † non rite examinatus non facit indicium, & dicit teſtem non eſſe examinatum legitime, etiam ſi ipſe teſtis ſit legitimus, tamen modus examinandi non ſit congruus, vt quia non ſit interrogatus ſuper ijs, ſuper quibus debebat interrogari, & allegat ad hoc Bal. expreſſe ita dicentem in d. cap. 1. in §. ſacramentum, in 2. colum. de conſuetu. rec. feu. ubi dicit Bal. quod talis examinatio non rite facta non caret aliquali ſuſpitione, quod iudex non laborauerit ad veritatem inquirendam. Nam iudex debet ſpecifice teſtes ſuper concernentibus cauſam interrogare, vt per ſpecificam reſpõſionem eorum dictum declaretur, & ueritas eorum depoſitionis firmetur, uel falſitas detegatur, ut factum fuit in teſtibus, qui cõtra Suſannam depoſuerũt. Daniel. cap. 13. quam hiſtoriam tanquam exemplar ſibi proponere debent, de qua etiam in gloſ. fina. in l. ob carmen. ff. de teſti. & Hippol. de Marſ. conſi.

103 70. num. 9. Quum iuſdicentis † officium ſit cuncta ad cauſam facientia diligenter rimari, C. de iudici. l. properandum. §. & ſi quidẽ. 30. quæſt. 5. capit. iudicantem. ff. de interrog. actio. l. ubicumque. aliàs eſt in culpa, ut dicit Roman. conſ. 479. incip. in eo quod quæritur. ſub num. 2. uerſ. tamen in culpa eſt iudex, & fuit originale dictum Inn. in cap. per tuas. num. 4. de teſti.

Quæ ſuſpicio in iudice maxime cadit in præſenti caſu; nam liquet ex proceſſu, quod iudex omne aliud quæſiuit, quàm innocentiã ipſius Profiſc. immo eam totis viribus opprimere tentauit, fauorabilia reijciẽdo, & odioſa admittendo, immo ex ſe inueſtigando, ita quod contra eum habẽt locum omnia, quæ contra domi. Thom. Ferrat. Poteſt. Bonon. ſcribit Hipp. conſ. 51. per totum, cuius omnia dicta ita faciunt contra hunc iudicem, vt nihil magis ad propoſitum expeti poſſit. quod conſilium uideat ipſe bonus iudex ad ſui cõfuſionem. Nam ultra multa quæ ex proceſſu reſultant, quum ex parte Profiſcalis daretur exceptio de calumnia, iudex reiecit, & audire noluit, nec teſtes examinare, quum tamen facta publicatione, ſi per inquiſitum petitur repulſa contra teſtes debet ſibi dari, ut dicit Bald. in l. milites. C. de quæſtio. & poſt Aud. de Iſern. & Parid. de Put. quos citat, firmat Cauenſ. in d. pragmat. 45. numero 27. Item quum ipſe Profiſc. proponeret Ioan. Celſum biruarium teſtẽ curiæ extraiudicialiter dixiſſe. *ſe io poteſſi parlar, direi coſa che ſubito il S. F. ſeria liberato, ma non poſſo parlare* & darentur teſtes ſuper hoc, iudex reiecit, & noluit examinare, quum tamen ad hoc teneretur pro ueritate comperienda. Nam † iudex pro re-

104 periendo maleficio, uel innocentia poteſt in quacunque parte iudicij vſque ad ſenten-

tiæ prolationem, maximè ſuper nouis articulis teſtes recipere,& ad hoc tenetur,ut dicit Mat.de Afflic. in conſtit. Regni, Terminum uitæ.in penu.char.& poſt eum,& alios quos citat, Cauenſ. ſuper Rit. Mag. cur. Vicar.Ritu.71.numero tertio, attentis præſertim ijs,quæ ſupra ex proceſſu reſultantia deducta ſunt.quibus ſuffragatur Hippol. in ſua praxi crimi.in prin.& non eſt dubium,quin iudex teneretur ad hoc; ſecundum Hippol. conſilio 51.per totum.& conſi.61.incip. ſermonem meum. num. 22. uerſic. quinimmo fortius.& Aret.conſilio 147.incip.Viſa conſultatione.ut dicit etiam mirabiliter Bologn. in repet. l. ut uim. de iuſt. & iu. ſub numero quinquageſimo,circa med.ante uerſ. igitur. ubi dicit,quòd iudex non tantum admittere debet,ſed etiam ſi non allegaretur pro parte rei,ipſe ex officio ſuo deberet ſe informare de innocentia rei,examinando omnes teſtes,de quibus ex quacunque cauſa habuerit notitiam, & allegat ad hoc iura, ut per eum ibi.

Accedit,ut etiam ſupra dixi, quod tanto magis iudex id facere debebat, quia Ioan. Celſus in ſua depoſitione exceſſit officium teſtis,ut oſtendi in reſponſ. ad ſecundũ obiectum,in uerſi.& eo magis ſuſpectus eſt, quo caſu habet locum not.theor.Oldra. in conſi. 210.num.6.uerſ.circa primum. ubi loquitur in materia hæreſis,& ſic in fortioribus terminis,quàm ſit iſte caſus, & in repulſa duorum teſtium in ea materia decidit hanc quæſtionem, & ipſius theorica cõfundit proceſſum iſtum.Vlterius Guielmus, ſuper quo ſtat totum fundamentum curiæ,fuit in camera examinatus, non fuit carceratus,non confrontatus,non repetitus, quia iudex præmiſſa facere recuſauit,licèt Profiſcalis pluries inſteterit, quòd carceraretur, quia ipſum uolebat redarguere de falſo, ſeu ut ſaltem confrontaretur ſecum,ut in proceſſu conſtat. quod tamen de iure negari non debebat,ut dicit Cãpan.ſuper capit.Regni.capit.224.incip.cre-
105 ſcit culpa.num. 27. Clarum † eſt autem, ꝙ teſtis in camera examinatus non facit indicium ad torturam,niſi iterum repetatur a iudice, & examinetur parte citata ad uidendũ deferri iuramentum teſti,ut late proſequitur Felyn.in ca.in nomine. de teſti.à nu. 8.uſque ad nu.18.& præſertim in uerſ.modò aduerte, & in uerſ.tertiò limita.ubi habetur,modũ ſeruatum a iudice in hac cauſa totum contrarium iuri fuiſſe,& a iure,& æquitate omnino alienum,& hoc tenuit Bar.in l.fin.in fi. ff. de quæſt.quem refert,& ſequitur Cauen. ſuper d.pragm.45.nu. 24. Et ultra prædicta,iudex hoc etiam facere debet cum termino ad dãdum interrogatoria,ſecundum Aret.in trac. maleſ.in uer.fama.uerſ.Quæro qualiter probetur indicium.poſt Bar. in d.l. fin.in fi.ff.de quæſt.& iſta eſt communis mundi practica.
106 Nam licèt † iudex poſſit pro informatione ſua circa commiſſum delictum recipere, & examinare teſtes ſecretè in camera, non tamen poteſt uigore talium teſtium ad torturam procedere,niſi ſeruet dicta ſupra, ut dicit Hippol.conſi.95.num.6. immo teſtis taliter receptus nihil omnino facit,nec nocet, ſecundum Saly.in l.fina.C.de quæſt.Bald.in l.iubemus.col.3.uer.item dixi.C. de probat. Ang.in repetit.l.ſi uacantia.colum.27. C.de bon.uacan.lib.10.Alexan.conſ.65.inci.Habita ſuper contentis.uol.1.& conſ.130.inci. In cauſa Angelorum.colu.3.uolu.2.Gand.in tract.maleſ.in Rubr.quom.de maleſ. cognoſcat,per inquiſit.col. 2. uerſi. ſed nunquid in introductione.& Hipp.conſ. 51. nu. 19.uol. 1.ubi ſe ipſum allegat in l.fina.C.de probat. & in l.1.in prin.ff.de quæſt.& alibi late conſ. 15.num.15.uol.1.Corneus in conſ.68.inci. Aliquandiu.in fi.uol.2.Bolognet.in l.2.C.de eden.nu.29.uerſ.tertiò limitatur.& ita etiam ſeruatur in criminalibus in Vrbe Roma. ut omnibus notum eſt. idque teſtatur Gabr.in conſ.178.num.33.ubi dicit, quod exemplo curiæ Rom.teſtes in criminalibus debent repeti ſuper interrogatorijs rei. & loquitur in crimine hæreſis. Pro quo facit not. dictum Feli.in ca. per tuas.de teſti.col.fi.uer.ultimo. vbi dicit,quòd ſicut iterato editur inſtrumentum, quod redarguitur de falſo. l. ſi uteris. C.de fi.inſtrum.ita iterato debent uenire teſtes qui falſi dicũtur,ita dicit Bal.in d.l.ſi uteris.col.ult.poſt Nicol.de Matarel. Sic fieri debebat de omnibus teſtibus a curia in hac cã examinatis, & præſertim de Guielmo teſte fundamentali ipſius curiæ,quem nunquam iudex uoluit repetere,nec cum Profiſcali cõfrontare iuxta ſtilum curiæ, & diſpoſitionẽ iur.com.nam producens teſtem non põt impedire partem uolẽtem eum interrogare in ſui fauorem contra producentẽ,ut no. Dec. in l.2.& l.fina.C.de eden.& Alex.in l.1.C.ut

quæ

quæ deſ.aduoc.dicit Ioan.Bologn.in d.l.fin.
ſub nume.56.uerſi.ſicut nec etiam. licèt ipſe
profiſcalis pluries requiſierit ipſum iudicem
ſuper ijs.

Et hoc fecit ipſe iudex, ne eius falſitas, &
ſubornatio detegeretur: falſiſſimus enim eſt
ex p̄miſſis, & nihil ueriſimile deponit. Quo
107 † caſu in iure non probat, nec ei creditur,
in aliquo, cap. inſpicimus. de regul. iur. in 6.
Corn.conſi.55.uol.3.Crau.de antiq.tempo.
fol.56.num.34.& 40. Gabriel. in ſuis concl.
tit.de teſti.concl.4.num.28.& 29.Port.Imo.
lib.1.ſuar.concl.c.23.& 24.ſecuudum Inno.
in c. auditis.de præſcrip.Anch.conſ.257.in
cip.ex ordine.colu. ult. ubi dicit, quod non
uerisimilibus iudex non debet adhibere fi-
dem.& tales deponentes nō ueriſimilia mul
tum ſunt ſuſpecti de falſo.Alex.conſi.438.in
cip.circa primum.col.pen.& late Hipp.in d.
l.1.col.15.in prin.ff.de quæſt.Abb. in c.quia
uerisimile.in ult.not.de præſumpt.quem ſe-
quitur Iaſ.in l.ſi extraneus.in 2.colu.de con-
di.cau. data.& alibi Marſ.conſ.31.num. 19.
& 27.quem refert, & ſequitur Rolan.conſ.7.
108 8 num.17.in primo uolum. Nam † ut inquit
Bal.in l.fina.in fi.C.de eden. probatio debet
eſſe ueriſimilis, aliàs ei non eſt ſtandum.& vt
dicit gloſ.& Bald. in l.1. qui & aduerſ.quos.
probatio ſemiplena non veriſimilis excludit
iuramentum in ſupplementum probationis,
vt dicit etiam Alexā.in l.ob carmen. §.1. de
teſti.Firm.in uerſi.Probatio ſemiplena.uerſi.
12.& in uerſ. Iuramentum in ſupplemētum.
uerſ.19. Et eſt etiam ſingularis, ut ſunt om-
nes alij teſtes curiæ, nam ipſe non habet con
teſtem, licèt habere poterit, & nominauerit
unum, quem tamen dicit non cognouiſſe,
quo caſu non nocet.c.bonæ.il 1.& c.cum di
lectus.de elec.c.licet cauſam, ubi per omnes,
109 de probat.l.ob carmen. de teſti. Item † eſt
incognitus, alienigena:& clarum eſt, ꝙ teſtis
incognitus non admittitur in criminalibus
niſi approbetur, ut per Arch.in c. canonica:
3.q.5.ſemper enim eſt ſuſpectus. Vnde quū
allegauerit conteſtem, debebat interrogari
circa ipſum, uel ſaltem ſuper qualitate ueſtiū
& forma corporis ipſius, & alijs circumſtan
tijs requiſitis, & elaborandum erat, ut inue-
niretur ipſe conteſtis, & fieret recognitio, vt
poſt Spec.dicit Fel.in c.cum cauſam.de teſti
ſub nu.mihi 11.uerſi.in ea. glo. in fi.ibi, quæ
omnia iudex commiſit.

110 Nam † omnis actus humanus faciens in-
dicium, uel coniecturam ad negotium prin-
cipale, ſiue in dicendo, ſiue in faciendo con-
ſiſtat, per duos teſtes conteſtes probari de-
bet, alioquin etiam mille ſingulares de diuer
ſis actibus vel indicijs deponentes nihil pro
bant, Deuteron.ca.19. non ſtabit teſtis unus
contra aliquem, quidquid illud peccati aut
facinoris fuerit, quoniam in ore duorū, uel
trium ſtat omne uerbum, Math.c.18.& Io.c.
8.l.ubi numerus, ff.de teſti.l.iuriſiurandi.in fi.
C.eo.c.in omni.c.licet uniuerſis. & c. cum a
nobis.extra eo.tit.glo.ord.in l.fi.in uer.indi-
cijs.C.fam.erciſcun.ſecundum Bart. ibi, qui
eam pro not.refert in l.fin.nu.7.ff. de quæſt.
Hippol.in l.1.§.idem Cornelio. in prin. in l.
de minore.§.plurimum.num.9. in l. unius.§.
teſtes.nu.1.& in l.fi. num.6.ff.de quæſt. Ant.
Gom.lib.13.reſol.c.13.num.18.Ioan.Roias
de hæreti.par.1.nume. 336.eſtque commu-
* nis opinio, ut per Alex.conſ.11.incip.ſentio
in dubium.uol.4.& conſi.94. incip.repeti-
tus.col.pen.uol.7.Socin.conſ.118. incip.vi-
ſa.col.3.in fi.uol.1.Dec.conſ.310.inci. viſis,
in fi.uol. 2. & hoc uſu forenſi, & multorum
authoritate confirmatum tradit D. Menoc.
in conſi.98.num.12.par.1.aſſumptum patet
ex deductis, ergo &c.

111. Et † iſtud obiectum fundatū ſuper dicto
Guielmi corruit ex no. diſtin.quam tradunt
Doct.in hac materia, dum dicunt, aut adeſt
unus teſtis de ueritate deponens de ipſomet
delicto, & tunc facit indicium ad torturam,
ſi eſt integer; per glo.in l.ſi quis.in uer.conui
ctus.C.ad leg.Iul.Maieſt. ut late proſequitur
Rolan.à Val.conſ.7.num. 3. & per tot.conſ.
uol.1.Cæpol.ante ipſum conſ.crim.40.in 4.
dubio.Paris de ſindic.c.12.in prin. Aut non
deponit de ueritate ipſius maleficij; uel de
aliquo actu; uel remoto uel etiam proximo
ipſi maleficio, prout eſt iſte actus rugādi fal
ſiſſime relatus a Guielmo, & tunc talis teſtis
non facit indicium ad torturam, ſed requi-
runtur duo teſtes ad ipſum indicium probā-
* dum, ut communiter teneri dicit Socin.cōſi.
54.num.2.uol.3.Marſi.conſ.59.num.6.latiſ-
ſime Rolan.ubi ſupra, per tot.conſi.& hanc
diſtinctionem dicit eſſe canonizatam in iu-
dicijs, & in ſcholis, Alci.cōſ.455.nu.1.quem
refert, & ſequitur Iul.Clar.lib.5.ſenten.§.fin.
circa finem.hic non modo non adſunt duo,
immo nec etiam unus, & ſi unus, non qualis

eſſe debet,id eſt,omni exceptione maior, vt poſt Afflic.in conſtit.Humanitate. num. 21. uerſi.Quæro pro declaratione.& alios quos citat,tenet Proſp. Carau. in commentar.ad Rit.Mag.cur.Vicar. ſuper Ritu 41. incipien. Item ſi accuſetur.num.7.ergo malè, & non ſeruata forma iuris,æquitatis,& conſuetudinis,deuentum eſt ad torturam contra ipſum Profiſcalem.

Quod etiam patet cuicunque recte intelli
112 genti legem primam.ff.de quæſt.Nam † dicit text. Ad tormenta ſeruorum ita demum ueniri oportet, quum ſuſpectus eſt reus, & alijs argumentis ita probationi admouetur, ut ſola confeſſio ſeruorum deeſſe uideatur, & glo.in uer.confeſſio, dicit, ad faciendum reum de innocente nocentem. Textus præſupponit multa. Primum, quod conſtet de delicto;Secundum, quòd detur certus delinquens; Tertium,quòd ſit aliquis ſuſpectus, & indiciatus;Quartum,quòd teſtes torqueantur in caput rei, ad hoc ut eorum dictum faciat reum de innocente nocentem, & ſic poſtea ipſe reus poſſit torqueri. Sed nullum præmiſſorum apparet,nec factum fuit in pręſenti caſu, immo omnia contra mentem legis,& Doctorum,perperam & iniquè,nam non conſtat de delicto,& ſic per dicta ſupra, non poterat nedum carcerari, cum ad hunc effectum carcerandi requiratur, quòd conſtet de delicto per unum teſtem de viſu, aut per famam publicam,ut dicit Proſp. Carau. ſuper d.Ritu.41.num.6.quod non eſt hic, vt dixi:ſed nec multo minus torqueri, prout ēt de hoc latiſſime differendo concludunt Anton.Gabriel.Roman.concl.lib.7.titu.de criminal.conclu.17.ubi,ex multis allegatis per eum, docet ad torturam non poſſe deueniri niſi conſtet de delicto,& de corpore delicti, & tradit qua ratione conſtare debeat, ut ēt dicit Angel.iunc. addit. Auguſt. de Arim.in tract.malef.in uer.fama publica.uerſ.duodecimo tu iudex,ubi ponit, quid neceſſariò iudex facere teneatur, ad hoc ut poſſit in cauſa furti procedere,& clariſſime hoc concludit Crau.conſ.260.ubi num. 1.ex multis probat, quòd non licet aliquem torquere, niſi probetur delictum eſſe commiſſum,ubi exēplificat in crimine læſæ maieſtatis, & in crimine robarię,quòd ſtante ſtatuto,quod credatur iuramento derobati ſuper quantitate damni, debet prius conſtare commiſſam eſſe derobariam. & idem repetit in eod.conſ. num.4.poſt Bar.Bal.Ang.Dec.& alios quos citat,hic non tranſcribo, quia communiter habetur:quem locum ſi iudex legere,& obſeruare uoluiſſet,ut tenebatur, innocentiam profiſ.non oppreſſiſſet, & ſic ceſſat primum
113 requiſitum legis.Non datur † certus delinquens,immo non apparet ex proceſſu,ꝙ ullus deliquerit,quo caſu de iure ceſſat proceſſus, ut dixi ſupra in reſponſione ad primum obiectum in fi.quib.addo Hippo. in repetit. Rubr.C.de probat.num.420.uerſi.adde etiā ultra prędicta.ubi per multa diſcurrit,& oſtēdit iudicem ratione incertitudinis delinquētis,uel delicti non poſſe contra aliquem procedere,ut ibi per eum late.quod autem conſtare debeat de perſona certa delinquentis ad effectum procedendi, firmat Proſp.Carau.in d.Ritu.41.in prin. ubi ex illo Ritu dicit non poſſe procedi in criminibus,niſi conſtet per unum teſtem de uiſu de delicto, & perſona,& ſic non apparet ſecundum requiſitum legis.

Tertium requiſitum omnino excluditur ex deductis in reſponſione ad ſecundū principale obiectum curiæ de pręſumptionibus nam contra hunc profiſc. nulla ſunt indicia, nec præſumptiones,nec ſuſpitiones, immo
114 omnes pro ipſo.Nullus † fuit in caput eius tortus,licèt oēs examinati eſſent uiles, infames,mercenarij,biruarij, & paterētur oppoſitiones de quibus ſupra, & infra ēt ad aliud propoſitum dicam,quæ perſonæ licèt aliqñ admittantur ad teſtimonium, ut in crimine læſæ Maieſtatis, & ſimilib.delictis maiorib. dummodo ſint duo teſtes,& non unus ſolus, ut late proſequiť Cacher.poſt multos, quos citat in deciſ. 79. incip. Quoniam in hac cā. num.37.& 38. tamen non admittuntur ſine tortura,ut ipſe dicit ibi.& dicit glo.in c.illi q. 5.q.6.& in §. ſi uero ignoti.ī Auth.de teſti. ꝙ in caſib.exceptis,in quib. uiles admittuntur, intelligitur cum tormentis. & ita etiam dixit Alex. conſi.61. colum.1. uolum. 1.poſt Bart. in l.1.col.5.C.de ſum. Trinit. Franc.Aret.in c.1.col.7.de iudici.glo.in c.cum P. de accuſ. tex.2.q.1.c.in primis.in fine.glo.in cap. per tuas.in uer.adminiculum. de ſimon. Hippo. in l.ex libero.in prin.ff.de quæſtio. Afflict.in conſtit.proſequentes.colu.3.num.12.Campan.ſuper capitulo Regni.7.incip. frequens & in effrenata.num.51.uerſ. Et ſuperius.ubi multas

multas concordan.citat, & idem ipſe repe-
tit alibi ſuper cap. 224. quod incipit, creſcit
culpa.nu. 26. & ſic ceſſat quartum requiſitũ
d. l. quæ ſola conſideratio ſufficere deberet
contra iniuſtitiam proceſſus, & ad eius nul-
litatem.

Non obſtante etiam aſſerta uariatione,
quæ fuit totum fundamentum curiæ : nam,
vltra ea quę ſupra dixi in reſponſione ad ter
tium obiectum principale, dico, ꝙ, data ẽt
ſed non conceſſa uariatione, ipſe profiſc. nõ
poterat torqueri : nam licèt ueritas ſit, quæ
ibi deducta eſt, tamen dato quòd ex propo-
ſito uariauerit, talis uariatio fuit ſibi licita,
115 quia † reo licitum eſt contraria ponere, &
dicere propter ſui ſalutem, ff. de excep. l. ne-
mo. ff. de bon. eor. l. 1. & ex hoc dicit Andr.
de Iſern. in conſt. Regni, ſi damna clandeſti-
na. col. 7. quod ſi principalis variet, uel uacil-
let, non propterea tormẽtabitur. licet enim
principali uariare ſine pœna, ut dicit idem
And. de Iſern. in c. 1. §. ſacramentum. de con
ſuet. rec. feu. & in conſt. Regni, incip. Edicto-
rum. Afflic. ſuper ead. conſt. ſi damna. nu. 63.
& ita tenent omnes practici, & boni Doct.
maxime in Regno, propter auth. Andr. de
Iſern. ut dicunt Paris de Put. in tract. de ſind.
in uer. Viſo de indicijs, Thom. Gra. uoto 30.
Cauenſ. ſuper Ritu mag. cur. 79. nu. 2. ut etiã
per Blan. ſuper l. fin. ff. de quæſt. num. 265. in
uer. Mendacium an faciat indicium, & Mar-
cus Anton. Nat. conſi. 499. incip. inquiritur
per dominum prætorem. nu. 7. uol. 3. Et vno
116 uerbo, materia vacillationis † & uariatio-
nis eſt conſiderabilis ad torturam, in teſte,
non autem in principali, vt dicũt oẽs Doct.
loquentes de materia, ut etiam notat Cam-
pan. ſuper cap. Regni. 147. quod incip. in ac-
cuſatis. nume. 9. ſuper uer. in teſte vacillante.
quocunque igitur ſe uergat iudex, cognoſce
re poterit male proceſſiſſe.

117 Vlterius † dico, quòd quando iudex ha-
bet arbitrium in procedẽdo, debet iudicium
ſuum ferre cum conſilio peritorum, ſecun-
dum Ant. de Butr. cum glo. in ca. ut debitus.
de appel. per ea quæ habentur, in c. ne innita
ris. de conſtit. ubi exemplificat Butr. quod ſi
alicui iudici committitur aliquid expedien-
dum ſecundum, quod ſibi uidebitur, intelli-
gitur tamen hoc habere locum, ut procedat
habito conſilio peritorum, & ſequitur Car.
Alex. ibi, col. 11. & Hipp. conſi. 18. num. 39.
Quum ergo de iſto conſilio in proceſſu, &
actis nullibi appareat, obiectum de arbitrio
fieri non poteſt, quia tunc arbitrium reſtat
nudum, quæ nuditas nullius eſt effectus, attẽ-
to maximè, ꝙ contenta in proceſſu non ſub
ſiſtunt de iure, ex ſupradeductis propter ca-
rentiam fundamenti probationis delicti, &
ubi non eſt fundamentum, ędificari non po
118 teſt, c. cum Paulus. 1. q. 1. Nam † ſi iudex nõ
procedat ſecundum iuris regulas, ſed ex cer-
uice ſua, poteſt ab eo appellari, & reclamari
ad ſuperiorem. glo. in cap. ſuper ijs, de accu.
ſat. l. ſi qua pœna, & ibi Bart. in fine. de uerb.
ſignifi. c. 1. & ibi gl. de dilat. Alex. conſ. 131.
incip. in cauſa uertente. circa ult. col. uol. 2. &
conſi. 28. col. 2. uol. 1. & conſ. 31. incip. viſis.
col. 5. uol. 2. & Marſi. conſ. 42. num. 8. Nihilo
minus, ut ex proceſſu patet, iudex non obſtã
te appellatione, reclamatione, & dictione
nullitatis, de quibus in proceſ. tort. fol. 4. in
primo conſtit. & fol. 5. uerſi. præſente ſupra-
dicto, & uerſi. Et dicto Domino reiteratis in
conſtit. poſt primam tort. fol. 13. ibi, præſen
te dicto domino ad torturam proceſſit, actũ
in iure nullum faciendo. & adeo uerum eſt
facultates, & arbitrium intelligi iuxta trami-
tes iuris, non autem ex ceruice iudicis, ut cũ
tali arbitrio, niſi adſint legitima indicia, non
poſſit reum torquere, aliàs tenetur in ſindi-
catu, ſecundum Pau. de Leaz. in c. grauis. de
119 depoſi. Quod † procedit etiam ſi Princeps
iudici mandaret, ut quem torqueret ſine in-
dicijs, ut in contingentia facti ſibi occurriſſe
ſcribit Neuiz. in ſilua nupt. lib. 1. nu. 63. uerſi.
Vigeſimum. ubi ponit caſum in furto, & con
cludit ut ſupra. & nihilominus iſte iudex ad
torturam proceſſit, non extantibus indicijs,
& male de iure.

120 Nec † etiam ex tali facultate, & arbitrio,
quantæcunque præeminentiæ ſit, poteſt de
negare defenſiones reo, clem. ſæpe, cum gl.
in uer. defenſiones. de uerb. ſignifi. Anchar.
conſi. 146. Marſi. conſ. 52. num. 13. nam talis
facultas dicitur odioſa, & contra clemẽ. pa-
ſtoralis. §. cæterum. de ſenten. & re iudic. l. ut
vim. de iuſt. & iu. nam ut dicit Imo. in clem.
frequens. col. 4. de exceſ. prælat. nulli eſt de-
neganda defenſio, & tamen iſte iudex nega
uit defenſionem, & petitam dilationem, ut
ex proceſ. tort. apparet, fol. 1. in primo con-
ſtit. & in conſt. 3. & alibi paſſim; ſic potius ge
rendo ſe ut aduerſarium, quàm ut iudicem.

121 Nam † iudex debet, nedum parte petente, ſed etiam ex officio ſuo rei innocentiam quærere, etiam ſi ſe non defendat, iur. vulg. ſecundum Barto. conſi. 107. qui ampliat nedum ante ſententiam, ſed etiam poſt ſententiam, quod intellige nedum ſuper antiquis articulis, ſed etiã ſuper nouis, ut dicit Proſp. Carau. poſt alios, ſuper 69. Ritu mag. cur. Vicar. num. 1. & ſic ex Bart. not. Ioan. Michael in addit. ad Cauen. ſuper dic. Ritu, in lit. B. & plus dicit ipſe Barto. quod ſi non reperit ipſum carceratum culpabilem, debet facere, ꝙ poteſt ut abſoluatur, ut idem met Bart. dicit in l. libellorum. ff. de accuſat. not. in l. ſi non defendantur. de pœn. & in l. 1. in fi. ff. de quæſtion. & in quæſtio. quam diſputauit Piſis. & Gemin. conſ. 26. incip. Caſus. col. 2. num. 2. iunc. fi. num. præced. & pulchre Ioan. de Anan. conſ. 59. incip. viſa. ſed liquet quod iſti omnia fecerunt pro opprimenda innocentia ipſius.

Nec ualet, quod opponunt de confeſſione, quia ultra ea quæ infra dicã contra obie-
122 ctum de confeſſione, dico † iudicem nedũ, ut ſupra, laborare debere, ſed etiam teſtes recipere debet ad defenſam, licèt adſit uera, & ſpontanea rei confeſſio, ſecundum Aret. cõſilio 147. inci. uiſa conſultatione. col. 3. poſt med. per l. 1. §. fina. ff. de quæſt. & §. ſi quis vltro. & ibi Bar. & clarius idem Barto. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. & Bal. in l. cum precum. ad finẽ. C. de lib. cauſa. ubi dicit, quòd ſalus hominis tanquam reſpublica eſt tuenda officio iudicis, multo magis hoc iudex facere debebat in hac cauſa, in qua ei optime ex proceſſu conſtare poterat de innocentia ipſius, & ipſum adiuuare, non autem per tormenta, & eorũ metu extorquere id, quod ius non admittit. imò Hippol. in conſi. 60. num. 22. ex mente Aret. vbi ſupra dicit, quod nedum iudex id poteſt, ſed
123 etiam ad hoc tenetur; Et † hoc eſt adeo verum, quod etiam ſi quis eſſet uerè confeſſus, probata innocentia nõ puniretur, l. inde Neratius. ad fin. ad leg. Aquil. ca. 2. & ibi Inn. de purg. vulg. not. Bal. in l. unica. colum. ult. C. de confeſ. Felyn. in cap. nullus. col. 1. num. 3. de præſumpt. Et hoc eo magis iudex facere debebat, quia profiſcalis ipſum requiſiuit, vt faceret publicari bannum, de quo in proceſſu torturæ, conſtit. 2. ſub ijs uerbis. *Et anchora ſupplico le ſignorie uoſtre, che à ſatiſfattion mia uogliano mandar un banno publico, ò in nome di ſua Santità, o di Monſ. Reuer. Gouernatore, che chi ſa, & chi ha hauuto notitia de chi haueſſe hauute, ò pigliate queſte cinquecento corone, lo uenga a denontiar, che li ſerà perdonato, anchor che foſſe complice, & ſe hauerà participato, ſe li donerà quel, che hauerà participato, & cinquanta ſcudi, quali eſſo S. F. ſi obliga pagare, & che in ogni caſo eſſo non poſſi hauer beneficio alcuno, ancher che foſſe ſcoperto principale, o complice.* Sed quum veritatis detectio eſſet ſubleuamen innocentiæ ipſius, ideo nec iſtud facere uoluit iudex, quod tamen curiæ nullum afferebat præiudicium, & hoc fuit indicium', immo proba-
124 tio maximę iniquitatis: nam † de iure, & de conſuetudine, & ſtilo curiæ Romanæ ad id tenebatur, & iſta eſt regula, quam pro infallibili tradunt omnes Docto. ut dicit Petr. Follet. in pract. crim. canon. fo. mihi 119. numero 27. & de ſtylo Romanæ curiæ ſeruari, ut huiuſmodi edicta, & banna proponantur in materia inueniendorum delictorum, & delinquentium, etiam in materia furti, & qđ concedantur ad inſtantiam partis, tradit latiſſime Neuiza. in Silua nupti. lib. 3. num. 30. uerſ. Amplia ſecundo. & num. 31. & 32. ubi ampliſſime confirmat iſtum ſtilum, & dicit, probatque ipſum fundari in iure communi, & ibi etiam teſtatur hanc eſſe communẽ * opinionem, quem refert, & ſequitur Iul. Cla. lib. 5. ſenten. §. fina. q. 27. uerſi. Aliquando ẽt facit Iudex proponi edictum. Quum igitur talis ſit ſtylus curiæ Romanæ, & ipſum iudex non ſeruauerit, ex iſto capite proceſſus
125 corruit: nam † ſtylus iudiciorum debet ſeruari. C. de iniur. l. fina. & actus factus contra ſtylum, nullus eſt. l. prolatam. C. de ſenten. Felin. in c. cauſam quæ. il 2. in fi. de teſti. c. quam graui. de crim. falſi. Bart. in l. de quib. nu. 10. de leg. Bald. in l. fina. C. quæ ſit lon. conſuet. ubi expreſſe dicit talem ſtylum habe ri pro forma, & ab eo non eſſe recedendum, imò nec a iudice remitti poſſe, dicit idem Bald. in Aut. iubemus. in fine. C. de iudici. Guid. Pap. q. 262. & 292. Dec. cõſ. 699. numero 4. & 5. Calca. conſ. 87. & 119. num. 2. & 3. Socin. cõſilio 39. num. 29. uol. 4. Neuizan. latiſſime ubi ſupra. Euetar. in cent. leg. in loco à ſtylo curiæ. per tot. Cacher. deciſ. 22. incip. quoniã ex actis. num. 6. & 16. Pariſ. conſi. 43. col. fi. uol. 1. conſi. 107. num. 87. uol. 3. conſ. 14. col. 2. uol. 4. Ruin. conſ. 150. col. 2. uol. 5. Rolan. a Val. conſi. 70. num. 13. uol. 1. & in ſtylo Re

gni quòd pro lege ſeruetur, dicit Affl. deciſ.
135.num.3.deciſ.88.in fin.& in conſt. præ-
ſenti lege.4.not.cir.fin. Carau. ſuper Rit.80.
nu.12.in nouiſ.edit.& Cæſar Vrſil. ad d. de-
126 ciſ.Afflic.135.num.2. Nec poteſt † ſe excu
ſare iudex, ſi forſan diceret ſe non habuiſſe
notitiam de tali ſtylo, quia ipſum confundit
§.Seruius autem Sulpitius.l.2.de orig.iur.po
terat enim de ipſo ſe informare ab aduoca-
tis, procuratoribus, & notarijs, a quibus de-
bebat id requirere.l.3.§.fina.& ibi Bart. ff.de
teſti.ut per Alex.conſi. 14.num.2.uolu. 5.&
clarius in l.4.§.hoc autem iudicium.col.pen.
uerſi.item iudex.ff.de dam.infecto.

Ad illud quod in obiecto dicebatur, indi-
cia ad torturam eſſe arbitraria, reſpondeo,
127 † illud non habere locum in criminibus, iu
quibus poteſt dari aliqua via ad cognoſcen-
dum indicia ſufficientia ad torturam, ſecun-
dum Bar.in d.l.fina.ff.de quæſt.in quibus po
nit furtum, ut per Brun. in tract. de indici. &
tort.§.circa tertium, in prin. &, vt licet cuiq;
uidere apud eum ibi diſcurrētem omnia in-
dicia in materia furti, dico, quod in hoc pro
ceſſu nō adſunt indicia nec remota, nec pro
pinqua, & quatenus adſint, quod negatur,
non probantur eo modo, quo probari de-
128 bent. Nam † indicium remotum debet pro
bari ad minus per duos teſtes conteſtes, Bar.
in l.1.ff.de quæſt.Bal.in l. ſi quis ex argenta-
rijs.§.1.ff.de eden.Alex.cōſi.18.uol.1. Marſ.
ſing.269.& 476.Ruin.conſ.7.num.5.& con
ſilio 137.num.1.uol.5.Blan.in l.fin.num.46.
& 366.de quæſt.Cæpha.conſ.223.num.19.
immediatum uero per unum, qui tamen ſit
omni exceptione maior.Crauet. plene con
ſilio 6.num.12.& conſ.99.num.4.poſt Dec.
conſi.263.& Marſil.in pract.§.diligenter.nu
mero 6.& 7.& ſing.342.glo.fina.in l.fina.C.
famil.erciſc.Bar.per eam in d.l.fi.ff.de quęſt.
& in l.admonendi.col.11.de iureiur.Marſil.
conſi.10.num.9.& conſi.18.num.11.& in
multis alijs locis, ubi ponit illud exemplum
de uiſo exire cum fardello ſub cappa, e do-
mo in qua fuit commiſſum furtum, & dicit,
quod debet probari per duos teſtes conte-
129 ſtes, & legitimos: Immo † quodlibet indi-
cium propinquum uel remotum debet pro-
bari per duos teſtes conteſtes, ut pulchre di
cit Ioan.de Amicis, conſi. 127.num. 10. ubi
inquit, quod in iſta cōcl. non inuenit aliquē
contradictorem, & iſta concl. ſumpta eſt ex
vulg.gloſ.in l.fina.in uer.uel indicijs.C.fam.
* erciſcū.quam ſequuntur communiter Doct.
ut dicit Ang.de Caſtro inter conſ. Crim.di-
uerſ.conſi.94.num.26.uol.1.quam etiam cō
muniter approbatam dicit Socin. conſ.54.
nu.2.uol. 4. & late per Blan. hanc materiam
diſcurrentem de probat.indici.in d.l.fi. in 7.
præmiſ.per tot.ff.de quæſtio.& ita per illam
glo.firmat Bar.& ipſum ſequuntur Moderni
in d.l.fina.de quæſt.pro qua conſuluit Alex.
conſ.65.uol. 1.conſ.8. uol. 2.conſi. 93.uerſi.
nec obſtat.ubi dat glo.conſociam.eo. uol. 1.
& conſi.5.eo.uol.conſi.114.uerſ.quod nul-
lum.uol.3.& conſ.216.col.2.uerſi.præterea.
uolu.6.Pariſ.in tract. ſindic.in uer.aduerten-
dum.in prin.Cæpol.conſi.40. col. 6.Angel.
conſ.111.Cauenſ.ſuper pragm.Regni 45.nu.
36.quod non eſt in hoc caſu, nā nullus actus
proceſſus probatur nedum per duos teſtes
conteſtes, ſed nec etiam per duos teſtes; &
uix per unum patientem iā dictos defectus.
130 Præterea, † licèt indicia ſint arbitraria: ta
men, ut ſupra dixi, tale arbitrium debet regu
lari iuxta regulas iuris communis, & debet
eſſe iuri, & æquitati conſonum.l.1.uerſ.ut le-
gem non offendat.ff.de uſur. ca. cum autem.
ubi Præpoſ.22.diſtin.dicit, quod arbitrium
iudicis debet eſſe diſpoſitioni iuris, uel ap-
probatis doctrinis congruum, & illum tex.
ad hoc, poſt Angel.deciſ.748.& 752. notat
Gabriel.conſ.74.num.8.& Rom.conſ. 376.
incip.Quæſtio eſt.col.4.num.7.& ibi Mand.
iunior, in ſuis fœcundis addit.in addit.ſuper
uer.ordinaria.ubi hāc ueritatem ex Docto-
rum reſponſis, & firmis rationibus indicat,
& ante eum Bal.in ſua diſput.incip. Statuto
cauetur.col.ult.Alex.conſi.217.colum. pen.
uolu.2.& Pariſ.pulchre conſ.151.incip.pau-
cis agam.col.4.uol.3.uerſ.ex quibus. ubi di-
131 cit, Quod † licèt iudicis arbitrio committa-
tur an indicia ſint ſufficientia ad torturam,
uel ne, tale arbitrium non debet eſſe abſolu-
tum, ſed limitatum a lege, & ſecundum legis
diſpoſitionem, cui Pariſio multum creden-
dum eſt, quia fuit Auditor cameræ in curia
Romana, & expertiſſimus in iudicijs. ſequi-
tur Blan.in d.l.fi.de quæſt.in 6.præmiſ.num.
132 41.Prout † in ſimili, in eo qui habet pote-
ſtatem diſponendi ſecundum conſcientiam,
quod non habet ſequi conſcientiam ſuam,
ſed communem.text.eſt in c. iudicet. 3.q.7.
ubi pulchre dicit text. bonus iudex nihil ex

arbitrio

arbitrio ſuo facit, & propoſito domeſticæ voluntatis, ſed iuxta leges, & iura pronuntiat,ſtatutis iuris obtemperat, non indulget propriæ uoluntati,nihil præparatum,& meditatū de domo defert,ſed ſicut audit, ita iudicat,& ſicut ſe habet natura cauſæ,decernit obſequitur legibus,non aduerſatur, examinat.cauſæ merita,non mutat.& infra,Qui iudicat,uoluntati ſuæ obtemperare nō debet, ſed tenere quod legum eſt.& Cy.in l.ſi quis. C.ad leg.Iul.maieſt.& Hippo.poſt alios con ſilio 63.num.16.cum ſeq.& in terminis conſilio 64.num.14.ubi dicit,quòd ſi aliter diceremus,ſequeretur, quòd iudex habēs teſtes parum, uel nihil ad cauſam facientes poſſet homines torquere, dicendo, ego potui hoc facere, quia erat in arbitrio meo adhibere fidem teſtibus,quod non eſt dicendum.

133 Immo † licet iudex habeat a ſuperiore latum, & liberum arbitrium in criminalibus, non poteſt nedum torquere, ſed nec reum interrogare,niſi præcedāt legitima indicia, Ferrat.caut.13.incip.iura.Paris de Put.in tracta. de ſindic.in materia repetit.tort. car.mihi 85.col.3.in prin. Silua nuptial. in tit.non eſt nubendum. §. Deueniendo igitur.nu.63. uerſic.vigeſimum,ſi iudex.pag. mihi 44. & hoc uerſſimum eſt,ſecundum Pau. de Leaz. in d.c.grauis. de depoſ. Alex.in l. filiusfamilias.in 5.apoſtil.de donat. aliàs tenetur in ſindicatu,ſecundum Hipp.in l.1.ff.de quæſt.nu. 36. uerſ. item adeo eſt uerum, ubi allegat ſe ipſum in l.ſi.C.de probat.ex quo quam pœnam ipſe iudex incurrat, dicit idem Hipp.in

134 in d.l.1.nu.33.Et † nedum hoc paſſim procedit,ſed etiam ſi ſimus in crimine læſæ maieſtatis,tex.cum glo.& Doct.in d.l.ſi quis.C. ad leg.Iul.maieſt.Aret.in tract.malef. in uer. *che hai tradita la tua patria.* in primis uer. Bru.in tract.de indici.car.9.col.2.

Quid autem in hac materia indiciorum, maxime ad torturam, exigat ius commune,

135 paſſim patet. Nam † indicia ad torturā debent in genere ſuo eſſe clara,& talia, quòd in iure ſub ſiſtant,ſecundum Bal.conſ.259.inci. Verbo inquiſitionis.col.2.uol.1.idem Bald. conſi.229.col.2.uol.3.ut poſt eum dicit Hippol.in ſua pract.crim. §. diligenter.num.29. 30.& 31.& conſi.20.colu.2, quem refert,& ſequitur Socin.iun.conſ.6.incip.Viſo,& diligenter.num.8.uolum.4.& Rolan.à Val.conſilio 7.incip.in cauſa Antonini.nu.34.& 35.

136 Pro † quo facit regula, quæ habet, quod eadem ratio debet eſſe de parte quo ad partem,quæ eſt de toto quo ad totum.l.quæ de tota.ff.de rei uendicat.ſed quum in criminalibus ad condemnandum probationes eſſe debeant luce meridiana clariores, l.fin.C.de proba.l.addictos.C.de prob.c.Piſanum.5.q. ult.ita in genere ſuo indicia ad torturam debent eſſe clara,perfecta,& talia , quæ de iure ſubſiſtant.ita pulchre arguit Marſil. conſ.63. num.13.

137 † Non † enim quodlibet indicium ſufficit ad quæſtionem habendam, ſed requiruntur indicia uerisimilia,urgentia,& talia,quod ſola confeſſio deeſſe uideatur. l.1. ſecundo reſponſo.ibi,ut ſola confeſſio &c.ff. de quæſt. Corn.conſi.101.uol.2.Bal.conſi.259.nu.4. uol.1.ubi dicit, quod indicia debent eſſe luce clariora in ſua ſpecie indiciorum, maxime quādo tractatur de uita hominis, & hoc idem firmant,Hipp.conſ.50.col. 7. & conſ. 88.in prin.& Pariſ.in conſi. 163. col.penul. uol.4.Et alibi dicit Bal.in conſ.77.col. 1.uol. 3.quod indicia debent eſſe probabilia,& uerisimilia,adeo quod iudex ſit quaſi certus.& idem Bal.conſi.115.col.1.in ſi.uolu.5. dicit, quod ipſa indicia debent eſſe certa,uerisimilia, & probabiliter concludentia, quod dictum refert,& ſequitur Crauet.conſ.6.col.4. & conſ.99.in prin.& Rolan.à Val.conſi.24. num.24.Sed hic talia non ſunt,ergo nec ratione facultatum, nec ratione arbitrij poterat,nec de iure , nec de conſuetudine iudex procedere contra hunc profiſcalem.

Quatenus tamen extarent indicia , quod expreſſe negatur, & teſtes omnes illa probarent,non ob id præiudicabant ipſi profiſcali,quia non eſt, nec unquam fuit diffamatus de iſto delicto , & paſſim clarum eſt, Quod

138 † licet teſtes probent delictum,ſi tamen inquiſitus de dicto delicto non eſt diffamatus, tales teſtes ipſi non præiudicant, ſecundum Specul.in tit.de inquiſit. §. nunc uidendum. col.3.in prin.& Bal. ibi in addit. in ult.uerb. Ratio eſt,quia quis non poteſt de aliquo crimine inquiri,niſi ſit de eo diffamatus,c.qualiter,& quando.il 2. de accuſat. ubi pulchre tex.loquitur,adducens authoritates ueteris, & noui teſtamenti.cap.1.& 2.eod.tit.in 6.& ibi Doct.ita dicunt,maxime Archid.qui pulchre interpretatur.& alibi hoc tenent Doct. communiter in cap.inquiſitionis.eod.tit.de accuſat.

accuſat.& communis opinio cum Bart. in l. de minore.§.tormenta.de quæſt. ſecundum Ang.in l.ſi uacantia.C.de bon.uacan.lib.10. de qua Hipp.in ſing.14. incip.Adhoc ut inquiſitio.& ita conſuluit Fulg.conſ.173.inci. in cauſa inquiſitionis,col. 1.& in conſ.107. incip.ſuper eo.col.1.& Cum.conſ.135.inci. ad primum, in prin. ubi loquitur de inquiſitione ſuper crimine falſi.& Dec. conſ. 175. incip.cauſa falſitatis.col. 2. cum multis concor.per eum alleg.& alibi hoc firmat Hipp. conſ.35.incip. miſericordia Domini.col.2. uerſ.alia etiam ratione.& conſi.48.incip.nõ confundentur.col.2.uerſ. ſecundo non potuit formari.& iſtam eſſe in iure firmam concluſ.teſtatur Socin.iun. conſ.37. incip.præſens conſultatio.col.1.uerſi.eſt enim in iure.
139 uol.2.Quod † etiam procedit,ſiue ſimus in iudice ordinario, ſiue in delegato. ex communi, teſte Claro,li.5.ſent.§.fi.q.6.uer.idem etiam. ubi dicit habere locum, etiam quando iudex ex officio procedit,poſt Rol.conſilio 24.num.91.uol.1.& poſt eos Menoch. conſi.100.num.58.lib.1. id ſimiliter militat in habente liberum arbitrium procedendi in criminalibus,ſiue ex ſtatuto, ſiue aliunde, nam non poterit inquirere non præcedente infamia,ſecundum Bal.in c.1. de offi.ordinar.per illum tex.ubi ſic not.dicit.Pone,dictat ſtatutum ciuitatis, quod poteſtas libere inquirere poſſit,utrum per iſtud aduerbium, libere,poterit inquirere non præcedente fama,uel pluſquàm fama,ſicut ſunt indicia.reſponde non,tex.eſt hic,in uer.liberam.iunc, glo.Bernar. quod, dicit ipſe, tene menti. & Iaſ.in l.milites.C.de teſtam.mil.dicit, Quod licèt Princeps mandet in genere,tamen hoc mandatum debet intelligi, & limitari fama præcedente, & non aliter, & Iaſ. ubi ſupra, uerſi.adde etiam quod ſi ſtatutum dicat.allegat ita tenere Bal.ut ibi,per eum.ubi etiam in
140 uerſicu. nota tamen,concludit. Quòd † uigore cuiuſcunque ampli arbitrij, quod habet poteſtas uel commiſſarius circa maleficia,non poterit ponere aliquem ad torturã, niſi habeat legitima indicia,allegat Bal.Gãd. Paul.de Leaz.Alex.& alios,ut ibi per eum,& alibi idem firmat ipſe Iaſ.in l. 1. C.de ſacroſanct.eccleſ.in prima lect.num. 6. ubi in hoc exemplificat,& adducit concor. & Iaſ.dicta ad hoc propoſitum citat apoſtil. Barto.Soc. in l.qui Romæ.§. Callimachus. de uerb.obl.

in uer.tribuitur. poſt quem ita pulchre conſiderat Hipp.conſ.49.nu.8.& 9.& conſi.50. num.2.

Semper enim in mandato Principis de procedendo in cauſa, ineſt tacita conditio, ſi fama præcedit,ſecundum Felyn. in c. cum oporteat. per illum tex. in 4.not.de accuſat. per glo.2.ſecundum Calder. in c. ex tenore.
141 de foro competen. Nam † licet Princeps habeat duplicem poteſtatem, unam ordinariam,& alteram abſolutam, ut dicit Bal.in l. 2.in repetit.C.de ſeruit.&aqua.& licèt Papa poſſit omnia,ſupra,contra,& extra ius, ut dicit Bal.in c.cum ſuper.col. 1. de cauſa poſſeſ. & propriet.quem refert Rolan.à Val. conſi. 1.num.95.uol.1.in dubio tamen ſemper cēſetur uti ordinaria,non autem abſoluta poteſtate,Inn.in cap.innotuit.de elect.Dec. poſt eum.c.ſi quando.de reſcr.num.21.in c.quoniam Abb.de offi.deleg.num.54.& in ca.inter cętera.de appel.nu.22.ubi ex Doct. quos citat, dicit hoc habere etiam locum in iudicijs,nam in dubio præſumitur Princeps mãdare iudici,ut procedat ſecundũ leges, quia in actibus iudicialibus non præſumitur iuris communis diſpoſitionem uoluiſſe ſubuertere,ut late probat Barb.conſ.47.col.5.in fi.& col.ſeq.uolu.1.quod procedit,etiam ſi Papa diceret,quòd ex multorum clamore ad eum perueniſſet, nam nõ ſequitur ob id quod aliquis ſit taliter infamatus,quod poſſit fieri inquiſitio ſuper ueritate , quum poſſibile ſit, quod Papa audiuerit,& tamen per hoc non concluderetur infamia, c.inquiſitionis.§.tertio.de accuſat.ſecundum Butr. Abb.& Mar. Socin.in d.c.cum oporteat, quod fortius militat in præſenti caſu,ut infra dicetur,ſed hic nulla præceſſit diffamatio, immo etiam nec poſt ipſe profiſcalis de hoc crimine unquam diffamatus fuit, proceſſus igitur ex iſto capite corruit.
142 Immo † hoc adeo uerum eſt, ut datis etiã multis inculpatis,ſi de principali delinquente non conſtat,contra alios procedi non poteſt, quoniam incertitudo principalis infert in acceſſorio impotentiam procedendi, ſecundum Bar.in l.ſi is qui. §. ſi tu Titium.ff.de furt.& in l.denuntiaſſe. §. fina. ff. de adulter. Anch.conſi.216. incip. nos Bartholomeus. Hipp.conſ.81.incipien.Salus omnium.&in l.nihil intereſt.col.pen.de ſicar.&in præſenti caſu fortius procedi non poterat, in quo

nō modo de principali delinquente, uel de aliquo acceſſorio unquam conſtitit, ſed nec etiam de ipſo delicto, ut ſatis ſupra dixi, prout etiam dicit Blan. in d.l.fi. in primo præm. uerſi. in hoc articulo. ff. de quęſt. ubi loquitur
143 in furto. Quod † ad hoc vt iudex ſuper eo poſſit procedere, requiritur, quod fama ſit contra certam perſonam, & in indiuiduo, vt per Doct. per eum ibi allegatos, & hoc adeo uerum eſt, ut etiam ſi Papa motu proprio cō mitteret inquiſitionem, ſemper tamen in illa commiſſione præſupponitur, ſi conſtet de delicto, & de certo delinquente. nam ille motus proprius hoc ſolum operatur, ut præſuppoſitis præmiſſis, iudex poſſit procedere omiſſo articulo infamiæ, 2. q. 5. c. omnib. c. ſicut olim. de accu. quod ex prædictis, non patet in caſu iſto, immo fortius cum in hac cauſa non fuerit proceſſum ex ſimplici motu proprio Papæ, ſed ad inſtantiam, & requiſitionem partis, ut aſſeritur, licet in proceſſu non appareat, ſequitur quod ſuper aſſerto mandato non poterat iudex de iure ſe fun-
144 dare, quia † non ſtatur aſſertioni Papæ quā facit propter narratiuam partis, ut per Imo. poſt Ant. de Butr. in clem. 1. col. pe. uerſ. hæc uera. de probat. Alex. conſi. 112. uol. 7. Curt. conſ. 67. colu. 5. Rip. reſp. 6. col. 4. lib. 2. Bella. deciſ. 158. Crauet. conſi. 104. Ruin. conſi. 41. col. 4. uol. 1. & conſ. 13. col. 3. uolu. 4. & conſ. 103. col. 1. & 3. uol. 5. Gram. deciſ. 64. nu. 14. Maxime quando agitur de alterius graui prę iudicio, ut hic. ſecundum, Pau. Caſt. conſ. 46. col. fi. uol. 2. Anch. conſ. 398. col. fi. Aret. cōſ. 365. col. 3. Goz. conſ. 5. colu. 4. Dec. cōſ. 357. col. 3. & conſ. 576. in fi. Gram. deciſ. 65. nu. 9. & 10. deciſ. 103. num. 227. Curt. ſen. conſilio 142. col. 4. Pariſ. conſ. 15. col. fina. & conſ. 67. col. 3. uol. 4. Crau. conſi. 48. num. 1. & conſi. 171. col. 3. Ruin. conſ. 175. col. 2. & 4. uol. 1. Staphil. de lit. grat. & iuſt. fol. mihi 155. Et nouiſſime Hiero. Gabr. Eugub. aduocatus in Vrbe Romana. conſ. 179. incip. Tiberius dominus. num. 5. par. 1. ubi multa in hanc ſententiam citat, & concludit, quod aſſertio Papæ non probat delicta, ex quibus eius fiſcus commodum ſentit.
145 Vnde † dicit Abb. in c. quæ in eccleſiarū. de conſtit. col. pen. & ibi Fel. col. mihi 23. nu. 88. quod non ſtatur aſſertioni Papæ uolentis priuare aliquem feudo, uel bonis ſuis, ſi atteſtaretur, quod ſibi conſtat de delicto. ſequitur Gemin. conſ. 53. col. 4. Dec. conſ. 544. columna ſecunda, & conſ. 445. col. antep. Aret. conſ. 165. col. 3. Iaſ. conſi. 34. colum. 6. uol. 1. & conſi. 86. colum. 5. uolum. 3. Ruin. conſ. 7. colum. 7. uol. 1. & conſi. 3. col. 3. uolum. 5. igitur non poterat iudex procedere ſuper facto, niſi prius proceſſerit ſuper infamia, & de illa ſibi conſtiterit. glo. in c. 2. de accuſat. in 6. ſuper uer. fuerat, per dictum Inno. in d. c. cum oporteat. de accuſat. quod etiam in iudice quantæcunque præeminētiæ ſit, firmat Gram. uoto. 3. num. 30. & 31. & ſuper capit. Regni, quod incipit, Prouiſa iuris ſanctio. & ſuper cap. quod incipit, ſi cum ſceleratis. nu. 5. ubi concludit ex Pau. de Caſtro, & Baldo quos ibi citat, quod inter multa alia requiſita contra torquendum ex proceſſu informatiuo, requiritur quod inquiſitus ſit diffamatus de alijs delictis aliàs commiſſis, uel de ſimilibus, & quod extent indicia ad torturā, quæ aliàs ſufficerent in proceſſu ordinario, cum multis alijs, pro quibus ſe remittit ad per ſe notata in d. uoto. 3. ubi multa in hac materia dicit in 4. & 5. limitat. quem refert cum alijs, & ſequitur Campanus, in d. cap. Si cum ſceleratis. quod eſt 272. num. 33. & ſuper cap. 222. quod incipit, prouiſa iuris ſanctio. & utrobique ex concl. Doct. & illis cap. concludit neceſſarium eſſe infamiam præcedentem, ad hoc ut quis poſſit pro aliquo delicto torqueri, & loquitur in iudice magnam præeminentiam, & arbitrium in criminibus habente. Ergo ex hoc capite fuit, & eſt nullus proceſſus.
146 Immo nec † quicquam ualet, quod ſequitur talem inquiſitionem formatam non pręcedente infamia, etiam quod per teſtes probaretur delictum, ut firmat Hipp. in d. conſi. 47. ubi allegat Specu. & Bal. in locis de quibus per eum. & ſequitur Socin. iun. d. conſi. 37. poſt Pariſ. conſ. 161. in fi. uol. 4. & utrūq; refert, & ſequitur Franc. Hercul. in tract. quis teneat. proba. negat. num. 198. in prin. Multo minus ergo in hoc caſu, ubi nullo modo, nec ullo tempore probatur aſſertū delictū, & ut inquit Carrer. in pract. crimin. in prin. ſub num. 180. uerſi. cum miles dicatur, caſu quo quis torqueri debet, non tamen torquetur, niſi ſit infamis de crimine diffamatus, ēt ſi contra eum mille urgeant indicia, ut per Doct. per eum ibi citatos. & licet ibi loquatur in clerico, tamē idem dic in Doctore, nā

& ipſi

& ipſi certo modo dicũtur Sacerdotes. ff. de iuſt.& iu.l. 1. Ioan. de Deo, in tract. cauil. li. 1. c. 2. Gram. ad procem. Inſti. num. 9. quod autem Doctores torqueri non poſſint de iure communi, conſuetudine etiam non obſtante, ponit Bar. in l. 1. C. de aduoc. diuer. iudici. Cyn. in l. milites. C. de quæſt. & in l. 4. C. ad l. Iul. maieſt. Immo contrariam conſuetudinẽ non valere, & eſſe ipſo iure nullam, dicit lex; omnes iudices. ubi Bar. no. C. de decur. li. 10. Roma. ſing. 494. quos refert, & ſequitur Iaſ. in l. de quibus. de legi. num. 66.

147 Vnde † videmus de iure, ꝙ caſu quo Doctores ueniant torquendi, debent prius degradari, aliàs non poſſunt torqueri, ut per Marſil. poſt Alex. in ſing. 556. incip. Plura vt credo. Carrer. ubi ſupra. uer. & nota q̃d ubi iſti torqueri poſſunt, ut & infra latius ad aliud propoſitum dicam. Et ꝙ diffamatio debeat præcedere inquiſitionem, ad hoc ut poſſit contra aliquem de delicto procedi, eſt cõ-

* munis opinio Inn. Butr. & aliorum in c. qualiter, & quando. & in c. inquiſitionis. de accuſat. ubi allegant Barto. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. Ang. in d. l. ſi uacantia. C. de bon. uacan. lib. 10. ut etiam dicit Hippol. conſi. 14. incip. Ad hoc ut inquiſitio.

148 Immo † fortius, quatenus etiam extarent aliqua indicia, & ipſe eſſet de crimine diffamatus, quod negatur, talia omnia tollerentur, probata bona fama ipſius, ſecundũ Bal. in l. fi. col. ult. C. de probat. Alex. conſi. 113. incip. viſo themate. col. pen. vol. 1. Catald. in tract. de ſindic. uerſi. adde quæ ſæpe. ante fi. Cuman. conſ. 135. incip. ad primum. colu. 2. uerſi. amplius. Cæpol. conſ. 39. incip. Lucius. colum. 7. in magnis. num. 42. uerſi. ſed vnum aliud. Dec. conſi. 89. incip. Lætatus ſum. col. pen. Marſil. in pract. crimin. §. Diligenter. nu. 196. Adeo, quòd ſi contra reum adeſſet unũ indiciũ maleficij, & pro reo ſit probata bona fama, reus non poterit torqueri uigore illius indicij, ſecundum Bal. in d. l. fi. & Alex. conſi. 118. nu. 47. uol. 1.

149 Nam † illud quod dicitur, ꝙ quando contra reum adeſt aliquod indicium, ex hoc, ipſe reus poteſt torqueri, intelligitur, ſecundũ Alex. in l. fina. in 3. apoſtil. ad Bar. ff. de quęſt. procedere, quando reus eſt perſona uilis, & abiecta, ſecus ſi ſit perſona grauis, & bonæ conditionis, vitæ, & famæ, & non ſolitus cõmittere alia uel ſimilia delicta, de quibus eſt inculpatus, ut tenet And. de Iſern. in conſtit. Regni, quæ incipit, ſi damna clandeſtina. & ibi Afflic. in conſtit. Reg. quæ incip. in quæſtionibus, not. 8. q. 11. Paris in tract. ſindic. in uer. Tortura. §. & an ſi quis. col. fina. Gram. d. uoto. 3. num. 35. in 7. limitat. & habetur in c. Regni. quod incipit, Tormenta. Cauenſ. ſuper pragm. 45. quæ incipit, inoleuit ut fida. nu. 35. uerſ. Et an debeat. & Campan. ſuper d. c. ſi cum ſceleratis. nume. 39. & Sebaſt. de Neap. ſuper capit. 144. incip. Tormenta. ubi concludunt, quod qualiſcunque ſit iudex, non poteſt quem ſubijcere tormentis, niſi probetur leuitas perſonæ, & vilitas uitæ, & quod contra ipſum probetur fama, uel fuga. & hoc tenent omnes theorici, & practici, ubi iura ſeruantur, & practicantur, ut dicit Campan. ſuper d. cap. ſi cum ſceleratis. num. 39. ubi dicit, quod ad hoc ut habeat locum præeminentia, requiritur, quòd reus plura crimina commiſerit, & ad hoc conſiderat multa capitula, ut ibi, & per Gram. d. uoto. 3. & deciſ. 36. Solon. col. 2.

150 Ratio † dicti, quam ipſi non adducunt, eſt, nam qualitas præcedentis uitæ elidit huiuſmodi indicium malæ famæ, & delicti. l. non omnis. §. a barbaris. de re milit. quod dicit ualde notandum Alexand. in d. 3. apoſtil. idem uoluit Crauet. conſi. 99. col. fina. conſi. 145. in fi. & conſi. 151. col. 5. & Rolan. conſilio 17. num. 26. uolum. 1. & ad hoc facit. c. cum in iuuentute. de præſumpt. ubi pulcher, & clarus tex. Quod procędit, etiam ſi extent indicia ſolemnia contra reum, ſecundum Bald. in dicta l. fina. colum. ult. C. de probat.

151 Nam † fama bona legitime, & plene probata impedit iudicem deuenire ad torturam non obſtante aliquo indicio, ut poſt Bal. ubi ſup. dixit Alexan. in l. ſina. in apoſtil. ad Bart. ff. de quæſt. cum concor. ut per Hipp. ubi ſupra, & in conſi. 120. incip. ſplendore gratiæ tuæ. num. 36. Gram. d. uoto. 3. num. 27. & 28. & hoc pulchre firmat Socin. iun. conſ. 6. incip. uiſo ac diligenter. num. 12. uol. 4. & dicit Bartol. in l. 3. §. ſi ex improuiſo. ff. de re milit.

152 Quod † ſi inquiſitus ſe apud homines bonæ opinionis, & famæ eſſe probauerit, quæſtioni ſubijci non poteſt, etiam ſi aduerſus eum ſit indicium idoneum ad impellendum iudicem, ut quæſtioni, & tormentis reum ſubijciat, ſequitur Ang. in l. milites. ff. de quęſt. Alex. conſi. 90. colum. pen. uolum. 3. & Dec.

conſi.

conſi.189.colu.pen.quod procedit etiam ſi indicia ſint ſpecialiai ſecundum Marſil. in d.
153 conſ.120.num.36.Quoniam † fama bona etiam in genere probata tollit omnem ſuſpitionem,ſi qua eſſet cõtra inculpatum,& omne indicium criminis, & malæ famę purgat, ut poſt Gand.uoluit Bal.in l.ea quidem.col. pen.uerſi.item quæro an infamatus.C.de accuſat.cum concord.de quib. per Socin.iun. conſ.61.incip.Reperitur quædam ſcriptura. num.40.uol.2.& conſi.6.incip. Viſo ac diligenter.num.7.uol.4.Iaſ.in l. 1.col.fi.C.com. de legat.Dec.conſ.175.colum.pen.ſequitur Rol.cõſi.16.nu.24.uol.1.& conſ.45.nu.45. eod.uol.ubi ex alleg.per eum ibi, concludit non poſſe torqueri eum pro quo eſt bona fama, licet penes ipſum in eius domo reperta ſit res furto ſubtracta.& alibi conſi.96.num. 25.uolu. 2. dicit & probat,quod bona fama remouet indicium cauſatum ex inuentione rei furatæ apud aliquem,& conſi.3.num.51. uol.3.& iſta fuit doctrina Sal. in l.2.col.pen. C.de quæſt.ubi concludit, quod ſi ſit homo bonæ conditionis,& famæ, tollitur ſuſpitio furti, licet apud eum res furtiua reperiatur, quam doctr.refert, & ſequitur Dec. in l.qui accuſare.C.de eden. num. 7.& poſt alios in cauſa ſimili,idem tenet, & multorum conſilia citat do.Menoch.in conſi. 98.nu.10.par. 1.& conſi.101. ubi multos in hanc ſententiã citat,nu.40.& 41.par.ead.

Quòd autem ſit probata bona fama huius Profiſc.patet ex teſtibus ſuper eius articulis ad defenſam examinatis, qui ſunt Reuerendiſ.Dom.Epiſc.Torcel.Dominus Petrus Paulus Iuſtinus Rom.Aduocatus conciſtorial.& dom.Ioan.Mil.ciuis Venetus,non exteri,non alienigenæ, quales ſunt teſtes examinati pro Thoma,ſed nobiliſſimi, notiſſimi,& omni exceptione maiores,qui cognoſcentes ipſum particulariter quaſi ab ineunte ætate hucuſque, non autem cognitione generali,& modici temporis, qualis fuit teſtium examinatorum ad notitiam Angli,ita probant bonam famam ipſius in genere, & in ſpecie, ut nullum dubium in animo recti iudicis reſidere potuerit de malo aliquo opere ipſius,nam ex tali bona fama reſultat præſumptio, & credulitas, quòd carceratus non commiſſerit id, de quo inculpatur. ad notata per Corn.conſi.58.lit.R.uolum.2.& conſi.198.lit.K.Alex.conſ.121.uol.7.

154 Immo † probata bona fama, inquiſiti corruit inquiſitio,ſecundum Fulg.conſ.153. incip.ad primum.colu. 2. tanto magis, quum nullum extet indicium, ut ſupra eſt deductũ, & ipſe non ſit diffamatus, nec ex tot teſtibus curiæ ullus unquam auſus fuerit impugnare bonam famam ipſius,nec ipſum de hoc crimine diffamare,nec in genere,nec in ſpecie, ut patet ex proceſſu,licèt Ioan. Celſus dixerit illa uerba de quibus in ſecundo obiectu, quibus ſatis in dilutione ipſius obiecti reſpõſum eſt.

155 Probatio † igitur bonæ famæ, loquendo etiam in materia furti,eſt tantæ potentiæ, ut ex ea tollatur indicium ad torturam,ſi quod extat,quod patet.clarum enim eſt,ꝙ res furata reperta apud aliquem facit indicium ad torturam,niſi oſtendat, a quo eam habuerit, ſecundum Barto.in d.l.fina. ff. de quæſt. col. pen.poſt num. 5. uerſ. Veniamus ad indicia ſpecialia.in l.2.& in d.l. milites. C. de quæſt. & ibi Angel.& alibi Ang. in l. ancillæ. C.de furt.Aret.in tracta.maleſ.in uer. fama. uerſi. Quæro an unum indicium,Marſ. ſingu.392. incip.Aduertas.in conſil. 74. incip. in cauſa Hieronymi.num.26.par.1.& conſ.132. numero 42.Rolan.d.conſ.45.nume. 39. & 40. uol.1.ſi tamen talis ſit homo bonę conditionis, uitæ, famæ, & non ſolitus ſimilia committere,prout probatus eſt ipſe talis, inuentio non facit contra eum indicium ad torturam,ut ex Rolan. in præcit. conſi. & ex alijs ſupra proxime notaui,& ita communiter diſtinguunt,& declarant Bal. & Imo. in l. fina. ff.de hæred.inſtit. nec iſto caſu tenetur indicare a quo habuerit,ſecundum Saly. in l.fin. C.de quæſt.colum.ult. ubi ponit exemplum in ſtrazarolis Bononienſibus. & eum refert & ſequitur Arimin.in addit.ad Angel.ſuper uer.fama.in tertia car.in addit.magna.incip. Tu autem in hac materia. colum. 2.& Ang. in eo.tract.in uer.& veſtem cœleſtem. uerſi. Quæro an eo ipſo,& Alexan.conſi. 5.incip. in cauſa inquiſitionis. colum. 2. uolu. 1.Alc. in tract.de præſumpt.regu. 3.præſumpt.29. Marſi.conſ.72.num.21.& in l.qui falſam.numero 125.ad legem Cornel.de falſ. & ſecundum hanc opinionem in facti contingentia conſuluit Bertran. conſi. 107. uolu. 1.quem refert,& ſequitur Clar. lib. 5. ſenten. §.fina. uerſi.ſi res furata.qui eſt uerſ.fin.& ita etiam in caſu occurrenti reſpondit Gram.conſilio

crim.

crim.14.& ait ita fuiſſe exequutum. Quod ſi veritas ita ſe habet in caſu à Doct. ſuprapoſito, quid dicẽdum erit in hoc caſu, quũ apud ipſum non ſolum non ſit reperta aſſerta res ſubtracta, ſed etiam dum iniuſtiſſimis carceribus detentus ſtetit, omnia eius bona iuſtiſſimis laboribus parta, diſtracta, & dilapidata fuerunt a curia, ut ſuis loco, & tempore, ſi inuenietur iuſtitia ad eius fauorem, demõſtrabitur, & ſic totaliter ſublatum eſt quintũ contrarium.

Ad ſextum de confeſſione, reſpondeo, Quòd hoc eſt dictum iudicis ignari, vulgaris, & maligni, qui, neſciens terminos iuris, & ius ipſum ſpernens, exiſtimat, habita confeſſione quouis modo, nil ulterius quærendum eſſe, cuius tamen ignorantia confunditur; nam omnes leges, & omnes Docto. tam theorici, quàm practici, tam in locis in contrario adductis, quàm in omnibus in quibus tractant de confeſſione, loquuntur in confeſſione ſpontanea, nulla pręcedente tortura, carcere, uel metu facta, non autem in ea, quæ fit medio carceris, tormentorum, vel
156 metus. Iſta † enim non habetur in conſideratione, nec inducit notorium, ut pulchre dicit Bened. Capra, in trac. de notor. memb. 1. num. 35. & ſecundum Bal. conſi. 479. incip. tres ſunt caſus. num. 2. & per tot. conſ. vol. 5. iuxta tradita in glo. Inſtit. de oblig. in prin. cum materia ſua. Nam aliàs proceſſus nullus & ineptus non iuuatur ab huiuſmodi confeſſione ſic extorta, ut per Hipp. in praxi crimin. §. conſtante. num. 31. & conſi. 51. incip. licet nedum plene. & in praxi. §. poſtquam. num. 31. Carrer. in praxi crim. §. circa. numero 387.

157 Immo, † etiam ſi confeſſio eſſet ſponte facta, non tamen ei ſtatur, quando indicia uериſimilia, & probabilia, vel ipſa innocentiæ ſubſtantia in contrarium appareret. l. 1. §. ſi quis ultro. ff. de quæſt. ubi tex. clarus. Si quis ultro de maleficio fateatur, non ſemper ei fides habenda eſt: nonnunquam enim aut metu, aut aliqua alia de cauſa in ſe confitentur, &c. ut in tex. & Bald. d. conſi. 479. num. 2. Et ſimiliter ipſi Docto. loquentes de confeſſione, dicunt ipſam ualere, quando legitime deuentum eſt ad media, ex quibus proceſſit confeſſio, non autem in confeſſione illegitima, & inualida, qualis fuit iſta, & ita loquitur Archid. in cap. 1. & 2. de accuſat. ſupracitat, dum interpretatur illas decretales, quæ dicunt, confeſſionem ualere etiam ſine diffamatione præcedente, ut habeant locum in
158 confeſſione ſpõtanea, & valida, nam † cõfeſſio inualida de iure nullum operatur effectum, inualida enim non ſunt in conſideratione, l. 4. §. condemnatum. de re iudic. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratab. l. quoties. qui ſatiſd. cogant. l. ſcire oportet. §. ſufficit. de excuſat. tut. nã, ut pulchre inquit Hippol. conſi. 46. num. 18. & 19. ſi prædictæ doctrinæ intelligerentur de confeſſione inualida, ſequeretur maximum abſurdum, quod iudices poſſent ad eorum libitum torquere homines indebite, & iniuſte, & ſuperueniente confeſſione omnia eſſent ualida, & ſic daretur materia delinquendi, & tyrannizandi, quod non eſt tolerandum. Et alibi dicit idẽ Hippol. in conſi. 39. numero 42. poſt Bald.
159 ibi per eum relatum, quod † ex confeſſione inualida confitens non poteſt pati damnum, nec confeſſio inualida comprehenditur ſub ſtatuto faciente mentionem de confeſſione, & ibi multa adducit, quæ faciunt ad propoſitum, ſequitur Rolan. à Val. conſi. 31. incip. viſo proceſſu. num. 8. & 12. tomo. 1. & ex hoc tollitur illud obiectum de confeſſione emanata ſuper proceſſu nullo, & inordinato, ut ſcilicet, habeat locum in confeſſione ualida, & ſponte facta, prout poſt Inn. in prædic. loco dicit Alex. in l. inter ſtipulantem. §. 1. circa fin. ff. de uerb. oblig. ubi etiam Iaſ. nume. 2. quos refert, & probat Iul. Clar. multa alia ad hoc congerendo, lib. 5. ſenten. §. fina. q. 55. uerſ. item poſſet allegare. ubi teſtatur de communi ſententia Doct. quos ipſe refert ibi. ſecus ſi ſit nulla, in tormentis facta, non præcedentibus indicijs, & non ſeruatis ſeruandis, qualis fuit iſta, nam tunc talis ſententia nõ ſanat uitium inordinati proceſſus, ut poſt Pariſ. conſi. 161. in fi. uolu. 4. & Socin. iun. conſi. 37. uolu. 2. tenet not. Franc. Hercul. in ſuo tracta. quis teneatur probare negat. num. 198. in prin.

Quòd autem talis confeſſio fuerit nulla, & inualida, patet ex ſupradeductis. Nam
160 † facta fuit per torturam illatam non præcedentibus indicijs, l. pen. ff. de quæſtio. & ibi Bart. Ang. in l. 1. C. de confeſ. Gand. in tract. malef. tit. de quæſt. & tormen. colum. 6. uerſ. item pone quod quidam. Ancha. conſi. 23. incip. Viſa inquiſitione. Bald. in addit. Specul.

cul.tit.de confeſ.colu.1.Roman. conſi.147. incip. Antonius accuſatus. num.5.Ioan.de
* Anan.conſi.17.colu.1.& eſt communis opinio omnium ſcribentium,quod talis confeſſio non valeat, etiam ſi ſit ratificata ad bancum iuris,prout eam communem eſſe teſtatur Iul.Clar.poſt multos, quos in hanc ſententiam refert,lib.5.ſenten.§.fina.uerſi.ſi uero confeſſio.cum glo.in d.l.pen.ff.de quæſt. Iacob.de Beluiſ.in pract.crimin.ti.de quæſt. colum.13.Anch.in clem.1.de homicid.Sal. in l.2. colum. fina.C. de cuſt. reor.Alexand. conſi.5.incip.in cauſa inquiſitionis. colu. 1. uolum.1.conſi.180.incip. in cauſa Angelorum.poſt num.10. uerſi. quinimmo etiam ſi in ea perſeuerat.uolumine 2.conſ.224. Viſo proceſſu.col.2.conſi.275.Viſo themate.circa fin.uolum.2.& conſilio 1.colum.2.uol.7. Dec.in cap. at ſi clerici. numero 8.de iudici. Gramma.conſi.37.incip. Viſo proceſſu.numero ſeptimo,& octauo,in prin.Felin.in ca. qualiter,& quando.il 2.§. licet.uerſic. 11.limita.de accuſat.& in ca.ad noſtram.in prin. col.1.uerſi.item inquantum.de probat.Imo. in cap.fina.de confeſ. Carrer. in pract.crim. in princ.num.172. cum ſequen. & ante eos Mattheſil.not.55.incip. nota quod quotieſcunque.& ibi late per Veronen. in addit.

Quod nedum militat in criminibus ordinarijs, ſed etiam in criminibus exceptis, & in crimine læſæ maieſtatis, ut late Marſi. in conſi.8.num.13.& conſi. 12.num.39. & eſt tex.not.& ibi gloſ.Cyn.Bald.& Salyc.in l.ſi quis alicui. C. ad legẽ Iul. maieſt. & Aret. in tract.maleſ.in uer. *che hai tradita la tua patria.* in prin.cum alijs infinitis authoritatib. tam antiquorum, quàm Modern. qui omnes in hanc ſententiam conueniunt,Quòd confeſſio emanata in tormentis,nullis præcedentibus indicijs, etiam ſi poſt interuenerit confeſſio ſpontanea, non ualet, ut per ipſos.& de hoc latius infra,nu. 187.

Nec etiam obſtaret,ſi diceretur,quod ipſe eſt confeſſus extra tormenta,ut in proceſ. tort.in ſecunda conſtit.quia reſpondetur aſſertam illam confeſſionem non fuiſſe acceptatam a iudice, & ideo nõ eſſe illam de qua quæritur,& ex conſequenti nõ nocet. Nam
161 † confeſſio non acceptata a parte uel a iudice,nihil confitenti præiudicat, nec in ea ullum fundamentum fieri poteſt, Cyn. in l. unica.quæſtio.6.C.de confeſ.& ibi Saly.15. oppoſ.idem Saly. in l. generaliter. q.6.C.de non num.pecun.Pau.de Caſtro in l.certum. §.ſi quis abſente.ff.de confeſ. & alibi Saly.in l.iubemus. C. de liber. cauſa. ubi refert ſe ita ſæpius conſuluiſſe.ſequitur Alexan. conſilio 112.incip. Viſo ſuperiori themate. col.5.ad finẽ.& conſilio 20.incip.in cauſa appellationis.columna prima,& conſilio 82. incip.in cauſa,& lite.uolum. 4. refert, & ſequitur Iaſ. in l.poſtquàm liti.columna prima, uerſi.Secundo facit,quia confeſſio.C.de pact.& iſta
* eſt omnium opinio, ut teſtatur Rip.in rubr. ff.de uerbo.oblig.nume.22.uerſ.Tertio facit quia confeſſio, & hanc ſententiam etiam probant,Bal.in auth.hoc nouo iure. in fi.C. de pœna iudic.qui male iudic.Fel.in c. ſi cautio.colum.5.de fi.inſtrum.Marſil.in l.de uno quoque.num.155.de re iudic.& in Rubr.de probat.nu.16.Iaſ.in l. is, qui hæreſ.col.3.de acquir.hæred. Alexan.alibi conſ.90.uolum. primo'conſ.111.colum.4.uolum.3.Hercul. ubi ſup.uerſi.Fallit in confeſſione a parte nõ acceptata.& nouiſſime conſultus ita reſpondit Cæphal.conſilio 90. incip. Guielmus de Rocca bruna. columna penul. numero 55. uolum.1.

162 Quod † nedum procedit, quãdo non eſt acceptata confeſſio, ſed etiam quando eſt diſſimulata,ut not.dixit Bald.in l.3.in 2.not. per illum tex.C.de repudi.hæred.& ſequitur Iaſ.ubi ſupra,numero ſecundo,in fine, prout vtroque modo occurrit in caſu præſenti. immo nedum non fuit acceptata,& diſſimulata,ſed etiam fuit illi contradictum,ut patet in tertia conſtitu. in proceſ. tortu. quo caſu multo minus ualet,ut dicit Socin.iun.in conſilio 37.incip poſt plurimas.colum. 1.num. ſecundo,uolum.4.& ante eum late Felyn. in c.capitulum.de reſcri.uerſ.confirmatur iſta. vbi pluribus firmat hoc. Item fuit facta durante adhuc dolore torturæ illatæ nocte pręcedenti,ut in proceſ.tort.car.8. in 2.conſtit. uerſi. *io ſentiua il dolor della corda, io dico che non voglio piu corda, & che ancora mi reſta il dolore intenſo di quella di queſta notte.* in qua nocte apparet quod fuit tortus ſufficientiſſime, ſed illegitimiſſime,& tamen nil faſſus eſt, vt in ipſo primo conſtit.patet.& nedum facta fuit durante adhuc dolore tort.ſed etiam iudice iterum torturam comminante, & ipſo manibus retro ligatis in loco torturæ exiſtente,
163 & ſic metu torturæ; quo † caſu æquiparatẽ

confeſſioni

confeſſioni factæ in tormentis, de quo eſt * communis opinio cum Bal. in l. interpoſitas.circa finē.C.de tranſact. ut per Alex.in l. 1.§.Diuus.ff.de quæſt. Paria enim ſunt,ſecundum Bald.in l.nouiſſime.in prin.ff. quod falſo tut.auth.& in l.2.in fi.C.quor.appell.non recip.ubi dicit, quòd ille qui formidine tormentorum aliquid facit, non ſibi præiudicat.ſequitur Alexan.conſi.47.incip.in cauſa prædicta.uerſi. Amplius puto.uolum.4.Bal. & Alexan.ad hoc citat Ioan. Bologn. in repet.l.ſtipulatio hoc modo concepta. numero 100.de uerb.obliga.ubi dicit,quòd paria ſunt,compelli per minas,aut uerbera, quando faciliter poſſunt interuenire. & idem repetit num.103.cum pluribus ſequen.ubi per plura diſcurrit in hac materia actus celebrati per metum. Sed in hoc caſu confeſſio fuit facta in ipſis tormentis, & metu tormentorum,ergo non debet ipſi præiudicare.

Quòd autem facta fuerit metu tormentorum,patet:nam ſemper iudex ipſum examinauit ante tormenta,ut patet in proceſ.tort. 164 in præamb.omn.conſtit.Sed † clarum eſt, ꝙ confitens aliquid in loco tormentorum, vel in loco ex quo videntur tormenta, dicitur confeſſus metu illorum,ſecundum Saly. in l 2.colum.ultima.uerſi. ad declarationem prædictorum.C.de cuſt.reor.Caba. in com. lib.5.conſt.Mar.in glo.cap.10.num.12.ultra quod,ut dixi, ſemper iudex minabatur tormenta,ut in proceſ. tor. in quol. conſtit. in mille locis. & idem in hoc operatur potentia in habitu,quod operatur potētia in actu. Saly.ubi ſup.uerſ.ſed contra hoc facit. Paris de Put.in tract.ſind.car.96.col.3.uerſi.quidā fuit tortus. in fi. quod dicit probari in l.Labeo.de ſtatulib.& in cap. non ſolum. de appel.in 6.Hippol.in l.1.in prin.colu.10. uerſi. Vlterius in quantum.ff.de quæſtio.& omnia prædicta clare in proceſſu patent, nam ſemper ipſe proteſtatus eſt male mori,quàm torqueri,quod torturam pati non poteſt,quod ſi quid dixerit,erit ui tormentorum, eorumque metu dictum, cum proteſtatione etiam de non conſentiendo, ut in primo conſt.in proceſ.tort.car.6.uerſ. Replicante dicto domino.ibi (& ideo proteſtante, qđ ſi quid in tortura dixerit, id totum dicet ui, & metu tormentorum, & ideo proteſtante de non conſenſu.) & conſtit.tertio, in eod. proceſ. folio 13.uerſ. *& proteſto di non voler dir, ne conſentir à coſa, ch'io diceßi in tortura, che mi foße preiudiciale, ma* ex nunc *dico, che ſe io dirò coſa alcuna, il che Dio non voglia, lo dirò per forza, & per paura del tormento,& non intendo conſentirli in modo alcuno*, & ex nunc *reuoco, & retratto tutto quello, ch'io diceßi in preiudicio mio, perche ſenza dubio lo dirò per timor della corda.*

165 Quæ † intolerantia, & impatientia tormentorum optime præſumi poteſt in homine inſolito pati,& patiente paraliſiam, qualis eſt ipſe,ut per teſtes digniſſimos probatum eſt,& ex iſta debilitate,& paraliſia probata non poterat nedum repeti, ſed nec etiā torqueri vllo gradu torturæ,ut poſt multos, quos citat latè proſequitur Campan. ſuper cap.Reg.ſeptimo,quod incipit,Frequens, & ineffrenata.numero quadrageſimotertio,& ſucceſſiue. ideo iudex ſi fuiſſet bonus, non autem ex numero illorum, quos Paris in tracta. de ſindic.in uer.tortura.§. de repetitione, uocat carnifices iuſtitiæ, obſeruare debuiſſet l.ſi quis ne quæſtio. ff. de quæſtio. ad illamque oculum direxiſſet, nam iudex iuxta tramites iuris procedens etiam ipſi inculpato non diſplicet: lex enim illa cantat in terminis,dum dicit.Si quis,ne quæſtio de eo agatur,liberum ſe dicat, Diuus Adrianus reſcripſit non eſſe eum ante torquendū, quàm liberale iudicium experiatur. & quoniam gloſ. in uer. experiatur, obſcure loquitur, ideo,ut tex.habeat ſenſum, dicendum eſt, quòd eſt differenda quæſtio, donec exceptio libertatis ꝓpoſita cognoſcatur. & ideo iuxta iſtum tex.iudex debebat torturam differre donec ſuper propoſitis per ipſum profiſc.proceſſiſſet, & cognouiſſet, nam eorum uerificatio eius innocentiam manifeſtabat, quod feciſſet, ſi iuxta tramites iuris, legum, & conſuetudinis proceſſiſſet, conſideraſſetque effectum quæſtionis:nam clarus eſt tex. qui cauillari non poteſt,in lege prima. §. in cauſa tributorum.ff. de quæſtio. ubi tex.reddens rationem quare quæſtioni non ſemper nec unquàm fides habenda ſit, inter cætera,in uer. Alij tanta, dicit. Alij tanta ſunt impatientia, ut in quouis mentiri, quā pati tormenta uelint, ita fit, ut etiam uario modo fateantur, ut non tātum ſe, uerum etiam alios criminentur. Qui text. mirabiliter uerificatur in perſona huius uiri,nam fuit ſemper, & eſt adeo impatiens dolorem, vt ne minimum quid in corpore ſuo pati poſſit,

& adeo torturam ſentiebat, & timebat, vt nunquam ceſſauerit clamare, & ſe dimenare, ſemperque tremebat quando funi alligabatur, ut ex proceſſu, & clariſſime etiam probaſſet, ſi ſibi data eſſet petita defenſio aduerſus aſſertam confeſſionem ui, & metu tormentorum extortam, ut iuri cōſonum erat, & ideo nimirum ſi eſt mentitus, & ea faſſus, quæ nunquam commiſit, nec committere cogitauit, uario modo confitendo, & alios inculpando, iuxta terminos ſupradic. reſpon.

166 Cui † libet addere, quæ ſcribit Sanctus Doctor Auguſtinus libro decimonono, de ciuit. Dei. cap. 6. ubi ſic dicit not. Quid quum in ſua cauſa quiſque torquetur, & quum quæritur, utrum ſit nocens, cruciatur, & innocens luit pro incerto ſcelere certiſſimas pœnas, non quia illud commiſiſſe detegitur, ſed quia non commiſiſſe neſcitur, ac per hoc ignorantia iudicis eſt plerunque calamitas innocentis, & quod eſt intolerabilius, quum propterea iudex torqueat accuſatum, ne occidat neſciens innocentem, fit per ignorantiæ miſeriam, ut & tortum, & innocentem occidat, quem, ne innocentem occideret, torſerat. Si enim ſecundum iſtorum ſapientiam delegerit ex hac uita fugere, quàm diutius illa ſuſtinere tormenta, quod non cōmiſit, ſe commiſiſſe dicit, & per hoc innocentem ut ſciret torſit, & dum neſciret, occidit. Quod auteum Auguſt. dictum iudicibus incognitum, & aureis literis notandum, multum ſtrigit in hoc caſu, in quo iudex non ſolum ex ignorantia, ſed etiam doloſe proceſſit contra ipſum.

Quod autem doloſe proceſſerit, patet ex omnibus ſupra deductis in reſponſ. ad primū obiect. nam ſi iudex quæſiuiſſet ea, quæ pro uerificatione ibi proponebat ipſe proſiſc. nulli dubium, quòd conſtitiſſet de ipſius innocentia, nec ad torturam contra ipſum ueniſset, quam uerificationem procurare

167 debebat. Nam † dicit Paul. de Lenz. in repet. cap. quamuis. de depoſi. quòd ſi allegatur talis defenſio, qua probata ceſſare deberet tortura, eo caſu debet tortura differri, & pro hoc ita conſuluit Alexan. conſi. 65. uolum. 1. quem ſequitur Gram. uoto 30. numero 31. nec mirum autem ſi tortura ab aliquibus tam parum æſtimatur, ut quantacunque commiſerint crimina, torturam irrideant duritie naturæ ſuæ freti, nec quid unquam fateantur, ut dicit tex. in d. §. in cauſa tributorum. & Campan. in d. capit. frequens. nu. 38. circa med. in aliquibus uero non ſolitis pati diuerſos effectus cauſat, nam dicit Luc. de Pen. in l. quoties. C. de dignit. lib. 12. quod reperiuntur nonnulli, qui periculi magnitudine, uel ob cordis debilitatem, aut puſillanimitatem trepidant, palleſcunt, & hæc ſimilia peragunt. immo Paris de Put. in tract. de ſindic. in uer. tortura. columna nona, dicit ſibi contigiſse in facto, ut quidam nobilis inculpatus de magno crimine, cum introiuiſset aulam prætoris, in qua aderat corda, ubi tortura datur, ea uiſa ſtatim cecidit in terram, minxit, & egeſtionem emiſit, & tamen demum compertum fuit ipſum fuiſse innocentem obiecti criminis, prout etiam dicit Grā. d. uoto 30. num. 17.

Item ex alio patet, quod dicta aſserta cō-

168 feſsio non ualet. Nam † quando proceſsus non tenet, non valet confeſſio ſuper eo emanata, ut inquit Bal. in addit. ad Specul. tit. de confeſ. in addit. incip. Quandoque proceſſus. iuris enim eſt regula, quod acceſsorium ſequitur naturam ſui principalis, c. acceſsorium. de reg. iur. in 6. principale non tenet, ergo nec acceſsorium. quod autem principale, ſcilicet proceſsus, non teneat, patet ex dictis ſupra in pri. reſp. ad hoc cōtrar. in uer. quod ex confeſsione inualida. & quia non conſtat de delicto, quo caſu nedum non tenet confeſsio, ut dicit Clarus poſt alios li. 5. ſentent. q. 55. uerſi. poteſt etiam. ſed etiam captura fuit iniuſta. Vnde not. dicit Anch. conſilio 23. incip. Viſa inquiſitione. Quod etiam ſi non appareat confeſsum fuiſse illegitime tortum, ſi tamen apparet eum eſse detentū, præſumitur confeſsus per terrorem iudicis habentis eum in fortia, quem ſequitur Cor. conſilio 134. columna prima, quia ſicut iniuſte carcerauit, ita præſumitur quod iniuſte torſerit, Brun. de indici. columna 13. Alexand. conſilio 52. viſo themate. columna finali, uolum. tertio, & in l. qui in aliena. §. Celſus. in fine. ff. de acquiren. hæred. ubi poſtquam allegauit Bal. & alia quædam in contrarium, ſubijcit, quod cum Anchara. tenet

* communis opinio. Addito, quia, ut ſupra dixi, non præcedit fama contra aliquem nec in genere, nec in ſpecie, nō extāt indicia, uel ſaltem legitima, teſtes nō fuerūt rite examinati,

minati, fuere denegatæ dilationes ad pro-
169 bandum articulos,quum † tamen in crimi
nalibus tres dandæ ſint,ut eſt tex.clarus in l.
fina.ff.de feri. immo etiam quarta, ut dicit
ibi glo.magna,circa med.uerſi.ſed in crimi-
nali cauſa. maxime quando quarta dilatio
petitur ad alium effectum, quàm ad eum,ad
quem datæ fuerunt præcedentes, ut firmat
Barto.in d.l.fina.de ferijs.& poſt eum Rom.
conſi.226.incip. Vltra pridie. num.7. quod
magis fieri debebat in hoc caſu,in quo nul-
la apparet dilatio conceſſa, uel duæ ad plus,
& fuerit per ipſum petita tertia, nedum ad
probandum ante articulata,ſed etiam noui-
ter deducta, de quibus ſupra in reſpon. ad
quintum. uerſ. Quum ius dicentis officium.
quibus probatis detecta fuiſſet ipſius inno-
170 centia. Nam † quando reus aliquid alle-
gat,quo probato non eſſet ad torturam de-
ueniendum,iudex debet ſuperſedere a tortu
ra,& ſuper propoſitis iuſtificationes recipe
★ re, ut communiter teneri teſtatur Alber.in l.
vnius.§.cogniturum.num.3.de quæſt.quem
Iaſ.refert conſi.175.colu.fina.uerſi.ſecundo
allego.uolu. 1. & id comprobatur a Iaſ. in l.
properandum.C.de iudici.num.16.dum di-
cit, quod in cauſis criminalibus in ſingulis
capitulis dantur reo tres dilationes, ex ratio
ne Barto. in l.fina.circa fin.ff.de ferijs.ut ſci-
licet melius ueritas habeatur, ſed nil uoluit
facere iſte bonus iudex:imo recuſauit etiam
terminum petitum ad diſputandum ſuper
indicijs, quum tamen iudex non poſſit ſubij
cere reum tormentis, niſi prius diſputatis in
dicijs,ut dicunt omnes pract.ut per Cauenſ.
ſuper 45.prag.Regni,num.30.

Demumque proceſſit non obſtante ap-
pellatione a decreto de torquendo, a quo
171 † datur appellatio.l.ante ſententiam.de ap
pel.recip.& habetur in cap.ſententiam.2.q.
6.Blan.in d.l.fina.in 2.not.uerſ.tamen ab ea
interloquutoria,num.9.ff.de quæſtio.Ratio
eſt,quia tractatur de præiudicio irreparabi-
li,quo caſu ante factum admittitur appella-
tio.Bald.in l.ſi quis prouocatione. C. de ap-
pel.& in l.ſi clericus.C.de epiſc. aud. num.4.
ut not.diſtinguit,& rationem aſſignat,Ang.
in tract.maleſ.in uer. fama. num.100.uerſi.
aduertas tamen.& ita deciſum fuiſſe in curia
Delphin.refert Guid.Pap.deciſ.74.ubi dicit,
quòd de ſtylo curiarum parlamentorum ob
appellationem ſuperſedetur ab executione
torturę.& dicit Caraui.ſuper 259. Ritu mag.
cur.Vicar.num.14.in fine, quod ita ſeruatur
& practicatur quotidie: immo ibi dicit, ꝙ
per appellationem à decreto de torquendo
nedum ligãtur manus iudicis, ſed etiam per
appellationem a comminatione, & in hoc
multos citant.& ſuper eo.ritu,num.9. dicit,
ꝙ ut talis appellatio admittatur, & in tortu-
ra ſuperſedeatur,eſt conforme iuri commu-
ni,poſt Bart.Bal.&alios quos refert,ratione
præiudicij irreparabilis,ut ſupra, & ibi per
eum,qui in hoc late ſe extendit. idem etiam
ſemper uidiſſe ſeruari in magna curia Vica-
riæ teſtatur Gram.ſuper cap.Reg. quod inci
pit,ſi iuſte quis appellauerit,num. 4.in fi.ubi
dicit, ſe ita practicaſſe triginta annis conti-
nuis, quibus fuit iudex in dicta curia. quod
Gramm.teſtimonium refert, & ſequitur Iul.
Clar.lib.5.ſenten.§.fina.q.64.uerſi. ſed quid
172 agendum. Quod † etiam ſecundum cano-
nes,ſecundum quos iudicandum eſt, maxi-
me in terris eccleſiæ, eſt citra ullam difficul-
tatem, quia ſecundum eos appellatur ab in-
terloquutoria,cap.cum dilectus. de elect.ca.
ſignificauerunt.de teſti.& cap.ut debitus.ca.
cum ſpeciali,& c. cum ceſſante. de appellat.
2.q.6. ad Romanam.& c.quoties. cum ſim.
&hoc ad corrigendam iudicis iniquitatem,
2.q.6.c.omnis oppreſſus.& c.ſeq.Alexan.in
l.maritus.ff.de quæſt. Paul. de Caſt.conſ.25.
And.de Iſern.in tit.quæ ſint regal.in uer.Ma
ieſtatis. ubi hoc ampliat etiam in crimine læ
ſæ maieſtatis.& alibi idem And.ſuper conſt.
Regni incipien. intentionis. & Par. de Put.
in tract.de ſindic.q. ult. incip. Quæro de una
not.quæſt.nume.4. ubi dicit,ꝙ de iure capi-
tul.Regni appellatur a decreto de torquen-
do,ut in Rubr.quod recip.appel. a tormen.
uel a ſenten.c.ſi iuſte quis appel.& ibi hoc la
te proſequitur Campan.
173 Immo † iſta ſola ratio ſufficit ad annullan
dum proceſſum ipſo iure. nam Ang. ubi ſu-
pra dicit,hac appellatione pendente, etiam
ſi aliqua confeſſio emanauerit, talis confeſ-
ſio eſt ipſo iure nulla,argu.l.1.ff.nil noua.ap-
pel.pẽd.nec in hoc articulo, dicit ipſe,opu
eſt,ut iudex ſuperior inhibeat. quia pericu
loſum eſſet expectare,ſecundum Bald.in l.1.
C.commin.uel epiſt.ſequitur Franc.Brun.in
tract.de indici.in decima car. quem citat, &
probat Cauenſ.in dicta pragm.Reg.45. nu-
mero 48.Vnde alibi dicit Bald.in l. genera-

liter.§.ſed iuramento.colum.2.uerſ.ſed quid ſi eſt talis.C.de reb. cred. quòd talis appellatio ligat manus iudicis,a quo,etiam ante pręſentatam inhibitionem, quum tortura ſit irreparabilis,ut dicit Raph. in l. eius. ff.de appel.recip.Bal.in Rubr.C. commin. uel epiſt. in l.ante ſententiam.C.quor.appellatio.non recip.& in l.ſi quis.C.de appel.quos citat,& ſequitur Cauenſ.ubi ſupra,num.47. & in ijs, quæ non reparantur per appellationem a diffinitiua, ut tortura, ſola appellatio ſine inhibitione ligat manus iudicis a quo, ut innouari non poſſit per eum appellatione pẽdente ab interloquutoria.ita dicit Firman. in reper.in uer.Appellatione pendente. col. 1.circa medium. & Arim. in addit. ad Ang. ubi ſupra, concludit non ualere confeſsionem factam pendente appellatione a decreto de torquendo, quod firmat Hippol. ſuper.l.1.ff.de quæſtio.num. 34. uerſ. ſequeretur etiam.

Quòd autem ipſe nedum à decreto torturæ appellauerit, ſed etiam a comminatione de torquendo, patet in proceſ. tort. car. 4. uerſ.Ego ueritatem dixi, ibi, a comminata tortura prouoco,& appello ad S.D.N.cuius protectioni me ſubmitto.in primo conſt.& in eo.conſt.cap.5.uerſi.præſente ſupradicto Domino, ib', ſed a prædicta denegata dilatione a præfato decreto, & ab alijs hucuſq; factis appellante, & reclamante ad S. D. N. & præſertim a ſupradicta reiectione appellationis,& de nullitate dicente.& in eo. proceſ.fol.13.poſt primam tort.in tertio conſt. in uerſ.Præſente dicto domino. ibi, *Di nuouo appello da detto decretò,a ſua S. in ogni miglior modo, & dimando, che pendente l'appellatione non ſi innoui coſa alcuna.* & ibi, *& di nuouo da tutte le ſudette coſe m'appello,a S.S.& nanzi al tribunal di Chriſto.* & non tantum prædicto, ſed omni meliori modo.& ibi, *io non trouo che la mia appellatione ſij friuola,atteſo che come.V.Sig.ſa,* datur appellatio à decreto torturæ, & quod ſit legitima, & realis, & non friuola, offero me probare, & ad hoc probandum peto mihi dari terminum,aliàs ut ſupra appello, & hoc toties, quoties,& etiam a reiectione appellationis.

174 Quæ † omnia concludunt nullitatem proceſſus:nam, ut dicit Campan. poſt multos, quos allegat ſuper capit.Regni 172.incip.ſi cum ſceleratis. præeminentia iudicis non habet locum,quãdo eſſet interpoſita appellatio à futura tortura,expreſſa aliqua iuſta cauſa: quia ex quo tractatur de actu irretractabili,debet ſuperſederi tortura, etiam non facta inhibitione, numero quinquageſimoprimo, & ſucceſſiue numero quinquageſimoſecundo dicit,quod iudex debet eſſe cautus, & potius ſuperſedere in tortura, quàm procedere ad torquendum,ſtante appellatione, & non debet exponere ſe periculo, quod appellatio fuit iuſta uel non iuſta,quia ſi iniuſte torqueret,puniretur,ut ibi per eum ad quod citat Angel.Hippol.& alios, ex quibus iſte iudex argui poteſt de immanitate, & quod ſit in numero illorum,qui non iudices,ſed canes curiarium,lupi rapaces, deuoratores hominum, & leſtrigones ueſcentes carnibus humanis uocantur ab ipſo Campano ubi ſupra, numero quinquageſimotertio,cum proceſſerit dicta appellatione pendente,& alijs non obſtantibus de quibus ſupra,& ex conſequẽti ſequitur,ꝙ nec in theorica,nec in practica aſſerta cõfeſſio obſtare debebat ipſi.

Et non obſtantia dictæ confeſsionis fortius confirmatur ex alio, quia ipſa confeſſio

175 non fuit uerificata. Et † clarum eſt, quòd confeſsio non uerificata non nocet. Arct.in tracta. malef.in uer.Et ueſtem cęleſtem,uer. quid ſi quis confiteatur. ubi loquitur in materia furti,Bald.in additio.Specul.titu.de ſenten.columna decimaoctaua, in fine.& in lege, cum probatio.in ſuis additio. ff. de probat.& in auth.ſed nouo iure.C.de ſeru.fugit. Angel.in lege prima.C.de confeſ.& Hippo. in lege prima,in princ.numero trigeſimoſecundo,ff.de quæſt.& conſilio decimoquarto,numero decimonono, & conſilio uigeſimoſecundo, numero nono, ubi ponit caſum in terminis terminantibus. Quidam detentus erat pro furto cuiuſdam quantitatis pecuniarum, & poſitus in tormentis faſſus fuerat furtum,& pecuniam furatam cuidam dediſſe,qui talis examinatus negauit habuiſſe illas pecunias,vnde dicit Hipp. iudex non potuit quicquam facere contra illum carceratum,quia non fuit verificata confeſsio.

176 Et † quòd non ſit ſtandum nudæ confeſſioni aſſerentis ſe commiſiſſe delictum, ad effectum, ut ex ea damnari poſsit, niſi aliter de delicto ipſo conſtiterit, late oſtendit Felin.multa referens in capit.auditis.columna decima ſexta, de præſcrip. ſequitur Franc.

de

de Ponzon.in trac.de Lami. fo.2.col.antep. uerſi.ſeptimo.Boer.q. 164. num. 8.Crauet. conſ.262.num.3.uerſi.quinimmo, & conſi. 211.& 260.Bertran.conſi.257.uolum.3.& Cæphal.conſi.230.num.11.in 2.par.vbi loquitur in materia cudẽtis falſam monetam, & concludit, quòd non eſt ſtandum confeſſioni inculpati, niſi aliter appareat delictum fuiſſe cõmiſſum.rationem huius dicti authoritatibus firmatam, vide infra nu.200.

177 Et † ideo dixit Paris de Put.in tract. de ſindic.in uerſ.confeſſio.circa med. quòd debet iudex inquantum poteſt, verificare delictum confeſſatum eſſe verum, per not.per Bart.in l.1.§.ſed in eo. ff. ad Syllan. & ſi aliter fieret, ſequeretur, quòd quis eſſet dominus membrorum ſuorum, & quòd abſque eo, quod deliquerit, aſſerendo ſe deliquiſſe, poſſet facere ſe ad pœnam mortis condemnare, contra tex.in l.liber homo.ff.ad leg. Aquil. & in l.non tantum.ff.de pœnis. Et ideo ſingulariter dixit Bald.in auth.ſed nouo iure. colu. 3. uerſi.ſed pone quòd ſi aliquis confitetur, C. de ſeru.fug. quòd ſi non aliter conſtat de furto, uel homicidio, niſi per ſolam confeſſionem, non debet inquiſitus puniri; idem voluit ipſemet in addit.Specul.titulo de ſenten. colum.4.uerſi.Titius fuit confeſſus. & in c. bonæ.colum.8.in fin.de elect. & in cap.at ſi clerici.colum.3.uerſi. Tertio no. in fi. de iudici. Ang.in l.1.C. de confeſ. Gram. deciſ.2. num.38.& Crau.conſi.260.colu.2.& Pariſ. conſi.153.nu.8.uol.4.

Sic igitur in hoc caſu, confeſsio non debuit nocere ipſi, quia non ſolum verificata non fuit, ſed nec etiam iudex voluit uenire ad actum uerificandi, ſciens quòd nunquam fuiſſet verificata, nam quod non eſt, non poteſt probari, nec verificari: ſed omiſſa uerificatione, nulliter & contra omnia iura, & cõſuetudines iudicantium proceſsit ad condẽ-
178 nationem, cum † tamen delicti uerificatio adeo neceſſaria ſit, tam antequàm deueniatur ad actum cogendi tormentis reum confiteri, quàm poſt confeſsionem, ut ſit totum fundamentum cauſæ, vt dicit Bal.in d.auth. ſed nouo iure.colu.2.in fine.uerſi.ſed pone, quis confitetur.& ibi Pau.de Caſtro. colu.2. uerſi.aduerte tamen, quos refert, & ſequitur Ant.Gabriel.Roma.lib.7.concl.tit. de crimi. concl.17.nu.2.

Hinc eſt quod Ioſue priuſquàm condemnaret Achan de furto, miſit milites curiæ ad uerificandum furtum confeſſatum. Ioſue.c. 7.& dicit Ang.de maleſi.in uer.& veſtem cæleſtem, quod debet eſſe iudex cautus, ne damnet animam, & corpus ſuum, ſed debet deſtinare nuncium ad habendam informationẽ in loco pro ueritate, & in reperiendo furta, ita quod appareāt quæ diſtraxit, quæ pignorauit, & quæ penes eum habet.

179 Immo † ſtante præmiſſo proceſſu ad torturam illegitimo, etiam ꝙ confeſsio uerificaretur, non noceret, ſecundum Hippol.in praxi crimin.§.ſecunda quæſt. per tot. & Veronen.in addit.ad Matheſil.ſuper not. 55.uerſ. item prædicta, ubi ponunt practicam in hoc a iuſto iudice ſeruandam. Pro quo, ad confuſionem huius iniuſti iudicis, facit dictum Parid. de Put. de ſindi.in uer.confeſsio.fol.mihi.91.in par.num.7.ubi dicit, ꝙ ſi tortus dixerit feciſſe furtum aliquarum rerum, debet interrogari ubi ſint res, & ſi dixerit uendidiſſe, uel depoſitaſſe alicui, debet iudex mittere ad illos, ſi hoc uerum ſit, & ita ſe practicaſſe teſtatur. ergo cum confeſsio non fuerit uerificata, fortius minus obſtat, ſeu de iure obſtare deberet.

Sed nimirum, ſi obſtitit huic uiro, nã iſte iudex noluit ꝙ ex attentata, & non habita uerificatione tam cito detegeretur fraus, iniuria, iniuſta tortura, & iniquiſsimum decretũ, feſtinans ad internicionem ipſius, & habens eius falſam aſſertionem pro uera confeſsione, & explorato facinore, contra.l. non tantum.ff.de appel. & l.1.§. Diuus. de quæſt. Et
180 † in toto hoc ſuo iniquo proceſſu non habito reſpectu, ꝙ ipſe ſit Iur.Vtr.Doct. qui de iure non poterat torqueri, iuxta terminos.l. milites.§.oportet.C.de quæſt.ibi, ſi perſonarum conditio patiatur. & lex loquitur prohibitiue, arguendo a cõtrario ſenſu, quod arg. ualidũ eſſe in iure docet Euerar.in cent.leg. in loco a contrario ſenſu, imò lex illa reſoluit omnes difficultates cadẽtes in hoc caſu, iuxta pulchram interpretationem Bal. in conſi. 78.incip.tex.in quo.uol.3. ex cuius dictis uideat iudex, quo modo proceſsit in hoc caſu. Quum enim doctoratus ſit dignitas, ut inquit idem Bal.in l.1.colu.fi. ff. de iuſt.& iure. ideo ratione huius dignitatis torqueri non poterat, ut per Ioã. And.in c. cum in contẽplatione.de reg.iur.in antiq. Cyn. Barto. & Alex.in d.l.milites. Ang.in trac.malef.in uer.

fāma,fol.18.Alex.& Galiaul in repet.l.Centurio.nu.25.ff.de vulgar Matthesil. not. 59. Marſil.ſing.556.& in praxi crim.§.expedita. num.70.Iaſ.in l.1.C.de iur.&fac.igno.Brun. in tract.de indici.colu.mihi 28. Gra.in uoto: 1.num.4.

181 Nec † obſtat, ſi allegaretur conſuetudinē in alma Vrbe extare in contrarium, quia iſta non poteſt dici conſuetudo, ſed corruptela introducta, a crudelib.& inhumanis officialibus, qui ſanguinem humanum ſpretis legib. ſitiunt, nam hoc procedit, etiā ſi extaret conſuetudo in contrarium, Bart.per illum tex.in l.omnes iudices.nu.2.C.de decur. li.10.Ang. in d.trac.malef.in uer.fama publica.nu.102. & ibi Arimin.in addit.Rom.ſing.494.incip. milites, Doctores,&c.Iaſ.in l.de quib.nu.66. ff.de legi.Galiaul in d.l. Cēturio.nu.35.Grā. d.uoto.1.nu.12.nam conſuetudo inducens, ꝗ Doctor ſeu perſonæ priuilegiatæ torqueātur, non ualet, nec tenet, ut dicit Lud. Bolog. in addit.ad Guid.de Suz.in tract.de tormen. col.3.in prin.& Gram.ubi ſup. dicit ſe in facto ibi poſito dediſſe ita uotum, & in ſuā ſententiam inclinaſſe omnes Dominos de collaterali Conſilio, approbante locumtenēte generali, & alibi idem firmat in uoto. 25.nu.4. Grilan.in tractat.de tort.q.6.num. 3. Marſil. ſingu. 556. Carrer.poſt alios congeſtos per eum in praxi crim.in prin.ſub num. 180.vbi dicit, iſtam eſſe communē opinionem, quem etiam refert Duen.in reg.190. in 4.ampliat. & hanc opinionem etiam tenuit Cæp.conſ. crimin.39.incip. Lucius. Marſi.in l.edictum. ff.de quæſt.Io.de Arno.epit.66.& poſt alios iſtam eſſe communem opinionem teſtatur Viu.lib.2.com. opin. 87.incip. Doctoratus eſt dignitas.uerſ.& Doctores ratione dignitatis, quam etiam dicit communem Boſſ.tit. de indici.num. 131.& in ducatu Mediolani. ubi cauſæ diſcutiuntur per ritos, & rectos tramites iuris, Doctores non ſubijciuntur tormētis.& ita obſeruari refert Iul.Clar.li.5. ſenten.§.fi.q.64.uer.Quęro an Doctores.ubi refert, ſenatum reſcripſiſſe Prætori Placentino in cā cuiuſdā Doctoris Marliani.24.Octobris.1555.Confeſsio igitur, ex prædictis, in tortura emanata eſt nulla, & non nocet, Paris de Put.ubi ſupra, in uer.Docto.& in uerſi. Tortura.il primo.uerſi. An ſtētur dicto torti, ibi, an iudices ſeu Aduocati.& in uer. Tortura.il 3. uerſi. quia ſæpe. & in uerſi.mandauit. Gram.in uoto.1.uoto.15.& uoto.25.ubi ita concludit poſt multa, ſequitur late Carrer.in l.obſeruare.ubi ſupra.uerſi.Immo dicit Marſil.& ſic ceſſat obiectum de confeſsione, qđ etiam ita intelligunt Doctores in ipſo citati.

Quatenus tamen attendi deberet talis cōſuetudo torquendi Docto. derogatiua iuris communis, ita demum ſeruanda eſſet, quatenus grauiora indicia, & magis urgentia militarent contra Doct.quàm contra alios, ut dicit Rebuf.in concor.in glo.Regium aduocatum.in uerſi.decimum octauum, in Rubr.de elect.derogat.& ſuper auth. habita. C.ne fil. pro patre.ſuper uer. ꝓfeſſoribus. circa finē. ſed hic nedum non militant contra iſtum indicia urgentiora, quàm contra alios, ſed nec urgentia, nec ulla, ut ſupra late dictum eſt.ergo quicquid contra ipſum actum eſt, perperam, & inique perpetratum fuit, attento maxime, quòd, ut dictum eſt, non cōſtat de delicto: nam priuilegiatæ perſonæ, præſuppoſitis præmiſsis, ita demum amittunt priuilegia, & poſſunt torqueri, quando conſtat de delicto.l.1.C.ubi ſenat.uel claríſ.l. ſi quis decurio.C.ad leg.Cornel.de falſ.& id, per has leges dicit Ioan.Bolog.ad l.in actionibus.de in lit.iur.ſub num.53.poſt med.uerſi.facit in ſimili.hic non ſumus in caſu, ergo, &c.ꝗ nō ſimus in caſu, ſupra ſatis eſt deductum, & deducetur, ſi quis obſtinatè reſiſtat.

182 Ad ſeptimum † & ultimum obiectum de ratificatione, patet reſponſio ex præmiſsis: nam quum tortura fuerit inualida, & confeſsio ex ea emanata ſit nullà, ratificatio etiā eſt inualida & nulla, quia pendet a confeſsione, ſecundum Barto. in dicta lege pen. ff. de quæſtio.Gand.in tract.de malefi. ſub Rubrica, de quæſtio. & tormen. colum. quinta, uerſi.item pone quòd quidam. Alexand. conſilio quinto, incip.in cauſa. columna prima, uolum.1.Bartol. ſequitur Marſi.in dicta l.pen.colu.2.& 3.ff.de quæſt.Ratio eſt, nam ratificatio non ualidat confeſsionem ui, & metu extortam, non præcedentibus indicijs, quia præſumitur idem metus torturæ durare, ubi durat eadem torquēdi poteſtas. Cor. conſilio 20.incip. uidetur. ad finē. & clarius libro quarto, & conſilio 134.in cauſa Gaſparis. columna prima, ubi fortius ſubiungit, hoc procedere etiam ſi non fuerit tortus, ſed ſolum ſpoliatus ante torturam, & ut dicit Bar.in l.1.§.ſi quis ultro.ff.de qſt. ille qui ducitur

citur ad tribunal ut ratificet, uerisimiliter debet exiſtimare, ſi negat, ſe eſſe tormentis cogendum ut perſiſtat in confeſſione, unde adhuc imminet metus coactionis, quia eadem potentia cogendi durat, bene facit quod habetur in l. metum. C. quod met. cau. & in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. de noui oper. nunt. ubi concluditur, quod minæ incutiunt iuſtum metum, quando eſt uериſimile, quòd habeát exequutionem. ſequitur Aret. in l. qui in aliena. §. fina. ff. de acquir. hæred. in gl. ſuper uer. hæredem. ubi dicit, quòd quando confeſſio emanat in tortura non præcedentibus indicijs legitimis, etiam ſi in illa cõfeſſione reus perſeueret, illa confeſſio erit nulla, nec poterit ex ea ſequi condemnatio; per d. l. penul. cum Bart. ibi. ff. de quæſt. & hoc dicit eſſe uerum, quicquid dixerit Bal. in l. 1. C. de con-
183 feſſ. in 2. car. unde † ſubſiſtente iuſta cauſa metus, non tollitur ipſe metus per ratificationem. nam metus quum ſemel illatus ſemper perſeuerare uideatur, ideo quod metu factum ab initio eſt, ſi poſtea cõfirmatum fuerit, nullas uires habet; ſed metu confirmatũ uidetur. l. ſi per impreſſionem. C. quod met. cau. Cyn. in l. 2. C. eod. & ibi Bartol. & idem Bart. in l. pen. ff. de cond. ob turp. cauſ. Bal. in l. nouiſſime. in fine prin. ff. de eo quod falſo tut. auth. & in l. omnem. in fine. C. ad Tertul. Angel. in l. ad inuidiam. C. de eo quod met. cau. glo. & Doct. in cap. 1. quod met. cau. Iaſ. conſi. 165. uol. 2. etiam quòd in ipſo actu interuenerit iuramentum, ut poſt innumeros quos in hanc ſententiam actus & ratificationis metu factæ, tradit nouiſſimè dom. Fran. Burſ. conſi. 72. num. 27. par. 1.

Eodem ergo timore quo iſte uir inductus fuit ad confitendum, eodem & ad ratificandum coactus eſt. l. doli. §. diuerſum. de doli except. Vnde per hoc non poteſt dici actus ſponte factus, ut dicit Imo. in cap. ſolicitæ. de reſtit. ſpoliat. ſequitur Aret. conſilio 14. columna fin. pro quo eſt conſiliũ Anch. 158. incip. Ratione. ubi dicit, quòd poſtquã quis ſcit ſe poſſe compelli per iudicem ad gerendum actum; non dicitur minus coactè facere, licèt ſpõte faciat. d. l. nouiſſimè. §. quod ſi compulſus. ff. quod falſo tut. & ſubdit ibi, quòd inſpicitur nocendi potentia, ſi-
184 cut nocendi actus. Vnde † dicit Marſi. conſilio 39. uolum. 1. quòd ratificatio ſponte facta per reum ad banchum iuris de omnib. quæ confeſſus fuit in tormẽtis, uel metu tormentorum, non ualet, quia eodem modo, quo præſumitur facta confeſſio in tormentis, uel metu tormentorum, eodem modo præſumitur & ratificatio facta, pro quo dicto eſt glo. ſing. in l. ſi patronus. in §. patronum. in uerbo, Fauiana. ff. ſi quid in fraud. patro. quæ uult, quòd ſi principale negotium eſt factum in fraudem, eodem modo præſumitur appoſita omnis clauſula. Igitur, quum Profiſc. inductus fuerit ad confitendum vi, & metu, ita ijs cauſis inductus fuit ad ratificandum.

Vnde Catald. in tract. de ſindic. uerſ. 145. incip. Adde quod diximus, exclamat contra officiales ut non de facili prorumpãt ad tor-
185 turam: nam dicit, quòd † ubi habita ſunt tormenta non pręcedentibus legitimis indicijs, etiam ſi reus confiteatur, & in confeſſione perſeueret, non tamen eſt ſtandum ſuæ confeſſioni, & allegat Bart. in d. l. pen. ff. de quæſt. quem Bar. etiam ad hoc propoſitum citat Cauenſ. in d. pragm. Regni. 45. nu. 44. ubi poſt And. de Iſer. & Matth. de Afflic. in conſtit. Regni, incip. proſequentes. concludit, communem opinionem eſſe cum Bart. ubi ſupra, quæ etiam fuit Inn. in cap. 1. quod met. cauſa. ubi etiam tex. clarus, & in ca. cauſam matrimonij. de offi. deleg. & latè Hipp. conſ. 65. colum. pen. num. 49. & eſſe communem opinionem teſtatur etiam Viuius. in 2. par. com. opin. in lit. C. opin. 70. incip. confeſſio facta per reum. ſed in hoc caſu, nec extabant legitima indicia; & nedum erat metus, ſed etiam continuæ comminationes de torquendo, ut ſupra dictum eſt, ergo &c. ut per Alex. conſi. 5. uol. 1. & conſi. 52. uol. 3. & Gram. conſ. 21. num. 18. cum ſeq.

Quòd autem ex abrupto, & ſine indicijs iudex proceſſerit ad torturam, patet etiam ex uerbis ipſiuſmet iudicis iuſertis in eius decretis de torquendo, dum ſemper dicit, quũ aliter ueritas haberi non poſſit, fol. 5. 13. & 18. in proceſ. tort. & ſic facit cõtra id, quod
186 dicunt Doct. Torturam † ſcilicet, non inferri ad liquidationem delicti, ſed ad liquidationem perſonæ, quia prius eſt habenda ueritas delicti, & poſtea ad torturam ſeruatis ſeruandis deueniendum, l. 1. §. item illud. ad Syllani. ubi dicit Bald. quòd prius debet cõſtare de maleficio, quàm aliquis torqueatur pro malefactore reperiendo, & ibi gloſ.

dicit, ad perſonam ergo declarandam fit quæſtio,& hoc ſecūdum Azon.& ſubinfert Accurſ.nota non ueniri ad quæſtionem niſi præcedant indicia, & vt dicit Paris de Put. in d.tract.de ſindic.in uer. An ſtetur dicto torti.num.2.fol.mihi 320. in prin. in paru. non debet ad torturam procedi, ſi non conſtet prius de maleficio, nam pro eruenda veritate debet conſtare quod factum fuit,quia vbi non eſt ſubiectum, non cadit qualitas.l.eius qui.ff.ſi cert.pet.Cuman.conſi.67.incip. ſtatuto ciuitatis.ſub num.5.ut etiam ſupra ſatis dictum eſt.

187 Et † præmiſſa adeo uera ſunt, ut etiam ſi poſt torturam,& confeſſionem ſuperueniāt legitima indicia;non tamen ualet confeſſio. Cauenſ.ubi ſupra,nume.45.poſt Gram.in d. conſi.21.& ante eos Hipp.conſi. 120. num. 38.& eſt communis opinio ſecundum eūd. Hippo.in d.l.pen.ff.de quæſt.num.58. uerſi. ego dico. ubi hunc articulum diffuſe ponit, numero 31.uerſi.Viſis.& Felin.in capit.cum dilectus.de accuſat.& in cap.ad noſtram. de probat.in prin. uerſi. ſi enim hoc non eſſet. & uerſ.item inquantum. & in c. at ſi clerici. de iudici.num.mihi.4. uerſi. ſeptimo limita. ubi,ultra theoricam, refert caſum in practica ex Floriano in Rubr.& in l. emptorem.ff. de probat.qui tempore Domini Guelphi de Prato Bononiæ defendit vnum, qui ita confeſſus fuerat. & dicit Dec. de regul. iur. in l. quod in initio uitioſum eſt, non poteſt tractu temporis conualeſcere.num.4.quod cōfeſſio facta in tormentis non præcedentib. indicijs,quia non ualet à principio,non cōfirmatur poſtea ſuperuenientibus indicijs. poſt Barto.in l.maritus.columna prima, de quæſt.Alexan.& Roman. quos citat in conſilijs.idem conſuluit Corn.conſi.134.in cauſa.colum.2.uolum. 4. & vtrumque cum alijs ad hoc refert,& ſequitur Campan. in d. c.ſi cum ſceleratis.nume. 30. ubi dicit aduertendum,quod indicia præcedere debent torturam, aliàs indicia ſuperuenientia poſt torturam non iuſtificant torturam, nec confeſſionem inde ſequutam,etiam ſi indicia ſuperuenientia eſſent legitima.& ratio eſt,quia ordo iuris eſt peruerſus,ut poſt Barto. dicunt Put. de ſindic.uerſi.an ex ſola.Marſ.conſi.95. numero decimo.Alex.in l.qui in aliena. §. Celſus.nume.38.de acquiren.hæred.Iaſ. conſi. 188.num.2.uolum.2.Moder.Picen. in gloſ. ad AEgid.conſtit.lib.4.capit.25.num.62.& ita tenent communiter Doct.& aduoc. vt dicit Alber.in d.l.maritus. nu. 4. quod dictum ſequitur Iul. Clar.lib.5.ſenten. §. fina. q. 55. uerſi.ſi uero confeſſio.ubi poſt Docto. quos citat,concludit,confeſſionem factam in tortura illata non præcedentibus legitimis indicijs non ualidari,nec ab expreſſa ratificatione,nec a ſuperuenientia legitimorum indiciorum,& eo.§.q.64.uerſi. dixi etiam. in fin. dicit,hanc concluſionem habere locum, nō ſolum in minoribus delictis, ſed etiam in maioribus, & atrociſſimis, immo etiam in crimine læſæ Maieſtatis. & hanc eſſe communem opinionē firmat ibi ex Bruno de indici.& tortu.fol.93.nume.6.& ex Pract.Conr. fo.300.in prin.ad quod vide etiam eumd.in ead.q.uerſi.Dixi quoque non ſufficere.&ad hoc eſt reg.iuris tam Ciuilis, quam Canonici,ut d.l.quod in initio.de reg. iur. & ca.non firmatur.eo.tit.in 6.

188 Immo † plus,Bald.conſi.77.incip. ad euidentiam præmitto,num.2.uol.3.dicit, quod ſi quis torqueretur, & ne iterum torqueatur perſeueraret in confeſſione, talis confeſsio non ualet,per d.l.maritus. ff. de quæſtio.& l. non tantum.ff.de appel. Roman.conſi. 167. incip.Antonius accuſatus.colum.1.nume.3. & ibi Mandoſ.iunior in addit.ſuper uer.perſeueratum fuerit.ubi infinitos Doct.tam antiquos,quam Modernos adducit, qui firmiter tenent, ratificationem non validare cōfeſsionem inualidam, vt ibi, & Bru. de indi. par.2.quæſt.5.nume.47.hoc tenet,idem firmat Aret.in uer. fama. uerſi. Quinto quæro iudex torſit.& in eo.uerſ.num. 36. uerſ.Aduertas tamen, iunc. addit. Arimin.ibid.& in uer.Comparuerunt dicti inquiſiti,nume.16. uerſ.unum non omittam.& ibi Arim. in addit.Cæpol.conſi.105.Barba. conſ. 35.Bald. in l.ea quidem. C. de accuſat. & in l. fina. in ult.uer.C.eo. Alexan.conſ.179.incip.in cauſa Angelorum.col.fina.uolum.2.Iaſ. in l.qui in aliena.§.Celſus.num.39.de acq.hæred.& conſilio 188.nume.2.uolum.2. & ibi Franc. Bec.in addit.ſuper uer.perſeueret.ubi habes concor.quæ doctrinæ hunc caſum in terminis decidunt; nam ipſe prima uice qua fuit tortus, nihil eſt confeſſus,ut patet in primo conſt.tort. quod autem poſtea faſſus fuerit, & ſucceſsiue perſeuerauerit pro uitandis tormentis,patet in proceſ.tort.fol.8.in 2.conſt.

ibi,

ibi, *io dirò tutto quel, che uogliono loro. acciò che*
ceſſino queſti tormenti. & ibi, *io uoglio accuſarmi di*
negligentia, che non uoglio tormenti. & ibi, *che cer-*
to con la corda mi ſi farà dir, che Dio non è Dio. & in
3. conſt. fol. 2. ibi, *io non ſto in ceruello, io non poſ-*
ſo comportar la corda. & ibi, *mi dica lei, come uol*
ch'io dica, ch'io dirò, io non poſſo comportar la corda,
& la corda mi farà dir, che Dio non è Dio, io ſon mor-
to. & ibi, *io uedo, che la S. V. è riſoluta d'amazzar-*
mi, m'amazzi preſtamente, & non mi dij tanti tormē-
ti, che non li poſſo ſopportare, & io ui dico ſignore,
che non ho hauuti detti cinquecento ſcudi, & quello
che ho detto queſta mattina, l'ho detto per leuarmi da
partido, & per non eſſer piu tormentato. & ibi, *V. S.*
ſa, che la tortura ſi puo chiamar graue, & lieue ſecon-
do la perſona, a chi ſi da, & uoleſſe Dio, ch'io non ha-
ueſſe detto, & non diceſſe anco piu che queſto, per for-
za di tormenti, & di paura. & ibi, *la uerita è, ch'io*
non ho hauuti detti denari, niente de manco per leuar
me da partido, & per non hauer la corda, che non la
poſſo ſopportar, io dico, come ho detto queſta mattina.
Et in 4. conſtit. poſt ſecundã, tor. fol. 18. ibi,
io ho detto, che la corda mi farà dir, & m'ha fatto dir,
& quel, che ho detto, & altre coſe, & ibi, perche per
non hauer la corda, non ſolamente pagaria queſti, &
ibi, *pur che non habbi la corda, che non la poſſo com-*
portar, & ſicuramente ſon innocentiſſimo, ma io farei
ogni coſa per leuarmi da partido; & in ſexto con-
ſtit. poſt quartam tort. fol. 37. ibi, *per far piu*
preſto, & per condur una uolta à fine queſta mia uita
ſenza tanti tormenti. & in alijs locis.

189 Ergo † ex præmiſſis reſultantibus, & ap-
parentibus ex proceſſu, & ex præd. doctr.
Bal. confeſſio, & ratificatio non obſtant, li-
cèt etiam ſuperuenirent noua indicia, ſecun
dum præd. & Roman. ſing. 132. incip. Tu ha
bes, qui uis ire in birariam. & in d. conſ. 167.
col. 1. num. 5. uerſ. quod autem huic confeſ-
ſioni. & ibi Mandoſ. iun. ſuper uer. reconua-
leſcant. vbi concor. citat. & Carrer. in pract.
crim. num. 47. ubi ampliat ratificationem nō
obeſſe ſtantibus etiam indicijs, ſed non legi-
timis, & quæ ſint iſta indicia non legitima
exemplificat, vt quia ad torturam deuentum
eſt ex proceſſu informatiuo, ut ibi per eum,
quod in præſenti caſu verificatur, ut clare ſu
pra deductum eſt; & hoc etiam tenuerunt,
Bald. in capit. ad noſtram. in fine. de probat.
Dec. in dicto cap. at ſi clerici. in prin. limit.
8. & ibi Bero. num. 58. de iudici. & not. in d.
l. quod ab initio. de reg. iur. Gigas in Tract.
de crim. læſæ Maieſt. lib. 2. titu. quom. & per
quos, &c. q. 5. num. 39. & Boer. deciſ. 259. in
190 cip. iudex. Vbi † diſputat, an iudex cōde m-
nans ad mortem, & ſententiam exequens,
antequàm plene ſibi conſtaret, excuſetur, ſi
poſtea ſibi conſtet, & pro negatiua conclu-
dit, ut ibi. Multo minus igitur excuſari debet
in caſu iſto, in quo nunquam ſibi cōſtitit de
delicto, proceſsit ſine indicijs, & denegato
termino petito ad diſputandũ ſuper ijs, quæ
ipſe in diſcurſu ſuorum interrogatoriorum
pro indicijs proponebat, ut patet in proceſ.
tort. conſtit. primo, quem de ignauia, & do-
lo arguit Paris de Put. in d. tract. de ſindic. in
uer. An ſtetur dicto torti. numero 2. fol. mihi
320. in paruis. Vbi quærit, an is, cōtra quem
ſunt indicia, audiatur dicēdo, peto defenſio-
nes contra indicia ante torturam, & reſpon
det, dic, quod ſic, maxime quando eſt tale
quid, quo probato non debet ad tormenta
procedi, quia poſt torturam non eſſet reme
dium legis. 3. de appel. recip. & reddit ratio-
nem, nam aliqui ſolent in tormentis defice-
re, l. aut damna. §. 1. ff. de pœn. quod autem
deducta per ipſum Profiſc. ad notitiam iudi-
cis fuerint releuantia, patet ex dictis ſupra in
reſponſ. ad præcedentem obiectionem, in
uerſi. nam quando reus aliquid allegat, er-
go &c. & ſic ceſſat obiectum de ratificatio-
ne, quia iſta, ut dixi, non fuit, nec eſt, nec dici
poteſt ſpontanea.

Et ad illud, quod in obiecto dicitur de mā
dato de reſtituendo, & compoſitione facta
cum camera: Reſpondeo, reſtitutionem nō
eſſe factam de ijſdem, ſed de diuerſis, ut in
proceſ. tort. in depoſitione ipſius Thomæ
Angli, fol. 30. ibi, Recepi quingenta ſcuta de
Italia, & ſic non apparet de identitate aſſer-
tæ rei ſubtractæ, quod apparere debet, ut ſu-
pra latius probaui. & ſi quid ipſi ſolutum eſt,
nō fuit in uim reſtitutionis, nec ex eo, quod
fuerit commiſſum aliquod delictum, ſed ex
ui, & minis adhibitis, & ad finem vitandi tor
menta, ut patet ex proteſtatione facta per
interuenientes pro ipſo, de qua in proceſ.
tort. fol. 32. Quo uero ad compoſitionem
cum camera, reſpondeo argumentum non
procedere in hoc caſu, tum quia quod ab ip
ſo factum eſt, metu factum eſt, & pro exeun-
do e carceribus, & lex dicit, quod metus cau
ſa factum eſt, ratum non habeo. toto tit. ff. C.
& ext. quod met. cau. & pro uita redimenda,
nam continuo minabantur mortem.

d.§.numero 2. uerſi. Addo etiam prædictis.

Vlterius non procedit argumentum de
195 compoſitione,quia † quum captura, proceſſus,& tortura,ut ſupra dictum eſt,fuerint, & ſint nulla,& inualida, omnia inde ſequuta ſunt nulla,ſecundum Marſi. conſi. 12.col.5. num.23.& conſ.14.col.2.num.4.nam,vt dicit Alex.d.conſi.1.num.16.uerſi.ſecundo reſpondeo. Ratio quare perſeuerantia eiuſdẽ confeſſionis poſt torturam illegitime adhibitam non ualet,eſt,quia reus perterritus ex tormentis iniuſte illatis ſemper uerîſimiliter debet timere, ne iudex de nouo iniuſte torqueat.l.ſi cui.§.ijſdem.ff. de accuſat. ut etiam ſupra dixi in reſolutione huius obiecti in materia ratificationis.

196 Accedit præmiſſis, quia † tranſactio facta eſt in caſu a iure conceſſo,ut puta in delicto, quo dato, & uerificato infligenda erat pœna mortis,uel ſanguinis, in quo licita eſt compoſitio,ſeu tranſactio, ut not. Iaſ.& alij in l. tranſigere. C.de tranſact.Nouel. poſt eum, & alios in pract.cauſ.crim. ſub tit. inquiſitio quid ſit.num.89.fol.mihi 50. & in tracta. ad defenſam.ſub tit. An indicia pro reo danda ſint.nu.117.fol.mihi.96.Silu.in ſum.in uerſ. Accuſatio. §. undecimo. ex ea ratione, quia unicuique licet ſanguinem ſuum redimere, ut dicit glo.in d.l. tranſigere. in uer.prohibitum.quam rationem omnes probant, ut dicit Purpur.in d.l. tranſigere.num.17.& illã communem uocat Curt. iun. ibi.num.4.nedum in criminibus publicis, ſed etiam in priuatis,ut poſt alios dicit Clar. lib.5.ſenten.§. fina.q.58.uerſi.Succeſſiue uideamus.nec ob id oritur indicium,nec arguitur delictum, vt dicunt præd.Doct.& id etiam firmat l. fin.ff. de præuaricar.in contrarium citata,dum dicit,in omnibus cauſis,preterquàm in ſanguine,qui corrumpit delatorem, pro conuicto habetur,ut dicit Bolognet.in d.l. tranſigere. num.16.

197 Quæ † compoſitiones etiam, ſeu tranſactiones in ſimilibus paſſim fiunt in Vrbe Roma,& in omnibus Terris eccleſiæ ex inueterata conſuetudine,ut notorium eſt, & etiam patet ex Bulla reform.Tribunal.Pij.iiij.titu. de procur.fiſc.uerſ.Procurator præfatus. ex qua ceſſat illud, quod dicebatur in obiecto, ꝙ,ſcilicet ſumus in cauſa fiſcali, in qua non datur tranſactio. tollitur enim primo ex ſupra d.conſuet. & bulla. uel ſecundo contrarium procedit,præſuppoſito delicto,in materia inflictionis pœnæ. nam tranſactio, loquendo inter partem & partem, ſecluſo fiſco,& partis remiſſio,licèt mitigent,non tamen in totum tollunt pœnam, vt dicit Nouel.in d. tract. ad defenſ. ubi ſup. multo magis ex ratione prædicta redimendi ſanguinem, & euadendi iniuſtos carceres fuit licita in hoc caſu,vbi nullum adeſt delictum,& de ipſo nullo unquam tempore cõſtitit, niſi per aſſertam confeſſionem, quæ elliditur ſecundum theoricos,& practicos ex ijs, quæ
198 ſupra dicta ſunt. Et † ꝙ hoc caſu in ſtatu eccleſiæ, & de iure canonico hoc ſit citra dubium late proſequendo oſtendit Anto. Gabriel.Rom.lib.7.concl.tit. de criminal. concluſ.23.ubi ponit, An tranſigens ſuper crimine fateatur delictum? & per multa concludit,quòd non,maximè in caſu quo non conſtat de delicto, ut hic. Pro quo fortius ſtringit illud,quod pulchre dicit Rom.ſing. 688. incip.Tu audiuiſti legem,tranſigere.per tot. ubi concludit, trãſactionem eſſe permiſſam in delictis de iure communi, non autem de iure canonico, quia eo iure canonico pro quouis crimine,licèt publico,non irrogatur pœna ſanguinis, ut per eum ibi, intelligendo tamen ut intelligunt Doct. in d. l. tranſigere.C.de trãſact. ubi Bologne. nume. 25. uerſi.Quinto ampliatur,late examinat materiam tranſactionis in delictis de iure canonico.De quouis ergo iure loquamur, non obſtat obiectum de compoſitione ſeu tranſactione.

Sublatis igitur omnibus contrarijs fundamentis,remanet firma conclufio, iniuſtiſſime proceſſum eſſe contra ipſum ad detentionem,ad torturam, & proceſſum eſſe nullum a capite vſque ad pedes, & nulliſſimum eſſe decretum, ut pote fundatum ſuper nulliſſima confeſſione cum inde ſequutis. Nam
199 † licèt Doct.uelint confeſſionem pro iudicato haberi,l.1.ff.de confeſ. tamen hoc procedit,quando conſtat de delicto, quod intẽtatur.l.ſi is.eo. tit. & quando, conſtito delicto,agitur ciuiliter ex lege Aquilia ad damna &c. nõ autem ſi criminaliter, ut dicit tex. Si is,cum quo lege Aquilia agitur,confeſſus eſt ſeruum occidiſſe,licèt non occiderit, ſi tamen occiſus ſit homo,ex confeſſione ſua tenetur, & ſic quando [de]lictum confeſſatum conſtat,& certum eſt.l.certum.eod.titu. ubi

dicit tex. Certum cõfeſſus pro iudicato erit,
incertum non erit.& glo.in uer.certum, di-
cit,ſicut ſententia,ſic confeſſio,quæ generat
ſententiam debet eſſe certa, & gl. ſubſequẽs
in uer.ſi incertum.dicit,re,uel genere, uel re
tantum,ſed in caſu præſenti agebatur crimi
naliter ad pœnã,& nullo modo nec re, nec
genere conſtabat, necunquam conſtitit de
delicto,ergo confeſſio nulla, & ex tali con-
feſſione de iure ſcripto, nec de conſuetudi-
nario non poterat ſequi condemnatio ut
per Barto.in dicta l.1.ff. de confeſ. & Felyn.
in cap. ſi cautio. de fi. inſtrumen.uerſi. quar-
ta declaratio.in fine. Accedit præmiſſis, l.fi.
eod.titu.de confeſ.ubi not.quòd non debet
quis condemnari pro delicto, de quo non
conſtat,& tex.eſt clarus,dum dicit, non om
nino confeſſus condemnari debet eius rei
nomine,quæ,an in rerum natura eſſet,incer
tum ſit,prout in caſu præſenti. ſemper enim
incertum fuit,an ille Anglus habuerit, ma-
ximè tunc oecunias, pro quibus fuit habita
quæſtio : immo ipſemet Anglus, quatenus
etiam illas habuerit,quod negatur, ſe incer-
tum reddit ex dictis ſupra in reſp.ad prim.ex
eius.3.conſtit. immo incertiſſimum, dum in
ſuo conſtit. de quo in proceſ. tort. folio 31.
loquitur alternatiuè, & per uaria uerba, di-
cẽs.(ſibi alias ſubtractas,& ablatas,ſiue amiſ
ſas.) Ante confeſſionem igitur nullo modo
de ipſo delicto conſtabat, poſt confeſſio-
nem minus,quia confeſſio non fuit uerifica-
ta,ergo omnia nulla in iure, & in facto.
200 Nam † illud axioma Doct. ꝙ ex confeſſio
ne quis poſſit cõdemnari,præſupponit om-
nia prædicta, tanquam terminos neceſſa-
rios, & particulariter quòd conſtet de deli-
cto confeſſato(quòd ſit commiſſum) per te-
ſtes,& probationes liquidiſſimas,& ſine ex-
ceptione,pro quo facit (vltra infinita ſupra
ad hoc adducta) quia non eſt in poteſtate
alicuius cum ſua cõfeſſione facere delictum,
ubi delictum non eſt,ita not.dicit Crau.con
ſilio quadrageſimo octauo, numero ſepti-
mo, & conſilio 262. numero quarto, vbi
hoc per plura exempla firmat poſt Roman.
& alios,quos citat in conſi.& lect.ipſum que
citat, & in hoc ſequitur nouiſſime Menoch.
conſilio octuageſimoſecundo, nume. 19.
ex ea ratione,quia nemo eſt dominus mem
brorum ſuorum. l. liber homo. ff. ad legem
Aquil.cum not.ad illam per Alphan.in col-
lect.iur.ciuil.l.627.quæ incip. Nemo.

Iuſtificari igitur debet confeſſio, ut id
etiam ex ſacris literis patet, Geneſ. cap. 18.
ubi dominus uolens ſubuertere ciuitates ob
Sodomiticum ſcelus, etiam quod tale ſce-
lus ex fama notorium eſſet,dicit tamen,De-
ſcendam, & uidebo utrum clamorem, qui
uenit ad me, opere compleuerint, an non
eſt ita,ut ſciam.& ibi Nicol. de Lyra, in uer.
deſcendam, dicit.hoc dicit, non quia Deus
indigeat tali inueſtigatione, ſed ut doceam-
tur per hoc iudices non ſententiare, donec
diligenter inquiſierint ueritatem, concor.
ius ciuile in dicta l.prima.§.item illud. & l.ne
ceſſarios.§.non alias.ff.ad Syllania. qui text.
201 ſunt clari. Et † ideo dixit Ponzini. in tract.
de Lamijs,poſt nume.ſeptuageſimum,quod
iudex debet inquirere de ueritate confeſſio-
nis, quia aliquando aliqui confeſſi ſunt de-
lictum,& poſtea reperti ſunt non deliquiſſe,
& ait,quod ita dicunt Docto. & illum refert
Gramm.conſilio crimin. 16.poſt numerum
quintũ,quem citat, & ſequitur Iul.Clar.lib.
quinto ſenten.§.fina. quæſtio. 55. uerſi. po-
teſt etiam. in fine. & hoc euenit in caſibus,
quibus crudeles iudices ex capite ſuo proce
dunt ad torturam non præcedentibus legi-
timis indicijs : ſæpe enim innocentes con-
demnant,vt ſupra dixi, & in hoc caſu patet,
nam loquendo de iure,de conſuetudine, &
ſecundum modum procedendi, quem bo-
num iudicem decet, confeſſio hic extorta
non ualet, nec iuuatur ratificatione, ut per
Doct.ſupra alleg. & Roman. dicto conſilio
167.columna prima, uerſic. quid autem, &
pulchre Boer.deciſi.nonageſima. incip. Et
primò quo ad proceſſum. numero 9. & 10.
par.1.

Et ſic nedum non poterat condemnari,
ſed nec torqueri, immo nec detineri, ut ſu-
pra,ut notant ſingulariter Bald. & Paul. in l.
ſi quis.ff.de teſtam.ubi dicunt, quod ſi carce
ratus, & inquiſitus poneretur ad torturam,
licèt indicia poſtea ſuperuenerint, tamen
quando male fuerat captus,quia indicia nõ
erant debet ante omnia relaxari, quod pro
ſingul.dictò not.Firm. in repert.in uer. Car-
cer.uerſ.duodecimo. ibi,nota unum ſingula
re. Quod autem non potuerit condemnari
202 patet:Nam † ad hoc, ut quis poſſit condẽ-
nari,requiritur,quod ſit conuictus,& ſpon-
te confeſſus.cap.nos in quenquam.cap. pri-
mates.

mates.& cap.prohibentur.§.fina.2.quæſt.1. & per tot.illam quæſt.tradunt Docto.in l.1. C.de confeſ.& l.qui ſententiam.C. de pœn. Bonif.in tract.maleſ.in tit.de pœn.condem nat. uerſi. item nota, quòd nullus. & eſt dictum vulgatum,& indubitatum, quod ſæpiſſime allegat Hippol.in conſi. & lect. ſuis. & maxime in conſilio 14.clementiſſimi Dei.in princ. conſilio 28. in cauſa inquiſitionis. in prin.conſilio 48.non confundentur.colum. quarta,in fine, conſilio 63. columna ſecunda,propè finē.& conſilio 130. iuxta fin. Vel quod ſaltem horum alterum interueniat legitime,ut ex iuribus,& Doct.quos citat,con cludit Socin. iun. conſil. trigeſimo ſeptimo, numero decimonono, uolum. ſecundo.ubi dicit iſtam eſſe regulam tritiſſimam. horum neutrum eſt hic,ergo &c.ut in ſimili caſu arguit idem Hippol. conſilio decimo octauo, numero 29.& tex.in capit.ex literis.de furt. dum dicit, Mandamus quatenus ſi ſponte confeſſus fuerit,& cætera, & omnia clariſſima ſunt pro ipſo.

Sed manifeſtè apparet, ꝙ paſſus eſt, quia Gubernator,& fiſcalis voluerunt cum ipſius iactura exonerare ſe ipſos: nam quum de eo rum mandato confectum fuerit inuentariū in bonis ipſius Thomæ,ut ex actis patet,ſcie bant quòd, ſi quid deerat, ipſi tenebantur, ſecundum Bartol. in l. ne quid. ff. de incen.
203 rui.& nauf.ubi dicit, Quòd † ſi quis pone ret aliquē ad cuſtodiam territorij, ne cōmittantur furta, & robariæ, ſi ille cuſtos diſrobauit,dominus,qui eum poſuit tenetur,licèt cuſtos fecerit contra mandatum, & alibi idem dicit Barto. in l.1.§. familiæ. ff.de publican.& uectig. & ita in ciuitate Neapolitana iudicatum fuiſſe refert Afflic.deciſ.82.incip. dubitatur. ubi ponit hunc caſum in terminis,& Barto.alios etiam allegando, refert & ſequitur Carau. ſuper Ritu. 49. nume. decimoquinto. Dato ergo delicto,quod tamē negatur, ex præmiſſis patet modus procedendi Gubernatoris in hac cauſa, qui dicitur proceſſiſſe non in aliena, ſed in propria cauſa, & iudicaſſe de ſibi contingenti negotio,contra l. qui iuriſdictioni.ff. de iuriſdict. omn.iudic. & eſt perinde, ac ſi priuata perſona iudicaſſet, pro quibus remiſſiue uideatur Vant. in tracta. nullit.in titu. de nullit. ex defec.iuriſdict.num.16.17.& 18.

Et eo magis ipſius Gubernatoris iniquitas in toto iſto proceſſu, & ante carcerationem,& in carceratione, & poſt exitum apparet,quia & contra ſtylum omnium curiarum,& contra ius commune,non modo reiecit appellationem ſuam a decreto de torquendo, ſed etiam prohibuit interponi appellationem a decreto diffinitiuo, terrendo procuratorem relictum ab ipſo in curia,qui uolebat ipſam interponere, cum tamen clarum ſit,quod in curia a ſimilibus decretis datur appellatio, & ſuperinde expediuntur reſcripta in ſignatura,vt quotidie practicatur. De iure uero communi non eſt dubium:
204 Nam † quum ſemper appellatio admittatur,niſi ſpecialiter ſit a iure prohibita, ſecundum glo.in l. qui reſtituere. ff. de rei uendic. quę ſing.eſt,teſte Franco in rubr.de appella. columna quinta,& eam commendat Bal. in l.unica.columna ſecunda, C. ſi de moment. poſſeſ.& in capit. paſtoralis.columna tertia, de appellat.& Dec. in capit. cum ſit Romana.eod.tit.colum.4.ideo in criminalibus appellatio admittenda eſt, ſecundum Barto.in l.qui ultimo ſupplicio. ff. de pœn.] & ita ſeruari tam ex forma rituum, quàm de iure cōmuni,ut a condemnatorijs detur appellatio, dicit Proſper Carau.in com.ſuper rit. ad rit. 259.in primo,& quarto,not.& ad rit.261.in tertio not. & iſtam opinionem præſupponit eſſe communem Boſſ. in ſuo tractat. crimin.] titul. de appellat. numero quarto. Fel. in cap.quærenti.de offi.deleg.Abb. & cæteri in cap.2.de iudici.quod ibi ampliant procedere etiam in crimine læſæ maieſtatis hu-
205 manæ, quum † & in eo admittenda ſit appellatio, quod clarè in ſacris literis probatur,ut patet de Beato Paulo in act.Apoſt.qui quum capit.24. accuſaretur coram Feſto de ſeditione,& maieſtate Cæſaris læſa, cap.25. appellauit ad Cæſarem.ibi,Paulo autem appellante.cuius appellatio fuit admiſſa, ut in eod.cap.in fine.& capit.ſequen.in ult.uer.& ibi glo.in uer.ſi non appellaſſet.

Et, quidquid dicant contrarium tenentes,hoc eſt ucriſſimum tam ante ſententiam quàm poſt,ut eſt de iure canon. text. in c. in occultis.2.q.6.ubi dicit tex.in occultis autē, ſi teſtibus productis, inſtrumentis prolatis, aliiſque argumentis præſtitis,ſententia contra eum lata ſit,& ipſe qui condemnatus eſt, aut minime uoce ſua confeſſus eſt, aut formidine tormentorum territus aliquid contra

tra ſe dixerit; prouocandi licentia ei non denegatur, quo tex. quid clarius eſſe poteſt? nam Pontif. conſiderantes effectum tormentorum, confeſſo vi, & metu illorum dederũt facultatem appellandi, immo ſanxerunt cõfeſſionem cruciatibus extorquendam non eſſe, cap. 1. 15. quæſt. 6. & iſte bonus iudex videat ibi gloſ. in uerſi. quod uero. ex qua cognoſcet quàm maligne proceſſerit contra
206 uirum hunc innocentem. Et † quod ipſi licuerit appellare, eſt text. in capitu. liceat. 2. quæſt. ſexta, dum dicit. liceat etiam in criminalibus cauſis appellare, nec uox appellationis denegetur ei, quem in ſupplicium ſententia deſtinauerit. & in cap. non ſolent. ea. cau. & quæſt. & id uoluit gloſ. & ibi Aret. in lege Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquir. hæred. Dec. in dicto cap. cum ſit Romana. §. fina. Carrer. in pract. crimin. in prin. numero 85. cum duobus ſeq. & Boſi. ubi ſupra, ſub numero primo, & ſecundo, ubi perhibet opinionem iſtam veriorem eſſe, ſequitur Viuius lib. 2. opin. com. opin. 20. incip. Appellatio
207 admittitur. Ratio cõcluſionis eſt, quia † appellatio eſt defenſio, quę non poteſt tolli attenta eius ſubſtantia, quia eſt de iure naturali. ita Rot. Romana, deciſ. 16. ſub tit. de dolo, & contum. in nou. quæ incipit, cum iura clamitent. numero tertio. verſi. præterea graue eſſet. ubi decidit, quod remedium appellationis non eſt denegandum Diabolo, ſi eſſet præſens in iudicio, quam ſequitur Alexan. conſi. 113. incip. Viſo. colum. 1. uolum. 5. vbi uocat appellationem remedium fauorabile, & Rot. Bilig. in antiq. 23, tit. de appel. quæ incip. Appellatum eſt a diffinitiua. nume. 3. dicit, quod appellatio eſt quædam ſpecies defenſionis. Sed quia materia iſta eſt longa, & de ea ſupra multa dixi circa materiam decreti de torquẽdo, ideo cætera omitto: hoc enim tantum uolui tangere ad oſtẽdendum malum animum iſtius iudicis contra iſtum profiſcalem. Et pro complemento concludam cum Put. de ſindic. in uer. confeſſio, fol. mihi 91. num. 7. ubi dicit, quod quum ſemel habuiſſet quendam pro furto, & eum in tormentis poſuiſſet, ille furtum confeſſus eſt, ſed confeſſio non potuit verificari: & quum tota nocte uagaſſet in perquirẽdis locis vbi furtum recondidiſſe tortus dixerat, confeſſio fuit fallax. & quod reus de mane dixit quod propter metum cordæ tales erroneas confeſsiones fecerat, & appellauit, & tandem fuit repertus innocẽs. ita de iſto D. fuiſ-
208 ſet. ſed malignitas obſtitit. Et † ex conſequenti ex tali iniquo decreto nulla de iure ipſi do. Profiſcali irrogata eſt infamia, pro quo remitto ad Calder. ita late concludentem in conſilio 1. ſub titu. de accuſ. ad Franc. Aret. in l. poſsideri. §. ſi ſeruus. de acqui. poſſ. num. 49. uerſ. Præterea etiam ſi, & ad Socin. iun. in conſilio 37. in fine. uolum. ſecundo, quibus addo verba Origenis Homil. 14. ad 24. capit. Leuit. relata a Mag. ſent. in 4. diſtin. 18. lit. H. in fine. ubi dicit, interdum fit, ut aliquis non recto iudicio eorum, qui præſunt eccleſiæ foras mittatur, ſed ſi non egit ut mereretur exire, nihil læditur. interdum enim qui foras mittitur intus eſt, & qui foris eſt intus uidetur retineri, quod aureum dictum iudicantibus exemplar eſſe deberet ad perpendendum eorum iudicia priuſquam illa emitant. Et de hoc ſatis ad laudem Dei, cuius nomine huic arduæ quæſtioni, præſentique labori finem impono.

FINIS.

ANT 131 9135

F 18.

.XXI
D/15

Digitized by Google